Venditio rumpit locationem,adeo vt emptor poſſit repellere colonum conductorem, neque tenetur ſtare locationi. conſil. 75.nu.1 60
1 Venditio ſui natura facit rem emptoris,ſi is qui vendit dominus eſt,conſ.30.nu 8 52
Venditio retrahitur vt ex nunc,ideſt ex tempore ipſius retractus.conſ.26.nu.24 47
Venditio rei alienæ,modo domino non præiudicet,valet. conſi. 82.num.4 104
2 Quod habet locum in venditione,habet locum in dote, quia quod de vno dicitur de alio dictum cenſetur.conſilio 31 numero 5 6
Venditor ſi rem integram eſſe dixerit & non fuerit, ex empto tenetur.conſi.31.nu.3 6
Venditor tenetur rem liberam tradere. conſilio 31. numero 4. 6
1 Venditor ſi affirmat precium quod habuit, eſſe verum & iuſtum precium,& ita eſſe iuraſt,utique contra proprium iuramentum non debet audiri.conſ.28.nu.13 50
2 Venditor ſi ab initio eſt in mora,emptoris dilatio non cenſetur mora,conſ.83.nu.20 69
Venditor ſi rem integram eſſe dixerit & non fuerit ex empto tenetur.conſ.31.nu.3 6
Venditor tenetur rem liberam tradere.conſilio 31.nu.4 6
Venditor,an agere poſſit ad reſcindendum contractum emptionis propter ſolum intereſſe precii non ſoluti. conſilio 83.numero 5. 68
Venditor non implens contractum ex parte ſua, emptori non poteſt ab eo in mora conſtitui.conſ.83.nu.17 64
Venditor quo caſu cogatur promittere duplum. conſ. 97.numero 8 82
Contra venditorem quæ actiones competant. conſilio 97.numero 7. 82
Verbum Aliquod,in diſpoſitione repetitum,quid operetur.cõſil.22.nu.2 21
1 Verbum,eccleſia,quandoque ponitur pro vniuerſitate eccleſiæ videlicet prælato,capitulo,capellanis & clericis,quandoq; etiam pro loco conſecrato & circunſepto parietibus. conſ. 1.nu 90 7
Verbum,eccleſia,cum ſolum prolatum fuerit comprehendit & capitulum.Fallit,cum vtrobique exprimitur tunc enim dictio,eccleſia,reſtringitur.conſ.1.nu.42 4
Verbum,manumitto,generale eſt,quod non ſolum ad ſeruos, ſed etiam ad liberos pertinet:limita vt nume.44.conſi.1.numero 43 4
Verbum(intereſſe)accipitur pro lucro ceſſante. conſilio 122. numero 10 148
Verbum,ſoror,pro ſorore conſanguinea capitur.conſilio 8.numero 5 23
Verbum,ſponte,liberam indicat voluntatem. conſilio 1. numero 23 3
Verbum,liberè,certiſſimam voluntatem oſtendit.conſilio 1.numero 24 3
Verbum,pertinet,ad dominium proprie non referiur. Sic verbum ſpectare.conſ.30.nu.10 52
Verbum,deſcendentes,an conueniat tam maſculis, quam fœminis.conſ.24.nu.3 43
Verbum,quandocunque,ſubſtitutionem compendioſam ſignificat.conſi.10.nu.1 27
Verbum,continetur,proprietatem ſignificat;non interpretationem.conſ.27.nu.5 48
Verbum,vſu proprietatem ſignificat.conſi.30.nu.5 52
Verbum,ſuus,æquipollet verbo collectiuo familiæ,& domus. conſi.5.nu.25 15
Verbum,ſuos,ad quos referatur,& qui veniant ſuorum appellatione.conſ.5.nu.1.& 2.& 4 14
Verbum,ſumma ſignificat quantitatem.conſi.98.nu 3 119
2 In materia donationis verbum redire non tantum ſignificat actum redeundi,ſed non mori.conſ.39.nu.22 19
1 Verbum proximus,de quo intelligatur.conſilio 7 nu.25 19
Verbum;credit,dicitur veritatis expreſſiuum in principali reſpondente.conſ.109.nu 17 97
Verbum reſtituere, cum per factum alterius quam teſtatoris rem accipi ſignificet,fideicommiſſariam ſubſtitutionem denotat.conſ.45.nu.21 34
Verbum ſubſtituo,eſt commune.conſ.45.nu.5 32
Verbum ſæpius repetitum attendi debet in potiori ſignificatu. conſ.22.nu.4 21.
Verbum poteſt,affirmatiue prolatum,nõ ſignificat neceſſitatẽ. conſi.50.nu.5 43
Verbum ſæpius repetitum debet conſiderari. conſilio 89. numero 6 109
Verbum dare,exponitur,ideſt tradere.conſilio 47.nu.11 38
Verbum conditio,non ſignificat actus ſuſpenſionem ſed pactionem,& conuentionem.conſi.50.nu.12 44
Verbum ſuccedant,eſt verbum cõmune, & conuenit obliquæ, & fideicommiſſaria ſubſtitutioni.conſi.42.nu.2 25
1 Verbum,ſuus,eſt nomen collectiuum, comprehendens plures perſonas diuerſorum graduum.conſ.5.nu.17 15
2 Verbum redire,non ſignificat actum perfectum.conſilio 39.numero 21 19
Verbum poteſt,vel propter ſubiectam materiam,vel propter legis præceptum,vel propter diſponentis voluntatem ſignificat neceſſitatem.ibid.nu.7.
Verbum grauauit,eſt obliquum,& ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem pertinet,conſ.45.nu.22 34.
Verbum licet,ſimpliciter prolatum ſignificat facultatem non neceſſitatem.conſ.50. nu.6. 43
Verbum ſuccedere,eſt verbum generale.conſ. 40.nu 23 22
Verbum ſæpius repetitum attendi debet in potiori ſignificatu, conſ.90.nu.3 74
1 Verbum,exercitium,quid denotet. conſ.102.nu.2. 127
Verbum,intromitto,quam interpretationem recipiat.cõſ.115. nu.3 135
2 Verbum aliquod in diſpoſitione ſæpius repetitum adeo debet attendi,vt vltra illud diſpoſitio non trahatur,ſed in eo tantum verificetur,conſ.90.nu.1 74
1 Verba plura,quando in aliqua diſpoſitione mixtim, & confuſe ponuntur,tunc ſunt fie interpretatio per applicationem ſingulorum ad praecedentia ſingula ſcilicet tamen ſingulis referendo.conſ.1.nu.35 4
Verba ſæpe repetita in conſideratione ſunt habenda.conſi.13. nume.22 32
Verba teſtamenti cui conueniunt;conuenit etiam diſpoſitio facta ab ipſo teſtatore.conſ.7.nu 8 18
Verba,ex fratre carnali,quomodo intelligantur.conſilio 8.numero.16 24
1 Verba teſtamenti ſi conueniunt,conuenit,& eius diſpoſitio;limita.vt ibid.conſ 7.nu.74 21
Verba,tempore diuiſionis faciendæ,an ſint diſpoſitiua, an facti narratiua,conſ.11.nu.17 30
Verba,non aliter,nec alio modo, in alienatione rei feudalis, quid

quid importent, conſ.9.nu.16 26
Verba ſtatuti vbi locum habent, ibi quoque locum habere debet eius diſpoſitio. conſ.8.nu.1 23
Verba in potiori ſignificatu ſemper accipienda, conſilio 8. numero 2 23
Verba legis cui non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio, conſi.7.nu.76. 21
Verba, quæ ad teſtatorem, pariter & ad hæredem referri poſſunt, ad quem in dubio referri debeant conſi.7 nu.94. 22
Verba, proximus quiſque inuitatus &c. de quibus intelligantur. conſ.7.nu.18 19
Verba, teſtatoris quæ ad varias perſonas referri poſſunt ad quem referri debeant. conſ.7.nu.22. 10
Verba diſpoſitionis cui conueniunt, illi conuenit etiam diſpoſitio. conſ.24.nu.2 43
Verba ſententiæ, an interpretanda contra eum, qui ſe fundat in illius verbis, conſ.74.nu.9 99
Verba, & caſu quo, ſubſtitutionem compendioſam deſignare, conſ.7.nu.41 20
Verba quando in proprio ſignificato nihil poſſet operari, an debeant trahi ad improprium intellectum. conſilio.35. numero 14 57
Verba ipſis ſic decedentibus, an impediant fideicommiſſariam ſubſtitutionem. conſ.7.nu.44 20
Verba negatiue probata non diſponunt. conſi.95.nu.3 115
Verba ſententiæ iuxta illud, quod index pronunciare debebat ſunt intelligenda. conſi.74.nu.3. 99
Verba ambigua intelliguntur ſecundum qualitatẽ loci, in quo proferuntur, conſ.74.nu.1 99
Verba ſecundum loquentis conditionem, & proferentis intentionem intelliguntur. conſi.74.nu.10. 99
Verba inſtrumentorum enunciatiua propter aliud prolata an probent conſanguinitatem. conſ.17.nu.2 36
Verba ſententię, vt ipſa ſuſtineatur, etiam improprie capi licet. conſ.74.nu.6 99
Verba ſententiæ, an, & quando ſtricte capi debeant. conſ.74. nume.8 99
Verba ſi ſunt collata in iudicem, & ſint inſtructoria, vt iudex terminet, expediat, & ſim. an actus in contrarium facti valeant. conſi.26.nu.18 47
Verba diſpoſitionis cui non conueniunt, nõ conuenit nec diſpoſitio. conſ.48.nu.1 82
Verba inſtituit talem hæredem, & eius filios, & deſcendentes per lineam maſculinam natos, & naſcituros, an inducant fideicommiſſariam ſubſtitutionem. conſ.23 nu.4 42
Verba collectiua inducunt fideicommiſſum inter deſcendentes. conſ.23.nu.5 43
Verba cum effectu accipi debent. conſ.111.nu.14 138
Verba laudi enunciatiua nihil ſolent in ſententiis probare. conſ. 34.nume.4 12
Verba enunciatiua per modum cauſæ probata fideicommiſſũ inducunt. conſi.67.nu.4 93
Verba ſine hæredibus exponuntur, ideſt ſine filiis, conſil.140. nume.5 169
Verba hæredum legitimorum quando filios non comprehẽdãt. conſ.140.nu.6 169
Verba ſtatuti vbi non conueniunt, nec eius diſpoſitio conuenire debet. conſ.135.nu.9 169
Verba reſcripti ita ſunt intelligenda, vt conueniant interrogationi. conſ 138.nu.2 168
Verba enunciatiua in ſententiis nihil probant. conſil. 114. numero 13. 152
1 Cum verba contractus ſunt clara, non eſt habenda queſtio voluntatis. conſi 30.nu.6 5
Verba clara voluntatis quæſtionem nullam relinquunt. conſil. 123.nu.9. 148
Verba ſæpius repetita attendi debent. conſ.148.nu.6. 177
Verba ſtatuti in dubio ſint ſtricte intelligenda. ibidem. numero 7.
Verba decreti, & ſententiæ intelligi debent ſecundum iuris diſpoſitionem. conſ.146.nu.4 175
Verba ſententiæ intelliguntur ſecundum quod iudex debebat pronunciare, conſi.138.nu.6 168
2 Verba vbi ſunt clara, non eſt habenda quæſtio voluntatis. cõſ. 5.nu.7 7
Vbi ceſſant verba ſtatuti, ceſſat etiam diſpoſitio. conſi.106. numero 2 90
1 Verba ſtatuti quarumcumque cauſarum; & quomodocunque oriri contigerit, interpretantur. conſ.138 nu.4 168
Verba, bonorum eccleſię, ad quos referantur. conſilio 1. numero 67 6
Verba ſępius repetita debent attendi, quę intentionem diſponentis oſtendunt, conſi.1.nu.68 6
Verba intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam. conſ.1. numero 69 6
2 Verba ſtatuti vbi conueniunt, conuenit & illius diſpoſitio. conſil.89.nu.11 74
Verba, ne impediantur ſubſtitutiones prædictæ, repetunt præcedentes ſubſtitutiones. conſ.4.nu.11 6
1 Verba, ſubſtituit & ad quos bona eius peruentura erunt, quid ſignificent, & qui cenſeantur inuitati. conſ.7.nu.28 19
Verba quantumuis generalia ad conſonum intellectum referri debent, & intra terminos habiles reſtringi. conſilio 1. numero 71 6
Verba legis cui non conueniunt, nec conuenit etiam diſpoſitio. conſ.1.nu.64 6
Verba ſtatuti vbi non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio. conſ.25.nu.22 46
Verba quantumcunque generalia ad habilitatem reſtringuntur. conſ.61.nu.3 89
Verba, ſuos vel liberos, vel deſcendentes, an intelligantur de liberis qui nati ſunt, ſeu cõcepti tempore quo extitit conditio ſubſtitutionis. conſ.5.nu.20 15
Verba legis cui non conueniunt, non conuenit etiam diſpoſitio. conſ.102.nu.5 123
Verba quæ inducant fideicommiſſariam ſubſtitutionem inter fratrem inſtitutum, & ſuos. conſ.5.nu.23 15
Verba in teſtamento ſi inducant ordinem ſubſtitutionis fideicõ. quoad ſuos, vel deſcendentes fratris inter ſe, videntur etiam inducere eundem ordinem fideicom. ſubſtitutionis inter fratrem inſtitutum, & eius deſcendentes, & ſuos. conſilio 5. numero 22 15
2 Verba teſtatoris diligenter attendenda conſ.72.nu.2 59
Verba legis vel ſtatuti vbi non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio. conſ.102.nu.2 86
Verba cui conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio. conſilio 61. numero 5 53
Verba generalia, generaliter ſunt intelligenda. conſ. 91. numero 9. 76
1 Verba teſtium generalia & obſcura declarari poſſe videntur per aliorum teſtium depoſitiones magis certè & ſpecifice deponentium, conſ.93.nu.10 & 11 113
Verba accipi debent ſecundum ſubiectam materiam. conſ. 89. numero 9 109
2 Verba ſententiæ intelliguntur ſtricte, & prout iacent, conſ.46. numero 5 35
Verba generalia quæ poſſunt referri ad teſtatorem & ad hæredem, in dubio ſunt referenda ad perſonam teſtatoris. conſ. 40.nu.22 22
Verba debent aliquid operari. conſ.41.nu.10 24
Verba quæ ſe tuendi gratia, non autem iniuriam aliquem inferendi dicta ſunt, non pariunt actionem iniuriarum. conſ.55. nume.1 49
1 Verba, inſtituit fratres & ſuos, quomodo intelligãtur. cõſilio 5.nume.6. 15
2 Verba, et caſu quo ambo decederent ſine filiis, &c. vltima ex eis ſubſtituit &c. demonſtrant factam eſſe compendioſam ſubſtitutionem. conſ.45.nu.1 32

Verba

Verba ennunciatiua in contractibus probant, & demonſtrant, non tamen diſponunt.conſ.39.nu.24 19
Quando verba diſpoſitionis apertaſunt, non eſt habenda q̃o uo luntatis.conſ.42.nu.8 . 25
Vbi non conueniunt verba ſtatuti, non conuenit etiam diſpoſitio.conſ 45.nu.9 33
1 Verba, ſubſtituo filios, ſi maſculi deceſſerint ſine filiis maſculis, intelligi debent de filiabus teſtatoris .conſilio 7. numero 2 18
Verba ſtatuti vbi non congruunt, nec congruit eius diſpoſitio. conſi.100.nu.2 121
Verba legis cui conueniunt, conuenit & eius diſpoſitio. conſil. 88.num.13 72
Verba cui non conueniunt legis nec, conuenit eius diſpoſitio, conſ.104.nu.4 124
2 Verba generalia, & vniuerſalia, omnem actum caſumque cõprehendunt.conſ.80.nu.6 65
Verba vbi ſunt clara, non eſt habenda quaeſtio voluntatis.conſ. 88.nume.12 72
Verba in ſtatutis ob publicam vtilitatem latè intelliguntur, nõ autem reſtringi debent.conſ.89.nu.9 74
Verba contractus in dubio intelliguntur ſecundum id, quod apparet tempore contractus.conſi.105.nu 13 88
1 Verba cum effectu intelligi debent.conſi.112.nu.11 132
Verba clarè prolata non admittunt voluntatis queſtionem.cõſ. 111.nu.1 130
Verba, & ſuos, in vltimis voluntatibus operantur nouum gradum ſucceſſionis.conſi.5.nu.13 15
Verba, liberos & deſcendentes, reſpiciunt ſolum perſonas quibus reliquitur.conſ.5.nu.28. 15
Verba inueſtiturę quando ſimpliciter ſunt concepta, in numero generationum computatur perſona acquirentis, ita vt ipſa faciat primam generationem, filius vero ſecundam, nepos tertiam.conſ.111.num.2 130
Verba ſubſtitutionis cui conueniunt, & ſubſtitutio conuenit cõſil.64.nu.1 91
Verborum, acceptant ex nunc prout ex tunc, effectus.conſi.6. nu.16 16
A verborum proprietate non eſt recedendum. conſilio 35. numero 8 57
Verborum a proprio ſignificatu receditur, quãdo verba improprie capiuntur.conſ.8.nu.4 23
In verbis cum nulla eſt ambiguitas, non debet admitti quaeſtio voluntatis.conſi.1.nu.47 4
A verbis legis, ſeu ſtatuti non eſt recedendum. conſil. 102. numero 1 123
Verba vbi ſunt clara, non eſt habenda quaeſtio voluntatis; nec admittitur queſtio iuris, vbi eſt caſus legis. ibid.
2 Veriſimilitudo, qua inducit ſemiplenam probationem, attendi omnino debet.conſi.78.nu.5 62
Veritas diſputando eluceſcit.conſ.5.60.nu.1 52
1 Veritas omnem erròneam confeſſionem eludit quãtumuis etiã iudicialem; nec poteſt erronea confeſſio obeſſe. conſilio 108. num.9 128
Vicarius qui ſit canonicus debet ſedere in capitulo non vt vicarius ſed vt Doctor.conſi.6.nu.13 16
Victor quis exiſtat in iudicio rei vendicationis, et quae probare debeat.conſ.125.nu.3. 155
Victus victori in expenſis eſt condemnandus.conſilio 25. numero 1 44
Victus victori in expenſis condemnandus conſ.46.nume.1.& 18.79 & 80
Victus victori in expenſis eſt condemnandus . conſi. 14. numero 18 34
2 Victus & veſtitus uerba, quid importent.conſi.72.nu.1 59
1 Victus victori regulariter in expenſis condemnatur.conſ.120. nume.8 145
Vidua durante in viduitate quomodo in primo matrimonio eſſe dicatur. conſ.58.nu.1.& 4. 87.& 88
Vim vi repellere licet.conſ.117. nume. 14 137
Violentia eſt ius; qua committitur in perſonam.conſil.115.numero 9 135
Violentia cauſatiua incutit patienti timorem & dicitur violentia compulſiua per quam de nolente quis efficitur volens. conſi.115.nu.10 135
Violentiam pati dicitur, qui efficitur contumeliis.conſi.128.numero 2 158
2 Violentus poſſeſſor turbari non debet in poſſeſſione.conſ.36.numero 13 16
Hoc vendicat ſibi locum quotieſcũque turbatur a tertio, & nõ a vero, & legitimo poſſeſſore. ibid.
Vir poteſt relinquere vxori vſumfructum rerum emphiteuticarum.conſ.23.nu.5 23.
Vir ſi legat vxori quicquid ad eum nomine dotis peruenit mulier debet probare ſe dotem dediſſe & numeraſſe. conſi.17. num.2 14.
1 Vir ſi emit fundum pro vxore, & fatetur ſe ſoluere de pecunia vxoris præſumitur donare, niſi appareat ex aliis veriſimili præſumptione vxorem non potuiſſe habere pecuniam aliunde, conſi.32. nu.5 54
2 Viri & vxoris a lege vna caro; unumq; corpus exiſtimatur. conſ. 12.nu.2 11
Vis publica ad hoc vt armis illata dicatur, oportet ut probetur & conſtet aliquem habere arma ad offendendũ Et qui vim publicam illatam dicit ſeu probare debet . conſilio 102. numero 4 86
1 Vltimo loco conceſſa præcedentibus præualent. conſilio 41.numero 9 69
2 Vltimum illud dicitur, poſt quod nihil ſequitur. conſilio 80.numero 4 65
Vltima derogant prioribus.conſ 39.nu.5 18
Voluntas agentiũ in omnibus actibus inſpicitur conſil.14. numero 1 13.
Voluntas in delictis magis inſpici debet ad excuſandum, quã factum & veritas ad condemnandum.conſ.102.nu 9 87
In contractibus etiam voluntas tacita inſpicitur.conſ.39.numero 1. 18
Voluntas tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus attendi debet.conſ.80.nu.2 65
Voluntas quo caſu non eſt ambulatoria.conſ.68 nu.4. 57
1 Votum de ingrediendo religionem non ſolemnizatur ex ſolo ingreſſu, & ex ſola habitus receptione.conſ.40.nu.7 80
Vox vnius vox nullius, conſ.42.nu.7 75
Vox vnius vox nullius.conſ.86.nu 6 107
2 Vna pars teſtamenti ſolet aliam declarare quando non adeſt diuerſa ratio in vna, quam in alia conſ.40.nu.15 21
1 Vnicuique licet bonorum ſuum tueri.conſi.117.num.22.138
Vnicuique licet infamiæ notam vitare . conſilio 35. numero 5. 50
Vnio clericorum fit pro eccleſiæ decore, & eorundem commodiori ſuſtentatione. conſi.1.nu.70 6
Vniuerſitas ex iuramento ſyndici quo ad reatum periurii non ligetur.conſ.4.nu.11 13
Vniuerſitas per ſyndicos, & eius procuratores an obligetur. conſ.4.nu.7 12
2 Si vnus nactus eſt poſſeſſionem domus, & alius habitat, habitans non dicitur verè poſſidere.conſ.35.nu.5 14
1 Vnuſquiſque præſumitur ſcire ea, de quibus eſt publica uox & fama.conſ.14.nu.6 33
Vnum inditium aliud tollit.conſ.118.nu.5 140
2 Vſufructuarius licet dicatur ſaltem late procurator domini proprietarii, tamen non eſt procurator ſimpliciter, ſed dicitur procurator in rem ſuam, & ſic ad ſui ipſius commodum conſi.98.nu.1 83.
1 Vſufructuarius, ſibi non autem domino rem poſſidet, in qua habet vſumfructum.conſ.82.nu.8 104

2 Vſu-

2 *Vſufructuarius omnium bonorum inuentarium facere tenetur de rebus inuentis in hereditate. conſ.37.nu.7* 16
Et tenetur ſatiſdare de vtendo arbitrio boni viri.ibid.nu.8.
Et procedit ſi bene fuerit ei remiſſa adminiſtrationis redditio. ibidem.nu.9
1 *Vſura in aliis contractibus, quam mutui committi poteſt.conſ. 97.numero 9.* 118
Vſura committi dicitur, quando quis preſenti pecunia rem ſibi in poſterum tradendam emit minori precio, quam eſſet tempore venditionis, & rei tradendæ valitura. conſilio 97. numero 1 117
Vſuræ commiſſæ tunc eſt indicium, quãdo emptor non curat ſi reddi certiorem conditionis rerum quas emere vult. conſil. 97.nu.4 118
Vſuram quem cõmittere voluiſſe tunc eſt indubitata præſumptio, quando petit ſibi plus reddi quam numerauit .conſi.97 numero 8 118
Vſusfructus morte finitur, naſcitur tamen eodẽ momẽto alius in perſona ſecundi ſenioris. conſ.54.nu.4.& 6 85
Vſumfructum cum proprietate conſolidari, quare lex voluerit conſ.49.nu.3 82
De vſufructu ad emphyteuſim argumentari licet. conſil.49. nume.2 82
2 *Vt, dictio, vel quod, quando apponitur in diſpoſitione, ſaltem ubi diſpoſitio dicitur habere in ſe modum.conſ.39.nu.8* 18
1 *Vterinus eſt portio viſcerum matris.conſ 8.nu.17* 24
2 *Vtile per inutile non vitiatur.conſ 50.nu.4* 43
Vtile per inutile non vitiatur.conſ.47.nu.18 39
1 *Vulnus ſi non eſt mortale, vulnerans tenetur de vulnerato, non de occiſo.conſi.116.nu.2* 136
2 *Vxor relicta Domina, & vſufructuaria a marito inſtituto herede non ſuo conſequitur vſumfructum omnium bonorum. conſ.37.numero 1.* 16
1 *Vxor negans acquiſiuiſſe ex bonis viri ceſſante matrimonio, ſed antea affirmet, onus contrarium probandi ad maritum, ſeu eius heredes pertinet.conſi.84.nu.2* 105
2 *Vxor non interpellata ab herede non faciens inuentarium non priuatur vſufructu.conſ 37.nu.10* 17
Vxori relicto vſufructu viuente filio inſtituto intelligitur ſibi alimenta relicta.conſi.37.nu.2 16

F I N I S.

CONSILIORVM
SIVE
RESPONSORVM,
D. ANTONII CIOFII
FLORENTINI,
PRAESTANTISSIMI,
CELEBERRIMIQ. I. C.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *Bona clericorum, & capellanorum re, & proprietate ſunt diuiſa a bonis menſa capitularis.*

2 *Qui percipit fructus menſa capitularis, ad illius quoque ſubeunda onera tenetur.*

3 *Onus & impenſa ad quem pertineant.*

4 *Conſuetudo ſeruanda.*

5 *Dignitates in eccleſia cathedrali, vel canonicatus inſtituere uolens, cui, & qua conditione bona, vel pecunias aſsignare debeat.*

6 *Innocentius octauus pracibus ductus, decem parochiales eccleſias in ciuitate Florentia menſa capitulari uniuit.*

7 *Bona canonicorum & capellanorum debere eſſe diſtincta. conſtitutionib. & decretalibus epiſtolis demonſtratur. nu. 8.*

9 *Bona ſi ſunt aſsignata cõuentui, aliqua inde ſint aſsignata Abbati eiuſdem, an dicantur diuiſa.*

10 *Diſtinctio bonorum tanquam legitimè facta quo caſu ualeat probari.*

11 *A conſuetudine antiquiſsima non eſt recedendũ, & maxime a conſuetudine eccleſia, praſertim ſi ſit rationabilis.*

12 *Conſuetudo, ſi transfert onus fabrica in populũ, ea retineri debet.*

13 *Capellani an poſsint participare aliquid de menſa capitulari.*

14 *Argumentum a pari procedit, & licet argumentari a proportione.*

15 *Qui ſenſit commodum, incommodum quoq; pati debet, & econtra.*

16 *Obſeruantia & quaſi poſſeſsio longiſsimi temporis, cuius initij non extat memoria non ſolum uim priuilegij ac tituli habere videtur ſed etiã conſtitutionis robur.*

17 *Notorium quod apparet, non eget approbatione, ſed ſatis eſt allegare illud.*

18 *Laici adminiſtrationem habent fructuum & reddituum rerum eccleſiaſticarum ex conſuetudine totius Italia. 82.*

19 *Canonici an ſint cogendi augere diſtributiones capellanorum.*

20 *Datio ex mera liberalitate proueniens praſertim qua ut donatio eſt confirmata arguit quamlibet obligationem & quodlibet iuris uinculum a perſona donantis abeſſe.*

Obligatio non arguit donationem & econtra.

21 *Actus voluntarij non extenduntur ultra id quod*

22 *agitur.*

23 *Verbum, ſponte, liberam indicat voluntatem.*

24 *Verbum, liberè, certiſsimam uoluntatem oſtendit.*

25 Aſſertioni donatoris aſſerentis ſe donaſſe cauſa pietatis, an uideatur ſtandum, & quo caſu.

26 Pietas conuenit perſonis, de quib. agitur, unde eccleſiaſtica perſona iiſdem priuilegijs exornantur quib & pia cauſa.

27 Donatio, uel promiſſio in fauorem piæ cauſæ facta, in abſentem effectum ſortitur.

28 Supplicatio uim libelli obtinet.

29 Officium receptoris ac diſtributoris fructuum & reddituum eccleſiæ & capituli quale ſit.

30 Iuſtitia munus in ſuo cuiq; tribuendo uerſatur.

31 Argumentum ab abſurdo uitandum.

32 Determinatio una complectens plura determinabilia, ubi diuerſa ratio reperitur, debet omnia æqualiter determinare.

33 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.

34 Rationis diuerſitas ubi viget, non debet idem de omnibus æqualiter diſponere, vel etiam præfinire.

35 Verba plura quando in aliqua diſpoſitione mixtim, & confuſè ponuntur, tunc ſanè fit interpretatio per applicationem ſingulorum ad præcedentia ſingula ſcilicet tamen ſingulis referendo.

36 Diſtributoris officium in quo potiſſimum verſatur.

37 Oratio ſoluta diſiunctiua æquiparatur.

38 Interpretatio ea fieri debet, vt ſingula ſingulis referantur.

39 Eccleſia, & capitulum idem ſunt.

40 Nomen eccleſiæ in caſu conſilij capitur in abſtracto, & in genere, & tunc eccleſia. & capitulum idem ſunt.

41 Lex an vlterius ſtatuendo procedat, multum intereſt.

42 Verbum, eccleſia, cum ſolum prolatum fuerit, comprehendit etiam capitulum. Fallit, cùm vtrobique exprimitur, tunc enim dictio, eccleſia, reſtringitur.

43 Verbum, manumitto, generale eſt, quod non ſolum ad ſeruos, ſed etiam ad liberos pertinet: limita vt nu. 44.

45 Nomen dominij generale eſt, ſecundum communem opi. unde continet proprietatem.

Multoties tamen apparet, aliud eſſe dominium, aliud proprietatem.

46 Superfluum nil eſſe debet in iure.

47 In verbis cùm nulla eſt ambiguitas, non debet admitti quæſtio voluntatis.

48 Conſtitutionis una pars aliam declarat.

49 Dictio, ſeu, præſefert incertitudinem.

50 Conſtitutiones eccleſiæ & capituli in facto conſiſtunt, & ideo poteſt Pontifex eas faciliter ignorare.

51 De capellanis dū loquimur, debet ſolū fieri relatio ad verbum, diſtribuitur, quaſi nihil ſit immi nuendum ex eo, quod diſtribuitur in capellanos ita vt cum de capellanis loquimur, non ſint repetenda verba, de menſa capituli.

52 Relatio non debet fieri ad omnia præcedentia, quando in omnibus non militat eadem ratio. Et num. 53.

53 Egregia canonicorum prærogatiua.

54 Canonici dicuntur fratres, & collaterales epiſcopi, ſicut Cardinales dicuntur fratres Pontificis.

55 Epiſcopus quando canonicis ſcribit epiſtolas, eos non appellat filios, ſed fratres, uel ſocios.

56 Clauſula, ſine præiudicio, dicitur clauſula reſeruatiua, cuiuſmodi eſt clauſula, ſaluo & reſeruato iure.

57 Quod non mutatur, ſtare uſque intelligitur.

58 Conſtitutionem Ioan. 23. ſublatam eſſe per opi. leonis, & in quo locum habeat conſtitutio.

59 Clauſula, non obſtantibus, quid importet.

60 Clauſula, etiam ſi oporteat in ſpecie, &c. quid operetur.

61 Clauſula, pro inſertis & repetitis, idem operatur quod ſpecialis & expreſſa mentio.

62 Clauſula, pro expreſſis habentes, effectus.

63 Capellani eccleſiæ cathedralis ſunt diuinis obſequiis addicti.

64 Verba legis cui non conueniunt, nec conuenit etiā diſpoſitio.

65 Præcedentia a ſubſequentibus declarantur.

66 In claris non eſt opus coniecturis.

67 Verba, bonorum eccleſiæ, ad quos referantur.

68 Verba ſæpius repetita debent attendi, quæ intentionem diſponentis oſtendunt.

69 Verba intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam.

70 Victus clericorum fit pro eccleſiæ decore, & eorundem commodiori ſuſtentatione.

71 Verba quantumuis generalia ad conſonum intellectum referri debent, & intra terminos habiles reſtringi.

72 Conſtitutio quanquam generaliter loquatur, reſtringi tamen debet ad perſonas in dignitate conſtitutas.

73 Dictio, idem, eſt præcedentium repetitiua. Item dictio eorum, nu. ſeq. quæ dicitur reſtringere præcedentem diſpoſitionem.

74 Sententia ſe ad aliam ſcripturam referens, id ſolum continere videtur, quod in ſcriptura relata dicitur.

75 Relatum cenſetur eſſe in referente.

76 Diſtributiones abſentium an accreſcunt præſentibus.

77 Res inter alios acta, alios non afficit.

78 Sententia inter aliquos lata, non præiudicat alijs: limitatur, quando tractatur de ſententia ſupremi Principis quæ facit ius quoad omnes, qui ſua intereſſe prætendunt. num. 79.

Quæ uim legis obtinet.

80 Sententia principis tunc facit ius inter omnes quando vel ipſe princeps iudicat tāquam ſupremus

mus princeps, de plenitudine poteſtatis, uel quandoꝗ, cui cauſa a Principe commiſſa eſt, pronunciat nomine regio.

82 *Princeps in dubio non præſumitur uti plenitudine poteſtatis.*

83 *Canonici & capellani nihil ſine conſilio & aſſenſu epiſcopi facere queunt.*

84 *Statuta laicorum ſecundum iuris communis diſpoſitionem, quæ diſponunt expreſſè de rebus uel perſonis eccleſiaſticis, ipſo iure irrita ſunt.*

85 *Statuta in fauorem eccleſiæ a prophanis & laicis edita non ualent, quia de iure adempta eſt laicis omnis poteſtas diſponendi tam de perſonis quàm de rebus eccleſiaſticis.*

86 *Conſuetudo eccleſiæ eſt ſeruanda, conſuetudoque loci.*

87 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

88 *Erubeſcimus, cum ſine lege loquimur.*

89 *Miniſtri ſacrorum ad quæ teneantur.*

90 *Verbum, eccleſia, quandoque ponitur pro uniuerſitate eccleſiæ, uidelicet prælato, capitulo, cappellanis et clericis, quãdoque etiam pro loco conſecrato & circunſepto parietibus.*

91 *Dictio, per, ſignat cauſam inſtrumentalem.*

92 *Relatiuum, qui reſtringit diſpoſitionem.*

93 *Confirmatio non operatur plusquàm datio.*

94 *Confirmatio priuilegij non extenditur ad id, quod antea in diſpoſitione confirmata non comprehendatur, licet confirmatum corroboret.*

95 *Confirmatio nihil noui iuris tribuit, quando confirmans non uult aliquid dare de nouo, ſed confirmare conatur ſolum id quod conceſſerat antea.*

96 *Pontifex ſi ex certa ſcientia actum nullum confirmat, tunc confirmatio nouum ius inducere ſolet.*

97 *Mercenarius dignus eſt mercede ſua: & qui altario deſeruit, dignum eſt, ut de ipſo paſcatur.*

98 *Homo natus ad laborem, de laboribus conqueri non debet.*

99 *Aequitas ſuadet, ne ſuum ius alicui adimatur, nec aliquis cum alterius detrimento locupletetur.*

100 *Aequitas ante oculos iudicis ſemper eſſe debet.*

101 *Qui nimis mitis & benignus uideri ſtudet, remiſſus potius quàm iuſtus & bonus diiudicatur.*

102 *Dare cum non oportet, ubi non oportet, cui non oportet, turpe eſt.*

CONSILIVM I.

Diuino nomine implorato.

QVAMVIS huiuſmodi conſultatio complures habeat inſpectiones. Nihilominus quoniam ſumma quæſtio illuc pertinet, vt videamus an multum Reuerendi Domini canonici cathedralis eccleſiæ Florentinæ, quorum cauſam nos defendimus, teneantur contribuere fructus, & prouentus ſuæ ipſorum menſæ capitularis ad capellanorum eiuſdem eccleſiæ quotidianas diſtributiones. Ego defenſoris officio affatim me ſatisfacturum putaui, ſi, omiſſis acceſſionibus, & reliquis quaſi liticulis, in hoc vno articulo enucleando non planè negligenter verſatus eſſem.

Atque vt iam cominus experiamur, in primis ſtatuo multum Reuerendos Dominos Canonicos nihil capellanis, ob id contribuere oportere. Id quod quibuſdam rationibus comprobatur.

1 Primò, quia cum bona † clericorum, ſeu capellanorum re, & proprietate diuiſa, atque diſcreta ſint a bonis menſæ capitularis, quod interdum euenit, vt tradit Panormitanus in capitul. edoceri. columna ſecunda. uerſicul. ſciendum. vbi Felynus & Henricus Boich. numero ſeptimo, & Decius numero duodecimo. de reſcrip. tunc ſanè dicta bona communia capitulo cum clericis eſſe non debent. Innocentius in capitul. requiſiſti. numero tertio. verſic. communio. de teſtamen. Etenim communio bonorum inducitur a communione, qua capitulum, uel prælatus, & clerici inter ſe iunguntur, vt ſentit Abb. antiq. in dict. capitul. requiſiſti. verſicul. quid ſi legatur.

Quare cum in caſu noſtro collegium canonicorum diſiunctum ſit ab vniuerſitate capellanorum, quod nullus negat, rationi valdè conſentaneum eſſe videtur, vt vnuſquiſque bona, quæ ſibi aſſignata ſunt, adminiſtret, vt dicit Antonius de Butr. dicto capitul. edoceri. numero quinto. verſicul. & non ex vltima. Et de proprijs bonis diſponat, vt voluit Baldus dicto capitul. edoceri. numero duodecimo. verſicul. item ait. Atque etiam vt ad quædam teneantur prælati, ad quędam verò ſimiliter clerici. Imol. dicto capitul. edoceri. in ſecundo notab. per capitul. nonnulli. de cleric. non reſidenti.

2 Nec mirum videri debet, ſi is, qui † percipit fructus menſæ prędictę, ad illius quoque ſubeunda onera teneatur, qui verò colligit fructus capellanis, ſeu clericis aſſignatos, ille ſolus capellanorum onera ſuſtinere debeat;

3 quia onus † & impenſæ ad eum pertinent, cui fructus acquiruntur, vt per Paul. de Caſtro in conſilio tricenteſimo trigeſimoſeptimo. col. fi. num. 8. par. 1.

At in prędicta cathedrali eccleſia Florentina bona menſę capitularis dictorum canonicorum re, proprietate, & utilitate ſeparata ſunt, & diſtincta a bonis, & rebus capellanorum. Igitur bona capellanis aſſignata oneribus tantum capellanorum deſeruire debent, bona verò menſæ capitularis ſubire ſolummodo conuenit onera canonicorum; & eorum quemlibet, de ſuis bonis ſeparatim diſponere, neq; inter ſe bona partiri cogũtur. Res aũt canonicorũ

a rebus capellanorum diſtinctas eſſe, proba-
tur ex conſtitutionibus, & ex conſuetudine di-
ctæ eccleſiæ; quæ quidem duæ res clericorum
bona tanquam verè diſtincta, & ſeparata
dijudicari conſueuiſſe apertè demonſtrant,
cum de huiuſmodi bonorum diuiſione, vel per
ſtatutum, vel per conſuetudinem doceri poſſit,
ut dicit Panormitanus in d. cap. edoceri. in ult.
notab. de reſcrip.
4 Et ante omnia, quod attinet † ad conſuetu-
dinem, animaduertendum eſt; & primis, &
ſequentibus deinde temporibus illud in eccle-
ſia Florentina ſemper obſeruatum fuiſſe, vt bo-
na Menſæ capitularis dictorum canonicorum,
ſeparatim a bonis capellanorum, & bona capel-
lanorum ſeparatim a bonis canonicorum poſ-
ſiderentur; ſiquis enim reperiebatur, qui in
prædicta eccleſia cathedrali erigere, & funda-
re nouam capellaniam deliberaſſet, ſi venera-
biles conſules artis lanæ, ſeu operarios in pri-
mis adibat, ipſiſque conſentientibus, & appro-
bantibus, præbendam capellæ conſtituebat,
ſummamq; pecuniarum congruam dabat, qua
ad quotidianas diſtributiones capellano dictæ
capellæ ſuppeditarent. Hoc autem ex multis
colligitur, præcipuè verò ex libro reformatio-
num dictorum Dominorum conſulum litera
L. inſignito char. trigeſimaprima. vbi apparet
die trigeſimo Iunij milleſimo quingenteſimo
tertio, eo modo, & forma, quam modò retuli,
erectam, atque fundatam olim fuiſſe a quodam
Domino Tomaſio capellaniam Sanct. Annun-
tiationis ad altare Sancti Zenobij. Verum præ
dicti Conſules, vel operarij, quemadmodum,
& fabricæ, eccleſiæ, & ornatus, diuini cultus cu-
ram recipiebant, ita etiam erectioni, & funda-
tioni capellaniarum conſenſum cum præſtitiſ-
ſent, illicò ſuſcipere videbantur onus ſoluendi
cappellanis conſuetas diſtributiones.
5 Ex aduerſo autem, † qui, vel dignitates, vel
canonicatus in dicta eccleſia erigere, & inſti-
tuere voluiſſet, ille quidem non conſulibus, uel
operarijs, ſed capitulari menſæ canonicorum
ea bona, uel eam pecuniæ ſummam, quam im-
pendere oportuiſſet, ea lege hiſque conditio-
nibus aſſignabat, vt fructus inde percipiendi a
miniſtris dictæ menſæ capitularis inter canoni-
cos tantum diſtribuerentur. Hoc prćterquam
quòd a multis ciuibus in vrbe Florentina factũ
fuiſſe comperimus ipſimet etiam conſules illud
idem feciſſe dicuntur, quorum ſanè ductus pre
6 cibus Innocentius † octauus ſummus Pontifex
decem parrochiales Eccleſias dictæ menſę ca-
pitulari vniuit expreſſeque mandauit ne earun-
dem eccleſiarum redditus in alios quàm in ca-
nonicorum diſtributiones erogarentur, vt con
ſtat ex literis eiuſdem Innocentij Octaui, in ver-
ſicul. deputari debeant, & verſicul. in augmen-
tum quotidianarum.
7 Conſtitutiones quoque, & decretales † epi-
ſtolæ ſummorum Pontificum ſatis apertè de-
monſtrant, prædicta bona ſemper diſtincta fuiſ-
ſe. Extat enim conſtitutio edita anno milleſi-
mo trecenteſimo nonageſimonono, qua, quod
attinet ad capellanos, in primis cauetur, debe-
re operarios fabricæ Sanctæ Reparatæ reddi-
tus, & prouentus capellanis aſſignatos curare;
deinde uerò in uerſicul. & quod pro executio-
ne, dicitur licere dictis operarijs pro executio-
ne prædictorum impendere pecuniam reddi-
tus, introitus operę prælibatæ.
De canonicis uerò adducitur conſtitutio, ſeu
bulla Leonis Decimi qua permittitur Archidia-
cono, & capitulo in ſuos vſus conuertere ea bo
na, quę ipſemet Pontifex motu proprio Floren-
tinæ eccleſiæ menſæ vniuit. Adfertur etiam de-
cretalis epiſtola Martini Quinti, qui mandat bo
na dicti capituli inter Prępoſitum, & Canonicos
ſolum diſtribui.
Quibus ex rebus apparet, bona prædictæ ec-
cleſiæ tam ſecundum conſtitutiones quàm ſe-
cundum conſuetudinem diſtincta ſemper fuiſ-
ſe proprietate. Tunc enim quo ad proprieta-
8 tem bona diſcreta † dicuntur, quando certa
quædam bona attributa ſunt menſæ conuen-
tus, quædam verò alia diſtributa ſunt ipſis cle-
ricis. Panormitanus dicto capitul. edoceri. co-
lumna ſecunda. verſicul. ſciendum. Ideoque ſi
9 aliqua † bona aſſignata ſunt conuentui, alia ve-
rò eiuſdem Abbati, profectò nullus eſt qui du-
bitet quin ea bona diuiſa dicantur, vt ex mente
Goffred. firmat ibidem Imola numer. ſexto. An-
tonius de Butr. numero decimotertio. & Hen-
rich. Boich. numero decimo. vbi inquit tunc bo
na diſcreta cenſeri, quando certæ poſſeſſiones,
vel redditus aſſignantur menſæ Prælati, alij ve-
rò redditus clericis diſtribuuntur. Atque hæc
quidem bonorum diuiſio eo magis firma rata-
que in eccleſia Florentina reputari debet, quò
conſtat apertius huiuſmodi diuiſionem ſummo
rum Pontificum approbatione, conſulum auto-
ritate, & patronorum, fundatorumque conſen-
ſu, vt ex prædictis patet, ab initio factam, atque
10 inſtitutam fuiſſe; quæ omnia ſuadent in † caſu
noſtro diuiſionem tanquam legitimè factam va
lere. capitul. cum dilectus. de conſuetud. capitu-
lo quanto. de cenſibus. Panormitanus dicto ca-
pitul. edoceri. columna ſecunda. verſicul. ſcien-
dum, de reſcrip. ubi Antonius de Butr. numero
decimotertio. columna tertia. verſicul. quomo-
do autem. & Imol. numero ſexto. uerſicul. & di-
cit hæc, & Decius numero decimoquarto. co-
lumna ſecunda. verſicul. Dominus Abbas.
Hęc ſanè cum ita ſe habeant confirmare non
ſolum poſſunt, verumetiam vnicuique faci-
11 lè perſuadere ab huiuſmodi antiquiſſima † i-
ſtius. eccleſiæ conſuetudine non eſſe receden-
dum; cum plus quàm manifeſtum ſit, circa
diuiſionem bonorum attendi conſuetudinem
eccleſiæ oportere, ut tradit Compoſtel. in dicto
ca-

capitul. edoceri. de reſcrip. columna ſecunda.
uer.& hoc eſt uerum.
Conſuetudo enim Ecceleſiæ ſeruanda eſt, Inno-
cent. capitul. requiſiſti numero primo, & nume-
ro tertio dè teſtament.& Archidiacon. capitul.
quarto. duodecima quæſtione ſecunda. Expe-
ditque antiquam eccleſię conſuetudinem mini
mè tolli Feder. de ſen. conſil. 206. Reuerende
pater. numero ſecundo. Præſertim cum con-
ſuetudo rationabilis ſit. capitul. primo. de cleri-
12 cis non reſidentibus. Et propterea † ſi conſue-
tudo transferat onus fabricæ in populum, illa
retineri debet. Panormitanus capitul. primo.
de eccleſ. ædific. vbi dicit hodie pleraſque ec-
cleſias præcipuè cathedrales redditus diſtin-
ctos ad fabricandum, atque ædificandum ha-
bere. Idcircò ſi de ſalarij, victus, veſtitus con-
ſuetudine conſtat, proculdubio iſtiuſmodi ec-
cleſiæ conſuetudini ſtandum eſt. Panormitanus
in capitul. cum omnes. in primo notab. & penul
timo. de conſtitutio. & Bero. numero nonage-
ſimonono. in gloſſ. in verbo coęquetis. Nam ec
cleſiarum, & prouinciarum conſuetudo non eſt
negligenda. capitul. primo. de conſuetud. libro
ſexto. Pariſius conſilio trigeſimoprimo. nume-
ro 39. parte 4.
13 Secundò nihil è menſa † capitulari poſſe ca-
pellanos participare ex eo deprehenditur, quòd
14 valet, argumentum a pari. l. ſi ſocer a genero.
in principio. ubi gloſſ. & Baldus. ff. ſolut. matri-
monio. Argumentarique licet a proportione
l. qui quadringenta. & lege Marcellus. ff. ad Tre-
bellianum. & l. ſi ita ſcriptum. in principio. ff. de
liberis & poſthumis. Quo argumento a propor-
tione utitur Baldus in Authen. ceſſante. nume-
ro ſecundo. verſicul. nec obſtat quod fratrum.
Codic. de legit. hęred. & in l. binos. numero ter-
tio. uerſicul. ſed ibi lex. Codic. de aduocat. diuer
ſo. iudiciorum. & Baldus in lege ſecunda. in ter-
tia quæſtione. numero quinto. uerſi. dico etiam
Codic. de reſcinden. venditio. &c. & Oldra. con-
ſilio centeſimo vigeſimoprimo incipiente. ad
primam. numero octauo. verſicul. tertio ſicut.
At Reuerendi Domini canonici rerum, quæ ca
pellanorum propriæ ſunt, participes nequaquã
ſiunt. Igitur bona menſæ capitularis, quæ ſunt
eorundem canonicorum, capellanis impertiri
15 minimè debent, quia † ſicut ex illa perſona a
qua commodum ſentio, ex eadem etiam incom
modum pati debeo, gloſſ. in lege ex qua perſo-
na. ubi Gul. Mayner. ff. de regulis iuris. Ita a ſen-
ſu contrario. lege prima. §. huius. ff. de offic. eius,
a quo non capio lucrum ab eodem iniuſtum eſ
ſet me accipere detrimentum, quod comproba-
tur ex his quæ tradit Bened. Capta in conſilio
vigeſimoſexto incipiente. & ſi viſo, & conſide-
rato. columna prima. numero quarto, & nume-
ro quinto. vbi dicit, ſicut eccleſia nihil ibi perci-
pit ex his, quæ relinquuntur epiſcopo. Ita epi-
ſcopus nihil capere poteſt ex his, quæ ad eccle-
ſiam peruenerunt.
16 Tertiò † obſeruantia, & quaſi poſſeſſio lon-
giſſimi temporis. cuius initij non extat memo-
ria non ſolum priuilegij ac tituli uim habere ui-
detur. capitul. primo, de reſcrip. in ſexto. & capi-
tul. mos antiquus. ſexageſimaquiuta diſtinctio.
& Ioan. Fabr. in l. ſi certis annis. Codic. de pactis.
ſed etiam conſtitutionis robur habere dicitur,
Cynus dicta lege ſi certis annis. C. de pactis. in
penultima quæſtion. Bartol. & Paul. & Angel. in
lege cum de in rem verſo. ff. de vſur. & Ruynus
conſilio centeſimo decimooctauo. & numero
decimoſeptimo. parte quarta. Quinimò ſi lon-
giſſimi temporis curſui accedat etiam ſcientia,
& patientia Principis ſuperioris, profectò eo ca
ſu præſumimus omnem autoritatem, approba-
tionem, & ſolemnitatem neceſſariam interceſſiſ
ſe. l. ſciendum. ff. de uerborum obligatio. capit.
peruenit. de emptio. & uenditio. & latè traditur
in conſilio Collegij Paduani. columna tertia.
verſicul. tertio principaliter. numero ſeptimo.
& numero octauo. poſt conſilia Zaberellæ. At
in cathedrali eccleſia Florentina longiſſimo te-
pore, cuius initij non extat memoria, vt ex ante-
dictis patet & eſt notorium, bona prædictæ mẽ-
ſę a rebus capellanorum diſtincta fuerunt, ſem-
perque prædicti Domini Canonici fuerunt in
quaſi poſſeſsione iuris non contribuẽdi aliquid
ad capellanorum diſtributiones, ſcientibus hoc
& tollerantibus ſummis Pontificibus, & Conſu
libus ac operarijs dictæ Eccleſiæ; Ergo etiam
hodie prædictis Dominis Canonicis illibata
conſeruari debet præallegata quaſi poſſeſsio;
quæ cum longiſsimo tempore in eo ſtatu per-
manſerit, in eodem dimitti debet, argumento. l.
luminibus, ff. de ſeruitut. urbanorum prędio-
rum. Huiuſmodi autem longiſſimi temporis
conſuetudo, ſi ex prædictis non appareret, quẽ-
admodum certè apparet, nulla tamen alia
probatione uideretur egere, quia cum ipſa
17 † notoria ſit, neceſſe non eſt eam probare;
ſed ſatis eſt, eam allegare, Bald. l. filiusfa-
mil. §. ueterani. ff. de procurator. & in l. Iube-
mus. C. de iudic. & firmat Ioann. Baptiſt. Ferret.
in conſilio ceſimoquadrageſimoprimo, nume-
ro ſeptimo, vbi dicit, cum communis ſit conſue-
18 tudo in tota Italia, vt laici † adminiſtrationẽ ha
beant fructuum & reddituum rerum eccleſiaſti
carum, probare illam conſuetudinem non opor
tet, ſed ſat eſt, eam allegare cum ſit notoria.
19 Quarto, canonicos † non eſſe cogendos auge
re diſtributiones capellanorum oſtẽditur, quia
cum animaduertiſſent olim capitulum & proui
ſores, ſeu Conſules, qui Florentiæ lanæ conficiẽ
dæ præficiuntur, diſtributiones, quæ Capellanis
conſueuerant aſſignari, adeò fuiſſe tenues, & exi
les, ut niſi eis aliqua ratione prouideretur, diui-
no cultui, uti par erat, inſeruire minimè poſ-
ſent, ſtatuerunt augere diſtributiones prædi-
ctas, & ſpontè & liberè, & mera eiuſdem

capituli liberalitate, ac munificentia, & pieta-
tis intuitu, non alicuius obligationis uinculo
capellanis donarſit annuum redditum ſcutato-
rum centum, quam quidem donationem Ca-
pellani non ſolum acceperant, uerum etiam au
thoritate apoſtolica confirmari, & curarunt &
20 impetrarūt; At datio † ex mera liberalitate proue
niens, præſertim quæ vt donatio acceptata at-
que confirmata eſt, vt accidit in caſu noſtro, ar-
guit & oſtendit quamlibet obligationem, &
quodlibet iuris vinculum a perſona donantis
abeſſe. Igitur menſa capitularis de iure cogi
non debet augmentum facere diſtributionibus
Capellanorum.

Exiſtimandum eſt autem Canonicos dediſſe
atque donaſſe ea centum annua Capellanis pro
pter meram liberalitatem, non autem, propter
alicuius obligationis vinculum.

21 Primò, quia ſi canonici † neceſſe habuiſſent ea
ſoluere, utique non donauiſſent. l. rem legatam.
ff. de adimen. legat. gloſſ. ſecunda in capit. ſedes
de reſcript. Socin. conſil. ducenteſimo nonage-
moquinto, numero undecimo verſicul. præte-
rea filius volum. ſecundo quamobrem cum do-
nauerint, ſequitur, ut obligati non præſumātur
arg. eorum, quæ dicit Rimin. conſi. 95. num. ſe-
ptuageſimoprimo, volum. primo, ne ſcilicet a-
ctus dandi ultra dantis intentionem aliquid o-
22 peretur. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. † actus n. vo
luntarij non extenduntur ultra id, quod agitur
l. final. C. ne uxor pro marit. l. prima. & ſecunda.
C. de negoc. geſt. Bartol. in l. titium. §. altero nu-
mero 6. ff. de admin. tut.

Secundò id proceſſiſſe a munificentia, patet
ex uerbis contractus, dum in eo dicitur, ſponte
23 & liberè donauerunt, uerbum enim † ſponte, li
beram indicat uoluntatem, Pariſ. conſ. centeſi-
moſeptuageſimo numer. nono volumine quar
24 to uerbum † uerò, liberè certiſſimam uolunta-
tem deſignat, Corne. conſ. centeſimo ſexto. nu-
mero centeſimoſeptimo. uolumine 2. igitur ſi
liberè ac ſponte dederunt, conſequens eſt, ut
non fuerint obligati.

Tertio cum ipſi Capellani ſummam hanc, vt
indebitam ſcienter receperint, & circa eam do-
nationem utriuſque conſenſus acceſſerit; non
eſt ambigēdum eo caſu donationem & factam
& acceptam fuiſſe, Decius. l. cuius per errorem.
ff. de regu. iur.

Quarto conſtat ex inſtrumentis, Canonicos
eam ſummam pecuniarū donaſſe intuitu pieta-
25 tis; quo caſu licet ſtandum nō uideatur † aſſertio
ni donatoris aſſerentis ſe donaſſe cauſa pietatis
l. ſi donatione de caſtrenſi pecul. cum conſocijs.
Nihilominus cum cauſa pietatis perſonę, cui do
netur, conuenit, & congruit in caſu noſtro, tunc
ſanè ſtandum eſt aſſertioni donantis, Bald. in il-
lud numero primo, verſicul. concludo ergo. C.
de ſacroſanct. eccleſ. & Guid. Pap. ſingul. ſexcen
teſimo ſeptuageſimoſeptimo. incipien. Salyce-
26 tus. §. Baldus. Certum eſt autem † pietatem
conuenire perſonis, de quibus agitur, quia do-
natio facta eſt perſonis eccleſiaſticis in honorē
diuini cultus & commodum ipſius eccleſiæ, quę
eiſdem priuilegijs, quibus & pia cauſa exornan-
tur, Ioann. Andr. Ancharan. & Sangemin. in ca-
pitul. primo, de in integrum reſtitutione, libro
ſexto. Nec ad rem facit, ſi obijciatur dictam do
nationem factam fuiſſe abſentibus capellanis,
& propterea eis neutiquā præiudicaſſe. Quoniā
27 reſpondetur donationem † vel promiſſionem
in fauorem cauſæ piæ factam, in abſente etiam
effectum ſortiri, Corne. conſil. ducenteſimo
decimoquinto, colum. tertia, verſicul. & maximè
apparet, libro ſecundo, Tiraquell. in tractat. de
priuileg. piæ cauſæ in priuileg. 114. Rurſus nec
obſtat, dum capellani aſſerunt ſe donationem
non acceptauiſſe. Notius eſt enim, quàm ut plu
ribus explicari debeat, confirmationem Cle-
mentis Septimi Pontificis Maximi emanaſſe ad
petitionem Venerabilium procuratorum vni-
uerſitatis Capellanorum, qui ea de cauſa, pręces
& ſupplicationem dicto ſummo Pontifici obtu
lerunt; quapropter inficiari non poſſunt, ſe ea
omnia uti uera approbauiſſe, quæ antea in pre-
28 cib. enarrauerant, cum † ſupplicatio habeat uim
libelli. l. prima, & ſecunda. C. quando libel. prin.
dat. capit. ſignificaſti de reſcr. Corn. conſil. du-
centeſimoſeptimo, num. 1. volum. 1.

Conſtitutis his fundamentis pro multum Re
uerendis Dominis Canonicis, reliquum eſt, vt
oſtendam quàm facilè tolluntur ea, quæ dictis
capellanis obijciuntur.

In primis enim capellani nituntur conſtitu-
tione ſeu bulla Ioann. 23. eamque ad ſui fauo-
rem, in §. officium uerò dupliciter adaptant at-
que inducunt. Primam adaptationem ſumunt
ex verſicu. ac etiam in diſtribuendis, vbi dicitur,
29 officium † verò receptoris ac diſtributoris fru-
ctuum, reddituum, prouentium, ac emolumen-
torum eccleſiæ, & capituli præfatorum etiam ſit
& eſſe debeat in petendis, & colligendis, ac re-
cipiendis omnibus, & ſingulis fructibus &c.
communiter, uel diuiſim eccleſię, ſeu capitulo
ſupradictis, ac etiam in diſtribuendis, dandis,
ac ſoluendis fructibus, redditibus, & emolu-
mentis eccleſię, & capituli pręfatorum &c. dum
taxat Prępoſito, canonicis, capellanis, atque cle
ricis ipſius eccleſię &c. in illa quantitate, & ſum-
ma, prout rata aſcendit, iuxta conſtitutiones:
quę uerba, ut opinantur dicti capellani demon-
ſtrant fructus, & prouentus menſę capitularis
capellanis eſſe diſtribuendos.

Verum ad hanc primam adaptationem, &
inductionem reſpondeo, inde non probare
intentionem capellanorum, ſummus enim Pon
tifex ibi non mandat, bona canonicorum
propria, capellanis diſtribui, hoc enim eſ-
ſet a iuſtitia maximè alienum, quandoqui-
30 dem iuſtitię proprium † munus uerſatur,
in ſuo

in ſuo cuique tribuendo.l.iuſtitia. ff.de iuſt. & iure.& §.iuris præcepta,inſt.eo. Sed in d.§.officiū, ſenſus,& mens illius conſtitutionis eſt, ut fructus, qui ex bonis capitularis menſæ præcipiuntur, canonicis tribuantur, ea autem pars fructuum,& bonorum eccleſiæ, quam capellani percipere conſueuerunt,ad eoſdem capellanos pertineant. Id quod demonſtratur.

31 Primò ducta † argumentatione ab abſurdo, l.nam abſurdum. ff. de bon.liber. Si enim bona menſæ capitularis ideò pertinere dicerentur ad capellanos, quòd conſtitutio Ioan.23.dicat, fructus,& redditus eccleſiæ, & capituli diſtribuendos eſſe dumtaxat Præpoſito, Canonicis, capellanis, atque clericis ipſius eccleſiæ, utique ſequeretur etiam bona capituli cum clericis communicari debere;quemadmodum enim capellani, quòd in dicta conſtitutione illorum mentio facta eſt, opponunt ſibi ius competere in bonis capituli; ita clerici non diſſimili ratione prætendere quoque poſſent,ſe ideò ius in iiſdem bonis habere, quòd ipſi in eadem conſtitutione fuerint nominati, quod tam abſurdum eſſet quàm quod abſurdiſſimum, quandoquidem nullus dixerit ea conſtitutione caueri, ut canonici ſua menſa clericos communicent.

32 Secundò, quia † una determinatio complectens plura determinabilia, inter quæ diuerſa ratio reperitur,debet omnia inæqualiter determinare.l.cohæredi.§.qui diſcretas. §.de uulg. l. Caius. ff.ſoluto matrimonio.Alexander in lege iam hoc iure.ff.de uulg.& in l.Gallus.§.quidam rectè, columna tertia. ff. de liber. & poſthumis. Pariſius conſilio quadrageſimoquinto. numero ſeptuageſimoſeptimo. parte prima. At in præallegato uerſicul. ac etiam in diſtribuendis, continentur plures res, pluresque perſonæ, & plura determinabilia, quæ diuerſam rationem habent; nimirum, quia ibi comprehenduntur canonici, capellani, clerici, bona capituli, bona eccleſiæ, in quibus diuerſa ratio locum habet, quia ſicut ratio iuris diſtat, ut bona capellanorum propria inter ipſos tantum diſtribuantur, ita alia ratio ſuadet, ut bona,quæ canonicorum propria ſunt.ad eos tantum pertineant, ut unuſquiſque conſequatur quod ſuum eſt. Admitti uerò non debet,ut in capellanos, uel clericos di-
33 ſtribuantur,ne alteri † per alterum iniqua conditio inferatur. l. non debet alteri. ff. de regulis iuris. Socynus in l.Iulianus. columna ſecunda. ff.de conditio.& demonſtratio. ergo unica illa determinatio facta in dicta conſtitutione circa bona diſtribuenda, ſi quidem unicam eſſe dicimus propter unicam deciſionem diſtribuendi,
34 proculdubio cum uigeat diuerſitas † rationis, non debet idem de omnibus æqualiter diſponere, uel præfinire, quaſi ſcilicet tam canonicorum, quàm capellanorum bona capellanis dantur, ſed eam ita debemus accipere ; ut unicuique ſua diſtribui oportere dicamus. Si uerò in dicto uerſicul. ac etiam in diſtribuendis, dixeris contineri plures determinationes, propter plures res, & perſonas ibi comprehenſas, tunc dubium non eſt, quin uario modo, & inæqualiter omnia determinabilia præfiniri, ac determinari debeant,cum plures ſint determinationes, ut ſentit Paul.à Monte Pico in l.Titia. §. Titia cum nuberet, numero trigeſimotertio. ff. de legatis ſecundo.

35 Tertiò,quando in aliqua † diſpoſitione plura uerba mixtim, & confuſe ponuntur, tunc ſanè fit interpretatio per applicationem ſingulorum ad præcedentia, ſingula, ſcilicet ſingulis referendo.l.eam quam.C. de fideicommiſſ. ibi ſiue quæſita, ſiue non, & lege prima. C. de falſ. l. quoties. §.non mutat. Codice famil.erciſcun. l. final. ubi gloſſ. in uerſicul.uniuerſitatis. Codic. de fideicommiſſ.lege prima.§.ſin autem aliquid ſub conditione, ubi gloſſ. in uerſicul. ex fortuna. Codic. de caduc. tollend. Decius conſilio ſexcenteſimo quadrageſimoſexto incipiente in caſu propoſito licet accuratè numero quarto. parte quinta. & Alcia. in conſilio quinquageſimotertio incipiente. cum uerba ſtatuti . numero trigeſimotertio. uerſicul. circa ſtatutum Papiæ, & Crauet. in conſilio nonageſimooctauo incipiente nobilis, & potens. numero undecimo. parte prima: columna penultima. At in dicta conſtitutione. in §. officium uerò, ſtatuit
36 ſummus Pontifex † diſtributoris officium potiſſimum uerſari in colligendis,& recipiendis fructibus eccleſiæ communiter,uel diuiſim eccleſiæ, ſeu capitulo , deinde uerò dicit ac etiam in diſtribuendis fructibus eccleſiæ, & capituli dumtaxat Præpoſito, canonicis, capellanis, atque clericis.

Ex quibus uerbis apparet , ſigillatim ibi fieri mentionem fructuum eccleſiæ, ſeu capitulo relictorum communiter, & coniunctim, cuiuſmodi ſunt bona relicta eccleſiæ, & capitulo ad peragendas pro mortuis ad Deum precationes. Rurſus ibidem habetur mentio de bonis utriſque diuiſim relictis, poſtea uerò inde colligitur . Summum Pontificem de iiſ-
37 dem loquentem per orationem † ſolutam, quæ diſiunctæ æquiparatur. l.in eo. §. ubi uerba,cum gloſſ. ff. de regul. iuris. & Alciat. dicto conſilio quinquageſimotertio . diſpoſuiſſe , atque mandaſſe, ut dicta bona diſtribuantur dumtaxat in Præpoſitum, canonicos, capellanos,& clericos.

Ergo dum conſtitutio in fine loquitur de
38 bonis diſtribuendis, ea † interpretatio fieri debet, ut ſingula ſingulis referantur , nempe, ut bona capituli tribuantur canonicis, bona uerò eccleſiæ capellanis, & clericis aſſignentur, pro ea portione, quam ipſi ſoliti ſint accipere. Nec eſt ueriſimile uoluiſſe ſummum Pontificem, ut bona capituli in canonicos, & capellanos diſtribuerentur , cum ſigillatim primo

de bonis eccleſiæ, demum de bonis capituli mentionem fecerit, quæ diſtincta ſunt, & differunt inter ſe, ſicut differt capitulum ab eccleſia.

Quod ſi rurſus obijciant capellani, ſingula ſingulis hoc in loco referri non poſſe, quaſi bona eccleſiæ, & capituli non enumerentur in dicta conſtitutione tanquam diuerſa, ſed tanquam eadem. Ideoque de bonis capituli intelligi debeat, dum mentionem habet de bo-
39 nis eccleſiæ, quandoquidem † eccleſia, & capitulum idem ſunt. Baldus in Rubric. Codic. de ſacroſanctis eccleſijs, & appellatione eccleſiæ capitulum continetur. capitul. clerici. de uerborum ſignif.

40 Ad hoc reſpondeo nomen † eccleſiæ quod attinet ad rem noſtram dupliciter capi. Primò, in abſtracto, & in genere, & tunc eccleſia & capitulum idem eſt, ut declarat Angelus de Gamb. in tractatu de teſtamen. in gloſſ. undecima. numero ſecundo. & tunc uerum eſt appellatione eccleſiæ capitulum contineri. Ioannes Franc. Pauin. in tractatu de officio, & poteſta. capitul. ſed. uacan. ſecunda parte princip. quæſt. 7. §. pro præmiſſorum. nu. 4.

Interdum uerò capitur eccleſia ſtrictius, ita ut a capitulo, & canonicis diſtinguatur. Pariſius conſilio nigeſimoſeptimo. numero ſeptimo. nolumine quarto.

Quo ſanè modo tunc accipi poteſt, cum diſpoſitio ſimul exprimit nomen eccleſiæ, & nomen capituli, & conſequenter quando non ſolius eccleſiæ mentionem habet, ſed ulterius progreditur exprimendo etiam nomen capituli,
41 multum enim intereſt, an † lex ulterius ſtatuendo procedat. Bartol. lege hoc edicto. §. querentibus. ff. de public. & uectig. Baldus in l. binos. numero tertio. uerſicul. ſed ibi lex, Codic. de aduoc. diuerſ. iudiciorum. Quamuis ergo uer-
42 bum † eccleſia ſolum prolatum cum fuerit, comprehendere etiam capitulum conſueuerit, tamen cum utrunque exprimitur, tunc dictionẽ (eccleſia) limitar, atque reſtringi dicendum eſt;
43 id quod exemplis comprobatur. Verbum † manumitto generale eſt, quia non ſolum ad ſeruos ſed etiam ad liberos pertinet. rub. & l. prima. ff. ſi quis a paren. fuerit manum. & tamen in lege prima. ff. quando act. de pecul. eſt annal. dicit iuriſconſul. manumiſſionem ad ſeruos pertinere, non autem ad filios; cuius rei ratio (ut arbitror) reddi poteſt, quia cum in principio illius edicti expreſsè habita fuerit mentio emancipationis, quæ in filijs locum habet, utique pro-
44 pter expreſſionem † emancipationis factam, ueriſimile eſt nomen manumiſſionis ad ſeruos tan
45 tum reſtringi. Prætetea nomen † dominij generale eſt, ſecundum communem opinionem. Iaſon, Rip. Hormanoc. Acoromboni, & aliorum in lege naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. rer. dom. & inſtitu. per quas perſ. acq §. igitur. Et tamen multis ex locis, in quibus ſimul exprimitur vox dominij, & proprietatis, apparet aliud eſſe dominium, aliud uerò proprietatem. l. proprietatis dominium. Codic. de probation. l. uti frui. ff. ſi uſuſfr. pet. l. domina proprietatis. Codic. de vſu, & habit. & doctores in præallegato §. nihil commune. Atque in hac quidem ſpeciali ſignificatione accipitur uerbum eccleſiæ, in dicta conſtitutione Ioan. uigeſimitertij. quod ex eo comprobatur, quia cum in pluribus locis dictæ conſtitutionis ſeparatim exprimatur dictio, eccleſia, & dictio capitulum, inde colligitur eccleſiam ibi capi ſpecialiter, ſi enim generaliter caperetur pro capitulo, utique ſuperfluo deinde adiectum eſſet nomen capituli, quod præſumendum non eſt, cum in
46 iure † nil debeat eſſe ſuperfluum. §. quibus. in prima conſtitutione. Codic. quo fit ut meritò concludamus in cathedrali eccleſia Florentina bona eccleſiæ ſeparata eſſe a bonis capituli, quę dicuntur eſſe propria dumtaxat ipſorum canonicorum, qui ſoli capitulum faciunt. Bertrand. conſilio quinquageſimoquinto, numero primo. parte tertia. in corpore antiquiore, & Com poſtel. in capitul. primo. de electio. columna ſecunda. uerſicul. reſponde curia. & Ioannes Franciſcus Pauin. in tract. de officio & poteſta. capitul. ſed. uacan. in quinto præludio. nume. 4. Secunda inductio conſtitutionis Ioannis uigeſimitertij eſt illa, quæ ſumitur ex uerſicul. ita tamen quod in præbendis, ubi cum ſuperius dixerit, Epiſcopum dictæ eccleſiæ poſſe una cum dictis conſulibus de nouo creare, & conſtituere ultra numerum nouos canonicos, & canonicales prębendas, ac etiam capellanos, & capellanias in eccleſia memorata; ſubiungit, ita tamen, quòd ex præbendis in præſentiarum exiſtentibus, uel de eo quod diſtribuitur de menſa capituli in præpoſitum, & canonicos, ſeu capellanos nihil poſſit, aut debeat detrahi, aut diminui quouis modo. Igitur inquiunt Capellani, ſi res de menſa capituli inter capellanos diſtribui debent, dubitandum non eſt, quin bona menſæ capitularis ad capellanos pertineant,
47 cum enim in † uerbis nulla eſt ambiguitas non debet admitti quæſtio uoluntatis. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3.

Ad hanc ſecundam inductionem primo reſpondemus ab ea nihil iuuari capellanorum intentionem, quia dum ibi dicitur, nihil debere imminui de eo, quod capitur è menſa capituli, ſupplere debes, & de eo, quod capitur ex bonis eccleſiæ, quia cum ſæpius bonorum eccleſiæ mentionem habuerit in præcedentibus uerbis eiuſdem conſtitutionis, ut conſtat ex §. officium. in principio. & in uerſicul. ac etiam; & inferius enumerauerit ſolum id, quod ſumitur è menſa capituli, ueriſimile eſt, idem quoque dicere uoluiſſe de bonis eccleſiæ, quia una pars
48 † conſtitutionis aliam declarat Bartol. lege qui filiabus

filiabus. in principio. ff. de legatis primo. & in
l.uerum. ff. de petitione hæreditaria. & in lege
prima. ff. de rebus dubijs. & Alexander conſi-
lio trigeſimoſecundo. numero tertio. parte ſe-
ptima. Angelus conſilio tricenteſimo quadra-
geſimoquarto. numero ſexto. Socynus conſi-
lio quadrageſimoſexto. numero trigeſimoter-
tio. Corne. conſilio centeſimo octuageſimoter-
tio. numero tertio. uolumine ſecundo. Decius
conſilio quingenteſimo quinquageſimotertio.
numero octauo. par. quarta. Quapropter dum
inferius inquit de eo quod diſtribuitur inter
præpoſitum, & canonicos, ſeu capellanos refe
rēda ſunt ſingula ſingulis, uidelicet ut bona capi
tuli inter canonicos, bona uerò eccleſiæ, quæ di
ximus tacitè ſubintelligi, inter capellanos, iuxta
prædicta, diſtribuātur, quia ſingula referēda sūt
ſingulis etiam non expreſſis, ſed tacitè ſubintel
lectis ex mente diſponentis. argumento eo-
rum, quæ dicit Socynus iunio. conſilio uigeſi-
moſexto. numero ſexto. uolumine tertio. nam-
que ea pro expreſſis habentur. argumento eo-
rum, quę dicit Pariſ. conſilio quinquageſimopri
mo. nu. 17. par. 3.

Secundo ad idem reſpondetur, dum in bul-
la dicitur, diſtribuenda eſſe bona inter canoni-
cos, ſeu capellanos, non propterea firmat ibi
ſummus Pontifex capellanis aliquod ius acqui-
49 ri, ſed loquitur dubitatiuè, ut indicat † dictio,
ſeu quæ præ ſe fert incertitudinem. lege ait præ
tor. §. quod autem. ff. de iniur. & Crauet. conſilio
centeſimo quadrageſimoſeptimo. numero no-
no. libro primo.

Ratio autem quare Papa ibi loquitur dubi-
tando aſſignari poteſt, quoniam, ut colligere
eſt ex uerſicul. ac etiam, ipſe ſe retulit ad conſti-
50 tutiones † eccleſiæ, & capituli, quę cum facti ſint
& in facto conſiſtant, poteſt Pontifex probabi-
liter ignorare. capitul. primo. de conſtitutione
libro ſexto. Ruynus conſilio duodecimo. nume-
ro 22. uolum. 3.

Tertiò reſpondetur, non obſtare uerſiculum.
Ita tamen quòd ex præbendis; ſenſus enim il-
lius conſtitutionis eſt, non immutatur aliquid
de eo, quod in præpoſitum, & capellanos di-
ſtribuitur è menſa capituli: itemque nihil im-
mutatur de eo, quod diſtribuitur in capella-
51 nos; ideoque dum † loquimur de capellanis fie
ri ſolum relatio debet ad uerbum diſtribuitur,
quaſi dicat nihil eſt imminuendum de eo, quod
diſtribuitur in capellanos, ita ut cum de capel-
lanis loquimur, non ſint repetenda illa uerba,
de menſa capituli, neque tunc facienda relatio
ſit ad omnia præcedentia, & conſequenter ad
uerba, quæ habent diſtribuantur de menſa capi
tuli, uerum omittenda ſunt verba de menſa ca
pituli, & fieri ſolum relatio debet ad uerbum
52 diſtribuitur, quia relatio † non fit ad omnia
præcedentia quando in omnibus non militat
eadem ratio. Crauet. conſilio ſeptuageſimo.
numero decimo. libro primo. Fit enim relatio
ad ea, in quibus relationem fieri conuenit. Ale-
xander conſilio octuageſimoprimo. nume. un-
decimo. libro ſexto. & Riminald. conſilio ducen
teſimo quadrageſimoſexto. numero uigeſimo-
octauo. parte tertia. & conſilio duceniteſimo-
quinquageſimoſexto. numero decimoquarto,
parte ſecunda. Pariſius conſilio ſexageſimo-
octauo. numero quadraheſimoprimo. & nume
ro quadrageſimoſecundo. uolumin. tertio. Cra-
uet. conſilio centeſimo quadrageſimonono. nu
mero octauo. parte prima. Nam facere debe-
53 mus † relationem ad ea, quibus, & commodius
fieri poteſt, & probabilius aptatur. l. ſi idem cum
eodem. §. final. ff. de iuriſd. omn. iud. Oldrad. con
ſil. centeſimo quinquageſimoſecundo. Factum
tale eſt dominus. Ruynus conſilio centeſimo ui
geſimotertio. numero nono. & numero duode
cimo. libro tertio. & Riminaldus conſilio quin-
quageſimoſexto. numero duodecimo. parte pri
ma. Quod tunc maximè procedit cum præiudi-
cium tertio inferretur, ut per Ruynum dicto nu
mero duodecimo. Quare cum in caſu noſtro
præiudicium fieret dictis canonicis ſi relatio re-
ſpiceret omnia pręcedentia, meritò dicendum
uidetur, relationem in caſu noſtro non eſſe ad
omnia faciendam.

Secundò principaliter pro Capellanis addu-
citur conſtitutio Gregorij Duodecimi in uerſi-
cul. uolumus autem. ubi dicitur, fructus canoni-
catuum, præbendarum, & capellaniarum de no
uo inſtituendarum ita augeri debere, ut canoni-
ci, & capellani de nouo creandi decenter uiue-
re poſſint; igitur quò commodius uiuere, & di-
uino cultui ualeant inſeruire ex bonis menſæ ca
pitularis augendę uidentur ipſorum diſtribu-
tiones.

Sed & hoc expeditam habet reſponſionem;
in primis enim capellani ex fructibus, quos per
cipere ſoliti ſunt, non ſolum condecenter poſ-
ſunt alimentari, ſed etiam lautius, & copioſius,
quàm ipſi canonici, qui, ſi utrorumliber condi-
tiones proportione inter ſe comparentur, pau-
periores quàm capellani reperientur; quod ta-
54 men uix eſt tollerandum propter † egregias ca-
nonicorum prærogatiuas. Habent enim cano-
nici in eccleſia cathedrali maximum honorem,
& maximum inter clericos præeminentiam. Sā-
geminia. in capitul. quamuis. in principio. & §.
quanquam. in tertio notab. de prębend. in ſexto
& Felynus in capitul. ſuper his. de accuſation. &
Staphil. de Gratijs expectati. §. inter formas. nu
mero tertio, quarto, & ſexto. & Gomes. in tract.
gratiarum expectatiu. numero trigeſimotertio.
55 Dicunturque ipſi † Canonici fratres, & colla-
terales Epiſcopi ſicut Cardinales dicuntur fra-
tres Pontificis, Panormitanus capitul. nouit. de
iudic. capitul. primo. de officio deleg. in ſexto.

ſublat.

Baldus in lege prima. Codic. de petitio. bono.
ſublat. libro decimo. ideò † epiſcopus quando
canonicis mittit epiſtolas, eos non appellat fi-
lios, ſed fratres, vel ſocios. capitul. eſto ſubiectus
octuageſimaquinta diſtinctione. capitul. quam
graue. de crim. falſ.

Sed poſito & non dato, ut capellani hacte-
nus non perceperint alimenta ſecundum con-
decentiam perſonarum, vel pro labore, quem
aſſerunt ſubſtinere. Id certè canonicis non de-
bet obeſſe; licet enim ſtatuerit Gregorius Sum
mus Pontifex augendos eſſe fructus capella-
norum. non propterea tamen mandauit fru-
ctus augeri debere ex redditibus canonico-
rum, ſed veriſimile eſt, eum voluiſſe, ut auge-
rentur ex bonis quæ inter capellanos diſtribui
conſueuerant, & propterea hæc capellanorum
probatio tanquam non concludens reijci de-
bet. lege neque natales. lege matrem, ubi Bald.
Codic. de probation. lege non hoc. Codic. un-
de cogna. Alexander conſilio ſexageſimoſexto.
numero duodecimo. libro ſeptimo. & conſilio
ſeptuagaſimoquarto. numero decimoquarto.
libro quarto. Decius in capitul. in præſentia. nu-
mero quinquageſimooctauo, & ſequen. de pro-
bation. Quoniam in eadem cõſtitutione Gre-
gorij in dicto uerſicul. uolumus autem, expreſsè
diſponitur, fructus augendos eſſe ſine præiudi-
cio aliorum canonicorum; & aliàs in ipſa eccle-
ſia beneficiatorum etiam dignitates perſona-
tus, uel officia habentium; quæ uerba indicant
nihil eſſe canonicis adimendum, ſed ſua cui-
que eſſe conſeruanda, quia illa clauſula (ſine
56 † præiudicio) dicitur clauſula reſeruatiua. argu-
mento eorum, quæ dicit Ruynus in conſilio ter
tio. numero tertio. parte prima. cuiuſmodi eſt
etiam clauſula ſaluo, & reſeruato iure, quæ pri-
ma iura conſeruat, non autem auget, uel ali-
quid noui tribuit. Veronenſ. in conſilio uigeſi-
moquinto. Tommas Grammatic. deciſione cen
teſima tertia. numero quadrageſimotertio. Gra
tus conſilio centeſimo trigeſimoſecundo. libro
primo, cum ſimilibus.

Tertiò principaliter capellani in medium af-
ferunt conſtitutionem Leonis eiuſdem nomi-
ne Decimi Pontificis Maximi, eamque multis
modis ad ſuam ipſorum opinionem compro-
bandam aptant.

Primò enim dicunt per Leonis conſtitutio-
nem abrogatum non eſſe conſtitutioni Ioannis
23. quæ ipſos (ut opinantur) bonorum capitu-
57 li participes facit, ſed adhuc uigere, quia † quod
non mutatur, ſtare utique intelligitur. l. præci-
pimus. ubi gloſſ. final. Codic. de appellatio. Sed
præterquam quòd, ut ſupra diximus, dicta Bul-
la Ioannis Vigeſimitertij capellanis minimè
58 prodeſt. Reſpondemus etiam † conſtitutio-
nem Ioan. Vigeſimitertij ſublatam eſſe per con-
ſtitutionem Leonis, id quod ij, qui uerba per-
pendent, liquidò cognoſcent. Etenim Leonis
conſtitutio locum habet, non obſtantibus alijs
conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtoli-
cis &c. etiam ſi ſpecialis ſpecifica, & indiuidua
ac de uerbo ad uerbum mentio, & expreſſio
habenda fuiſſet, aut alia forma exquiſitior ob-
ſeruanda, ac ſi de uerbo ad uerbum inſereren-
tur pro ſufficienter expreſſis habentes. Ex qui
bus uerbis manifeſtè conſtat, ibi in primis adeſ-
59 ſe clauſulam † non obſtantibus &c. quæ tantum
operatur quantum operaretur ſi omnia eſſent
ſpecialiter enumerata. Baldus in l. omnis. Co-
dic. de prçſcriptione triginta annorum. Socy-
nus conſil. quadrageſimoprimo. numero quin-
to. uolumine tertio. Pariſius conſilio decimo-
quinto. numero ſexageſimoſeptimo. parte ſe-
cunda. & conſilio quadrageſimoſecundo. nu-
mero decimoſeptimo. uolum. 4. Atque hoc ma
ximè tunc procedit, quando in diſpoſitione præ
cedenti non adeſt, ſicuti non adeſt in bulla Ioan
nis, clauſula derogatoriarum derogatoria, Pa-
riſius dicto conſilio quadrageſimoſecundo. Prç
terea ex eadem Bulla Leonis apparet in uerſic.
etiam ſi ſpecialis ſpecifica &c. adiectam ibi fuiſ-
60 ſe clauſulam, † etiam ſi oporteat in ſpecie &c.
quç clauſula idem efficit, quòd mentio ſpecia-
lis. Socynus conſilio ſexageſimotertio. numero
quarto. uolumine tertio, Pariſius conſilio pri-
mo. numero nonageſimotertio. uolumine ſe-
cundo. & Federic. de Sen. conſilio quadrageſi-
moſexto. & Antonius de Butr. in capitul. quç in
eccleſiarum. columna final. numero uigeſimo-
nono. uerſicul. an autem ſufficiat de conſtitutio
nib. Curtius ſenio. conſilio trigeſimoquinto. nu
mero decimoquarto. uerſicul. & plus quia. Rur
ſus uerba inſererẽtur &c. oſtendunt appoſitam
61 ibi fuiſſe clauſulam pro inſertis, † & repetitis,
quç & ipſa quoque operatur idem quod ſpecia
lis, & expreſſa mentio. Baldus in lege final. in fi-
ne. Codic. de lat. libert. toll. Ruynus conſilio ſe-
xageſimoprimo. numero decimotertio. uolumi
ne quinto.

62 Adeſt & ultimo † clauſula pro expreſſis ha-
bentes, quç, & ipſa quoque ſufficit ad derogan-
dum etiam in caſu ubi requiritur mentio ſpe-
cialis. Baldus in lege ſiquis in principio teſta-
menti. ff. de legatis tertio. Curtius ſenio. conſilio
decimotertio. columna quarta. numero duode-
cimo. Ruynus conſilio centeſimo uigemoſimo-
ſeptimo. numero undecimo. parte quarta. Pari-
ſius conſilio primo. uolumine ſecundo, nume-
ro nonageſimotertio. & conſilio undecimo. nu-
mero decimoquarto, & numero decimoquin-
to. uolumine primo. & conſilio decimoquinto.
numero ſexageſimoſexto. parte ſecunda. ubi di-
cit hoc in ijs caſibus maximè procedere, in qui-
bus adiecta eſt clauſula, ex certa ſcientia, que-
madmodum accidit in bulla Leonis. Quibus
omnibus rebus concluditur, uel abrogatum
fuiſſe bullç Ioannis Vigeſimitertij per conſtitu-
tionem Leonis, uel ſi non fuit abrogatum, ſal-
tem

tem eam capellanos non releuare.
Secundo allegant uerba præfationis dictæ
conſtitutionis Leoninæ. Eaque diligenter, in-
quiunt, eſſe conſideranda, lege final. ff. de hæ-
red. instituend. Pariſius conſilio quadrageſi-
moſecundo. numero uigeſimoprimo. uolumi-
ne quarto. quia præfationes euidentiorem in-
tellectum præſtant. lege prima. ff. de origin. iur.
Etenim conſtitutio inquit, in ea libenter inten-
dimus, per quæ eccleſijs præſertim Metropoli-
tanis, ac perſonis in illis diuinis officijs inſiſten-
tibus pro eorum decentiori ſtatu, & faciliori o-
nerum eis incumbentium ſupportatione de cõ-
gruæ ſubuentionis auxilio conſulatur, quæ uer-
ba demonſtrare uidentur ſummum Pontificem
etiam capellanis conſulere uoluiſſe, nam & ipſi
63 quoquè diuinis † obſequijs addicti ſunt, quapro
pter cum capellanis uerba conſtitutionis conue
niant, conuenire etiam debet diſpoſitio. argu-
mento. l. hoc accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa.
capitul. indemnitatibus. de electio. in ſexto. Cor
ne. iunio. conſilio centeſimo quinquageſimo-
tertio. numero primo. parte ſecunda.
Veruntamen ueriſſimè dici poteſt, uerba con
ſtitutionis capellanis nequaquam competere,
& propterea repercuti argumentum contra eoſ
64 idem, cui enim non conueniunt uerba † legis nõ
conuenit etiam diſpoſitio. lege quarta. §. toties.
ff. de damno infecto. l. quod conſtitutum. ff. de
milita. teſtamento. Socynus conſilio primo. nu-
mero uigeſimoſexto, uolumine ſecundo. Ale-
xander conſilio decimoſeptimo. numero ſecun-
do. libro primo. Decius conſil. centeſimo quin-
quageſimotertio. parte quarta. Quamuis enim
Pontifex loquatur ſuperius generaliter de ijs,
qui diuinis obſequijs mancipantur, tamen infe-
rius id ipſum declarans, oſtendit ſe ijs tantum
perſonis conſulere ſtuduiſſe, qui in dicta eccle-
ſia canonicatus, uel dignitatis alicuius præro-
gatiua illuſtrati eſſent, quod ex uerſicul. accepi-
mus facilè intelligitur, dum inquit: licet in ea ec
cleſia ultra alia beneficia quinque dignitates,
triginta, & octo canonicatus, & triginta, & quin
que præbendæ pro totidem perſonis, quæ illis
deſeruiunt in diuinis inſtituti noſcuntur, tamen
ipſius eccleſiæ, ſeu illius menſæ capitularis pro-
uentus ad commodum perſonarum dignitates,
canonicatus, & præbendas, in ea eccleſia pro
tempore obtinentium non ſufficiunt. Hæc
enim uerba demonſtrant non propter omnes
perſonas in eccleſia deſeruientes, ſed propter
illas tantum, quæ dignitates obtinent ſummum
Pontificem, uniones, annexiones, & incorpora
65 tiones feciſſe, quo fit ut † præcedentia ſubſe-
quentibus declarentur. l. ſi ſeruus plurium. §. fi-
nal. in fine. ff. de legatis primo.
Nec obſtant uerba præfationis, quia illa re-
gula procedit in dubio, nos autem, ut ex alijs uer
66 bis conſtitutionis apparet, ſumus † in claris, in
quibus locus non eſt coniecturis, & continuus.
ff. de uerb. oblig.
Tertiò perpendunt uerba conſtitutionis in
uerſicul. tamen ipſius, ubi dicit, licet in cathedra
li eccleſia Florentina tot dignitates ſint, tamen
uniones illas facit, quia eccleſia, ſeu illius men-
ſæ capitularis prouentus, & redditus ad com-
moda perſonarum illarum, & ſuſtentationem,
& onerum illis pro tempore incumbentium
ſupportationem nequaquam ſufficiunt. inde
igitur capellani argumentantes inquiunt, ſi ideo
facta eſt unio tot eccleſiarum, quod prouentus
eccleſiæ ad commoda perſonarum inſeruien-
tium, non ſufficiunt, capellani uerò, & ipſi quo-
que connumerantur inter perſonas, quæ eccle-
ſiæ deſeruiunt, & quibus erogantur prædicti fru
ctus eccleſiæ, quos canonici dicunt eſſe ſepara-
tos a bonis menſę capitularis, ſequetur profe-
ctò, ut hęc unio in capellanorum quoque com-
modum cedere debeat, ad quos certè illa uer-
67 ba, bonorum † eccleſię, referuntur, ſiquidem ex
eis componunt alimenta. Huc, inquiunt, ten-
dunt etiam uerba dicentia. Canonicis onera
incumbunt plurima, quę non alia in re aptius,
quàm in diſtributionibus capellanorum uerifi-
cantur. Reſpondetur tamen, ibi mentionem
fieri bonorum eccleſię, non quidem propter ca
pellanos, ſed propter canonicos, quibus etiam
multis in caſibus, ut ſupra dixi, bona eccleſiæ
communicantur, ſed quoniam facilè eueniebat
ut neque bona eccleſię, neque bona menſę ca-
pitularis ad commoda canonicorum ſufficie-
bant; Ideò dictas uniones facere ſummus Pon-
tifex deliberauit; neque tunc id ea ratione fe-
cit, ut capellanis, uel clericis in eccleſia ſeruien-
tibus per eas uniones conſultum voluerit, ſed
ut perſonis tantum dignitatibus, & honoribus
in eccleſia exornatis proſpiceret; Quemadmo-
dum ſuadet non ſolum aſſertio dicti ſummi Pon
tificis dicentis, ſe uix infantiam egreſſum, & in
dicta eccleſia ſacris initiatum in canonicorum
numerum aſcitum fuiſſe. Sed etiam apertè de-
monſtrant alia uerba conſtitutionis pleriſque
in locis, pręſertim in uerſicul. & perſonarum in
ea, vbi dicit ſe uelle prouidere commodis, &
decentiori ſtatui perſonarum in ea eccleſia di-
gnitates canonicatus, & pręebendas pro tempo-
re obtinentium, quæ ſanè uerba capellanos ex-
cludunt, qui dignitatibus, de quibus ibi agitur,
non decorantur.
Rurſus hoc idem ſuadent uerba in uerſicul.
cum annexis, ubi dicit, quã eccleſiam dictę men-
ſę perpetuò unimus, annectimus, & incorpora-
mus. Idem colligitur ex uerſicul. liceat pręfatis,
ubi dat licentiam Archidiacono, & Capitulo ap
prehendendi per ſe, vel per alios liberè, propria
que authoritate poſſeſſionem corporalem ec-
cleſiarum, & monaſteriorum, dicto Capitulo v-
nitorum, eaque perpetuò retinere, & eorum
fructus in ſuos, & menſę, ac eccleſiarum prædi-
ctarum uſum conuerti permittit.

Hęc

Hęc igitur uerba, uidelicet perſonarum dignitates, & menſę capituli, & alia ſimilia, ſępiſſimè cum fuerint repetita, demonſtrant eam unionem factam fuiſſe incommodum ca-
68 nonicorum, quia † uerbum ſæpius repetitum debet attendi, gloſſ. in uerbo diœceſanis uerſicul. nec poteſt clementina prima de iure patronatus Iaſon in l. ſi conſtante in principio columna 14. numero 83. uerſicul. quarto olim ita. ff. ſoluto matrimonio. Et uerba geminata ac ſæpius repetita intentionem diſponentis oſtendunt, Pariſ. conſ. 88. numero 25. Nec ideo Capellani iuuantur, quòd onus Canonicis impoſitum eſſe dicatur, ſeu quòd canonici onera pro tempore ſubeant, nam certè diuinat ille, qui dixerit illud onus reſpicere diſtributiones capellanorum, quod nõ eſt admittendum l. ſi putator. ff. ad legem aquil. quamobrem rutius eſt, ut dicamus conſtitutionem loqui de oneribus iniunctis perſonis habentibus dignitates, uel canonicis, ut uerba intelligantur
69 † ſecundum ſubiectam materiam l. ſi uno. ff. locati. l. inſulam. ff. de præſcript. uerb.

Quartò uim faciunt capellani in uerſ. pro di-
70 ctæ eccleſiæ ſuæ decore, ubi dicit ſe illam † unionem facere pro dictæ eccleſiæ ſuę decore, & per ſonarũ earumdem commodiori ſuſtentatiõne quæ uerba, ꝓ decore ſuæ eccleſiæ, & uerba, perſonarum, uti generalia ad cappellanos quoque referri poſſe uidentur, argumento l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtand. l. ſi finita §. de cæteris. ff. de damn. infe. At certè huiuſmodi indu-
71 ctio nihil urget, uerba † enim quantumuis generalia ad conſonum intellectum referri debent l. 1. §. quod ait. ff. ne quid in loco ſacro, & intra terminos habiles reſtringuntur l. ut gradatim. ff. de muner. & honor. l. 1. in principio C. de ſa-
72 croſanct. eccleſ. Quanquam † igitur conſtitutio generaliter loquatur, tamen reſtringi debet ad perſonas in dignitate conſtitutas, ſicut manifeſtè colligitur ex uerbo earundem, quod ea, quæ
73 ſuperius dicta ſunt, reſpicit, quia † dictio idem eſt præcedentium repetitiua l. idem. ff. mandat. Bartolus in extrauagant. ad reprimendum, uerſicul. perinde, Ruynus conſ. 3. numero 4. uolumine 3. Pariſius conſilio decimoſexto, numero
74 44. uolumine tertio. ſicut dicitur † de dictione, eorum, quæ relatiua eſt, & inducit repetitionẽ præcedentium Ruy. conſ. centenſimo ſeptuageſimonono, numero ſecundo uolumine ſecundo & conſilio 101. numero 9. volumine ſecundo & propterea dictio, eorum, dicitur reſtringere præcedentem diſpoſitionem Corne. conſilio 9. columna penultima. uolumine primo, & conſilio 37. uerſicul. quod uerbum columna tertia uolumine primo & Pariſius conſilio. 18. numero 32. uolumine ſecundo, & conſilio octuageſimo ſexto. numero 58. parte ſecunda igitur cum ſuperius mentionem habuerit perſonarum in dignitate conſtitutarum, deinde uerò dixerit, ſe prouidere uelle earundem ſuſtentationi, iure optimo dici poteſt, dictionem earundem ad perſonas in dignitate tantum conſtitutas eſſe referendam. Tantum ergo obeſt, ut conſtitutio Leonis capellanis proſit, ut etiam canonicos merè adiuuet.

Quartò principaliter capellani adferunt relationem Sapientum Communis Florentiæ cõfirmatam iandudum per Dominos Priores & Vexilliferum populi Florentini & ratificatam atque iuratam per quoſdam Canonicos, eo tempore in Florentina eccleſia exiſtentes per quam relationem præſertim in verſicul. quo ad ſextumdecimum Capellani aſſerunt iudicatam fuiſſe capellanis diſtributiones conſtitui oportere in bonis menſę capitularis quas hodie dicunt conſtitui ſaltem poſſe in eo, quod vt illi opinantur, Capitulum debet Sacriſtiæ nomine pœnæ Canonicorum abſentium, quas ipſi præſentibus accreſcere negant.

Sed reſpondetur, in ea relatione nõ id ſtatutũ fuiſſe, quod cappellani proponunt, ſed ſolum ibi fuiſſe diſpoſitum, ut diſtributor diſtribuat in Præpoſitum, Canonicos & capellanos redditus & prouentus, de quibus agitur in dicta conſtitutione Ioannis 23. in §. officium. At in dicto. §. officium dicitur bona eccleſiæ & Capituli eſſe diſtribuenda in canonicos, & capellanos ſingula ſingulis referendo, videlicet, vt bona eccleſię in capellanos, bona uero capituli in Canonicos diſtribuantur; Eſt igitur cõcludendum idem quoque ſtatui atque decerni in prææallegata relatio-
74 ne, quia † ſententia ſe ad aliam ſcripturam referens id ſolum continere videtur, quod in ſcriptura relata dicitur. l. ait prętor. §. ſi iudex; ubi Alexand. in primo not. & Iaſ. nume. tertio. ff. de re iud. facit id quod tradit Marcantonius Blanc. in tract. de compromi. in 10. q. 9. quęſt. principalis. & Feder. Sche. in tract. de ſent. & re iud. num. 16. ubi dicit, ſi iudex condemnat aliquem ad reſtituendum illud, quod acceperat ex teſtamento Meuij. Id ſic accipiendum eſt, quaſi quantitatẽ nominauerit, quæ teſtamento relicta eſt, quia
75 † relatum cenſetur eſſe in referente. l. aſſe toto ff. de hæred. inſt. l. ſi ita ſcripſero, vbi Barto. ff. de cond. & demonſt.

Sed poſito non dato, ut in ea relatione dicatur, quotidianas diſtributiones capellanis eſſe tribuendas ex bonis menſæ capitularis. Atque itidem poſito, ut in eadem diſponatur, abſentiũ
76 † diſtributiones non accreſcere præſentib. ſed competere Sacriſtię, nihilominus certo certius eſt, prædictam relationem ad rem non facere; Nãq; talis relatio facta fuit ſuper controuerſia, quę vertebatur olim inter Canonicos ex uno latere, & Conſules artis lanę ex alio, ut patet ex eius lectura, nunc uerò lis eſt inter alios, nempè inter Canonicos & capellanos, quo caſu certiſſimi iuris eſt, dictam relationem Canonicis
77 non obeſſe, quia † res inter aliquos acta, non af-

ficit

ficit alios, toto titulo res intèr alios acta,& pro-
78 pterea ſententia †inter aliquos lata,non præiu-
dicat alijs, Alex.in l. ſæpe.columna ſexta nume-
ro 24. ff.de re iud.Guid. Pap. ſingul.759. incip.
ſi ſententia. quamobrem Domini canonici in
refutandis capellanorum petitionibus,reſpon-
dere poſſunt,quoad uos liberas ædes habemus
l.loci corpus.§. comperit.ff. ſi ſeruit. uendic. &
Pariſ. conſilio centeſimodecimo. numero 63.
volum.primo,

Quòd ſi pro capellanis reſponderetur, tunc
ſententiam inter quoſdam latam alijs non obeſ
ſe, quando agitur de ſententia iudicis inferio-
79 ris, ſecus uero †quando tractatur de ſententia
ſupremi Principis, quæ facit ius quoad omnes,
qui ſua intereſſe pręrendunt, cum uim legis ha
beat l.fi.C.de legibus cap.in cauſis de re iudic.
& Alex. in l. ſæpe columna 19. numero 73. uerſi
cul. item fallit. ff.de re iud. proptereaque dicen
dum ſit in caſu noſtro huiuſmodi relationē tan-
quam ſententiam reipublicæ Florentinę & prin
cipis non recognoſcentis ſuperiorem, ut per
Bart.in l.hoſtes, columna fi.numero ſexto.ff. de
capt. & poſtlim. reuerſ. quo ad capellanos quo
que ius facere,

80 Replicatur tunc admittendum †eſſe ſenten-
tiam principis facere ius inter omnes, quando,
uel ipſe princeps iudicat tanquam ſupremus
princeps de plenitudine poteſtatis, argumento
eorum, quæ dicit Ruynus.In conſilio 56. nume
ro quarto uolumine quinto, uel quando is, cui
cui cauſa a principe commiſſa eſt,pronuntiat no
mine regio, ut per capitulo in deciſ. centeſima
undecima num. 4.

Sed quando princeps procedit ſecundū or-
dinariam poteſtatem,non autem ſecundum po
81 teſtatis plenitudinem,qua ipſe †uti in dubio nō
pręſumitur Ruynus d. conſilio quinquageſimo
ſexto numero quinto, uolumine quinto. ſeu
quando non tractatur de ſententia principis,
ſed quæſtio eſt de illius conſultatione, uel re-
ſponſione, tunc dici poteſt principis conſul-
tationem ſeu reſponſionem non facere ius
quoad omnes, quando per illam conſulta-
tionem, & reſponſionem non intendit di-
ſponere, uel introducere nouum ius, ſed illud
tantum prout accidit in caſu noſtro, quod de
iure cautum eſt approbare Bartolus l. nemo.C.
de ſentent. & interlocutor. omn. iudic. & An-
tonius Corſettus in ſingular. in uerbo con-
ſultatio.incipiente quando legis lator numero
ſecundo.

Quinto principaliter capellani,cum opinen-
tur habere ſe cauſam potiorem, aſſerunt, uene
rabiles conſules artis lanæ tanquam patronos,
& adminiſtratores rerum eccleſiæ poſſe & debe
re ſtatuta, atque conſtitutiones edere, & pro-
mulgare,quibus caueatur,quotidianas diſtribu
tiones capellanorum augendas eſſe ex fructi-
bus,& prouentibus capitularis menſę canonico
rum idque tum ex iuris diſpoſitione,tum etiam
ex iure ſingulari,ſeu priuilegijs,& conſtitutioni-
bus, a ſummiſque Pontificibus impetratis, de-
monſtrare conantur.

Et primò quod attinet ad ius commune, cer
82 tum eſt laicos poſſe reos eccleſiæ †in temporali
bus adminiſtrare, gloſa in capitul.primo ubi Pa
normitanus columna prima uerſicul. in eadem
gloſa de ſyndico, & Decius in cap. decernimus
numero undecimo, uerſicul.ſecundo quæritur.
de iudicijs.

Quin etiam ſecundum conſuetudinem gene
ralem in tota Hetruria,uel potius in tota fermè
Italia introductam laici curam ſuſcipiunt admi-
niſtrandi & diſtribuendi fructus, redditus, &
prouentus, eccleſiarum iuxta ſententiam
communiter approbatam de qua plura Deci.
dicto capitul.decernimus columna undecima,
de iudic. & idem Decius in conſilio cente-
ſimo quadrageſimooctauo, incipiente Reue-
rende pater numero tertio, & numero quarto,
parte prima,& Ioannes Baptiſt.Ferretus in con
ſilio ſenteſimo quadrageſimoprimo, numero
quinto & conſilio centeſimo quadrageſimoſe-
cundo num.5.& 6.

Quod uerò ſpectat ad priuilegia, uim faciunt
capellani in conſtitutione Gregorij 21. in uerſi-
cul. ac etiam de numero, & in uerſicul. nos igi-
tur, quibus in locis ita ait ſummus Pontifex, di-
uinum cultum intenſis deſiderijs augere affe-
ctantes,uolumus quòd operarij una cum epiſco
po Florentino ſacriſtiarum ueſtium,ornamento
rūquè curam gerant, & de ipſis diſponere poſſint
& debeant. nec non de numero canonicorum
ac etiam de numero capellanorum in ipſa eccle
ſia deo ſeruire debentium, & de modis, & re-
gulis in eadem eccleſia ſeruandis per eos, qui
habebunt diuina officia celebrare, ſicut ipſis
83 una cum epiſcopo, ſine †cuius conſilio, & aſſen
ſu nihil poſſint facere, ſanctus uidebitur expedi
re, dummodo præfatos modos ſolus epiſcopus
inſtituat uel confirmet.

Inſuper comprobant hoc idem per bullam
Ioannis trigeſimo, ad finem in uerſicul. per prę
dicta quoque, quo in loco ſummus Pontifex ui
detur approbare conſtitutionem Gregorij 12.
præallegatam, cum dicit per prædicta quoque.
aut aliquod eorundem nullum intelligatur aut
poſſit præiudicium fieri aliquibus priuilegijs
uel indultis per ſedem apoſtolicam conceſſis
hactenus circa præmiſſa,uel aliquod eorundem
conſulibus antedictis, ſeu operarijs fabricæ me
moratæ.

Veruntamen reſpondetur. capellanos neu-
tro capite inniti poſſe. Nam ſecundum iuris
84 †communis diſpoſitionem, ſtatuta laicorum,
quæ diſponunt expreſſè de rebus, uel perſonis
eccleſiaſticis ipſo iure irita ſunt, cap. eccleſia
Sanctę Marię, de conſtitut. cap.fi. de immunit.
eccleſ. Innoc. & Panormitanus in cap. quę in
eccleſia-

eccleſiarum in ſecundo notabili de conſtitutio. ubi Antonius Butrius numer. tertio & Beroius numero ſextodecimo & Bartolus in l.prima.ff. de his, quę pœnæ nom. & in l. cunctos populos in quinta quęſtione C.de ſumma trinitate,& fide cath.Hyppol. de Marſil. ſingul. 29. incipiē-
85 te ſtatuta laicorum. Hoc autem adeò uerum eſt, ut nec etiam in fauorem eccleſię ſtatuta a prophanis, & laicis edita valeant.cap.benè quidem. §. martinus 96. diſtinct. Abb. antiquus dicto capitul.quę in eccleſiarum ubi Beroius numer. quinquageſimoquinto quia de iure adempta eſt laicis omnis poteſtas diſponendi tam de perſonis, quàm de rebus eccleſiaſticis auth. ſancimus, aliàs ſtatuimus. C. de epiſcopis, & cle.

Nec nos moueat, licere laicis res eccleſię adminiſtrare atque diſtribuere, quemadmodum inoleuit iamdudum conſuetudo generalis in tota Italia, quoniam reſpondetur, illud tantū permiſſum cenſeri, quoniam laici adminiſtrant, & diſtribuunt bona ſecundum ueterem conſuetudinem illius eccleſię, cuius bona adminiſtrant,
86 conſuetudo † enim eccleſię ſeruari debet Innoc. dicto capitul. requiſiſti, de teſtam. cum locis conſocijs ſupra citatis, certumque eſt, conſuetudinem loci retinendam eſſe capitul. conſuetudo prima diſtinctione capitul. ex literis, de ſponſal. At ſi in propoſita ſpecie dicti uenerabiles conſules artis lanæ ita bona eccleſię adminiſtrarent atque diſtribuerent, aut aliqua conſtitutione ſancirent ex bonis menſæ capitularis augendas eſſe quotidianas diſtributiones capellanorum, profectò ipſi non ſeruarent antiquiſſimam conſuetudinem cathedralis eccleſię Florentinę, ut ſuperius indicaui; igitur iure optimo detrectate poſſunt prędicti Domini conſules promulgare conſtitutiones quibus caueatur, ut bona capituli capellanis diſtribuantur, & a canonicis, qui ueri eorundem bonorum domini ſunt, auocentur.

Nec iuuantur pręterea capellani a priuilegijs allegatis, namque conſtitutio Gregoriana non tribuit Dominis conſulibus poteſtatem condendi ſtatuta de diſtribuendis rebus dictæ menſę capitularis; ſed curam ſacriſtiarum, & cuſtodiam ornamentorum eccleſię ipſis demandat, eiſque facultatem dat augendi ordinem canonicorum, & capellanorum vltra numerum conſuetum, vt conſtat ex lectura dictę conſtitutio-
87 nis. Idcircò quod bulla, † ſeu lex non dicit, neque nos dicere debemus. capitul. ad audien-
88 tiam. vbi gloſſ. de decimis, erubeſcimus † enim cum ſine lege loquimur. lege illam merito. in ſi. C. de collatio. §. conſideremus. in Authen. de triente & ſemiſſe.

Neque huic ſententię refragantur verba conſtitutionis quæ habent, & de modis, & regulis in eadem eccleſia ſeruandis per eos, qui habebunt diuina officia celebrare, verba enim hęc non reſpiciunt modum diſtribuendi bona capituli, ſed reſpiciunt modum, & ordinem a mi-
89 niſtris † ſacrorum in choro, & eccleſia cuſtodiendos, nimirum quot debeant eſſe cantores, quinam ſint canendis epiſtolis, & euangelijs pręficiendi, quis in choro cenſeatur contumax. quibus ornamentis ſingulis quibuſque diebus vtendum ſit, quæ dicantur feſta ſolemnia, quæ dominicalia, & id genus reliqua, de quibus dicti Domini conſules ſtatuere conſueuerunt, quemadmodum ex albo, ſeu tabula ſacriſtiæ colligi poteſt.

Hæc declaratio primò depromitur ex illis verbis, modis, & regulis; regula enim interdum ſignificat regimen domus ſecundum Boniſa. de Aman. in rubric. de regul. iur. in ſexto. & Guliel. Mayner. in rubric. ff. de regulis iuris. numero quinto. quaſi dicat conſtitutio, conſules diſponere poſſe de modo, & regimine dictæ eccleſiæ.

Hoc etiam comprobant illa uerba, in eccleſia ſeruandis, quæ ſignificant prædictos Dominos Conſules poſſe diſponere de modis, & regulis ſeruandis non quidem in diſtributionibus faciendis, ſeu circa diſtributionem bonorum capituli, ſed ſeruandis in eccleſia, quod quidem
90 † verbum licet aliquando ponatur pro vniuerſitate eccleſiæ, videlicet pro prælato, capitulo, capellanis, & clericis; tamen capitur etiam pro loco conſecrato, & circunſepto parietibus, vbi preces Deo agere conſueuimus. in Authentic. vt liceat matri, & auiæ. §. quæro. & capitul. vn. de purgat. poſt partum. & capitul. licet domum. de immunitat. eccleſ. in ſexto. Pariſius conſilio vigeſimoſeptimo. numero decimo, & numero undecimo. volumine quarto. & Pſalm. 67. In eccleſijs benedicite Deo de fontibus Iſrael. Qua ſanè ſignificatione ſummus Pontifex in dicta conſtitutione nomen eccleſię accipit, vt apparet ex alijs locis eiuſdem Bullæ, & vt demonſtrat etiam dictio, in, quæ ſignificat in loco. l. prima. §. in flumine. ff. ne quid in loco public. & Veronenſ. in l. ſilua cędua. columna tertia. numero ſexto, verſicul. & adde. ff. de verborum ſignificatio. Ideoque perinde eſt, ac ſi diceretur, Dominos Conſules diſponere poſſe de modo, & regimine in eccleſia, choro, & loco, in quo Deo preces peragimus obſeruandis. Tertiò huc pertinent illa verba, per eos, qui habebunt diuina officia celebrare, quaſi dixerit ſummus Pontifex, conſules decernere poſſe de modis, & regulis ſeruandis, non quidem per Camerarios, vel diſtributores circa bona capituli eroganda, ſed de modis, & regulis, quę ſeruari debent per eos qui diuina officia celebrant, quo in loco in pri-
91 mis perpendi debet † dictio, per, quæ ſignificat cauſam inſtrumentalem. Baldus in Rubric. Codic. de exercit. & in lege ex arrali. Codic. de actio. empti. & propterea, dum dicit per eos, perinde eſt, ac ſi dixiſſet. de modis ſeruandis ab his, qui ea ſacra peragunt,

Secundò

Secundo perpendenda eſt dictio illa relatiua, qui celebrant, qua ſignificare voluit Summus Pontifex, agi eo in loco de modis ſeruandis ſolum ab ijs, qui celebrant, quo-
92 niam relatiuum, † qui reſtringit diſpoſitionem Bartol. in lege omnes populi digeſtis de iuſtitia, & iure, & Pariſius conſilio decimoſeptimo. numero trigeſimoſeptimo. volumine tertio. Atque hinc colligi poteſt, Bullam Gregorij Duodecimi. non concedere facultatem Conſulibus diſtribuendi bona capituli inter Capellanos, ſed modos tantum, & regulas ordinandi circa eos, qui peragendis ſacris præponerentur, vel potius eos modos, & regulas excogitandi, ac proponendi, quas deinde ipſe Epiſcopus debeat inſtituere, uel confirmare, vt habetur in dicta bulla in verſic. dummodo præfatos.

Nec obſtat quod aiunt, confirmari Bullam Gregorij per Bullam Ioannis Vigeſimitertij. Nam cum Gregorius non dederit poteſtatem diſtribuendi bona capituli in capellanos, dubio procul, quamuis etiam concederemus Ioan. Vigeſimitertiũ, Gregorij conſtitutionem approbauiſſe, nihilominus nullum ob id præiudicium inferri poteſt, quia
93 † confirmatio, plus quàm datio non operatur. Hoſtienſ. in ſumma, de confirma. utili uel inut. §. a quo. verſicul. petenda eſt, & Pariſius conſilio decimonono. numero uigeſimoſexto. parte prima. In dubio enim confir-
94 matio † priuilegij, tametſi corroboret confirmatum, tamen non extenditur ad illud, quod antea in confirmata diſpoſitione non comprehendebatur, Bald. in lege aduerſus. Codice. Si aduerſus rem iudic. & in lege nominationes, in fine, Codice, de appellation. Alexander conſilio centeſimo uigeſimotertio. numero uigeſimo, libro quarto. Riminaldus conſilio trecenteſimo ſexageſimoſexto, numero ſecundo, uolumine ſecundo.
95 Vbi dicit † confirmationem nihil noui iuris tribuere, quando confirmans non uult aliquid dare de nouo, ſed confirmare ſolum conatur id quod conceſſerat antea lege & quia. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. capitul. inter cæteros. §. porrò, de fide inſtrumen. Id autem quod dixeram, confirmationem priuilegij robur dicto priuilegio dare, non autem aliquid noui iuris ſtatuere procedere dicitur quando agimus de confirmando actu ſeu priuilegio, quod eſt validum cuiuſmodi videtur eſſe conſtitutio Ioannis Vigeſimitertii, ſupra allegata, uerum ſi ſummus Pontifex
96 † ex certa ſcientia actum nullum confirmat, tunc confirmatio nouum ius inducere ſolet, Deci. conſilio quingenteſimo decimoſexto. numero duodecimo. volumine quarto.

Sexto principaliter inquiunt Capellani, iuris æquitatem etiam ſuadere, ut ſuæ ipſorum quotidianæ diſtributiones ex bonis capituli augeantur; cum enim Canonici munera ſibi iniuncta non expleant, Cappellani uerò omnes in eccleſia laborẽ ſuſtineant, æquiſſimum eſſe putant, ut bona canonicorum propter huiuſmodi labores cum illis cõ-
97 municantur, quia dignus † eſt mercenarius cibo ſuo. Math. capitul. decimo. & qui altario deſeruiunt, digni ſunt, qui de ipſo paſcantur. cap. ex his 12. q. 1.

Sed non eſt cur tam acriter in canonicos inuehantur, nam Canonici, quamuis alienas partes in Dei eccleſia non ſuſcipiant, ſuas tamen ſecundum inueteratam eccleſiæ conſuetudinem libentiſſimè ſemper egerunt, munia que ſibi iniuncta diligenter, piè, ac religioſè, quantum in illis eſt, aſſidue ſubierunt, & ſubeunt. Meminerint igitur Capellani na-
98 tum † eſſe hominem ad laborem Iob cap. 5. & de laboribus conqueri deſinent. Quod ſi aliqua de cauſa circa ſalaria, victum, & ueſtitum lautius, & abundantius Canonicis conſultum eſſe compererint, id ęgrè ferre non debent, modo ſecundum eccleſiæ conſuetudinem, a qua non eſt recedendum, & ipſis quoque prouideatur, ut inquit Innocentius, & Panormitanus in capitul. cum omnes. de conſtitut. ubi Bero. numero octuageſimonono. & numero nonageſimo.
99 Aequo præterea † conſiderent animo, æquitatem, quam ipſi crebrò uſurpant, non ſuadere, ut alicui ſuum ius adimatur, uel ut aliquis cum alterius detrimento fiat locupletior l. naturaliter. §. item. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Alterius enim incommodo, ut ſcriptum reliquit Cicero libro tertio offic. ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ poſſunt, aut corpori accidere, aut rebus exterius.

Nec quicquam obeſt, oportere iudicem
100 † ante oculos æquitatem habere. l. quod ſi Epheſi. in fine. ff. de eo quod certo loco, propterea quòd adhibenda ſemper eſt diligens quędam cautio, ne per inanem æquitatis ſpeciem decipiamur, fieri enim ſępe uidemus, ut
101 quidam dum † nimis mites, lenes, ac benigni uideri ſtudent, laxi potius, & remiſſi, quã iuſti, & boni dijudicantur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerborum obligation. liberalitatem
102 exercere pulchrum reputatur. At dare † cum non oportet, ubi non oportet, cui non oportet, turpe eſt. l. 1. ff. de curat. fur. Cum igitur ęquitas illa ſeruanda ſit, quę circunſtantijs legitimis circumſcribitur. l. aut facta. ff. de pœn. alia uerò a iudicijs tamquam peſtis è ciuitate ſit reijcienda. Paul. Caſtrenſ. lege placuit. numero tertio. Codic. de iudic. & copioſè

ſcribit

ſcribit Benuen. Strach. in tract. de mercat. in prima partic. ulrimę partis principalis. Quomodo procedendum ſit in cauſ. mercat. numero rertio,& ultima partic. numero quinto. Conſequens eſſe debet, ut in hac ęquitate, qua Capellani nituntur, nullam uim facere iudices debeant, quandoqmidem non tam ęquitas, ſiue ius, quàm ciuilis iniuria, non immerito dici poſſet. capitul. erit autem lex, ubi gl.4.diſt.

Et ita arbitror Iuris eſſe ſaniore Iudicio ſemper ſaluo.

Ego Antonius Cioſius Iuriſconſultus Florentinus in Piſano gymnaſio iuris ciuilis ordinarij Veſpertini Interpres, & in fidem ſubſcripſi, & ſubſignaui ad laudem Dei.

SVMMARIVM.

1 *Scriptoria in alienatione conſenſus Summi Pontifices adhibetur.*
2 *Filiusfam. clericus an quicquid conſequitur a patre, vel aliunde, cenſeatur quaſi caſtrenſe peculium.*
3 *Peculium quaſi caſtrenſe non confertur.*
4 *Peculium quaſi caſtrenſe in clerico quo caſu conſideretur.*
5 *Clericus ſi aliquid conſequitur ex ſimplici donatione parentum, an abſolute ſit quaſi peculium caſtrenſe, vel ſimplex donatio.*
6 *Donatio ſimplex habet vim relicti, & legati.*
7 *Inaqualitas operatur, vt communis opinio limitetur.*
8 *Clerici prima tonſura teſtari poſſunt in aduentitijs, ſecus in profectitijs.*
9 *Clericatus an poßit vendi ſine licentia Papa.*
10 *Feudum paternum quale ſit.*
11 *Primogenitus quo caſu non ſit alijs praferendus.*
12 *Feuda dignitatis diuidi non poſſe, at iuriſdictionis ſit.*
13 *Conſuetudo generalis ſeruanda.*
14 *Clauſula, ſaluo iure tertij, vis.*
15 *Fructus pertinent ad dominum feudi.*
16 *In Regno an omnes filij ſuccedant in feudo.*
17 *Mentio haredum vbi facta eſt, clericus poteſt in feudo ſuccedere, quamuis beneficiatus.*
18 *Res empta ex pecunia aliena efficitur ementis.*
19 *Minor habet reſtitutionem in integrum.*
20 *Res empta ex pecunia pupilli per alium quàm per tutorem efficitur ementis, & non pupilli.*
21 *Res ſi emitur ex communi pecunia, & res fiat ementis, pecunia repetitur.*
22 *Socij omnium bonorum non ſunt, qui omnia non communicaut.*

CONSILIVM II.

In Dei nomine.

AD primum dubium Clericatus Camerę arbitror poſſe reſponderi, Reuerendisſimum, & Illuſtrisſimum Dominum Cardinalem Vitellium debere conferre ſibique in ſuam partem imputare tantum quanri dicta clericalis militia uendi potuit tempore mortis patris, deducto onere, & labore dictę militię.

Id quod tenet Iaſon in lege illud. columna tertia, uerſicul. ego puto quod attenta. Codice, de collation. ubi de ſcriptoria Apoſtolica loquens, inquit quod cum dicta ſcri-
1 ptura quotidie uendatur, & facile † Summus Pontifex in illius alienatione conſenſum adhibeat, & per conſequens augeat patrisfamilias patrimonium conſequens eſſe debet, ut computetur, ita etiam Baldus in lege omnimodo. §. imputari. numero tertio. uerſicul. ſecundo eſt reperire. ubi Paul. Caſtrenſ. Codice, de inofficio. teſtamen. Bartol. in lege prima. §. nec caſtrenſe. columna tertia. numero centeſimo quadrageſimo octauo, & numero tringenteſimo ſeptuageſimonono, & numero ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo. uerſi primo, & uerſ. quędam eſt militia quę poteſt uendi. digeſtis. de collatione bonorum. & Ripa in lege in quartam. numero centeſimo ſexageſimotertio, & centeſimo ſexageſimoquinto, ubi tuetur hanc opinionem Iaſonis reiecta opinio. Nicolai de Vbaldis. & hanc eandem opinionem tenet Calcan. in conſilio ſeptuageſimoquarto. columna quarta. uerſicul. ergo ſi non eſt. numero 15.

Quod autem non tantum conferatur, quanti pater emit, ſed quanti illa militia clericalis uendi poteſt tempore mortis deducto onere militię firmat Bartol. in lege prima. §. nec caſtrenſe, numero tringenteſimo quadrageſimoquarto, & numero quadringenteſimo octuageſimonono. uerſicul. quędam eſt militia. digeſtis. de collatione bonorum, & Iaſon dicta lege illud. uerſicul. ego puto. ubi etiam Decius numero centeſimo quadrageſimooctauo, & numero tringenteſimo quadrageſimoquinto, & numero quingenteſimo octuageſimoquarto. & Baldus dicto §. imputari. numero ducenteſimo quadrageſimo quarto, & numero quingenteſimo ſeptuageſimoquinto. uerſic. ſecundo eſt. ubi Corne. §. quid ſi tantum. conſilio centeſimo ſeptuageſimoprimo, & conſilio quadringenteſimo octuageſimonono. numero tringenteſimo trigeſimoſexto & ſeptimo. ubi Prus de Bellaper. & Bu-

Butrig.d.§.imputari. & l.illud. uerſicul. item eſt
ſciendum.

Contra hanc tamen concluſionem excitatur
dubium per quoſdam ex patribus, ex doctrina
Iaſon in l.filiæ licet. columna ſecunda.uerſic.ſe-
cundo doctrina Bartol. C. de collatio. & Albe-
ric.in l.ſi donatione. columna final.C.eodem.&
Bertrand.conſilio ducenteſimo primo.incipien
te.conſideratis dubijs. parte prima.numero no
no;& decimo. In corpore antiquiori. Quibus
in locis prꝏallegati doctores firmant, quicquid
2 filiusfam. clericus conſequitur a patre, uel a-
liunde cenſeri quaſi caſtrenſe peculinm.l.ſacro-
ſan.& anthen. presbyteros. & l. cum lege Leon.
C.de epiſcop.& clericis.quod Iaſ.in d.l.licet.ex-
tendit enim ad res donatas clerico primæ ton-
ſuræ, qui ſecundum eum habet peculinm quaſi
3 caſtrenſe. Quare cum peculium † quaſi caſtren-
ſe non conferatur,l.final. C.de collatio. Iaſon d.
l.filię licet,columna prima.in ſecundo uot.C.eo
dem. Dec. in l. ſi donatione. columna final.nu-
mer. quadrageſimoſecundo.C.de collatio.Cur.
in rub.eodem. conſeqnens etiam eſſe uidetur,
ut dictus clericatus cameræ non debeat confer
ri,ſed remaneat dicto Illuſtriſſimo, & Reueren-
diſſimo Domino Cardinali præcipuus ultra
ſuam portionem.

Sed reſponderi poteſt,dictum Alberici. Iaſo.
& Bertrandi non eſſe ſimpliciter uerum, neque
procedere abſolutè,ſed datum cletico,tunc cen
4 ſeri † peculium quaſi Caſtrenſe, quando ei da-
tur ratione clericalis dignitatis, ut in miſſis, uel
orationibus dicendis, uel alijs,de quibus per Pa
normita.in capitul.cum in officijs. columna fiu.
extra de teſtamen. argumen.eorum quæ haben
tur in Annot.ad Matthesil. ſingular.decimono-
no.numero decimonono. At quando ex bo-
nis parentum aliqua perueniunt in filios ex ſim
5 plici donatione tunc etiam ſi donetur† clerico,
tamen non abſolutè uidetur peculium quaſi ca-
ſtrenſe, ſed potius uidetur ſimplex donatio,
quæ a ſui principio non eſt perfecta, ſed perfi-
citur morte, & in morte confirmatur. l. do-
nationes quas parentes. C. de inofficio. donat.
6 & † habet uim relicti & legati, & ideo regulari-
ter, hoc non deberet conferri, vt per Iaſon.in
authent. ex teſtamento. colum. 4. uerſicul. ſe-
cunda principalis opinio, ubi Decius numero
quinto,& numer. ſexto,uerſiculo ſecundo prin-
cipaliter. C. de collation. ubi atteſtantur hanc
eſſe opinio. magis communem. Veruntamen
hæc magis communis opinio limitatur non pro
7 cedere, quando magna † inæqualitas reſulta-
ret (ut eueniret in caſu noſtro) nam ratione
ęqualitatis ſeruandæ, donatio etiam ſimplex fi-
lio facta confertur, Dec. in l.ſi donatione. nu-
mero quadrageſimoprimo, & numero quadra-
geſimoſecundo. C.de collatio. l.illud. ubi Dec.
numero ſexto. eodem. & Socy. ſenior conſilio
ſexageſimoprimo. numero undecimo. parte
quarta. cum ſimilibus.

Nec obſtat retentio, & ampliatio adducta
per Iaſon in d.l.filiæ licet, in clerico primę ton-
ſuræ,qui ſecundum eum habet quaſi Caſtrenſe
peculium; quoniam hęc opinio,ipſi Ripę in l.in
quartam.not.centeſima ſeptuageſimaprima, ff.
ad l.Falc.uidetur dubia, & dicit quòd iura alle-
gata per Iaſon,loquuntur in clerico conſtituto
8 in ſacris. Neque obſt. quod † clerici primę ton-
ſurę teſtari poſſunt, quia id eſt uerum in aduen-
titijs. ſecus autem eſt in profectitijs:ut per Rip.
dicto numero centeſimo ſeptuageſimoprimo.
9 Et licet † clericatus, non poſſit uendi ſine licen
tia Papę,tamen quia facilè euenit, ut licentia im
petretur,argumen.eorum, quę dicit Ripa d.l. in
quartam. numero centeſimo ſexageſimoquar-
to. merito dicimus eſſe computandum inter ea
quę uendibilia ſunt, iuxta dict. per Bartol. dicto
§.nec Caſtrenſe. numero quarto. & ſupra de-
ducta.

Quod enim attinet ad fructus clericatus, ar-
bitror eſſe conferendos etiam fructus; quod
intelligo procedere ita, ut deducatur onus,& la
bor perſonæ. Aret. conſilio decimoſeptimo in-
cipiente.conſideratis. columna decima.& Picus
d.l.in quartam, numero ducenteſimo ſecundo.
verſicul.ultim.concluſio.ff.ad legem Falcidiam.
cum proueniant ex pecunia, quæ uidetur a
patre donata.ut per Dec. in l.illud. columna fi-
nal.numero decimo. C. de collatio. & Soc.con-
ſilio centeſimo ſexageſimoſecundo.numero pri
mo. ſecundo uolum. & conſilio nonageſimoſe-
cundo. uolum.primo. numero decimoquinto.
Roma.conſilio quadringenteſimo ſexageſimo-
nono incipien. quoad primum. ubi uolunt par-
tem pecuniæ, partem uero induſtriæ attribui
ut latè per eos locis citatis.

Quare, cum in facto proponatur, totum fer-
mè lucrum clericatus Cameræ, dependere ex
induſtria clerici, non multum ex fructibus,con-
ferri deberet.

Ad ſecundum dubium,arbitror, reſponden-
dum eſſe Illuſtriſſimum Dominum Vincētium,
& Iulium, participare debere in feudo ciuitatis
10 Amatricis, & illius fructibus. Nam hoc † feu-
dum, reſpectu litigantium dicitur feudum pa-
ternum, acquiſitum ſcilicet per patrem dicto-
rum illuſtrium fratrum. Pariſ. conſilio decimo-
tertio.libro primo. numero primo, & numero
ſecundo. Et dicitur feudum iuriſdictionis non
autem feudum dignitatis, cuiuſmodi eſſet feu-
dum Ducatus, vel Comitatus. Ruynus conſi-
lio decimonono. columna final. numero deci-
monono. parte prima. Quapropter in huiuſ-
11 modi feudo † primogenitus non venit alijs præ
ferendus. in titul. de feud.ſucceſſ.§.primo.& ca
pitul.omnes filij.in fine. ſi de feud.fuer.contro
uer.inter dom.& agna.& capitul.primo. §.item
ſi duo.quibus mod.feud.amit.& capitul.primo.
§. quia uidimus. qui feud. dar. poſſunt. & capi-
tul.primo. §.præterea ducatus. de prohib. alie-
natio. per Federic. & capitul. primo. de feudo

Marchæ.
12 Quinimo hæc feuda iuriſdictionis, & † non
dignitatis diuiduntur, vt per Alexand. conſilio
vigeſimoquinto. volumine quinto. & Ruyn. d.
conſilio decimonono. & Pariſ. conſilio decimo. nu
mero decimotertio. parte prima. Et poſito, &
non dato, ut ſit feudum dignitatis, quod tamen
nego, tamen per generalem conſuetudinem,
13 quæ ſeruatur † in tota Italia huiuſmodi feudum
diuidi poſſet, & in illis pariter omnes ſuccede-
rent, nec eſſet locus primogenituræ, ut per Pa-
riſ. dicto conſilio decimo. numero decimoquin-
to. cum conſocijs ibi allegatis.

Addo etiam iſtos fratres poſſe diuidere feu-
dum, & illud inter ſe alienare, irrequiſito do-
mino proprietatis, & irrequiſita Regia maie-
ſtate, Bartol. in l. prima. C. de impon. lucrat. de-
ſcrip. libro decimo. columna prima. & Ruy. con
ſilio decimo, columna tertia. numero nono.
parte prima. & conſilio vndecimo. columna 1.
parte prima.

Item credo quòd renunciatio, & inuеſtitu-
ra facta per vnam ex filijs, nimirum per Reue-
rendiſſimum, & Illuſtriſſimum Cardinalem in
perſona Illuſtris Dom. Iacobi fratris, non po-
tuerit alijs fratribus præiudicare, Pariſ. conſi.
decimo. numero quinto, & ſexto. parte prima.
Præſertim cum (vt in facto proponitur) in di-
14 cta renunciatione adſit † clauſula, ſaluo iure ter
tij, quę ſi non fuiſſet expreſſa tamen ſubintelli-
geretur. Bartol. in l. dotalem. ff. de teſtamen. mi-
li. Bald. in l. prima. ff. de conſtit. pec. Alber. Brun.
conſilio decimotertio. incip. duo ſunt. in princ.
& Pariſ. conſilio decimoquinto. parte prima.
numero vndecimo. Id quod multo magis te-
nendum eſt quando clauſula exprimitur (vt hic
euenit) gloſſ. in l. ſi debitor. ff. quib. mod. pign.
vel hypot. Signor. conſilio ſexageſimo. Pari. con
ſilio decimoquinto. numero vndecimo. parte
prima. & conſilio decimooctauo. nume. quin-
to, & ſexto. par. 1.

Quò vero ad fructus ciuitatis Amatricis, pu-
to fructus cenſeri, & diiudicari debere, eo iure
quo cenſentur, & dijudicantur res feudales.
15 Ideoque ad quos pertinet † feudum Amatricis,
ad eoſdem etiam pertinent illius fructus. Sign.
conſ. 12. nu. 2.

Quò ad hoc per patres excitantur duo; pri-
mum eſt, quod imo ſecundum conſtitutiones
Regni in hoc feudo videatur ſuccedere ſecun-
dum primogenitus. Secundum verò eſt, quòd
cum Cardinalis renunciauerit Illuſtriſſimo Do-
mino Iacobo fratri feudum, conſequens erit,
vt Illuſtriſſimus Dominus Iacobus debeat ad-
mitti ad partem ſuam, & ad partem Cardinalis,
ſibi ceſſam.

Quoad primum reſpondetur, quòd imò in
16 † regno omnes filij ſuccedunt in feudo, niſi
probetur, quòd in illis feudis viuatur iure fran-
corum. Afflict. deciſio. centeſima decimanona.
incip. vtrum diſpoſitio nu. 3.

Quoad ſecundum dicitur quòd hoc feudum
fuit conceſſum Illuſtriſſ. Domin. Alexandro cōi
patri, pro ſe, & hæredibus, quo caſu dicunt, quód
17 vbi fit mentio † hæredum, clericus poteſt in feu
do ſuccedere, quamuis beneficiatus. Alber. Bru
nus conſilio decimoſexto. numero tertio. Et
tunc poterit ſeruire clericus per ſubſtitutum, vt
ibi dicitur, & latè Barba. in tracta. de præſtantia
Card. in quinta quæſtione Baſil. primæ partis,
verſicu. ſed ad quæſt. numero octauo. cum ſimi-
libus.

Ad tertium dubium, triremium, arbitror dã-
num earum pertinere debere ad Illuſtriſſimum,
& Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem,
quia res empta fuit ex communib. pecunijs om-
18 nium fratrum, vnde res empta ex pecunia † a-
liena efficitur ementis. l. prima. C. ſi quis alteri
vel ſibi. l. ſi ex ea. C. de rei vend. Panormita. capi-
tul. relatum. ſecundo, de teſtamen. Et quamuis
dicantur emptæ triremes communi nomine
omnium fratrum: tamen id fuit factum abſ-
que eorum mandato, illiſque non ratum haben
tibus; quo caſu res empta non efficitur commu
nis, l. ſi ego. ff. de nego. geſtis. vt per Petrum de
Vbald. in tract. de duobus fratr. parte quinta. nu
mero tertio. verſicul. aut erat contracta. Quo fit
vt cum triremes eſſent dicti Illuſtriſſimi, & Re-
uerendiſſimi Domini Cardinalis, emptoris, ad
eum quoque earum periculum pertineat. l. pri-
ma. C. de peric. & comm. rei vend. Paul. Caſtren.
in l. ſicut periculum. C. de actio. empti. Salyce.
& Angel. l. prima, & ſecunda. C. de peric. & com
mo. rei vend. §. cum autem emptio. inſtitut.
de emptio. & venditio. Dec. conſilio centeſi-
mo ſeptuageſimonono. & conſilio quingen-
teſimo. Corne. conſilio centeſimo quinquage-
ſimoſecundo. numer. quinto. parte quarta. cum
ſimilibus.

In hoc animaduertendum puto, quia inter
nuntius illuſtrium petentium conſilium dedit
extare quaſdam literas, quibus apparet Illuſtriſ-
ſimum Dominum Iulium ratificaſſe huiuſmodi
emptionem, cum ſcriberet Cardinali, quod ſi ve
rum eſſet, quoad ipſum ratificantem, aliud ſta-
tuendum eſſet. Veruntamen eſſet conſideran-
19 dum, quòd ſi minor † erat, haberet reſtitutio-
nem in integrum. l. ſi minorem. l. minoribus. C.
de in integrum reſtitut. min. modò tempora re-
ſtitutioni præſtituta non exceſſerint. l. ſuperua-
cuam. C. de tempore in integr. reſtitu. & gloſſ. in
uer. præſtituta. d. l. ſi minorem. C. de in integ. re-
ſtit. min.

Ad dictum dubium exiſtimo reſpondendum
eſſe dictos Illuſtres fratres petentes conſilium
non eſſe admittendos ad partem proprietatis
dictorum caſtrorum emptorum, per Reueren-
diſſimum, & Illuſtriſſimum Dominum Cardina
lem, ſed tantum poſſe repetere pecuniam in di
ctis caſtris pro rata impenſam, quia licet frumen
tum, illiuſque precium fuerit commune om-
nium ipſorum fratrum. pupillorum, tamen

empta

empta fuerunt, & aſſignata dicto Reuerendiſſimo Cardinali ementi, & plus offerenti, nomine proprio.

Quo caſu res empta ab vno ex fratribus nomine proprio de communi pecunia pupillorum fratrum, efficitur ementis, quando emens non eſt tutor, uel curator, prout non erat Dominus Cardinalis, & id tenet Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus. parte quinta, numero tertio. uerſicul. ſecundo caſu. & eandem opinionem ſequitur Anton. Negoſan. in tract. de pignor. & hypot. in quarto membro ſecundæ partis, numero mihi centeſimo ſexageſimotertio. in uerſicul. decimusſeptimus caſus. ubi dicit
20 quòd res empta † ex pecunia pupilli per alium, quàm per tutorem non efficitur pupilli.

Quod autem pecuniam repetere poſſunt dicti Illuſtres fratres, patet, quia quando emitur
21 res ex communi † pecunia, tunc ſi res fiat ementis, pecunia repetitur, ut tradit Alexand. in conſilio ſeptuageſimooctauo. numero tertio. uolumine ſecundo. & Socy. conſilio ſexageſimoprimo. numero ſextò. parte quarta. Quod adeo uerum eſt, ut in re empta dicti pupilli dicantur habere hypothecam pro reſtitutione dictæ pecuniæ. Idque procedat non ſolùm propter fauorem pupilli, ſed enim militis, quia & res empta ex pecunia militis cuiuſmodi erat Illuſtriſſimus Dominus Iulianus, eſt tacitè hypothecata pro reſtitutione pecuniæ militis ex ſpeciali militis priuilegio, ut d. Ant. Negoſ. in d. 4. membro ſecundæ partis. numero centeſimo ſexageſimo tertio. in fine. & numero centeſimo ſexageſimoquarto. in princip. ubi multa citat, ad quæ me refero cuaſa breuitatis.

Quòd ſi diceretur, dictos illuſtres fratres, modo uelle ratam habere emptionem dictorũ caſtrorum. Reſpondetur quòd id facere nõ poſſunt; quia emptio non erat facta eorum nomine, unde non poſſunt ratum habere quod eorum nomine geſtum non eſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi egi. ff. de neg. geſt. & cap. ratum. de reg. iur. in ſexto. Nec poſſent ratam habere hanc emptionem in præiudicium Reuerendiſſimi Cardinalis, cui iam eſt ius quæſitum ante ratificationem. Bald. in l. final. C. ad Macedonia. Bartol. in l. ſi vxor. §. ſi quis uxorem. ff. de adulte. Afflic. deciſio. trecenteſima trigeſimaquinta. numero duodecimo. Dec. conſilio ducenteſimo uigeſimoſexto. numero octauo. parte ſecunda.
22 Addo quòd iſti ſocij omnium † bonorum non ſunt, quia non communicarunt omnia. Dec. conſilio uigeſimoprimo. Alexand. conſilio quadrageſimooctauo. numero quinto. vol. primo. cum ſimilibus.

Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd conſanguineus alienare volens rem patrimonialem, debeat id notificare conſanguineis vſque in tertium gradum, eſt ſeruandum.*
2 *Confeſſio per verbum, credo, confitenti præiudicat.*
3 *Res patrimonialis quæ eſſe dicatur.*
4 *Confeſſio rectè facta qualis eſſe debeat.*
5 *Scientia præſumpta vnde ſumatur.*
6 *Quod limitatè ad tempus conceditur, poſt illius temporis lapſum cenſetur prohibitum.*
7 *Scientia ſola vbi de iure communi ſufficit, illa debet eſſe certa, & clara, & plena.*
8 *Scientiam rei habere dicitur ille, qui facti notitiam habet, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
9 *Qui notitiam non habet eorum quæ ſunt de ſubſtantia rei, non dicitur ſcientiam rei habere.*
10 *Statutum ſeruari debet in eo quod pertinet ad ius municipale.*
Quo non ſeruato, actus ſunt ipſo iure nulli. numero 11.
12 *Deponens an iuuetur ex depoſito non integrè facto.*
13 *Obligatio verbalis quo caſu ſufficiat.*
14 *Oblatio ſine fideiuſſoribus tenet, quando offerens non eſt ſuſpectus, & eſt ſoluendo quod attinet ad ſummam oblatam.*
15 *Diues vel pauper vt quis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*
16 *Ius retractus quo caſu locum habeat. numero decimonono.*
17 *Ius retractus competit hæredibus uxoris, quando fuit uendita dos per mulierem uel uirum permittente ſtatuto.*
18 *Statuta ubi tanquam ius commune ſeruari debeant.*
20 *Ius retractus quo caſu fauore dotis denegetur a ſtatuto. num. 21.*
21 *Statuti ratio vbi non ceſſat, nec debet ceſſare diſpoſitio.*
23 *Priuilegia dotis competunt quandoque ante matrimonium; competunt etiam ſoluto matrimonio. num. 24.*
25 *Dos putatiua an habeat priuilegia dotis.*
26 *Expenſæ ob mutuam victoriam confunduntur, quando interque litigantium apparet victor, & victus.*

inſcio, & ignotante Matthęo Milani actore, &
fratre dicti Hieronymi non ſeruata forma ſta-
tuti, ergo poterit ipſe actor dictum fundum
retrahere iuxta diſpoſitionem prędictorum ſta
tutorum.

Fuiſſe autem Hieronymum fratrem d. Mat-
thęi Milani actoris, & conſanguineum intra ter
tium gradum, patet ex reſponſione facta ad ſe-
cundam poſitionem Matthęi Milani actoris, in
qua ponebatur ex dicto Aloyſio aliàs Milano
natum fuiſſe Matthęum actorem, Hierony-
mum, & Leonoram: quam ſanè poſitionem
ueram eſſe confeſſus eſt Mattheus Barottus cō-
uentus, dum dictę poſitioni reſpondens dixit ſe
credere verum eſſe illud quod in poſitione con
2 tinebatur. Ex qua quidem † confeſſione facta
per uerbum, credo, cum ita pręiudicet confiten
ti ſicut cōfeſſio facta per uerbū ueritatis, ut per
gl. & doct. in l. 2. § quod obſeruari. C. de iuram.
calum. gloſſ. ult. & docto. in capitul. ex literis.
de iureiurand. Corne. conſil. 186. numero ſe-
cundo. uolumine tertio. Rober. Maran. de ord.
iudic. in ſecunda parte ſextæ partis principalis.
in quarto actu, de poſitione numero decimo-
quarto. Manifeſtè colligitur dictum Hierony-
mum fuiſſe fratrem dicti actoris, & conſequen-
ter conſanguineum intra tertium gradum, ca-
pitul. ad ſedem apoſto. §. fratres itaque. trigeſi-
ma quæſtione quinta. & Ioan. And. in arbore
conſanguinitatis. & in eo verificari ſtatutum,
quod loquitur de conſorte patrimoniali, ideſt
de agnatione lippo, & conſanguinitate, ut per
Barto. l. ultima. numero primo. C. de uerborum
ſignificatio.

Fundum uerò a Hieronymo uenditum pa-
trimonialem fuiſſe demonſtrat reſponſio fa-
cta per reum conuentum tertiæ, & ſeptimæ
poſitioni, in tertia enim quam reus ueram eſ-
ſe faſſus eſt, dicebatur Aloyſium, ſiue Milanum
habuiſſe dicta bona dum uixit, & ea demum
reliquiſſe in ſua hæreditate; ex quo etiam in-
fertur fundum de quo agitur fuiſſe patrimo-
3 nialem, quia † patrimonialis res dicitur illa;
quę à patre relicta eſt. l. quantitas patrimonij. ff.
ad legem Falcidiam. Bartol. d. l. ultima. C. de uer-
borum ſignifica. Socyn. iunio. conſil. uigeſimo.
uolumine primo. Dec. conſil. 275. & conſil. 222.
numero nono. uerſicul. quinto. In ſeptima ue-
ro poſitione quam reus admittit, ut ex actis
patet, dicitur fundum, de quo agitur, poſitum
loco qui dicitur al Careſciare, eſſe eundem fun
dum, & idem corpus quod relictum fuit in hæ-
reditate dicti Milani. Et quamuis in dicta re-
ſponſione dixerit, credit, prout dici audiuit, nō
propterea tamen infringitur reſponſio, ſed di-
4 citur † confeſſio rectè facta iuxta ea quæ tradit
Corn. conſil. 186. numero ſecundo, volumine
tertio. & Dec. conſil. 445. numero decimoocta-
uo. parte quarta.

Hoc ita ſtante, non obſt. primò dum pro par-
te Matthæi Barotti, ipſi Matthæo Milani actori
obijcitur ſcientia dictę venditionis ſiue illa. ve-
ra ſcientia ſit ex ſenſu corporis infallibili, vt per
Bald. in l. ſcire leges. ff. de legibus. veluti ſi actor
viderit agrum de quo agitur coli ab emptore,
ſi interfuerit dum figerentur fines, vt dicitur
5 in proceſſu; ſiue illa ſit ſcientia † præſumpta,
quę ſumitur, vel ex conſanguinitate. l. octaui.
ff. vnde cogna. uel ex uicinitate, l. ſi uicinus. C.
de nup. uel ex eo quod publicè ſcitur, ſecun-
dum gloſſ. in l. ſi tutor. C. de peric. tut. & ſtat.
Maſſæ de vend. inter agna. in fine, vel ex fa-
ma, ſiue ex eo, quod publicè dicitur. l. cum
quidam. §. quod dicitur. vbi Bartol. ff. de ac-
quiren. hęredita. vel ex alijs coniecturis, Ruy-
nus conſilio centeſimo ſeptuageſimotertio. uo
lumine quarto. Et propterea cum in caſu no-
ſtro tranſierit annus a die huius ſcientiæ, vt
conſtat ex proceſſu, non liceat modo acto-
6 ri retrahere, quaſi quod limitatè † ad tempus
conceditur poſt illius temporis lapſum cenſea-
tur prohibitum. Bartol. in l. ſtatuliberum. §.
Stichum. ff. de legatis ſecundo. Bald. in l. ſi v-
nus. §. cum reo. ff. de pactis. Alexand. conſilio
nono. numero quinto. libro ſeptimo. & Dec.
conſil. 61.

Reſpondetur enim ex prædictis quidem
colligi ſcientiam, ſiue veram, ſiue præſum-
ptam, ſed ea tamen ſcientia non eſt eiuſmodi,
quæ impediat ius retrahendi, quia ſiue con-
ſideremus ſcientiam, quę ad retrahendum re-
quiritur de iure communi, ſiue conſideremus
ſcientiam, quæ requiritur ſecundum formam
ſtatutorum Maſſæ, proculdubio comperiemus
ſcientiam allegatam in proceſſu iuri retractus
nihil officere. Nam quod ad primum attinet
7 in caſu vbi de iure † communi ſcientia ſola ſuf-
ficeret, illa ſanè debet eſſe, & clara, & certa,
& plena; neque enim ſat eſt ſcire factum niſi
ſciatur modus, & quantitas, & niſi rei ſeries
8 non ignoretur, quia ſcientiā † rei habere dici-
tur ille, qui facti notitiam habet cum ſuis om-
nibus qualitatibus. gloſſ. in verbo, ſciuerit. ca-
pitul. concertationi, de appellatio. libro ſexto.
Alexand. conſilio centeſimo decimoquarto. uo
lumine primo. Iaſon § duo fratres. numero ſe-
xageſimooctauo. l. qui Romę. ff. de uerborum
obligatio. ubi dicit hoc teneri debere, & con-
ſulendo, & iudicando: ideoque ſi partes ſciant
factam eſſe uenditionem, & is qui experitur iu-
re congrui de pretio certioratus non ſit, non
currit ei tempus unius anni. is enim qui noti-
9 tiam † non habet eorum quę ſunt de ſubſtan-
tia rei, non dicitur rem ſcire, ſed ignorare,
Bald. in tract. de iure protomiſ. §. his pręmiſ-
ſis. numero decimooctauo. & numero deci-
monono. Matth. de Afflict. eodem tracta. de
iure protomiſ. §. ſecundo. numero primo. Et
Caſſen. in commen. ad conſuetud. Burgund.
rubric. decima. de retractu. §. quinto. in uerſi-
cul. aduerte, quod non ſufficit. columna 1334.
& Tiraquel. de retract. gentil. §. 36. gloſſ. ſecun-

da.numero 26.
10 Præterea quod pertinet ad ius † municipa-
lem, certum eſt legis ac ſtatuti formam ſeruari
debere, nec ab ea diſcedi poſſe. l. conſtitutio-
nibus. ff. ad municipal. l. cum hi. §. prætor. ff. de
tranſactio. Tiraquel.d.§.36.numero uigeſimo-
ſexto, eſt enim ſubſtantialis, ut per Bald.in l.cō-
parationes. columna ſecunda. uerſicul. tertio
oppo. C. de fide inſtrumen. Rubeus Alexandr.
in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth.
11 ideoque † ea non ſeruata actus redditur pror-
ſus nullus. gloſſ. in c. cum dilecti. de prebend.
Baldus in l. humanum, Codic. de legibus.
Atqui ſecundum ſtatuta Maſſæ tunc conſangui-
neus intelligitur ſcire uenditionem factam fuiſ-
ſe, cum emptor illi venditionem denuntiauit,
uel quando alio modo ſciuit, cuius rei, quo pre-
tio, cuius notarij ſcripturis emptio facta ſit, uel
cum in conſilio publico emptio fuit denuncia-
ta, ut in ſtatuto Maſſæ Rubr. de vend. fact. in-
quiſi. omiſſa. & in Rub. de forma inqniſitionis,
vbi ſpecialius agitur de ſcientia & inquiſitione,
quæ retractu requiritur. Ergo cum in propoſita
ſpecie forma a dictis ſtatutis præfixa ſeruata nō
fuerit, cōſequēs eſt vt dicamus Mattheo Milani
actori, non preteriſſe tēpus ad retrahendū, non
obſtante aſſerta ſcientia ei oppoſita, quæ quo-
niā a norma dictorū ſtatutorū recedit, ei noce-
re non debet. Veronenſ. conſ. Ciui. 47. Incip. in
cauſa uertente inter D. Iacob. col. 2. num. 5. uer.
circa ſecundum. Tiraq. de retractu gentilitio. §.
36. gl. 2. nu. 27. & nu. 28.
Non ob. dum ſecundò obijcitur, dictum Mat
thæum actorem non ſoluiſſe, nec depoſuiſſe in-
tegrum precium, quod ſoluit Matthæus Barot-
tus emptor, ut conſtat ex inſtrumentis venditio
nis, & ex depoſito facto, de quib. in proceſſu: &
12 ꝓpea nō iuuari deponentē ex depoſito nō inte
gre facto, vt per Alex. conſ. 75. lib. 7. & conſ. 106.
parte 1. Boer. Deciſio. 23. num. 32. parte 1. Ti-
raquell. de retractu conuention. §. quarto, Gloſ.
6. nume. 23.
Reſpondetur enim obiectionem ſupra factā
non obſtare in caſu propoſito, vbi dictus actor
qui bene notā nō habuit quātitatem prætij, ob-
tulit ſe paratum ſoluere ac deponere etiā plus
vti pronuntiaretur, ſi plus deberetur, vt patet ex
actis: quo caſu in ea parte, de qua non liquet,
13 † verbalis obligatio ſufficit. Tiraquell. de retra-
ctu gentil. §. 1. Gloſſ. 19. num. 2.
Et licet iſtud procedere dicatur, quando pro
eo quod quis offert, ſe paratum ſoluere, dantur
fideiuſſores. l. ſtatuliber. ff. de ſtatulib. & Tiraq.
dict. num. 2. qui ſanè fideiuſſores hic dati fuiſſe
14 non reperiuntur, tñ qñ offerens † non eſt ſuſpe
ctus, & veriſimiliter quod attinet ad ſummam
oblatam ſoluēdo eſt, tenet oblatio etiam ſine fi-
deiuſſoribus, vt per Alex. in l. ſi mora, col. 3. verſ.
tertio fallit. ff. ſol. matr. & refert Tiraq. d. glo. 19.
num. 3. Quare cum in caſu noſtro agatur de mi-
nima ſumma, nimirum de dimidio ſcuto, ar-
bitror dici poſſe actorem quo ad eam ſummam
15 præſumi ſoluendo, cum arbitrio † iudicis relin-
quatur verum quis dicatur diues vel pauper. vt
per Bartol. in l. ſi conſtante. in princip. num. 14.
vbi etiam Alexand. & Iaſ. ff. ſolut. matrimon. &
Gloſſa in auth. præterea. vbi Decius, & Curtius
iunior. C. vnde vir & vxor, & Decius conſi. 163.
numero 5.
Quod uerò pertinet ad bona poſita loco qui
dicitur al Gropparo, quæ Matthæus Barottus
reus conuentus emit a Domina Leonora: Ideo
dixi actorem male egiſſe, ab eiuſque petitione
quo ad dicta bona liberandum & abſoluendum
fuiſſe & eſſe Mattheum reum conuentum, quòd
16 licet † ius retractus de iure communi habeat lo
cum etiam ſi res donetur, vel in dotem detur, vt
per Benedic. de Plumbino in l. ſi vſumfructum.
vbi etiam Alberic. ff. de liber. cauſa. & per
eundem Alber. in l. ſtatuliber a cæteris. §. Quin-
tus. ff. de ſtatuliber. & Caſſene. in conſuetud. Bur
gund. de retrac. rubric. decima. §. decimo. nu-
mero decimoquinto. & propterea vendita do-
te per vxorem, vel virum, permittente ſtatuto,
17 ius † retractus dicitur competere hæredibus vxo
ris non autem mariti, vt per Tiraq. de retra-
ctu gentilit. §. primo. gloſſ. nona. numero 107.
& 108. Nihilominus ſecundum ſtatuta Maſſæ,
18 quæ eo in loco † tanquam ius commune ſerua-
ri debent, Decius conſilio 592, numero ſecun-
do. parte quarta. Crot. in rubr. ff. de oper. nou.
nunciatio. numero 45. Natta trac. de ſtatut. pri-
ma quæſtione principali, numero decimoſexto.
19 in rebus datis in dotem ius † retractus non ha-
bet locum, vt patet ex dictis ſtatutis, rub. quòd
in venditione non ſit neceſſaria inquiſitio. §. &
idem, vbi cum ſuperius dixerit non eſſe locum
iuri retractus, ſubijcit poſtea, & idem fiat, &
obſeruetur circa rem in dotem datam, vel aſ-
ſignatam cuique mulieri, vbi nec inquiſitio ſi-
bi locum vendicet, nec ad recomperam aliquis
admittatur.
Quamobrem cum dicta petia terræ pertica-
rum 75. poſita in loco qui dicitur al Gropparo,
fuerit aſſignata in dotem Leonoræ ſorori di-
cti actoris per Aloyſium aliàs Milanum eorum
patrem, vt patet ex inſtrumento dotali rogato
a ſer Leonardo Gulielmo notario public. Maſ-
ſano in actis deducto; conſequens eſt, vt in
dicta petia terræ dotali iuri retractus locus non
ſit, & propterea ad eam retrahendam perpe-
ram egerit actor.
Quibus ita ſtantibus, non obſt. ſi obijciatur
præallegatum ſtatutum Maſſæ denegans retra-
ctum in re dotali, intelligendum non eſſe in eo
caſu, quo vir, vel mulier alienare ſtatuerunt
20 rem dotalem, quia tunc ceſſat † fauor dotis,
propter quam dotem ſtatutum retractum de-
negauit; ſed intelligi debere in caſu quo con-
iuges apud ſe rem dotalem retinere uelint:
tunc enim diſponere cenſetur ſtatutum in re
dotali non eſſe locum retractui, quia ratio ſta-

tuti

21 turi non † ceſſat, & propterea non ceſſabit di-
ſpoſitio, Decius in c.1. de Conſtitut.

Quoniam reſpōdetur: ſtatutum fuiſſe ſuper-
fluum, ſi ita intelligeretur: nam quando res da-
tur in dotem, ſeu quando res alienatur per con-
tractum dotis in coniuges, qui rem apud ſe re-
tinent, tunc etiam ſi nullum extet ſtatutum, ta-
men de iure communi non eſſet locus retra-
ctui in contractu dotis, nec liceret conſangui-
neis uxoris retinere id quod mulieri datum eſt
ab eius patre. Afflict. de iure protomiſ. §. 3. in
6. not. num. 7. & Tiraquel. de retractu gentil. §.
1. gloſ. 14. num. 91. & num. 95. ad finem, & num.
100. & num. 109. & Pariſi. conſi. 81. Incip. col. 1.
& 2. volum. 3. & propterea tunc non fuerat ne-
ceſſaria diſpoſitio ſtatuti, ergo dicendum eſt ſta
tutum illud negans retractum locum ſibi uen-
dicare debere, quando res data in dotem aliena
retur per virum uel vxorem. Atque ita dicendū
eſt ad hoc ut ſtatutum aliquid operetur. l. ſi quā-
do. ff. de legat. 1. c. ſi Papa. de priu. lib. 6. & Alex.
conſ. 195. num. 2. ſexto vol.

Nec ob. dum dicebatur ceſſare fauorē dotis,
22 quia dici pt ſtatutū denegare † retractū non ſim
pliciter vel præcisè propter dotem, ſed generali
ter propter cām dotis & matrimonij, & propter
bonum publicum, vt commodius mulieres ui-
rum ſemper inueniāt, & ne homines forte ſuſpi
cantes, vt retractui eſſet locus in re pro dote
accepta, a contrahendis nuptijs retrahātur. Quę
ſanè ratio cum beneficio dicti ſtatuti durat, etiā
ſi dos eſſe deſijſſet: & propterea videmus quoq;
23 dotis priuilegia † cōpetere ante matrimonium.
l. 2. §. ſi ſponſa. ubi Odofred. Bart. Alberic. Ang.
Cuman. ff. de priuileg. creditorum. Soc. iun. in
rub. ff. ſol. matr. parte 1. num. 25. & l. 4. ff. de fun-
do dōt. Item etiam competunt priuilegia dotis
24 † ſoluto matr. Soc. iun. d. rub. ff. ſol. mat. num. 59.
& Ripa num. 72. Saluiol. num. 101. Item etiam
25 dos putatiua † priuilegia dotis habet. l. ſi cum do
tē. §. vlt. ff. ſol. mat. & tamen dos putatiua ſecun-
dum communem opi. non eſt proprie dos. Bar.
in Rub. ff. ſolut. matr. in tertia oppoſitione, vbi
Alex. Soc. ſen. col. 2. Pont. nu. 20. & Ripa nu. 64.
Niconit. nu. 132. Saluiol. num. 61. Ruy. num. 2.
Soc. iun. num. 85. parte 1. Panorum. c. & ſi neceſ
ſe. de donat. inter uir. & vxo.

Nec prętterea ob. ſi diceretur tunc uelle ſtatu
tum, ut retractui locus non ſit, quando res da-
tur in dotem æſtimata, ea æſtimatione quæ non
facit emptionē, Affl. de iure protomiſ. §. 3. in 6.
not. verſi. item quæro ſi dicatur. & Tiraq. d. nu.
108. & num. 109. præall. gloſſ. 14. Si uero detur
in dotem res æſtimata, ea æſtimatione quæ em-
ptionem facit, vt videtur euenire in caſu propo
ſito, tunc retractui fiat locus.

Reſpondetur enim, æſtimationem de qua
agitur in dicto inſtrumento dotali, non ideo
fuiſſe factam vt emptio induceretur, ſed ut per-
petuo appareret, an res dotalis eſſet effecta me-
lior, vel deterior, & propterea in dicto inſtrumē
to dotali exprimitur, virum dictæ dominæ Leo-
noræ obligari in caſu dotis reſtituendæ ad tra-
dendum eundem fundum, quo caſu per æſtima-
tionem illam vir non efficitur nec dicitur em-
ptor, ſed periculum rei dotalis eſt uxoris non
autem uiri. l. plerunque. ff. de iure dotium.

Ideo autem ab expenſis omnibus, utriuſque
inſtantię & proceſſus ambas partes abſolui, quo
26 niam quando uterque eſt uictor † & uictus, vt
hic euenit, tunc expenſæ ob mutuam uictoriam
confunduntur. Alex. conſil. 54. num. 12. volum.
6. Iaſ. l. properandum. §. ſin autem alterutra. co-
lum. 8. verſi. quinto quæro. C. de iudic. Lanfran.
de Orian. tract. de expenſ. §. quæro vlterius. nu.
13. Imo. in l. qui ſolidum. ff. de leg. 1.

Et ex his atque alijs, quæ, ne progrediar lon-
gius, omittuntur, prædicta ſtabiliuntur, & pro-
pterea ita iuris eſſe arbitror, & ita conſulo, dico
& refero omni meliori modo &c. ad laudem
Dei omnipotentis.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Actione qui caret, non poteſt aduerſarium in iudi-
cio ſuperare.*
2 *Alienatio facta contra prohibitionem pacti adiecti
non valet.*
3 *Prohibitio alienationis facta in contractu per con-
trahentes nihil valet quo ad impediendam domi-
nij translationem.*
4 *Alienare prohibitus, ſi alienat, tenetur ad pœnam
& intereſſe promiſſum.*
5 *In obligationib. facti quis aduerſario condemnatur
in id quod intereſt.*
6 *Mandatum generale cum libera qui dicantur ha-
bere, ad peragenda omnia quæ requirunt ſpecia-
le mandatum.*
7 *Vniuerſitas per ſyndicos, & eius procuratores an
obligetur.*
8 *Obligatio per ſyndicos & procuratores adeò tenax
eſt, vt actus per eos celebratus non reſcindatur
etiam ex capite læſionis vltra dimidiam.*
9 *Tranſactioni confirmatæ per ſuperiorem ſtandum
eſſe.*
10 *Quarantigia appoſita vice iuramenti in tran-
ſactione, facit ceſſare omne remedium reſciſ-
ſionis, quando pars promiſit ſe ſeruaturum
contractum.*
11 *Vniuerſitas ex iuramento ſyndici quò ad reatum
periurij an ligetur.*
12 *Iuramentum ſyndici quid efficiat quò ad vniuer-
ſitatem.*
13 *Res noſtra nobis obligari non poſſunt.*
14 *Taxa, ſeu vectigal an in ſignum ſubuentio-
nis, an vaſallitij ſoluatur. Et in quo differat
a cenſu.*
15 *Bona in dubio an cenſeantur libera, & allodialia,
an emphiteutica.*
16 *Bona emphyteutica non dici allodialia.*
17 *Commune tanquam perſona priuata an ſit reſti-
tuendum.*

18 *Reſtitutio aduerſus contractum petenda intra quadriennium. Quod quadriennium currere incipit a die initi contractus. num. 19.*

20 *Reſtitutio in integ. non eſt concedenda, niſi enormis læſio interceſſerit, nec minima ſufficit.*

21 *Reſtitutio in integ. an detur aduerſus præſcriptionem 40. annorum.*

22 *Actionis qualitatem cognoſci ex medio concludendi.*

23 *Qui ex parte ſua in iudicio rei vendicationis oſtendit ſe habere plenum dominium, ille ſolùm vincit, aut ſaltem oſtenderit dominium utile, vel directum.*

24 *Publiciana an detur contra titulo poſſidentem.*

25 *In Publiciana melior eſt conditio poſſidentis, quàm petentis.*

26 *Remedium c. reintegranda, 3 q. 1. cui competat.*

27 *Actor, ſi agat contra nonum poſſeſſorem, qui alleget ſe titulo poſſidere, quid habeat probare contra aduerſarium reum conuentum.*

28 *Poſſeſſio clandeſtina quo caſu ceſſet.*

29 *Clandeſtinitatis vitium a poſſeſſione quo caſu tollatur.*

30 *Conceſſum ad tempus non cenſetur poſt tempus permiſſum.*

31 *Ceſſante cauſa debet ceſſare, & effectus.*

32 *Cauſa finalis colligitur ex præfationibus.*

33 *Actor tenetur id probare quod aſſeuerat.*

Christi nomine implorato.

CONSILIVM IIII.

COMMVNE montis Caſtelli quod
in iudicio experitur cõtra Iacobum
Gallettum, & alios litis conſortes
non videtur poſſe cauſam obtinere
1 quippe quoniam actione † cum careat, non po
teſt aduerſarios in hoc iudicio ſuperare, l. ſi pu-
pilli, §. uideamus, ff. de neg. geſt. l. quoties. §. item
ſi temporali. ubi Bar. ff. de admin. tut. doct. in l. ſi
Titius. ff. de uerb. oblig. & in l. ubi pactum. C. de
tranſact. l. qui habebat. in prin. ff. de inſtit. Alex.
conſ. 110. uol. 5.

Et primo non obſtat dum pro parte commu
nis dicitur, bona empta per auctores Iacobi Gal
letti, & aliorum litis conſortium, ideo reci-
diſſe in dominium dicti communis, quòd præ-
2 dictæ emptiones & † alienationes factæ fuerint
contra prohibitionem pacti adiecti poſt conſi-
gnationem, cuius mentio eſt in libro dicti com-
munis.

Quoniam reſpondetur primò, prædictã pro-
hibitionem impedire non potuiſſe, quin domi-
nium bonorum dicti communis aſſignatorum
particularibus perſonis quæ uendiderunt aucto
rib. d. Iacobi & litis cõſortium, transferretur ple
no iure in dictos emptores, & ideo, licet aliena-
tio ſecuta fuerit, nõ propterea tamẽ reuerti po-
tuit dominium ad dictum commune, ſed obli-
gati remanſiſſent uẽditores, & hæredes eorum
eidem communi ad id, quod intereſt. Quo-
3 niam † prohibitio alienandi facta in contractu
per cõtrahentes nihil valet quod attinet ad im-
pediendam dominij translationem, ſed ea pro-
hibitione non obſtante transfertur omnino do
minium. l. traditionibus, C. de pact. l. nunquam
nuda. ff. de acq. rer. dom. & §. per traditionem: In
ſtit. de rer. diuiſ. Bar. in l. filiusfam. § diui. in 4. q.
ff. de leg. 1. vbi Soc. iun. num. 173. id quòd d. ſe-
quitur etiam Aug. Bero. in conſ. 84. nu. 3. vol. 2.
ex quib. omnib. locis colligitur contrahentium
prohibitionem non impedire dominij transla-
tionem, quamuis negari non poſſit dictam pro-
4 hibitionem efficere, vt alienans teneatur † ad-
intereſſe, vel pœnam promiſſam ſi contrafiat.
5 Cuius rei ratio aſſignari poteſt, quia in † obliga
tionibus facti quis aduerſario in id quod inter-
eſt condemnatur. Bar. in l. ſtipulationes non di-
uiduntur. num. 12. & l. ſi ita. §. ea lege. ff. de verb.
oblig. & l. ea lege, C. de cond. ob cauſ. gloſſ. in l.
vlt. C. de reb. alien. non alien. Quamobrem cum
aſſerta prohibitio, quæ poſt dictam diuiſionem
ſeu aſſignationẽ interceſſit, facta fuerit per mo-
dum pacti, ſeu contractus, vt patet ex dicto libro
communis: conſequens eſt, vt ea non obſtante
dominium dictorum bonorum translatum fue-
rit per illos particulares venditores in auctores
dicti Iacobi Galletti, & aliorum litis conſortium
emptores præallegatos; & conſequenter ad
commune montis Caſtelli minime redierit.

Secundo valuiſſe prædictam alienationem
inde colligitur, quòd ſyndici communium, vni-
uerſitatum, atque pagorum electi a populo, vel
6 conſilio generali dicuntur † habere generale
mandatum cũ libera ad peragenda omnia quæ
requirunt ſpetiale mandatum, gloſ. vlt. in l. man-
dato. ff. de proc. doct. in l. præſes. C. de tranſact.
Cyn. Bal. Sal. in l. 1. C. etiam per proc. Bar. in l. in-
ter tutores. ff. de admin. tut. Bal. in l. illud. §. 1. ff.
de minor. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. iuſiurandum,
& ad pecunias. §. ſi defenſor. & Iaſ. in l. iuſiuran-
dum quod ex conuentione. §. procurator. col. 4.
ff. de iureiur. Bertrand. conſ. 126. nu. 4. vol. 2. per
ſe priori. Dec. conſ. 221. num. 2. & 3. & conſ. 297.
num. 6. col. 2. circa med. verſ. & ſtante cõcluſio-
ne, Crau. conſ. 238. nu. 2. vol. 2. vbi concludit
ſyndicos poſſe tranſigere. & Natta conſ. 45. nu.
4. vol. 1. & conſ. 51. num. 24. & conſ. 142. nu. 21.
eod. 1. vol. & Syluan. conſ. 35. numer. 32. par. 2.
7 Quod adeo † verum eſt, ut uniuerſitas per ſyn-
dicos & eius procuratores valide obligetur. l. 1.
§. quibus. & l. ſicut. ff. quòd cuiuſque vni-
uer. no. & l. ciuitas, vbi Bar. ff. ſi cer. pet. Soc. iun.
conſ. 134. num. 54. vol. 3. Cuius quidem obliga-
tionis tanta uis eſt, ut tranſactio & actus per eos
8 † celebratus non reſcindatur etiam ex capite læ-
ſionis vltra dimidiam, Bertrand. conſ. 204. nu. 7.
vol. 6. Atqui in propoſita facti ſpecie ſyndici, &
procur. communis Montis Caſtelli anno 1521.
die 25. Martij tranſactionem fecerunt cum Sy-
mone de Gallettis, & litis conſortibus auctori-
bus reorum conuentorum, in qua dicti ſyndici
tranſigentes de bonis, de quib. agitur renuncia
uerunt.

uerunt, & ceſſerunt dicto Simoni dicto nomi
ne, omne ius quod dictum commune haberet
in dictis bonis, vt patet ex verbis dictæ tranſa-
ctionis, quæ anno 1522. die 24. Martij confir-
mata, & approbata fuit a Mag. & excelſis D. Prio
ribus libertatis, & vexill. iuſtitiæ populi commu
nis Florentię, vt patet ex eodem inſtrumento ro
gato a S. Laurentio Violo pub. Not. Flor. & po-
ſtea eodem anno, die 2. April. ratificata appro-
bata, & emologata fuit a ſyndicis officialibus ho
minibus, & vniuerſitate, & communi Montis
Caſtelli, quemadmodum conſtat ex inſtrumen-
to rog. per ſer Baptiſtam Torn. de S. Geminia-
no. Igitur etiam ſi dicta prohibirio alienandi ab
initio valuiſſet, deinde tamen ſublata diceretur,
9 & reuocata per ſupradictam † tranſactionem,
cui certè ſtandum eſt, cum fuerit confirmata, &
approbata per ſuperiorem. arg. c. Romanorum.
19. diſt. & Bal. in l. reſcripta, C. de præcib. imper.
offer. præſertim quia in dicta tranſactione, appo
10 ſita eſt † quarantigia vice iuramenti, per quod
tollitur omne remedium reſciſſionis, quando
quis promiſit ſe ſeruaturum contractum. l. 2. C.
de reſcind. vend. vbi Odoffred. num. 3. & Bar. Al
ber. num. 9. Salyc. num. 14. Paul. Caſtren. nu. 15.
Cagnol. num. 91. ibidem. Et Alex. conſ. 125. 1. uo
lum. Imola in c. cum contingat. col. 58. pen. char.
tertij membri, num. 52. & nu. 54. uer. ſed aduer-
te. ubi dicitur hãc op. eſſe communem. Et Soc.
conſ. 48. lib. 4. Et eo magis, quòd conſtat in caſu
noſtro commune nullam abſolutionem a iura-
mento, uel impetrauiſſe, uel petijſſe, quemad-
modum oportuiſſet, ſi reſciſſio licita eſſet, ut per
Ruyn. conſ. 107. nu. 17. 1. uol. & Io. Bapr. Ferret.
11 conſ. 148. nu. 4. Et quamuis uniuerſitas † ex iu-
ramento ſyndici quo ad reatum periurij non li-
12 getur: nihilominus iuramentum † id efficit, ut
uniuerſitas cenſeatur eſſe loco maioris, & con-
ſequenter operatur, ut ita recte contractus ini-
tus uideatur, ut uniuerſitas non poſſit in inte-
grum reſtitui, Bero. conſ. 92. num. 8. 1. uol.

Nec præterea ob. ſi quis prædictam aliena-
tionem ex eo euertere conaretur, quòd in dicto
pacto conſignationis bonorum cauebatur, ne
dicta bona alienarentur in alios, quàm in con-
terraneos, & habitatores dicti communis, cuiuſ
modi non uidentur eſſe rei conuenti, qui ſunt
ciues Piſani, & Florentini. Reſpondetur enim
immunitatem, & facultatem conceſſam dictis
habitantibus, & conterraneis, deinde per legẽ
Flor. editam anno 1456. datam quoque fuiſſe
omnibus illis, qui in dicto communi bona ha-
berent, ſi ea frui vellent, quemadmodum con-
ſtat frui voluiſſe auctores reorum conuentorũ,
qui licet eſſent ciues Piſani, uel Florentini, tamẽ
ibi etiam habitabant, & expenſas murorum con
ſtruẽdorum ſubibant, & quęſtores, & camerarij
eligebantur ad taxam & vectigal dictis bonis im
poſitum, exigendum, quales fuerunt quidam de
Bagneſijs & quidam alij de Gallettis, vt patet ex
libris dicti communis montis Caſtelli, & ex a-
lijs priuatis ſcripturis, tunc enim quod attinet
ad eam immunitatem, pro hominibus montis
Caſtelli habẽtur, licet Florentini, & Piſani ciues
ſint, arg. eorum quæ habentur per l. 2. ff. ad Ma-
ced. & Bar. & Iaſ. num. 292. in l. ſi is qui pro em-
ptore, ff. de vſuca. & propterea habitatores præ-
dicti antiquitus etiam, nedum hodie in eiuſdẽ
communis curia bona acquirere tenere, & poſ-
ſidere potuerunt & poſſunt, quemadmodum
approbatum fuit in dicta tranſactione.

Secundò non ob. ſi diceretur, ideo dicta bo-
na ad communis dominium redijſſe, quòd Gal-
letti, & alij litis conſortes & poſſeſſores bonorũ
ſicuti tenebantur ſingulo quoque vigeſimo no
no anno dominum commune nõ agnouerunt.
Reſpondetur enim, Gallettos, & alios litis con-
ſortes & bonorum poſſeſſores, non debuiſſe
agnoſcere dominum dictũ cõe, quia commu-
ne montis Caſtelli non docuit de dominio illo
rum bonorum, quinimmo ex libro cõmunis
apparet dominium illorum bonorum illius nõ
eſſe. Primo, quia in eo libro dicitur, & dicta bo
na ſint ſemper obligata ipſi communi, ex qui-
bus verbis colligitur cõe non eſſe dominum,
quia ſi eſſet dominus, bona illi remanere non
13 poterant obligata, quia res † noſtra nobis
obligari non poteſt, l. neque pignus. ubi Dec.
ff. de reg. iur. l. in re communi. ff. de ſeru. vrban.
præd. l. ſi rem alienam. 2. ff. de pign. act. l. cum
in fundo, in princ. ff. de iure dot. Secundò quia
in eodem libro dicitur, ſi dicta bona vendan-
tur prius offerri conditio debeat communi, ſi
forte emere vellet: quæ res aperte oſtendit, cõ-
mune non eſſe dominum, quia ſi dominus eſ-
ſet non fuiſſet ei reſeruata facultas emendi, quã
doquidem rei noſtrę emptio nobis facta mini-
me cõſiſtit. d. l. neque pignus, ff. de reg. iur. Idcir
co uerius dici poteſt, commune tunc a ſe do-
minium abdicauiſſe, cum conceſſit ea bona
particularibus illis perſonis quibus conſigna-
tionem factam fuiſſe in eo libro ſcriptum repe-
ritur: per quam quidem conſignationem, poſ-
ſeſſio & dominium in dictas particulares per-
ſonas translatum fuit. Quę ſanè translato fa-
cta fuiſſe cognõſcitur liberè, atque ſimpliciter,
non autem ea lege, vt cõmune dominus agno-
ſcatur, licet enim adiectum fuerit ouus ſoluen-
14 dę taxę ſeu vectigalis: nihilominus † taxa ſeu ve
ctigal ſoluitur in cauſam ſubuentionis non au-
tem in ſignum vaſſallitij, tributi vel recognitio-
nis prędictę; & in hoc differt a cenſu. Paul. Caſtr.
conſ. 313. parte 1. Ideoque apud prędictas par-
ticulares perſonas quibus aſſignatio facta fuit,
bona libera remanſerunt, ſicut etiã in dubio prę
ſumendum eſt. Quandoquidem in dubio bona
15 † cenſentur libera & allodialia non autem em-
phyteutica, niſi de hoc doceatur, vt per Bal. in c.
1. de vaſal. qui contra conſtitut. Loth. Alex. conſ.
129. parte 1. & conſ. 54. parte 4. Panormit. in c.
nimis. de iureiuran. Alber. Brun. conſ. 1. nũ. 1. in
conſil. feudal. Decius conſ. 468. num. 6. parte 4.
Campeg. conſ. 2. nu. 9. inter conſ. feudal. Alber.
Brun. quare ſi dicta bona dicerentur emphyteu
tica,

16 tica; vtique non dicerentur libera, quia † em-
phyteutica bona, ſec. op. communẽ non dicun-
tur allodialia, Curt. iun. conſ. 109. nu. 1. Quo fit,
vt dictę particulares perſonę, quibus ſuit aſſi-
gnatio facta de bonis communis tãquam vere
domini & poſſeſſores rectè & iure alienauerint
& alienare potuerint bona in auctores reorum
conuentorum.

Tertiò contra reos conuentos non obſtat, ſi
17 obijciatur commune † Caſtelli tanqnam perſo-
nam priuatã, in integrum eſſe reſtituendum ad
uerſus tranſactionem, c. 1. ubi Panorm. de reſti.
in integr.

18 Primò enim reſpondetur, † reſtitutionem
quam quis impetrare vult aduerſus cõtractum,
peti debere intra quadriennium, quo elapſo di-
cta reſtitutio concedi nec poteſt, nec debet. Bar
to. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſi ſimpliciter. col.
pen. nu. 12. ff. ex quib. cau. ma. l. ult. C. de repud.
hęred. l. vlt. C. de tempor. in integ. reſt. Rota de
ciſ. 558. in antiquis, Dec. conſ. 526. in fi. Franc.
Balbus tract. de pręſcript. 1. parte ſextę partis
princip. caſ. 22. n. 27. & n. 28. Io. Bapt. de S. Bla-
ſio tract. de actione & eius natu. centuria 1. act.
19 4. nu. 25. Hoc † autem quadriennium compu-
tatur & currere incipit à die initi contractus &
lęſionis illatę. l. petendę; in fine. C. de tempor.
in integr. reſtit. & c. 1. de in integr. reſtit. lib. 6.
vbi Archid. nu. 2. & Philipp. Franc. verſ. tertio
not. & S. Geminian. verſ. ſed quando incipiat.
nu. 7. & Ancharan. nu. 2. verſ. quarto noto. Et
Roder. Suarez alleg. 21. nu. 3. Et Didac. Conar.
lib. 1. variar. reſol. c. 3. nu. 13. 14. Atqui in caſu
propoſito; iamdudũ lapſum fuit tempus qua-
drienij, à die quo commune lęſum per tranſa-
ctionem ſe fuiſſe dicit. Quandoquidem dicta
tranſactio facta fuit uſque ab anno 1521. & ap-
probata anno 1522. ut ſupra retuli, a quo tem-
pore, uſque ad ętatem noſtram tempus longiſ
ſimum fluxiſſe conſtat. igitur hodie commune
nõ poteſt amplius reſtitutionem in intregrum
petere, ut per Decium conſ. 35. cum ſimil. ſupra
allegatis. Secundò reſpondetur, non debere
20 concedi † reſtitutionem in integrum, niſi enor-
mis læſio interceſſerit; nec enim minima ſuffi-
cit. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. min. c. ad noſtrã.
de reb. eccl. nõ alien. Suarez d. allegat. 21. nu. 3.
Quare cum commune nullam læſionem oſten-
derit, nedum enormem, ſequitur vt ei reſtitu-
tio minime concedi debeat.

Quartò non obſtat, dum commune petit ſe
reſtitui aduerſus præſcriptionem longiſſimi tẽ-
poris, quo Galletti & alij litis cõſortes dicta bo-
na poſſederunt, ut per Bart. & Bal. in l. res pub.
C. quibus ex cauſis maiores. Quia reſp. licet hac
de re doctores controuertentur, tamen magis
21 communis † opinio eſt aduerſus præſcriptionẽ
40. annorum non dari in integrum reſtitutio-
nem, ut per Alex. conſ. 163. incip. uiſo proceſ-
ſu inter dom. Franc. ux. nu. 6. & nu. 7. uol. 2. & cõ
ſil. 151. nu. 9. eod. 2. uol. & Dec. l. 2. C. qui admit.
& Gozadin. conſ. 8. nu. 56. & Boer. deciſ. 39. nu.
6. part. 1. Quam op. tenet etiam & communem
eſſe fatetur, Crotus in l. 2. §. & harum. nu. 39. ff.
de uerb. oblig. & Soc. iun. conſ. 145. nu. 76. uol.
1. Et Cepha. conſ. 40. nu. 4. & nu. 61. uol. 1. Atqui
Galletti & alij rei cõuenti poſſederunt prædia,
de quibus eſt cõtrouerſia, bona fide. & iuſto tit.
quadraginta annis & amplius: ergo aduerſus
hanc præſcriptionem quadraginta annorum
dicto communi non licet petere nunc reſtitu-
tionem in integrum.

Quintò, non obſtat, dum commnne Montis
caſtelli ſperat ſe uincere aduerſarios ex iudicio
petitorio rei uendicationis, quo uidetur experi
ri uoluiſſe, dũ ĩ libello dicitur iure dominij. & c.
22 ex cuius medio † concludendi qualitas actionis
cognoſcitur ſecundũ Bart. & Decium in l. certi
condictio, in princ. ff. ſi cer. pet. & Alex. cõſ. 121.
1. uolu. Reſpondetur enim dictum commune
ex eo remedio nihil de iur. cõſequi poſſe, quo-
23 niam in iud. rei uẽdicationis ille ſolum † uincit
qui ex parte ſua oſtenderit ſe habere dominium
plenum, aut ſaltem vtile, vel directum, l. in rem.
ff. de rei vend. & §. omnium, vbi Iaſ. nu. 66. verſ.
circa primum dicite. Inſt. de act. & l. naturaliter.
§. nihil cõmune. vbi Fabius Acorombon. n. 33.
& Rubeus Alexandrin. num. 224. & Bolog. num.
54. & Claudius Marmer. num. 34. ff. de acq. poſ.
& l. ſi mater. §. eandem. ff. de excep. rei iud. Pan.
conſ. 109. Pariſ. conſ. 61. num. 2. volu. 2. Atqui in
propoſita facti ſpecie commune nõ docuit, nec
docere poteſt de tali dominio, quinimo produ-
cit libros, qui contra probant, nimirum per con
ſignationem factam ab eo, dominium dictorum
bonorum, quę ſua forte fuerant, deueniſſe in eas
particulares perſonas, quibus aſſignatio facta
fuit; ergo non poteſt obtinerę in hoc iudicio rei
vendicationis.

Sextò non obſtat, dum commune vim facit
in iudicio Publicianæ, quemadmodum ſignifi-
cant illa verba, quaſi dominij, vt per Bald. in l. 1.
col. ult. C. ſi plures una ſent. & Alex. conſ. 96. nu.
11. uol. 4. Papienſ. forma libelli in actione reali,
in uerbo iure dominij. Namqne reſpondetur;
hoc non eſſe tutum præſidium, quia Publiciana
24 non datur † regulariter contra titulo poſſidentẽ.
l. ſiue autem. §. ſi duobns, & ibi Bart. & alij. ff. de
publici. in rem act. & Alex. conſi. 90. num. 8. uol.
2. & conſi. 45. num. 4. uolum. 3. & Iaſ. in §. ſed iſtę.
25 num. 19. Inſtitut. de actionibus. quo fit, ut † in Pu
bliciana ſit melior conditio poſſidentis quàm
petentis, ut per Bar. d. §. ſi duobus. Igitur cum
Galletti, & cæteri litis conſortes, de titulo do-
ceant omnes, conſequẽs eſt, ut aduerſus illos cõ
mune montis Caſtelli perperam hoc iudicium
intentarit.

Septimò commune montis Caſtelli non iu-
uatur a remedio. c. redintegranda. 3. q. 1. cum ſe
aſſerit ſpoliatum poſſeſſione a reis conuentis,
26 quoniam is demum † in remedio redintegran-
dæ uincit, qui probat, & oſtendit ſe ſpoliatum
poſſeſſione a reis conuentis, qui modo poſſidẽt,
uel detinent. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul.

de ui

de ui publ. c. ad ſedem. de reſtit.ſpol. Alex.conſ.
6.num.4.& 5.par.3.Lapus alleg.62.incip.Læta-
tus.num.7.uerſ.ipſe uerò dominus.Afflic.deciſ.
327.Dec.conſ.449.num.24. Grat. conſ.40. nu.
2.uolum.2.

Quinetiam ſi agatur contra nouum poſſeſſo
27 rem,qui alleget ſe titulo poſſidere;debet † actor
docere aduerſarium reum conuentum a ſe clam
uel præcario poſſidere. Soc.in l.rem quæ nobis.
in 7.q.num.16.uer.notabis tamen. ff.de acquir.
poſſ.Bart.Imol.Paul.l.ſi de eo.§.ult. ff. eod.Alex.
conſ.118.numer.8.lib.2.Iaſ.conſ.21.col.2.lib.3.
Dec.conſ.57.ad fi. Ruy.conſ.49. num.13.lib.4.
& conſ.106.lib.5.Pariſ.conſ.12.num.9.4.uol.&
Neuizan.conſ.79.num.12.cum conſocijs.Atqui
dictum commune non demonſtrauit ſe fuiſſe
ſpoliatum a reis conuentis,nec probauit eos ab
illo clam,uel præcario poſſidere,nec etiam de ta
li clandeſtina poſſeſſione docere poteſt, quia
28 †clãdeſtina poſſeſſio ceſſat cum apparet de titu
lo.l.clam poſſidere.in prin.ff.de acq.poſſ. Bar.in
l.ſi duo.in prin.num.4.ff.uti poſſid. Iaſo.in conſ.
148.num.2.lib.2.Gozad.conſ.85. nu.5.& 6.So-
cy.iun.conſ.146. num.16. 1.lib.Igitur commune
montis Caſtelli in iudicio redintegrandæ con-
tra reos conuentos non poteſt obtinere, quia
cum de titulo eorum conſtet, proculdubio ſe-
29 cundum prædicta è poſſeſſione †tollitur uitium
clandeſtinitatis,

Octauò,malam quoque cauſam habere uide
tur commune, dum putat,Gallettos, & cæteros
litis conſortes teneri ſaltem ad ſolutionem taxæ
pro dictis bonis. Verius enim uidetur,eos non
teneri ad ſolutionem alicuius taxę, Primo,quia
cum anno 1455. facultas exigendæ dictæ taxæ
conceſſa fuerit limitatę ad tempus 25. annorũ.
Mox uerò renouata fuerit ad alios 25. annos.
Deinde anno cum 1505.tum 1517. iterum atq;
iterum prorogata fuerit ad decennium;liquido
conſtat,ſolutionem taxę prędictæ non fuiſſe per
petuam, ſed temporalem, & ad certum tempus
conceſſam,quo elapſo non poteſt dici poſtea de
30 bita,quia † conceſſum ad tempus, non cenſetur
poſt tempus permiſſum,ut per Bar.in l.ſtatulibe
rum.§.Stichum.ff.de leg.2.l.Titia cum teſtamẽ-
to.ff.eod.l.Imperator.ff.de poſtulan.l.ſi unus.§.
ſi cum eo.ff.de pac.Paul.Caſtren.conſ.351.inci.
præfata reformatio ducalis.par.2. Dec.cõſ.108.
col.2.num.8.par.2.& conſ.61.nu.4.par.1. Crot.
in l.ſi inſulam.num.15.ff.de uerb.oblig.Cag.l.2.
C.de pac.inter emp.& uend. num.63. uerſ. pro
deciſione tamen. Tiraq.de retrac. conuen. §.1.
gloſſ.2.num.440.Itaque cum multo ante expira
uerit tempus,quo permiſſa fuit exactio taxæ,re-
liquum eſt, ut dicta taxa nunc euanuerit, præſer
tim cum illius loco in eiſdem bonis alia onera
ſint ſubrogata.

Secundò taxam hodie non deberi inde colli
gitur, quòd taxa ſolui debebat tunc & eo caſu,
quo męnia dicti Caſtri montis Caſtelli ædifica-
rentur; tunc enim illis, quibus immunitas con
ceſſa fuit, licuit taxam exigere, quę ad eum finẽ
inſtituta fuerat, vt męnia conſtruerentur, vt di-
citur in priuilegio immunitatis olim conceſſę
a rep. Flo.habitatoribus montis Caſtelli.Quare
cum mænia hodie ędificari deſierint, neque
nunc expediat męnibus cingere dictum Ca-
31 ſtrum,ſequitur vt † ceſſante cauſa finali prop-
ter quam conceſſum fuerat taxam exigere, de-
beat etiã ceſſare taxę ſolutio. quia ceſſante cau
ſa ceſſat effectus.l. adigere §.quamuis.ff.de iure
patronatus.c.cum ceſſante.de appellat. Alex. l.
1.col.3.ff.ſoluto matr.Et dici ſolet,ceſſante cau
ſa conceſſionis ceſſare etiam conceſſionem.c.
reliqui.vbi Panorm.3.not.de cuſtod.Euchar.&
Matth.de afflict.c.1.§.motibus.col.1. nu. 3. ſi de
feudo fuer.cẽtro.inter domin. & agnat.. Tiraq.
reg.ceſſante, parte 1.nu.52. Idque obtinet ab-
ſque dubio cum ceſſat cauſa finalis; qualis eſſe
32 cenſetur illa, quæ † colligitur ex prefationibus
vt accidit in caſu noſtro juxta tex.in l.fi.ff.de hę
red.inſtitu.& Tiraq.d.reg.ceſsãte,1.limit. n.64.

Tertiò in caſu propoſito, Gallettos ad nul-
lam taxam teneri, ſuadent verba ipſius tranſa-
ctionis; in verſ.item quia vltra dicta &c. ad finẽ
ibi, tunc quandocunque muramenta prędicta
fierẽt,dicti de Gallettis proportionabiliter pro
eorum rata,quæ tangeret dictis bonis, ſi oſten-
derentur obligata dictis muramentis, concur-
rant & concurrere debeãt dictis expenſis, vt di
ctum eſt, & non aliter. Ex quibus verbis colligi
gitur tunc demum Gallettos ad prędictam taxã
teneri,ſi probauerit ipſum commune bona,quę
Galletti emerunt,eſſe ad hoc obligata.Qua pro
pter cum commune iſtud nõ oſtenderit neque
docuerit bona,quę poſſidentur a Gallettis,fuiſ-
ſe dicti commmunis, & conſequenter fuiſſe ad
hoc obligata,quemadmodum tenebatur proba
re,tum ſecũdum cõuentionẽ trãſactionis, tum
etiam ſecundum iuris communis diſpoſitionẽ
33 quandoquidem † actor probare debet id quod
aſſeuerat,l.2.ff.de prob.l.actor, C.eod. l.qui ac-
cuſare.C.de edend.l.res.C.de rei vendicat. & §.
quod autem diximus.Inſt.de leg. Nec fidẽ quo-
que fecerit dictum commune,de eorundem bo
norum identitate,ſicut oportuerat. Bar. in l.de-
monſtratio. in prin.num.20. ff. de cond. & de-
monſt. colum.1.C.ſi unus ex plurib.appel.Cor-
ne.conſ.280.nu.5. uolum.3. reliquum eſt,ut di-
camus; bona de quibus agitur ad ſolutionem ta
xæ minime teneri.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Verbum, ſuos, ad quos referatur, & qui ueniant ſuorum appellatione. & nu.2.& 4.

3 Suorum appellatio multis modis accipitur.

4 Frater ſi inſtituatur, eius liberos etiam cenſeri inſtitutos.

5 Suorum appellatione an comprehendantur liberi fœminini ſexus.

6 Verba, inſtituit fratres & ſuos, quomodo intelligantur.

7 Suorum

7 *Suorum appellatione an veniant nepotes ex filia, qui ſuccedunt ab inteſtato.*
8 *Charitas ordinata, ſeu naturalis affectio an ſufficiat ad inducendam interpretationem ordinis ſucceſſiui inter nominato in teſtamento.*
9 *Frater an ſit portio fratris, ſicut filius eſt portio patris.*
10 *Ordini ſucceſſiuo quo caſu ſit locus.*
11 *Teſtator ſi in teſtamento adiecit liberos, vel deſcendentes, vel ſuos, ſolum contemplatione & intuitu patris, an conſequenter veniant ordine ſucceſſiue.*
12 *Teſtator & ſi nominatim deſcendentes non vocauerit, ſed indefinitè, & generaliter ſuos, an contineantur illi, erga quos non potuit aliquam affectionem habere, niſi contemplatione patris nominati.*
13 *Verba, & ſuos, in vltimis voluntatibus operantur nonum gradum ſucceſſione.*
14 *Ordo ſucceſſiuus inter quos ſit ſeruandus.*
15 *Diſpoſitio facta per nomen collectiuum plurium perſonarum exiſtentium in diuerſis gradibus agnationis, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo. limita vt ibidem.*
16 *Ordo charitatis non cadit in perſonis exiſtentibus in eodem gradu, vt ſunt plures filij, vel affectionis ſucceſſiuus, cum omnes teſtatori æquè chari, & proximi ſint.*
17 *Verbum, ſuus, eſt nomen collectiuum, comprehendens plures perſonas diuerſorum graduum.*
18 *Odro ſucceſſiuus an habeat locum in ſubſtitutione vulgari, an in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*
19 *Ordo ſucceſſiuus quo caſu habeat locum in vulgari ſubſtitutione, non autem in fideicommiſſaria. & num. 27.*
20 *Verba, ſuos, vel liberos, vel deſcendentes, an intelligantur de liberis qui nati ſunt, ſeu concepti tempore quo extitit conditio ſubſtitutionis.*
21 *Filia per ſubſtitutionem fideicommiſſariam quo caſu admittantur ad hæreditatem.*
22 *Verba in teſtamento ſi inducant ordinem ſubſtitutionis fideicom. quoad ſuos, vel deſcendentes fratris inter ſe, videntur etiam inducere eundem ordinem fideicom. ſubſtitutionis inter fratrem inſtitutum, & eius deſcendentes, & ſuos.*
23 *Verba quæ inducant fideicommiſſariam ſubſtitutionem inter fratrem inſtitutum, & ſuos.*
24 *Subſtitutio vna aliam declarat.*
25 *Verbum, ſuus, æquipollet verbo collectiuo familia, & domus.*
Vnde doctores æquiparant, ſubſtituere per nomen collectiuum familiæ, & per nomen, ſuos. nu. 26.
28 *Verba, liberos, & deſcendentes, reſpiciunt ſolùm perſonas, quibus relinquitur.*
29 *Liberorum appellatione non comprehendi illos, qui tempore exiſtentis conditionis nati, vel concepti non ſunt. limita vt ibidem.*
30 *Sui quo caſu cenſeantur grauati de reſtituendo ijs, qui nati nec concepti ſunt tempore, quo conditio ſubſtitutionis fideic. extitiſſet.*

CONSILIVM V.

In Dei nomine.

PRoponitur teſtamentum Illuſtriſ. Domini Baptiſtæ de Inſula, cuius uerba ſunt hæc: in omnibus autem uniuerſis & ſingulis ipſius domini teſtatoris bonis mobilibus & immobilibus, præſentibus & futuris quibuſcunq; ſaluis ſuperius legatis & ordinatis ſupra legata & ordinata adimplendo, inſtituit & ore proprio nominauit ſuum hæredem uniuerſalem, ſpecialem, & generalem, ita tamen, quòd ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra, uidelicet Magnificũ D. Stephanum filium quondam præfati domini Melchioris de Inſula Ianuenſem, ipſius domini teſtatoris fratrem & ſuos. & caſu, quo contingat ipſum Dominum Stephanum ab humanis decedere, nullis relictis liberis legitimis, tũc & eo caſu, ac ex nunc prout ex tunc, & econtra eidem uulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum ſubſtituit hæredes uniuerſales, ſpeciales & generales, ut ſupra. nobiles Ioãnem Melchiorem, & alios filios Magnifici domini Franciſci filij quondam præfati domini Melchioris de Inſula Ianuenſes, ipſius domini teſtatoris nepotes, & quemlibet eorum in æquali rata & portione uer. Quo condito teſtamento deceſſit teſtator ſuperſtite dicto domino Stephano, & ſuperſtitibus quibuſdam dicti domini Stephani filiabus. poſtea uerò deceſſit dictus dominus Stephanus, relictis poſt ſe dictis filiabus. Quæ cũ ita ſe habeant, primo quæritur in caſu propoſi-
1 to, an † uerbum, ſuos, intelligatur de ſuis teſtatori, an uero inſtituto, & qui ueniant appellatione ſuorum. Et perſtringendo rem breuiter. Reſpondetur quanquam uerbum, ſuus, in dubio refertur interdum ad teſtatorem. Ruyn. conſ. 53. num. 3. uol. 1. Tamen in propoſita ſpecie ex uerbis ipſarum ſubſtitutionum liquidò conſtat uerbum, ſuos, referri debere non ad teſtatorem, ſed ad inſtitutũ, quaſi teſtator inſtituerit ſuos, ideſt
2 illos qui dicuntur ſui † reſpectu ipſius Stephani, non autem illos qui dicuntur ſui quo ad ipſum teſtatorem, argu. eorum, quæ dicit Bertran. conſ. 148. num. 3. uoluminis ſecundi parte priori, & conſ. 236. num. 3. uol. 4. Dato igitur ut hic agatur de his qui ſunt ſui domino Stephano inſtituto, non autem teſtatori, quanquam ſuorum
3 appellatio † multis modis accipitur, ut per Ioan. Raynau. in trac. de ſuitate, hic tamen appellatione ſuorum, contineri arbitror liberos, & deſcendentes, qui domino Stephano ab inteſtato ſuccedunt, arg. eorum quæ dicuntur per Paul. Caſtren. in conſ. 374. par. 1. num. 4. uer. ſ. cum ergo. & Alex. conſ. 26. colum. 3. uer. nec prædictis obſtat. uolum. 5. & Bertrand. conſ. 25. num. 17. uol. 7. & conſ. 157. num. 5. uolu. 5. & Dec. conſ. 253. num. 1. & 2. Iac. Albã. conſ. 106. num. 13. Marc. Ant. Natta conſ. 505. poſt numer. 39. uolum. 3.

Crauet.

Crauet. conſ. 22.nu.1. uol. 1. ex quib. omnibus
locis colligitur, inſtituto fratre & ſuis, contine
4 ri ipſius † liberos & deſcendẽtes. Quod amplia
tur, ut appellatione ſuorum contineãtur liberi
& deſcendentes, etiamſi ut accidit in caſu no-
5 ſtro dicti liberi & deſcendentes, eſſent † libe-
6 ri fœminini ſexus uerba enim † inſtituit fratrem,
ſuos intelliguntur de liberis, quo caſu, ueniunt
non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ, Deci.d.
7 conſ. 253.nu. 3.& nu.4.parte 2.Quin etiam † no
men ſuorum in caſu propoſito, non conſiſtit ſo
lum in ipſis filiabus fœminis, ſed illas egreditur
& excedit & porrigitur ad nepotes ex filia qui
ſuccederet ab inteſtato Bertrand.conſ. 157. nu,
6.vol. 5.& conſ.61.nu. 2.vol.primi parte poſte-
riori.& conſ.83.nu.7.vol. 5.

Secundo quæritur, an dicti liberi, & conſe quenter filiæ domini Stephani comprehenſæ appellatione ſuorum concurrant ſimul ad hære ditatem cum dicto domino Stephano fratre teſtatoris & eorum patre an uero ueniant poſt eum ordine ſucceſſiuo. Et arbitror eas vocari non ſimul cum patre ſed ordine ſucceſſiuo quia &c. Quia licet ſola ratio ordinatæ charitatis
8 † ſeu naturalis affectionis non ſit ſatis ad inducẽ
dã interpretationẽ ordinis ſucceſſiui inter no-
minatum uerbi gratia fratrem, & eius filios,
ſed deberent ſimul concurrere ſui cum fratre
teſtatoris ſecũdum communem opi. de qua per
Soc.iun.in l.gallus.§.quidam rectè. num. 32.&
ibid.Torniel. nu. 12. in quæſtionibus: & prop-
terea nõ inducatur ordo ſucceſſiuus ex eo quod
fratri teſtatori ſit proximior frater inſtitutus
quam fratris filij, licet hic ordo inductus videri
poſſet in filio teſtatoris & eius ex eo nepote, cũ
9 fratri † non ſit portio fratris ſicut filius eſt por-
tio patris, Caſtren.conſi. 53.num. 5. Nihilomi-
nus in caſu propoſito his non obſtantibus ego
10 crederem eſſe locum † ordini ſucceſſiuo: quoniã
quando conſtat filios illius fratris nominati
fuiſſe nominatos in teſtamento ſolum contem-
platione & intuitu patris eorũ nominati, tunc
ſtatuendum puto ex hac ratione duci poſſe in-
terpretationem ordinis ſucceſſiui contra pro-
priam ſignificationem copulæ inter fratrem
nominatum & eius filios. Etenim ſi apparet te-
11 ſtatorem adiecisse † liberos vel deſcendentes,
vel ſuos in diſpoſitione vnà cum eorum patre
nominato, idque feciſſe ſolum contemplatione,
& intuitu dicti eorum patris, vtique apparebit
etiam liberos uel ſuos fuiſſe ideo adiectos, ut in
commodo non eſſent eorum patri, & conſe-
quenter ut uenirent ordine ſucceſſiuo, non au-
tem ſimul, quia tunc liberi eorum parenti præ-
iudicium inferrent, qui non adiectis filijs totum
habuiſſet, illis autem adiectis ad partem tan-
tum concurreret, Corn.d.§.quidam rectè, num.
14. Atqui in caſu noſtro inſtitutio ſuorum, in
qua dixit teſtator & ſuos, fuit adiecta ſolummo-
do intuitu & contemplatione fratris teſtatoris
12 patris eorum quia cũ teſtator † nõ limitatè nec
noĩatim aliquos ſingulari tñ nomine uocaue-
rit, ſed uocauerit indefinitè & generaliter ſuos
quo nomine continentur etiam illi quos forte
teſtator non nouit, & erga quos non potuit ue
roſimiliter aliquã affectionem habere, niſi con
templatione, & intuitu eorum patris; mani-
feſtè conſtat ſuos fuiſſe uocatos, contemplatio-
ne & intuitu ſolum eorum patris nominati, nõ
autem intuitu & contemplatione perſonæ parti
cularis ipſorum ſuorum Torn. d. §. quidam re-
ctè n. 16. ergo firmãdum eſt in propoſita ſpecie
locum eſſe ordini ſucceſſiuo, iuxta ea quæ dici-
tur Bertrand.conſi. 13.num.4.volum.tertij par-
te priori, ubi cum eſſet inſtituta quædam Mar-
garita & ſui reſpondet Bertrandus eos vocari
ordine ſucceſſiuo, vt per eũdem Bertr.conſ.83.
nu.7.vol.5.& per Guid.Pap. conſ. 22. Incip.Io-
annes num.1.uerſi.ad primum quæſitum.& cõ-
ſi. 133.Incip.Antonius colum.2.nu. 1.uerſi.& in
ſubſtitutionibus vbi cum teſtator ſubſtituiſſet
Catherinam quandam & ſuos, reſpondetur ibi,
non omnes ſimul admitti ſed ordine ſucceſſiuo
vocari, uidelicet primo dictam Chaterinam, &
poſt eius mortem illius filios. Et idem tenet Io.
Raynu.in tract. de ſuitate, nu.4. vbi dicitur hanc
13 adiectionem, & † ſuos, in ultimis voluntatibus
operari, vt videatur fieri nouus gradus ſuc-
ceſſiuus.
14 Atque hic idem ſucceſſiuus † ordo ſeruandus
eſſet non ſolum inter fratrem nominatum, &
eius liberos, vt eſt quæſtio noſtra, & ſupra dixi-
mus, ſed etiam ſi de hoc naſceretur controuer-
ſia, ſeruari deberet inter eoſdemmet ſuos, quia
15 diſpoſitio † facta per nomen collectiuum pluriũ
perſonarum exiſtentium in diuerſis gradibus
agnationis cenſetur facta ordine ſucceſſiuo ſe-
cus autem ſi facta fuerit per nomen collectiuũ
plurium perſonarum exiſtentium in eodẽ gra-
du, quia tunc non attenderetur ordo ſucceſſi-
16 uus, quia in perſonis † exiſtentib.in eodem gra-
du vt ſunt plures filij, nõ cadit probabilis ordo
charitatis vel affectionis ſucceſſiuus, cum oẽs
teſtatori æque chari & proximi ſint, Paul.Caſtr.
conſ. 275.nu. 3.parte 1.& Socin.ſen.in §. quidã
recte.n.4. vbi Soc.iun. nu. 35. & nu. 36. & Soci.
ſeni.conſ. 249.nu. 25, vol. 2. Et ſeruandum eſſe
ſucceſſiuum ordinem inter eoſdemmet ſuos di
uerſorum graduum ſi de hoc quæreretur, firmat
Soc. ſenior in d. §. quidam rectè l.Gallus ff. de
lib.& poſth. vbi Iaſ.nu. 26. Galiau.nu. 74. Ant.Ru
be.Alexand. nu.49.& in conſ. 38.nu.4.& Tiraq.
de retra.§.11.gl.4.nu.20.Et Couarruu.c.Rainu
tius.§.2.nu.6.de teſtam.& Socin.cõſ. 90.nu.2.
vol.1.& cõſ.86. nu.8.vol.3.& Crauett.conſ.131.
1.vol. cum ſimilib.ex quib. omnibus colligitur
in diſpoſitione facta per nomen collectiuum
plurium perſonarum exiſtentium in diuerſis
gradibus, eaſdemmet perſonas inter ſe uocari
17 ordine ſucceſſiuo. Atqui † verbum, ſuus, eſt no-
mẽ collectium cõprehendens, plures perſonas
diuerſorum graduum, Bertrand. conſ. 186.nu.
3. vol. tertij parte 2.ergo perſonæ diuerſorum
graduum cenſerentur inter ſe vocatæ non ſi-
mul,

ab

mui, ſed ordine ſucceſſiuo ſecundum gradus
prærogatiuam, gloſ. in l. ſi fœmina C. ad Turpil.
Paul. l. ſi ita legatur. §. in fideic. ff. de lega. 2. Ca
ſtrenſ. conſ. 374. nu. 4. uerſ. cum ergo, parte 1.
Barbat. conſ. 28. parte 2. Bertrand. conſ. 138. nu.
7. & nu. 5. uol. tertij parte 2.
18 Tertiò quæritur, an † ordo ſucceſſiuus, quem
ſeruandum eſſe diximus inter D. Stephanum,
qui primo admittitur ad hæreditatem, & inter
ſuos, qui poſt eum ad illã, ſucceſſiuè uocantur,
intelligatur locum habere in ſubſtitutione uul-
gari au uerò in ſubſt. fideicommiſſaria, ita ut ſui
de quib. in d. teſtõ agitur, non ex uulgari ſed ex
fideicommiſſaria ſubſt. poſt mortem eorum pa-
tris ſuccedant.

Huic quæſtioni reſpondens, animaduerto
prima fronte, dicẽdũ uideri dictos liberos Do.
Stephani poſt eum ad hæreditatem admitti de-
bere ex uulgari non autẽ ex fideic. ſubſtitutione
19 quia † ſucceſſiuus ordo qui reperitur inter pa-
trem & eius liberos, copulatiuè uocatos per no
men collectiuum plurium perſonarũ exiſtentiũ
in diuerſis gradib. intelligitur ſolũ locum hẽre
quo ad uulgarẽ, nõ aũt quoad fideicommiſſariã
Rui. conſ. 100. nu. 3. uol. 2. quam op. firmat com
muniter Bart. Cuman. Alex. Soc. Iaſ. & alii in l.
Gallus §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. & So-
cin. conſ. 113. col. 2 verſ. ad iſta omnia. 4. volu.
& Decius conſ. 205. & Ripa in l. hæredes mei. §.
ult. ff. ad ſen. conſ. trebell. Quinetiam dicta no-
mina collectiua non videntur ſignificare ordi-
nem ſucceſſiuum reſpectu fideicommiſſariæ ſub
20 ſtitu. quoad ſuos inter ſe, quũ ſub nomine † col-
lectiuo (ſuos uel liberos uel deſcendentes) intel
liguntur ſolùm uocati liberi qui nati eſſent, ſeu
concepti tempore quo extitit conditio ſubſti-
tutionis in qua ſunt uocati, nõ autem intelligun
tur uocati alij qui dicto tempore nõ eſſent nati
nec concepti, Bart. & Soci. in l. ſi cognatis. num.
30. uerſ. quarta & ult. concluſio ff. de reb. dub.
& Alex. conſ. 22. & conſ. 26. uol. 3. quo fit, ut di-
cendum uideatur non poſſe tunc intelligi adeſ
ſe ordinem ſucceſſiuum reſp. fideic. per quam
cenſeantur grauati de reſtituendo ſequentibus
qui non eſſent nati, uel concepti tempore, quo
extitit conditio ſubſtitutionis, Torniell. d. §.
quidã rectè. nu. 68. ver. circa tertium caſum &c.

Ego tamen rem exactius introſpiciens, ex
21 infraſcriptis abitror dici poſſe filias † dicti
Domini Stephani poſt illius mortem ad præ-
dictã hæreditatem admitti debere per ſubſtitu-
tionem fideicommiſſariam. Nam quando ad-
22 ſunt † uerba quæ ſignificent teſtatorem induce
re ordinem ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ quo
ad ſuos, uel deſcendentes fratris inter ſe, tunc
ſane ex iiſdẽ uerbis inferri poteſt, uoluiſſe quo-
que teſtatorem, inducere eundem ordinem fi-
deicõmiſſariæ ſubſtitutionis inter fratrem inſti-
tutum, & inter eius deſcendentes & ſuos, ut p
Socin. ſeniorem in d. §. quidam recte. col. vlt. n.
10. ver. quartus caſus. ubi etiam Rub. Alexandr.
& Torn. num. 72. ver. quo verò ad ſecundum, vi-
delicet &c. d. l. Gallus. ff. de lib. & poſthu. Atqui
in propoſita ſubſtitutione reperiuntur adeſſe
verba, quæ deſignant ordinem ſucceſſiuum fidei
commiſſariæ ſubſtitutionis inter eoſdemmet
ſuos, & deſcendentes dicti Dom. Stephani inſti
23 tuti. Ergo † ex prædictis verbis ſignificantibus
ſubſtitutionem fideicommiſſariam inter ſuos,
colligitur quoque inductam fuiſſe ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam inter Dominum Ste-
phanum fratrem inſtitutum, & inter ſuos, & de-
24 ſcendentes illius, quia vna † ſubſtitutio declarat
aliam, Ruy. conſ. 3. num. 17. 2. uol.

Adeſſe autem in caſu propoſito verba, quæ
inter ſuos fideicommiſſariam ſubſtitutionem
25 deſignent, inde oſtẽditur, quòd verbum, † ſuus,
quo vtitur teſtator in ſubſtitutione, dum dicit
Dominum Stephanum, & ſuos, æquipollet ver-
bo collectiuo familiæ, & domus, vt per Crauet.
conſil. 22. num. 4. 1. vol. vbi dicit, doctores æqui-
26 parare † hæc duo, videlicet ſubſtituere per nomẽ
collectiuum familiæ, uel per nomen, ſuos. Atqui
ſubſtitutio facta per nomen collectiuum familiæ
uel agnationis, uel domus, idoneum eſt, & aptũ,
ad ſignificandum ordinẽ fideicommiſſariæ ſub-
ſtitutionis inter illos de familia. l. cum ita. §. in fi-
deicommiſſo. l. peto. §. fratre, ff. de leg. 2. l. fin. C.
de uerb. ſign. & tradunt doct. communiter in d.
§. in fideicommiſſ. & d. § fratre. & Socyn. in d. §.
quidam recte. colum. ult. uerſ. quartus caſus. &
firmat Torn. d. §. quidam recte. num. 72. uer. alia
dubitatio. Igitur cum Illuſtriſſimus Dom. Bapti-
ſta teſtator per uerbum, ſuos, induxiſſe dicatur
ſucceſſiuum ordinem fideicommiſſariæ ſubſtitu
tionis quo ad ſuos inter ſe, reliquum eſt etiam
ut dicamus conſtare eundem Dom. teſtatorem
induxiſſe ordinem ſucceſſiuum fideicommiſſa-
riæ ſubſtitutionis, inter Dominum Stephanum
eius fratrem hæredem inſtitutum, & inter ſuos,
& deſcendentes præd. Dom. Stephani.

Qua opinione ſic ſtabilita, non obſtat dum ſu
27 perius dicebatur, ordinem † ſucceſſiuum, qui
reperitur inter patrem, & eius liberos uocatos
per nomen collectiuum, locum habere quoad
uulgarem, non quo ad fideicommiſſariam. Re-
ſpondetur enim illud procedere in ſubſtitutio-
28 ne facta per uerbum liberos † & deſcendentes,
quæ uerba reſpiciunt ſolùm perſonas quibus re-
linquitur. Non tamẽ locum ſibi uendicat, quan-
do facta eſt ſubſtitutio per uerbum, ſuos, ut acci
dit in caſu noſtro, quia uerbum, ſuos, non parti-
culares perſonas quibus relinquitur, ſed domũ
familiam, & agnationem cuius contemplatione
relictum eſt reſpicit. Torn. d. §. quidam rectè. nu
mero 72. uerſicul. ex quib. l. Gallus. ff. de liber. &
poſthum.
29 Et quanquam liberorum † appellatione non
uidentur uocati illi qui tempore exiſtentis con-
ditionis nati, uel concepti non erant. Iſtud ta-
men limitatur habere locum niſi ex uoluntate
teſtatoris colligeretur eum uocaſſe quoque il-
los, qui poſtea nati eſſent, ut dicunt Soc. d. l. ſi
cognatis. num. 30. uer. infertur. & 2, ff. de rebus
dubijs.

dubijs. Atqui cum teſtator facit ſubſtitutionem per uerbum, ſuos, uel per uerbum, familiam, conſtat uocari etiam eos qui nati non eſſent, nec cõcepti tempore mortis, ex quo cedit dies ſubſtitutionis, ut in ſpecie dicit Torniel. d. §. quidam rectè. num. 72. uerſi. ex quibus. igitur oſtenditur ex prædictis in hac ſubſtitutione adeſſe ordinẽ ſucceſſiuum reſpectu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, per quam ſi de hoc ageretur ſui cenſeantur grauati † de reſtituendo etiam ijs qui nati nõ
30 eſſent nec concepti tempore quo conditio ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, extitiſſet. Atque ex his venio in ſententiam, quam ſupra firmaui, meliore ſententia ſemper ſalua, ad Dei gloriam & laudem.

SVMMARIVM.

1 *Honor debetur maior illi, qui ex pluribus in medio ſedet.*
2 *Qui officium, & adminiſtrationem habet in aliquo loco, debet alijs præferri.*
3 *Minor ordine, ſed maior adminiſtratione, an præferatur maiori ordine in loco adminiſtrationis.*
4 *Archidiaconus cẽſetur ratione adminiſtrationis maior archipresbitero, econtra in diuinis.*
5 *Archipresbyter in diuinis præcedit archidiac.*
6 *Rector gymnaſij in ipſo gymnaſio præcedit epiſcopum ſcolarem.*
7 *Dignior locus a dextris.*
8 *Numa rex ad dextram conſedit, augur uerò ad ſinam.*
9 *Honor dicitur maior deferri illis, qui ſedent prope dominum, quàm illis qui remotè ſedent.*
10 *Canonici cathedralis eccleſiæ quanto honore ſint digni: & dicuntur clerici primi gradus.*
11 *Exiſtens in loco digniori quàm ſit locus, quem poſtea ingreditur vel antea ingreſſus ſit. ſi ingreditur tanquàm unus ex loco, nõ præcedit alios in eodem loco.*
12 *Epiſcopus exiſtens in capitulo ut canonicus, non præcedit alios de capitulo.*
13 *Vicarius qui ſit canonicus debet ſedere in capitulo, non ut vicarius ſed ut doctor.*
14 *Deliberatio legitimis ſuffragijs obtenta continet cõpromiſſum conuentionale.*
15 *Clauſulæ, non obſtante, effectus.*
16 *Verborum, acceptant ex nunc prout ex tunc, effectus.*
17 *Delegatio uim mandati obtinet.*
18 *Statuta qui facere poſſunt, facultatem etiam faciẽdi ſtatuta delegare poſſunt.*
19 *Statuta faciendi ſi alicui eſt data facultas, non poteſt ipſe rurſus alij delegare.*
20 *Quæ uim priuilegij principis habent, ab alijs auferri non poſſunt.*
21 *Collegia approbata ſtatuta condere poſſunt, quo ad ea quæ ad collegas & eorum officium pertinent.*
Immo ſtatuta quantumuis longo tempore obſeruata, legitimè reuocare poſſunt. nu. 22.
23 *Ius alteri quæſitum nemini auferri debet.*

CONSILIVM VI.

Diuino implorato præſidio.

IN propoſita facti ſpecie ubi de præcedentia controuerſantur præſbiteri & officiales fraternitatis ſpiritus Sancti de Piſtorio ex uno latere, & canonici Cathedralis eccleſiæ Piſtorienſis in eandem fraternitatem aſciti ex altero. qui quidem omnes legitimi & ſolenmitet congregati, authoritatem dederunt Reuer. D. Epiſcopo Piſtorienſi conficiendi conſtitutionem reſidentię dictorũ officialium & Canonicorum: arbitror de iure dictam conſtitutionem fieri poſſe ac debere per dictum Reuer. D. Epiſcopum in fauorem dictorum officialium, & præsbyterorũ. Et conſequenter dictos officiales in loco pigniori collocandos eſſe, ita ſcilicet, vt tam in Choro quã in alijs locis ubi dicta fraternitas, collegialiter, ſeu tanquam corpus fraternitatis cõuenit, ſtare debeant in medio ſeu in primo loco tanquam caput totius fraternitatis duo illi priores eius fraternitatis ſecundum eorum prærogatiuas. Pœnes ipſos autem priores ſtatim in loco qui deinde ſuccedit ſequentibus dignior, & cõſequenter à dextris dictorum priorum ſtare debeant dicti officiales, nimirum conſiliarij & correctores prędictę fraternitatis. Id quod uerum eſſe inde oſtẽditur: quoniã quod attinet ad priores circumſcripta conſuetudine, certum eſt ma-
1 iorẽ † honorem eſſe illius qui ex pluribus in medio ſedet, ut firmat Lucas de Pœna in l. quiſquis. C. de pręfect. prætor. ſiue urb. lib. 12, & Bartholom. Caſſene. in Catalogo gloriæ mũdi parte 4 Conſiderat. 74. ubi citat auctoritatem illam Lucę capit. 2. ſedens in medio doct. &c. & illud Saluſtij in bello Iugurt. pag. 8. ubi refert medium eſſe ex plurib. apud Numidas ẽt maximo honori duci conſueuiſſe, ut per eundem Caſſeneum d. Catalog. part. prima conſ. 13. ubi multa citat. Quod uerò pertinet ad alios officiales ideo dicimus eos eſſe collocandos digniori loco quam canonici quia dicti officiales uideli-
2 cet † conſiliarij & Correctores habẽt in dicta fraternitate officium & adminiſtrationem, ut colligitur ex 3. & 7. & 8. & 10. capitulo ſtatutorum eiuſdem fraternitatis, & conſequenter dicti officiales ſunt maiores in adminiſtratione quàm ſint ipſi ſimplices canonici. Atqui minor ordi-
3 ne † ſed maior adminiſtratione præfertur maiori ordine in loco adminiſtrationis, vt dicit idẽ Bartholomæ. Caſſen. d. Catalogo glor. mundi parte 4. in cõſiderat. 44. ubi expreſſe firmat maiorem adminiſtrationẽ præferri debere; aſſerẽs
4 iſtud apparere in archidiacono, qui de iure † ratione adminiſtrationis cẽſetur maior archipresbytero, ut per gloſ. in c. deliberatione. de offi. legati in 6. & ideo dicere Dominicum Sangemini. in

ni in c.epiſcopus 17.diſtinct. quòd archipresby-
5 ter in diuinus † præcedit archidiaconum non
autem in alijs c. 1. de ætat. & quali. & cap. 1. de
offi. archipresbyteri. & idem quoque apparere
6 dicit in Rectore gymnaſiorũ, qui in † ipſo gym-
naſio præcedit epiſcopum ſecularem, ut per Ab
bat. in c.auditis. col. 3. de conceſſ. præb. quod
intelligitur locum habere in his quæ tangunt
eius adminiſtrationem, ueluti in ſedẽdo in col-
legio, verum extra caſus collegiales, & extra ca-
ſus ſuæ adminiſtrationis firmat ibidem Caſſe-
neus, præferri debere epiſcopum rectori, ut
per Andr. Barbat. in conſ. 5. numer. 6. parte 2.
col. 6. Caſſan. d. Catal. parte prima cõſider. 29.
Patet igitur ex prædictis digniorem locum aſſi-
gnari debere prædictis officialibus. Dignior au
7 tem locus † exiſtimatur qui à dextris eſt, iuxta il
lud Euang. unum a dextris &c. & gloſ. in cap.
quam pernicioſum. 7. q. 1. Bal. in l. decernimus.
in 4. not. C. de ſacroſ. eccleſ. & c. ſolitæ. §. hoc au
tem, de maior. & obed. & Barthol. Veronenſ. in
tract. de Imperat. mil. eligendo. in verbo, ratio-
ne dignitatis, & Bartol. Caſſen. d. Catalogo glo-
riæ mundi, parte prima conſid. 11. & facit aucto
ritas Liuij lib. primo ab urbe condita, pag. 5. ubi
refert Numam regem ad dextram cõſediſſe, au-
gurem uerò ad læuam quę, & id genus ſimilia
aperte oſtendunt prędictos officiales ad dex-
tram ipſorum priorum, canonicos vero ad ſini-
ſtram ſtare debere. qui ſane Canonici ſedendo
à ſiniſtris, ut dixi, & tenẽdo ſedes duob. illis prio
rib. viciniores, quã ſint ſedes cæterorũ presbite
rorũ, dicẽtur magis honorari quàm reliqui prę-
9 sbyteri, quia maior dicitur honor † deferri illis
qui ſedent propè dominum quàm illi tanquam ca-
piti ſunt viciniores, quèm qui remotè ſedent, vt
per gloſſ. in §. alia. inſtit. de bonorum poſſ. Bal. l.
obſeruare, §. ante. ff. de offi. proconſ. & legati. Et
idem Caſſen. d. catal. parte 1. conſiderat. 12. &
Anton. de Pret. in tract. de præſtantia cleric. ca-
pit. 15. num. 5. & Ant. Maſſa gall. in conſ. de præ-
cedentia Caſſinenſi in reſp. ad 4. arg. numer. 25.
ubi dicit Vicarium Piſtorieſem delegatum apo
ſtolicum die 17. Maij 1488. protuliſſe ſententiã,
videlicet religioſos de quibus ibi, præcedere de
bere & ſtare in loco digniori, nimirum magis
propinquo ipſi epiſcopo.

Qua opinione ſic probe ſtabilita, non obſtat
primo ſiquis obijciat, nõ uideri conſentaneum
rationi, vt canonici Cathedralis eccleſiæ qui
10 ſunt tanto † honore digni, Io. Staphil. in tract. de
gratijs expectat. §. inter formas. nu. 3. 4. & 6. & di
cũtur clerici primi gradus. Ant. de Pret. d. trac.
de præſtan. cleric. nume. 12. & 14. debeant an ſi
niſtris ſedere. Quoniam præterquam quod ex
prædictis tollitur oppoſitio, quãdoquidem offi
ciales ſunt in adminiſtratione maiores, reſpon-
detur etiam ipſos canonicos in ea fraternitate
non conſiderari tanquam Canonicos, ſed tan-
quam præsbyteros reliquoſq; fratres dictæ fra-
ternitatis, licet aliàs dicti canonici ſint honora-
biliores, & propterea in dicta fraternitate non
debent tenere ſedes tanquam canonici, ſed tan
11 quam fratres, quia † exiſtens etiam digniori in
loco, quàm ſit locus quem poſtea ingrediatur,
vel antea ingreſſus ſit, ſi ingreditur tanquam
unus ex loco non præcedit alios in eodem
loco, vt nominatim dicit Caſſen. dicto Ca-
thal. glorię mundi parte quarta, conſiderat. 45.
12 dicens † quod epiſcopus exiſtens in capitulo vt
Canonicus, non propterea præcedit alios de ca
pitulo. Abb. in capitul. poſtulaſti. de conceſſ.
13 præb. Et propterea † Vicarius, qui eſſet canoni-
cus, debet ſedere in capitulo non vt Vicarius,
ſed vt doctor, gloſſ. in capitu. a collatione. de ap-
pellat. in ſexto. Felyn. colum. ſecunda, de maior.
& obedient. in rubric. Boerius in conſilio 21. &
Collegium Bononienſe in conſ. de præceden-
tia Canonicorum regularium & monacho-
rum inter conſilia Zabarellæ, numero vige-
ſimoquinto columna quinta. Qua pro-
pter cum dicti canonici cooptentur in dictam
fraternitatem, ut reliqui præsbiteri fratres, ſe-
quitur, vt non debeat quo ad hoc conſidera-
ri honor canononicorum, nec ſedere debeant
a dextris ſed a ſiniſtris.

Secundo non ob. ſi dicti canonici niteren-
tur capitulo 76. ſtatutorum dictæ fraternitatis
ex cuius verbis apparere dicitur Canonicos a
dextris ſedere debere. Quoniam reſponde-
tur huiuſmodi capitulum nihil obſtare, quando
quidem hodie, ut conſtat ex noua deliberatio-
ne dictę fraternitatis rogata die 28. Feb. 1572. a
ſer Donato Polito not. &c. homines dictæ fra-
ternitatis legitimè congregati dederunt autho
ritatem Reuerendiſſimo Epiſcopo Piſtor. con-
ficiendi conſtitutionem reſidentiæ officialium
& canonicorum ſupradictorum.

14 Quam ſanè † deliberationem legitimis ſuf-
fragijs obtentam, primo loco dicere poſſumus
continere compromiſſum conuentionale, argu.
eorum quæ dicit Io. Bapt. Peruſ. in trac. de arbi.
lib. primo cap. 8. num. 1. & 2. quaſi dicti officia-
les, & presbyteri ex una parte, & Canonici ex
alia ſupradictam authoritatem dantes faciant
ea de re compromiſſum in d. Reuer. D. Epiſco-
pum Piſtor. qui illud acceptauit dando terminũ
partib. ad docendum de iure ſuo. Et ſiquidem
continere compromiſſum dicatur tunc ſane cõ
cludẽdum eſt effectum ipſius compromiſſi eſſe
vel precedentia annullare, vbi adeſt clauſula
15 † non obſtante, vel ubi partes alio modo iurib.
ſuis præcedentib. renuntiant, vt hic eueniſſe uſ
propter illa uerba dictę deliberationis, acceptãt
16 ex † nunc prout ex tunc, argumento eorum quæ
dicit Riminal. conſ. 169. numero 15. lib. primo,
vel ſaltem effectus dicti compromiſſi eſt ſuſpen
dere & in dubium reuocare omnes actus præ
cedentes, & conſequenter in ſuſpenſo relin-
quere dictum ſtatutum. argumen. eorum quæ
dicitur M. Antonius Blanc. in tractat. de com-
promiſſ. in primo, ſecundo, & tertio effectu.
Aut & ſecundo loco dicere poſſumus dictam
deliberationem eſſe quandam delegationem
factam

factam a fraternitate prædicta ipſi Reuerendiſ-
17 ſimo Domino Epiſcopo quæ † delegatio nihil aliud eſt quàm mandatum quoddam, Bero. conſilio centeſimo ſexageſimoquinto. numero centeſimo quadrageſimoſeptimo. volumine primo. quæ verò delegatio fieri potuit, quoniã illi
18 qui poſſunt † ſtatuta facere, poſſunt etiam facultatem faciendi ſtatuta delegare alicui quem
19 idoneum reputauerint, quamuis † ipſe deputatus non poſſit rurſus eam delegare, ut per Bartol. in l. omnes populi. in quinta quæſtione ſecundæ quæſtionis principalis, numero vigeſimo. ubi Caccialup. & Crot. & Bolognettus numero octuageſimooctauo. ff. de iuſt. & iur. Atque hæc delegatio committit cauſæ cognitionem, & iudicandi onus dicto Reuerendiſſimo Domino Archiepiſco, vt per Aug. Beroium in cap. quoniam Abbas numero centeſimo vigeſimoprimo, & numero uigeſimoprimo. extra de off. & poteſt. iud. deleg. Quo fit, vt ſiue per compromiſſum ſuſpendatur diſpoſitio dicti ſtatuti 76. ſiue per dictam delegationem mandetur, & delegetur facultas faciendi ſtatuta ipſi Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo, ſicut facere poterat dicta fraternitas, conſequens eſt dictum Reuerendiſſimum Epiſcopum non obſtante dicto capitul. poſſe, & debere rem totam mutare, & eam ad normam iuris redigere ſtatuendo præcedentias, de iure ſecundum ea quæ nuper ſuprafirmauimus. & ſecundum ea quæ habentur in c. inter cunctos, de priuileg. & c. ſtudendum, diſtinctio. nonageſimanona, & in Seſſ. uigeſimaquinta, capitul. decimotertio, ſacroſanct. Concil. Trident.

Tertio non obſt. dum Canonici obijciunt eorum longiſſimam poſſeſſionem, cuius dicunt non extare memoriam in contrarium. & quæ
20 vim priuilegij principis † habet quod illis auferri non debet, Dec. conſilio ducenteſimo ſeptuageſimoprimo. Reſpondetur enim præterquam quod de iſta longa poſſeſſione non docuerunt,
21 negari etiam iure non poſſe quod † collegia licita, & approbata poſſunt ſtatuta condere quo ad ea quæ pertinent ad collegas, & eorum officium, Bartol. l. omnes populi, numero ſexto. verſicul. ſecundo quæro, ff. de iuſt. & iur. & l. fin. numero ſecundo. ff. de colleg. & corpo. illicit. certumq; præterea eſt dicta licita collegia poſſe &
22 ſtatuta † quantumuis longo tempore obſeruata, legitimè reuocare, vt per Bolognettum in d. l. omnes populi. numero quinquageſimonono, ff. de iuſt. & iur. Nec nos mouere debet dictum conſil. Dec. ducenteſimũ ſeptuageſimũprimũ ſupra allegatum; quoniam reſpondetur illud procedere poſſe, quando diſpoſitio non potuiſſet valere in vim ſtatuti propter defectum poteſtatis ſtatuendi, ſed conatemur ſubſtinere dictam diſpoſitionem in vim contractus, & conuentionis; tunc enim ſtatuta reuocari non poſ-
23 ſunt propter ius † alteri quæſitum, quod nemini auferri debet, Inſtitu. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. in fi. & inſtit. per quas perſonas nobis acqui. §. hoc quoque. & in ſpecie declarat Io. Bolognet. d. l. omnes populi. numero quinquageſimonono ff. de iuſt. & iur. Quapropter cum dictæ fraternitati non deſit facultas, & auctoritas ſtatuendi, quam delegarunt Reuerẽdiſſimo Domino Epiſcopo reliquum eſt, vt dicamus per dictam fraternitatem, ſeu per dictum Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, nomine fraternitatis, prędicta ſtatuta etiam longiſſimo tẽpore obſeruata in caſu prædicto poſſe reuocari; & conſequenter cauſam officialium eſſe potiorem. & ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi dixerit, filias fœminas inſtituo, an intelligatur filijs proprijs ſubſtituiſſe filias ſuas, ideſt ipſius teſtatoris, an verò filias filiorum, & deſcendentium.*

2 *Verba, ſubſtituo filios, ſi maſculi deceſſerint ſine filijs maſculis, intelligi debent de filiabus teſtatoris.*

3 *Qui magis diligitur a teſtatore, debet præferri & eſſe melioris conditionis, quàm qui minus ab eo dilectus eſt.*

4 *Filius magis præſumitur diligi a patre quàm nepos. nu. 6 limita, vt nu. 65.*
Et ideo filij non debent eſſe deterioris conditionis, quàm ſint nepotes.

5 *Filiorum bona imminui, vt bona nepotum conſeruentur, eſt contra omnia iura.*

6 *Teſtator non præſumitur diligere magis filiam fœminam ex filio, quàm propriam filiam.*

7 *Filij cenſentur melioris conditionis, quàm nepotes.*

8 *Verba teſtamenti cui conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio facta ab ipſo teſtatore.*

9 *Pluralis loquutio an verificetur in vno.*

10 *Teſtator, ſi legat filijs, vel filiabus, licèt vnicum habeat filium, an contineantur poſthumi.*

11 *Teſtator præſumitur in ſua diſpoſitione conſeruare velle ordinem charitatis, & ius legitimæ ſucceſſionis ab inteſt.*

12 *In fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus in dubio ſucceditur ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.*

13 *Ordo charitatis, ſecundum quem ſucceditur ab inteſtato.*

14 *Teſtator præſumitur maiorem affectionem habere erga eos, qui ſunt ſibi teſtatori proximiores, quàm erga eos, qui ſunt ſibi remotiores.*

15 *Ius eſt potentius in cauſa immediata, quàm in cauſa mediata.*

16 *Cauſa magis influit in primum cauſatum quàm in ſecun-*

ſecundam.

17 Teſtamenti uerba quando poſſunt referri ad teſtatorem, & ad hæredem, in dubio ad quàm referri debeant.

18 Verba, proximus quiſque inuitatus &c. de quibus intelligantur.

19 Teſtatoris affectio magis dirigitur ad proximiores ipſius, quam alterius.

20 Teſtator ſi vocauit agnatos, intelligitur de agnatis ipſius teſtatoris, quando forte de hoc dubitatur.

21 De ſucceſſione ubi agitur, in dubio debet intelligi de ſucceſſione, per quam ſucceditur ipſi teſtatori.

22 Verba teſtatoris, quæ ad varias perſonas referri poſſunt, ad quem referri debeant.

23 Proximi ſi vocantur in fideicom. ſubſcriptione, an ſpectetur proximitas perſonæ, quæ grauata eſt de reſtituendo fideicom. an autem proximitas teſtatoris.

24 Legato relicto familiæ, proximus quiſque an inuitetur.

25 Verbum, proximus, de quo intelligatur.

26 Frater vtrinque coniunctus alijs præfertur, vbi agitur de ſucceſſione pupilli. num. ſeq.

28 verba, ſubſtituo &, ad quos bona eius peruentura erunt quid ſignificent, & qui cenſeatur inuitati.

29 Subſtitutio pupillaris, vbi tunc locum, præſumitur in dubio, teſtatorem voluiſſe potius ſubſtituere proximiorem pupilli, quàm proximiorem ipſius.

30 Proximitas & ordo ſuccedendi an conſideretur reſpectu grauati, an reſpectu grauantis.

31 Plures ſi vocantur ad fideic. quinam cenſeantur vocati.

32 Pupillus ſuccedit in pupillari ſubſtitutione; in vulgari autem attenditur proximitas teſtatoris.

33 Teſtatori an ſuccedatur per fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

Declara, vt num. 34.

35 Hæres hæredis eſt hæres primi teſtatoris.

36 Teſtatoris bona ad grauatum pertinere ac per aditionem fieri hæredis.

37 Proximitas attenditur, ne vna res diuerſo iure cenſeatur.

38 Fideicommiſſarius an ſuccedat teſtatori immediate, an mediante perſona grauati.

39 Cauſa immediata præualet mediatæ.

40 Subſtitutio fideicommiſſaria quo caſu cognoſcatur.

41 Verba, & caſu quo, ſubſtitutionem compendioſam deſignare.

42 Subſtitutio compendioſa quibus modis concipiatur.

43 Subſtitutio compendioſa facta a pagano verbis communibus, per verbum ſcilicet, ſubſtituo, valet poſt tempora pubertatis tanquam fideicommiſſaria.

44 Verba, ipſis ſic decedentibus, an impediant fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

45 Dictiones, mihi, ſibi, & ei, vel ſimiles, an officiant, vt ſubſtitutio deſinat eſſe pupillaris.

46 Dictio, eiſdem, an faciat ceſſare ſubſtitutionem fideicommiſſariam.

47 Subſtitutio compendioſa quo caſu valeat in vim fideicommiſſi.

48 Relatio fieri debet ad proximiora, & viciniora.

49 Sermo, in quo habita eſt mentio de filijs filiorum, & deſcendentium, an ſit proximior illo, in quo facta eſt mentio de filijs teſtatoris.

50 Teſtator intelligitur loqui de iiſdem perſonis, quarum proximè mentionem fecit, & de quibus continuato ſermone loquutus eſt, & non de illis, de quibus mentionem fecit in alia parte teſtamenti, interiecto verborum ambitu.

51 Error notarij, vel ſcriptoris non debet obeſſe.

52 Diſpoſitio teſtatoris non debet vitiari propter notarij imperitiam.

53 Latinitas falſa non vitiat actum.

54 Mens potius inſpicienda quàm verba.

55 Teſtator præſumitur ſe confirmare velle cum diſpoſitione iurium, & ſtatutorum.

56 Hæreditas, quæ ex diſpoſitione teſtatoris acquiſita eſt ſemel hæredi, poſt illius mortem ad quos tranſeat.

57 Teſtatoris voluntas colligitur ex coniecturis, quæ quidem ſeruanda eſt. nu ſeq.

59 Contrarietas omnino vitanda.

60 Teſtatoris voluntas, an declaretur ex imperfecta ſcriptura, & ex actu reuocato.

61 Mens teſtatoris, quæ ex coniecturis colligitur, dicitur voluntas euidens.

62 Deſcendentes fœminarum ſunt in gradu valde remoto, & alterius generis, & fam.

63 Diſpoſitio verbi deleti nullam vim obtinet.

64 Reſponſio non concludens non releuat.

66 Pater quo caſu præſumatur magis diligere filium.

67 Succeſſio prima eſt liberorum proximiorum.

68 Teſtatori ſucceditur per vulgarem ſubſtitutionem.

69 Nepos quo caſu cenſeatur magis dilectus a teſtatore quàm filius. nu 71.

70 Bona hæredi grauato acquiſita per aditionem deſinunt appellari bona defuncti.

72 Teſtator an præſumatur habere eandem charitatem erga nepotem, quam habuit erga filium grauatum, & an erga illius poſteritatem.

73 Nepotes nondum nati, & incogniti teſtatori quando cenſeantur vocati in ſubſtitutione, & quando non.

74 Verba teſtamenti ſi conueniunt, conuenit, & eius diſpoſitio; limita, vt ibidem.

75 Mors teſtatoris ſemper attendi debet.

76 Verba legis cui non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio.

77 Oratio pluralis in vno verificatur.

78 Pluralitas tunc in vno verificatur, quando ab initio poteſt aptitudine, & habitu in pluribus verificari.

79 Quin-

79 *Quinquagenaria an parere poſſit.*
80 *Ordo charitatis tunc dicitur obſeruari a teſtatore, quando aliquos vocat nomine collectiuo plurium perſonarum exiſtentium in diuerſis gradibus agnationis.*
81 *Ordo charitatis quo caſu non attendatur.*
82 *Nomen, filius, an ſit nomen collectiuum plurium perſonarum exiſtentium in diuerſis gradib.*
83 *Filiorum appellatione in ſubſtitutione an veniant nepotes.*
84 *Teſtatoris progreſſio eſt qua maxime attendenda.*
85 *Qui remotiori gradu agnationis a nobis diſtant an cenſeantur magis dilecti.*
86 *Nepotes quanto ſunt remotiores, eo magis memoria parentum perpetuatur.*
87 *Res, quæ diutius duratura ſunt, magis ſunt diligenda.*
88 *Lex interpretatur mentem teſtatoris in fauorē nepotum & deſcendentium.*
89 *Filij nepotis rogati teſtatoris pronepotes, an excludant a fideicommiſſo teſtatoris filium.*
90 *Ius eſt potentius in cauſa proxima, & magis influis in primum cauſatum.*
91 *Qualitas patrimonij mutatur ex mutatione perſona.*
92 *Ius an idem operetur in rebus, quæ earundem cauſarum non ſunt.*
93 *Filius reſpectu nepotis dicitur cauſa proxima.*
94 *Verba, quæ ad teſtatorem pariter & ad hæredē referri poſſunt, ad quem in dubio referri debeant.*
95 *Alteri per alterū non debet iniqua conditio inferri.*
96 *Plures coniectura vincunt pauciores.*
97 *Pronomen, ſuum, in quo verificetur.*
98 *Illatio non ſit ex diuerſis.*
99 *Pauli Caſtr. opinio improbatur.*
100 *Opinio communis doct. ſequenda, nec ab ea recedendum.*

CONSILIVM VII.

Diuino nomine implorato.

MAGISTER Iac. de Canceller. Piſtor. condidit teſtamentum his uerbis; in omnib. aūt bonis mobilib. & immobilib. iurib. & actionib. uniuerſis tam præſentibus, quàm futuris, ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, fecit, & eſſe voluit Domitiū Io. & Benedictum eius filios maſculos legitimos & naturales, æquis portionibus, & ipſos inuicē ſubſtituit uulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum, ipſiſq;, & cuilibet eorum, & ipſorum deſcendentibus, prohibuit alienationem, uendicationē, pignorationem, & ad longum tēpus, ſiue ad affictum, & emphyteuſim perpetuam conceſſionem &c. & caſu quo dicti omnes eius filij quādocunque decederent ſine filijs, uel deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, uel cum filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, & dicti eorum filij, vel deſcendētes decederent quādocunque ſine filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, tunc & in caſu prædicto, ipſis ſic decedentibus ſubſtituit filias fœminas, & deſcendentes ipſarum legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio ꝓcreatos &c. & caſu quo tam filij maſculi, & eorum deſcendentes prædicti, quàm fœminæ, & eorum deſcendentes quādocunque decederent, & nullus ex eis reperiretur &c. ſubſtituit Operam S. Mariæ, &c. Quo cōdito teſtamento, dictus magiſter Iacobus teſtator deceſſit, relictis poſt ſe Domitio, Ioanne, & Benedicto eius filijs ſubditis, relictaq; D. Geneura eius filia dotata, ac nupta, relicta itidem poſt ſe D. Caſſandra Gatteſca eius uxore, quæ tēpore facti teſtamenti erat maior quinquagenaria. Deinde functus eſt ſine filijs præfatus Ioannes, deinde Benedictus, qui poſt ſe reliquerunt Domitium eorum fratrem hæredem. & ſubſtitutū. Qui ſanè Domitius ultimo loco deceſſit relictis poſt ſe dicta Dom. Geneura eius ſorore, & filia d. magiſtri Iacobi, relicta quoq; d. Dom. Rebecca, & Dom. Caſſandra eius filiabus, atque etiam relicta Hyppolita nepte nata ex d. Iacobo eius filio prædefuncto. Poſt cuius Domitij mortem dicta Dom. Rebecca, & Dom. Caſſandra neptes d. teſtatoris a iure prædictæ ſubſtitutionis, & ſubſtitutionis factæ a Domitio eorum patre, acceperunt realem poſſeſſionem bonorum dicti magiſtri Iacobi teſtatoris earum aui. Cumq; Dom. Geneura prædicti magiſt. Iacobi filia hoc factū fuiſſe animaduertiſſent, cœpit experiri petitione hæreditatis contra prædictam Do. Rebeccam, & D. Caſſandram eius neptes, & contra Hyppolitam eius proneptem. Quibus ſtantibus ex me quæritur, utrum bona d. magiſt. Iacobi teſtatoris pertineant ad D. Geneuram illius filiam, an uerò ad filias Domitij, & Hippolytam filiam Iacobi neptemq; dic. Domitij, & per conſequens
1 † cum teſtator dixerit, ſubſtituo filias fœminas, quæritur, an intelligamus teſtatorem dictis ſuis filijs inuicem ſubſtituiſſe filias ſuas, id eſt filias ſui ipſiuſmet teſtatoris, an uero intelligatur ſubſtituiſſe filias filiorum, & deſcendentium prędictorum, & conſequenter neptes dicti magiſtri Iacobi teſtatoris.

Et in primis non pauca ſeſe offerunt, quæ prima facie ſuadere uidentur, dum teſtator dixit, inſtituo filios, & ſi deceſſerint ſine filijs maſculis,
2 ſubſtituo filias fœminas; cum † intellexiſſe de filiabus ſuis, & per conſequens dicta uerba referri debere ad filias teſtatoris, uidelicet ad domi. Geneuram. Quę opinio ꝓbari uidetur.
3 Primo ille, qui magis diligitur a teſtatore, dēt pręferri & eſſe melioris conditionis, quàm ille qui minus ab eo dilectus eſt. l. Publius. §. fi. ff. de cond. & dem. ubi Bat. & Soc. nu. 7. & Corn. conſ. 64. col. 2. nu. 9. uer. 2. inducor. uol. 2. Rim. conſ. 119. n. 4. uol. 1. & conſ. 185. n. 17. eo. 1. uol. & tradit Ruy. conſ. 191. nu. 5. uol. 2. & Soc. iun. conſ. 141. nu. 17. 2. uol. Io. Ceph. conſ. 114. n. 29.

4 At filius a patre † magis diligi præſumitur quã
nepos, traditurq́; filios non debere deterioris
eſſe conditionis quàm ſint nepotes.l.ſi uiua ma
tre.ubi gl.in uerbo,deterioris.C.de bon.mater.
quæ dicit non eſſe conſentaneum,ut bona filio-
5 rum † imminuantur, & nepotum iura immuti-
lata ſeruentur,ut ibi per Alb.nu.1.& Sal.n. 3.uer.
no.igitur.& Bar.in l. Gallus. §. etiam ſi parente.
nu.5.uer.iuxta quæro.ff.de lib.& poſth.Paul.Ca
ſtren.conſ.58.par.1.inci.uiſo dicto. ubi dicit nõ
6 eſſe credendum , ut teſtator † plus diligat prolẽ
fœmininã ex filio, quæ dicitur ſua mediate, quã
filiã propriam quæ eſt immediata ſua. Et Corn.
conſ.69.nu.6.uolu.4.ubi dicitur patrem maiorẽ
affectionem habere erga filium. Id quod tradit
etiã Bened.Capr.conſ.5.nu.6.& Rim.conſi.115.
n.3.uol.1.& conſ.226.n.22.uol.2.Ruy.cõſ.144.
nu.1.uol.1.Quibus omnibus locis concluditur,
teſtatorem præſumi magis diligere filium,quàm
nepotem,quæ concluſio tunc maximè procedit
cum agitur de nepote,ſeu nepte nondum nata,
neque cognita a teſtatore. Namque præſumen-
dum eſt,teſtatorem magis diligere filios natos,
quàm nepotes naſcituos,quos nunquam nouit
Bal in l.qui filiabus.uer.in gl.non alias,ff.de leg.
1.Lud.Bolog.conſi.52.nu.6.inter conſi.Alex.uo
lu.4.Cur.ſen.conſi.42.nu.19.& Rim.conſi.223.
nu.23.& ſeq.uol.2.& conſi.247.nu.5.& 2.uolu.
Grat.conſ.5.nu.32.uol.2.Rub.Alex.conſi.47.n.
4.Soc.iun.conſi.118.nu 16.uol.1.

7 Igitur † cum filij melioris conditionis eſſe cẽ
ſeantur quàm ſint nepotes, præſertim ſi agatur
de nepotibus, qui tẽpore teſtamenti adhuc na-
ti non erant,conſequens eſt ut dicamus,non im
merito præſumi poſſe,teſtatorẽ ſubſtituere po-
tius uoluiſſe proprias filias quàm neptes,ſeu ne
potes , & conſequenter decedentibus eius filijs
ſine filijs maſculis,legitimis, & naturalibus, uo-
luiſſe potius uocare D. Geneuram filiam ſuam,
quã D.Rebeccam,& Do.Caſſandram neptes d.
Do.Geneuræ earum amitæ, & neptes teſtatoris
ex Domitio filio,& Hippolytam proneptem ex
Iacopo nepote.

Secundò eadem opinio probari uidetur,quo
8 niam † cui conueniunt uerba teſtamenti, con-
uenit etiam diſpoſitio facta ab ipſo teſtatore,
l.hos accuſare,§.omnibus. ff. de accuſa.l. 1.§.lo-
quitur. ff. de aqua quotid.& æſti.c.indemnitati-
bus.de elect.lib.6.c.in noſtra,de iureiur.Cur.iu.
conſi.153.nu.1.par.2. At illa uerba teſtamenti,
quæ dicunt,ſubſtituit filias fœminas,conueniũt
D.Geneuræ filiæ d.teſtatoris, igitur cõueniet ei
quoque diſpoſitio teſtamenti.Inde autem appa
ret verba teſtamẽti conuenire D.Geneuræ,quia
licet teſtator non habuerit niſi unã filiã,tamẽ v-
ſus eſt numero plurali, & dixit,filias,ut cõprehẽ
deret filias naſcituras,non ſolum D.Geneuram
9 iã natam poteſtque ſermo † pluralis in vno veri
ficari.l.prætor ait.§.homines.ff.ui bon.rap.l.3.§.
negotio.ff.de neg.geſt.l.1.ubi Bal.nu.1.& nu.5.
C.de cond.inſer.Bar.in l.qui filiabus.in princ.ff.
10 de leg.1,ubi dicit,ſi teſtator † legat filijs,vel filia
bus,cum tamen vnicum haberet filium,tunc cõ
tinentur etiam poſthumi, qui alioqui non com-
prehenderentur.

Tertiò pro eadem opi.facit,quia præſumen-
11 dum eſt, † teſtatorem uoluiſſe cõſeruare in ſua
diſpoſitione ordinem charitatis, & ius legitimæ
ſucceſſionis ab inteſtato.l.qui duos,in prin.ff.de
vulg.& pup.Bar.l.uxorem.§.teſtamento.2. ff.de
leg.3.l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.lib.A-
lex.conſi.92.nu.10.uol.3.Iaſ.conſi.52.col.pen.
uer.prædicta confirmantur,3.uol. Dec.conſilio
278.nu.4.in 10.fund.& in l.emancipata, nu.16.
C.qui admin.Afflict.deciſio.44.nu.20.Alc.trac.
de præſump.reg.3.præſump.32. Soc.iun.l.Gal-
lus,§.quidam rectè,nu.28.uer.illud autem, ff.de
12 lib.& poſth.nam in fideicommiſſis & † ſubſtitu
tionib.in dubio ſucceditur,ſecundum ordinem
ſucceſſionis ab inteſtato,Paul.Caſtren. l.fi. uer.
in textu,ibi gradatim,C.de uerb.ſig.Dec.conſil.
236.col.3.Gozad.conſi.4.nu.16.ubi dicit præſu
mi ipſum teſtatorem vocare hæredes ſecũdum
ordinem ſuccedendi ab inteſt. At ſecundũ hũc
ordinem affectionis, & ordinatæ charitatis, qui
13 ſanè charitatis ordo † nil aliud, eſt quàm ordo
ſecundum quem ſucceditur ab inteſtato, Bar. l.
Gallus.§.quidam rectè.nu.4.vbi Iaſo.ff.de lib.&
poſth. præſumitur teſtatorem uoluiſſe prius uo
care filios & filias, quàm nepotes, & neptes, ut
dicit Bar.d.§.quidã rectè.Bar.Cæpo.conſi.50.n.
10.& Io.Ceph.conſi.93.nu.22.igitur in caſu pro
poſito dicendum erit teſtatorem prius voluiſſe
vocare D.Geneuram filiam ſuam,quã D.Rebec
cam,& Caſſandram,& Hippolytam ſupradictas.

14 Quartò idem comprobari uidetur,quia † te-
ſtator maiorem habet affectionem erga eos qui
ſunt ſibi teſtatori proximiores ,quam erga eos,
qui ſunt eidem remotiores. Bal.& Cuma.l.cum
ita.§.in fideic.ff.de leg.2.Are.in §.cũ filius.uerſ.
deinde iſta regula.Inſt.de hær. quæ ab inteſt.de-
fer.Dec.in conſ.1.nu.5.Soc.iun.conſi.126.nu.8.
& n.16.ver.3.quia,uol.1. Pariſ.conſi.40. nu.27.
vol. 2. cuius rei ratio poteſt aſſignari, quoniam
15 potentius † eſt ius in cauſa immediata, quàm in
cauſa mediata,vt no.in l.digna vox. C.de legib.
& Paul.Caſtr.d.conſi.58.par.1.inc.viſo dicto.&
16 Cur.ſen.conſi.44.num.5. Magisquè influit † cã
in primũ cauſatum,quàm in ſecundũ,l.Publius,
§.1.de cond.& dem. At D.Geneura d.magiſt.Ia
co.teſtatori proximior eſt quàm D.Rebecca, &
D.Caſſandra,& Hippolyta,quandoquidẽ D.Ge
neura eſt in 1.gradu cognationis,§.primo gradu
Inſt.de gradib.cum ſit eius filia,aliæ enim ſupra-
dictæ mulieres ſunt eius neptes, & proneptes,
quæ ſunt in 2.& in 3.gradu cognationis,§.2.&
§.tertio gradu. Inſtitu. de gradib. cogn. Igitur
dicendum uidetur dictum teſtatorem dum di-
xit,ſubſtituo filias fœminas, maiorem affectio-
nem habuiſſe ad filiam ſuam ſibi proximiorem ,
quàm ad alias remotiores, & propterea uocare
uoluiſſe ſolum D.Geneuram.

17 Quintò, quoniam quando † uerba teſtamen
ti referri poſſunt ad teſtatorem,& ad hæredem,

tunc

tunc in dubio dicta uerba referri debent ad te-
ſtatorem.l.ex facto,in prin. iun.gl.in uerbo,ſua;
ſcilicet rogantes.ff.ad Treb.ubi Ripa nu.5.in 5.
no.& l.peto.§.fratre. ff.de lega.2. ubi ea uerba;
28 proximus † quiſque inuitatus uidetur, intelligũ
19 tur de proximis ipſius teſtatoris,quia † affectio
teſtatoris magis dirigitur ad proximiores ipſius
quàm alterius. l.Lucius, in fi. ff.de hæred.inſt. l.
cum acutiſſimi.C.de fideic.l.generaliter. §.cum
autem.C.de inſt.&ſub.ſub cond.fac.l.cum auus.
ff.de cond.& demon. Rip.d.l.ex facto. in princ.
num.7.ff.ad Treb.Facit doctr.Bar.in l.ſi cogna-
tis.1.q.ff.de reb.dub. ubi uult, ſi forte dubitetur
20 † de quibus agnatis teſtator intellexit,uideri eũ
intellexiſſe de agnatis ſui ipſius teſtatoris. Acce
dit id,quod dicit Gozad.conſ.87. nu.17. ubi di-
21 cit † ſucceſſionem in dubio intelligi de ſucceſſio
ne,per quã ſucceditur ipſi teſtatori. & Io. Anto.
Rub.conſi.82.nu.5. Id quod comprobatur etiã
ex his,quæ dicit Pariſ.conſil.51.num.33.& ſeq.
22 uol.2. ubi tradit,teſtatoris † uerba, quæ ad ua-
rias perſonas referri poſſunt, ad teſtatorem po-
tius quàm ad alios eſſe referenda.At illa uerba,
filias fœminas,poſſunt intelligi de filiabus teſta
toris. Itemq; de filiabus filiorum,& deſcenden-
tium dicti teſtatoris,ut per Ruy.conſ.192.uolu.
2. Ergo in caſu propoſito teſtator uidetur uo-
caſſe Dominam Geneuram filiam ſuam, non au
tem filias filiorum ſuorum.

Sextò hæc opinio probari uidetur ex his quę
dicit Paulus Caſtrenſis in conſil.198.incip. Su-
per primo quæſito uidetur primo dicendum.
par.2. num.1. ubi dicit teſtatorem inſtituiſſe fi-
lios ſuos maſculos, & diſpoſuiſſe, ut ſi dicti eius
filij maſculi, abſque filijs maſculis deceſſiſſent,
poſt eorum mortem ſubſtituerentur filiæ;quo-
niam uerò non declarauit de quibus filiabus in
tellexerit, eaq; uerba poterant referri ad filias
ſuas,ideſt ipſius teſtatoris. Itemq; ad filias filio-
rum inſtitutorum,& inuicem ſubſtitutorum,tan
dem eam quæſtionem dirimens ibi Paulus Ca
ſtren. ſtatuit illa uerba intelligi, tam de filiabus
ſuis proprijs, quàm de filiabus filiorum, ita ut
omnes pro rata admittantur ad quam uocaren-
tur ab inteſtato.Auth.in ſucceſſione. C.de ſuis,
& legit. & per conſequens firmat, admittendas
eſſe, tam filias filiorum, quàm etiam filias pro-
prias ipſius teſtatoris, ut refert Soc.iun. conſil.
126.nu.1.de ſeq.uol.1. Quamobrem ſecundum
Pauli opinionem Do. Geneura ſaltem ad quar-
tam partem bonorum d.magiſtri Iacobi teſtato
ris admitti deberet unà cum Dom. Caſſandra,
& Dom.Rebecca filiabus Domitij,& cum Hyp-
polira filia Iacobi.

Attamen iſtis iſtorumq; ſimilibus minime re
fragantibus,arbitror firmandum eſſe de iure,di
ctum magiſtr. Iacobum teſtatorem, dum dixit,
ſubſtituo filias fœminas,non de filiabus ſuis,ſed
de filiabus filiorum deſcendentiumque ſuorum
intellexiſſe,& conſequenter,ad hæreditatẽ præ-
dictam in præſenti iudicio admittendas eſſe
pro rata filias Domitij, atque Iacobi, ut modò
præſupponimus quamlibet ad trientem, & ex-
cludendam eſſe penitus Dom. Geneuram illius
filiam. Quæ opinio probatur, primò quia quan
23 do † in fideicommiſſaria ſubſtitutione indefini
tè uocantur proximi, cuiuſmodi ſunt filij, tunc
ſpectatur proximitas, & affectio perſonæ illius,
quæ grauata eſt de reſtituendo fideicommiſſo,
non autem conſideratur proximitas teſtatoris.
Quę ſanè concluſio probatur primo per l.peto.
24 §.fratre.ff.de leg.2. ubi relicto legato † familiæ,
proximus quiſque ad legatum dicetur inuitari,
25 & tamen illud † uerbum, proximus,intelligitur
de eo qui eſt proximus hæredi grauato de reſti
tuendo fideicommiſſo, non autem teſtatori, &
ita inducit cum tex.Ruy.in conſil.191.nu.7.uo-
lum.2.& ita etiam illum intelligit Soc.iun.conſi.
127.num.44.uol.1.Secundò pro eadem conclu
ſione adducitur.l.cum ita.§. in fideicommiſſo.ff.
de leg.2.in uer.& qui ex his &c. unde colligitur
uocari illum,qui proximior eſt grauato,non te-
ſtatori,& ita illum tex. intelligit Ruy. d.conſilio
191.num.7,& Soc.conſil.249.nu.21. uer.1. ui-
detur caſus.uol.2.& Io.Ant.Rub.Alex.conſ.38.
num.4.& Soc.iun.d.conſil.126.nu.26. ubi dicit
hunc intell.communem,& nu.43.vol.1. Tertiò
comprobatur authoritate Bar.in l.re coniuncti.
col.pen.nu.62.ff.de leg.3. ubi dicit, quidam ex
prima uxore filios duos ſuſceperat, ex altera itẽ
duos,quos omnes inuicem ſubſtituit, contigit
ut unus eorum in pupillari ætate decederet,fir-
26 mat ibi Bar.fratrem † illius utrinque coniunctũ
præferri alijs,quamuis enim omnes teſtatori eo
dem gradu coniuncti ſint, tamen quoniam agi-
tur ibi de † ſucceſſione pupilli, præfertur frater
vtrinque coniunctus qui dicto pupillo proxi-
mior eſt.ideoque ex his quæ Bar.ibi tradit colli-
gitur,præferri illum qui proximior eſt pupillo,
non autem eum, qui proximior eſt teſtatori.
Quarto idem confirmatur authoritate Socy.in
l.ſi cognatis.ult.char. uer.circa iſta dicta Bar.ibi,
tertium,& vltimum.nu.32.& nu.41.uer.ſexta &
vlt.ff.de reb.dub.ubi dicit, ſi agitur de pupillari
ſubſtitutione,pręferri proximiorem pupillo,nõ
teſtatori. Quintò optime comprobatur ex his,
quæ copioſè tradit Soc.in conſ.249.nu.21.& ſe.
quen.uol.2.ubi dicit in ſimili facti ſpecie ita fuiſ
ſe reſponſum de iure Senis,& ita iudicatum fuiſ
ſe Florentiæ,d.conſil.249. uer.10. & nu.25.uer.
aliquando.& 2. Sextò facit authoritas Ruyni in
conſil.144.nu 13.eo.uolu.& in conſi.191.nu.7.
eo.uol.2. ubi dicit cenſeri uocatum proximiorẽ
grauato,non teſtatori,per gl.in d.l.cum ita.§.in
fideic.ff.de leg.2.cum qua dicit pertranſire doc.
com.& idem Ruy.conſil.90. nu. 8. uol.2.ubi re-
fert teſtatorem inſtituiſſe hæredem uniuerſalẽ
filium ſuum maſculum infantẽ, & caſu quo dece
deret in pupillari ætate, vel poſtea quandocun-
que ſine filijs, ſubſtituit eos ad quos eius bona
de iure peruentura erant; quoniam uerò ille fi-
lius infans inſtitutus habebat ſorores, quæ erãt
filiæ eiuſdem teſtatoris patris ſui, & habe-
bat quoque matrem ſuperſtitem, dubitabatur

quinam eſſent illi, qui iure dictę ſubſtitutionis
28 admitti deberent; nam certè illa † verba, ſubſti
tuit eos ad quos bona eius peruentura erant, ſi
gnificant, eum cēſeri ſubſtitutum, qui tanquam
proximior vocabatur ab inteſtato; quæ ſignifi-
catio, & declaratio duobus modis accipi poteſt,
primo vt dicantur vocati illi, qui dicto teſtatori
proximiores eſſent, & ei ab inteſtato ſucceſſuri
fuiſſent, ſi filius ei natus non eſſet: ſecundo verò
modo accipi poſſunt, vt illi ſcilicet intelligantur
ſubſtituti, qui filio inſtituto, cui ſubſtitutio facta
fuit, proximiores erant, quique eidem potuerāt
ab inteſtato ſuccedere. Itaque ad ſupradictam
dubitationem reſpondens Ruynus hanc vltimā
declarationem cum amplexus eſſet, eo in loco
firmauit, dicto filio uideri ſubſtitutam matrem
illius, quæ filio tanquam proximior ſucceſſiſſet
ab inteſtato, non autem uideri ſubſtitutas ſoro-
res dicti Franciſci, quæ erant eidem in gradu re
motiori, quamobrem cenſetur ſubſtituta mater
tanquam proximior, quia cum habere locum
29 potuerit ſubſtitutio pupillaris, præſumendum
eſt in dubio teſtatorem uoluiſſe potius ſubſti-
tuere proximiorem pupilli, quàm proximiorem
teſtatoris. Septimo eandem concluſionem fir-
mat Ioannes Antonius Rubeus in d. conſil. 38.
num. 4. per d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de
leg. 2. & per c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. per quæ
30 iura dicit Rubeus conſiderari † proximitatem,
& ordinem ſuccedendi reſpectu grauati, non au
tem grauantis. Octauo comprobatur ex tradi-
tis per Ioannem Crotum in conſil. 39. nu. 6. po-
ſito inter conſilia Rubei, ubi dicit, quando plu-
res ad fideicommiſſum uocantur, conſiderari
31 † quinam ſit proximior in gradu illi, a quo fidei
commiſſum eſt reſtituendum, & non proximio
rem teſtatori. Nonò comprobatur ex his, quæ
copioſe dicit Soc. iun. conſil. 126. num. 40. uol.
1. ubi refert plures hanc op. tenuiſſe. Decimò ac
cedat id quod dicit Ioan. Cephal. in conſ. 46. in-
cip. adhuc uidetur. num. 21. ubi firmat opinio-
nem prædictam.

Quibus omnibus authoritatibus, & alijs, quæ
breuitatis cauſa omittuntur, probatur inſpicien
dam eſſe proximitatem grauati non teſtatoris,
cum agitur de pupillari ſubſtitutione, quia per
eam ſucceditur ipſi pupillo, Ruy. d. conſil. 90. nu
me. 8. uol. 2.

Quæ concluſio procedit, & ampliatur etiam
habere locum in ſubſtitutione fideicommiſſa-
ria, quemadmodum in ſpecie firmat Soc. d. cōn
ſil. 249. num. 20. uer. circa ſecundam difficulta-
tem, & num. 21. & num. 25. uer. aliquando. uol.
2. & idem Soc. in d. l. ſi cognatis. col. pen. uer. ſe-
xta & ult. num. 40. ff. de reb. dub. ubi dicit, quan
do plures uocantur ex fideicommiſſaria ſubſti-
tutione, conſiderandum eſſe illum, qui ſit proxi
mior ei, qui grauatus eſt reſtituere fideicommiſ
ſum, non qui proximior eſt teſtatori. Idem quo-
que firmat Ruy. d. conſ. 90. nume. 8. uer. & idem
uult Soc. eam firmat etaim Ioan. Ceph. conſ. 46.
num. 21. cum ſimilib.

Quòd ſiquis obijciat, admitti quidem poſſe,
ut in pupillari ſubſtitutione attendatur proximi
32 tas pupilli, quia † ſubſtitutus pupillo ſuccedit.
Negari tamen id iura poſſe in uulgari ſubſtitu-
tione, in qua attenditur proximitas teſtatoris
cum per eam teſtatori ſuccedatur, ut per doc. d.
l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Negari itidem poſſe
id procedere in fideicommiſſaria, in qua uidere
tur dicendum attendi debere proximitatem te-
33 ſtatoris, quandoquidem per † fideicommiſſa-
riam ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori ſecun-
dum com. opi. ut per Paul. Caſtr. conſ. 64. par. 2.
Alex. conſil. 30. nu. 5. lib. 2. Soc. conſi. 95. 4. uolu.
Corn. conſil. 61. uol. 2. Iaſ. l. qui Romæ. §. duo fra
tres. nu. 13. ff. de uerb. obl. Socy. iun. conſil. 168.
nu. 7. uol. 2. Ruy. conſ. 142. nu. 15. lib. 3. Reſpon-
deo ſupradictæ obiectioni, per ſubſtitutionem
fideicommiſſariam ſuccedi quidem teſtatori ſe
cundum com. opi. per ſupradicta per l. cohære-
di. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. ſed illa com. op.
34 declaratur, † uidelicet ut per fideicommiſſariam
ſuccedatur teſtatori, ſcilicet mediante perſona
grauati. Soc. iun. conſil. 126. nu. 51. uer. uel 2. re-
ſpondetur. uol. 2. in fideicommiſſaria enim ſub-
ſtitutione non ſucceditur proprie, & per prius,
& directè teſtatori, ſed grauato, & mediate. Go-
zad. conſil. 48. nu. 20. ſucceditur tamen teſtatori
35 mediante perſona grauati, quia hæres † hæredis
eſt hæres primi teſtatoris. l. fi. C. de hær. inſt. At-
que ipſius grauati re ipſa, & effectu conſiderato
ſucceſſio, & hæreditas immediate erat, licet me-
diatè ſit hæreditas teſtatoris. Ceph. conſi. 46. n.
36 21. & ad † ipſum grauatum bona teſtatoris de-
ueniunt, quæ propter aditionem fiunt hæredis.
l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. ff. de uul. & pup.
no. in l. 1. §. ueteres. ff. de acq. poſſ. Quamobrem
cum bona teſtatoris efficiantur grauati, eidēq;
grauato immediatè ſuccedatur, uериſimile eſt te
ſtatorem uoluiſſe conſiderare proximitatē gra-
uati, non ſuam. ut per Ruy. d. conſi. 90. nu. 8. uol.
37 2. ſicut attenditur proximitas † illius quo ad re-
liquum patrimonium, ne una res diuerſo iure
cenſeatur. l. eum qui ædes. ff. de uſuc. licet enim
ſuccedatur teſtatori non autem grauato in d. fi
38 deic. tamen teſtatori non ſuccedit † immediate
fideicommiſſarius, ſed mediante perſona graua
ti, ad quem prius peruenit hæreditas; quia ergo
ille fuit ſemel admiſſus, in dubio præſumitur ma
gis dilectus proximior grauati quàm teſtatoris.
Ruy. conſ. 191. nu. 11. & 11. uol. 2. & per Ceph.
39 d. conſil. 46. quia † cauſa immediata præualet
mediatæ. l. ſocium qui. §. 1. ff. pro ſoc. l. conſilij. §.
ſocij mei. ff. de reg. iur. Soc. in l. 1. nu. 10. ff. de uer
bo. oblig. ut refert Ceph. nu. 21. præalleg.

At in propoſita ſpecie facta eſt ſubſtitutio fi-
deicommiſſaria in qua uocatæ ſunt filiæ fœmi-
næ, neque eſt expreſſum de quibus filiabus teſta
tor intelligat, ergo in caſu propoſito attenditur
proximitas filiorum grauatorum, non autē pro-
ximitas teſtatoris, & per conſequens dicendum
erit uocatā cenſeri proximitatem filiorum, ideſt
eorundem filias, non autem filiam teſtatoris.

Feciſſe

40 Feciſſe nõ teſtatorem in caſu propoſito † ſub-
ſtitutionem fideicommiſſariã inde patet, quòd
ipſe filios ſuos maſculos hæredes uniuerſales
cum inſtituiſſet, dixit, & caſu quo dicti omnes
eius filij quandocunque decederent ſine filijs,
uel deſcendentibus maſculis &c. tunc & in caſu
prædicto, ſubſtituit filias fœminas, & deſcenden
tes ipſarum. Ex quibus uerbis colligitur teſtato
rem filijs ſuis maſculis inſtitutis, & inuicem ſub
ſtitutis feciſſe ſubſtitutionem compendioſam,
41 ſicut oſtẽdunt illa verba, & † caſu quo, quæ qui-
dem plura tempora, ſeu plures caſus ſubſtitutio
num ſub conditione mortis compræhendunt,
ideoque ſubſtitutionem compendioſam ſignifi
cant, vt dicit Bar. in l. Centurio. columna 2. num.
10. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Ang. de Peruſ. in tra-
cta. ſubſt. cap. de compendioſa. num. 26. ubi etiã
Lancilor. polir. num. 4. uerſicu. circa quintum. &
Zaſ. num. 6. eod. tract. cap. de ſubſtitutione com
pendioſa. Quoniam uerò huiuſmodi ſubſtitutio
42 † compendioſa uerbis communibus, uidelicet
per uerbum ſubſtituo, quod commune eſt, Bar.
d. l. Centurio. facta eſt a pagano filijs maſculis in
ſtitutis, qui deceſſerunt poſt pubertatem, certi
iuris eſt prædictam ſubſtitutionem compendio
ſam in caſu propoſito ualere debere tanquam
43 fideicommiſſariam, quia † compendioſa facta a
pagano uerbis communibus ualet poſt tempo-
ra pubertatis tanquam fideicommiſſaria, & in
uim fideicommiſſi ſecundum opi. magis com-
munem, quam tenet doct. in gloſſ. in uerbo, ad
exemplum. §. qua ratione. Inſtit. de pupil. ſubſt.
& gloſſ. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt.
& gloſſ. in l. Centurio. de uulg. Vbi Iaſo. affirmat
eſſe communem opi. ut dicit etiam ibi Ripa nu-
mero 114. & num. 117. & Galiaul. nu. 373. aſſe-
rens hanc eſſe ueram, & magis communem opi
nionem. & ibi Lanfran. nume. 23. qui dicit eam
ſeruari in practica. & Bar. in l. ſi arrogator. ff. de
adoptionib. Bal. in l. iam hoc iure. ff. de uulga. &
pup. ſubſt. Oldrad. in conſil. 125. incip. in propo-
ſito. Guid. Pap. deciſio. 521. Bertrand. conſil. 26.
lib. 1. inci. dudum. Politus tract. de ſubſt. cap. de
compend. num. 27. Curt. d. l. precibus. C. de im-
pub. & alijs ſubſt. num. 58. & 59. ubi atteſtatur
hanc eſſe magis communem ſententiam. Nec
44 quidquam impedit illa † dictio, ipſis ſic deceden
tibus, qua uſus eſt teſtator, quominus dicamus
ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam, quem-
45 admodum enim dictio, † mihi, aut ſibi, & ei',
uel ſimilis, ut per Gul. de Bened. in c. Raynu-
tius. de teſtam. par. 2. in trac. de vulg. In ſectione
ſi abſque liberjs moreretur, 11. nu. 4. non. n. effi-
cit, vt ſubſtitutio deſinat eſſe pupillaris, ſed pe-
rinde eſt ac ſi adiecta non eſſet. l. ſi ita ſcriptum.
§ qui filio inpuberi. ff. de bon. poſ. ſecundum ta
bul. l. cum quidam. C. de impub. & alijs ſubſtitu.
Paul. in l. precibus. C. eo. Alc. in l. Centurio. nu-
me. 20. & in l. verbis ciuilib. nume. 8. & ſeq. ff. de
46 vulg. eod. modo dicendum eſt, dictionem † eiſ-
dem, non operari, vt talis ſubſtitutio deſinat eſ-
ſe fideicommiſſaria. Quę quidem omnia, ſua-
47 dent, vel potius expreſſè oſtendunt † ſubſtitu-
tionem iſtam compendioſè factam filijs maſcu
lis, ſi deceſſerint ſine liberis, valere debere in
uim fideicommiſſi, poſt eorum mortem, eoſdẽ-
que per obliquum, & fideicommiſſum cenſeri
rogatos. & grauatos de reſtituenda poſt eorum
mortem hęreditatem eorum filiabus fideicom-
miſſarijs, quæ quidem filię, ipſis filijs grauatis
proximiores ſunt quàm Domina Gencura filia
teſtatoris.

Secundò principaliter hæc opinio, quæ filia-
bus filiorum & deſcendentium fauet, probatur,
48 quia relatio † fieri debet ad proximiora, & uici-
niora. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſt.
l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff de iuriſd. om. iudic.
gloſſ. in verbo, vel retro. in l. Lucius. 1. ff. de hæ-
red. inſtituen. gloſ. in §. æque. in uerbo, iſtę quo-
que. Inſt. de act. Rayn. de forli. in l. Falcinius. nu.
1. ff. de donat. cauſ. mor. & in l. hoc edicto. §. hoc
autem edictum. num. 2. ff. de ope. nou nun. Bar.
l. cum filioſa. in fin. col. fi. ff. de leg. 1. At illis uer-
bis cum dicitur, ſubſtituit filias fœminas, proxi-
49 mior eſt, ille ſermo † in quo habita eſt mentio
de filijs filiorum, & deſcendentium, quàm ſer-
mo in quo habita eſt mentio de filijs teſtatoris,
ergo illa uerba, ſubſtituit filias fœminas, referri
debent ad filias filiorum, & deſcendentium, qui
ſunt ibi viciniores. Proximè verò actum fuiſſe
de filijs filiorum, non teſtatoris, apparet ex eo
quod ſupra dictum fuerat, inſtituit hæredes vni
uerſales eius filios. Infra verò dictum eſt, & caſu
quo dicti omnes eius filij quandocunque dece-
derent ſine filijs maſculis, vel decederent cum
filijs maſculis, & dicti eorum filij, vel deſcenden
tes decederent ſine filijs maſculis, tunc & in ca-
ſu prædicto ſubſtituit filias fœminas. Ex quorũ
quidem verborum continuatione, patet teſtato
rem, cum dixit, filias fœminas ſubſtituo, non de
ſuis filiabus, ſed de filiabus filiorum ſuorũ (quo-
rum proximè mentionem fecit) locutum fuiſſe,
50 quia teſtator † intelligitur loqui de ijſdem per-
ſonis de quibus proximo, & continuato ſermo
ne locutus eſt, & uon de illis de quibus mentio-
nem fecerat in alia parte teſtamenti interiecto
alio uerborum ambitu. Bar. in l. fi. verſ. quæro. ff.
de reb. dub. Ruy. conſ. 191. num. 14. uol. 2. & hoc
modo legendo uerba teſtamenti, uidelicet, vel
cum filijs &c. & dicti eorum filij &c. & non
dicti eius filij, non uacant neque aduerſantur
illa uerba, cum filijs & deſcendentibus maſculis
& naturalib. & licet No. qui ſcripſit, & dicti eius
filij, debuiſſet ſcribere, & eorum filij, & conſe-
51 quenter errauerit, tamen † error notarij, uel ſcri
ptoris non obeſt, Dec. & Cag. in l. ſi librarius. ff.
52 de reg. iur. neque uitiari debet † diſpoſitio teſta
toris propter notorij imperitiam. Soc. iun. conſ.
53 125. num. 34. uolum. primo. Nec † uitiat falſa la-
tinitas actum, Ripa in l. filiusfamilias. §. diui. nu-
mero trigeſimoſecundo. ff. de legatis primo,
54 quia magis attenditur † mens quàm uerba, ca-
pit. intelligentia. de uerborum ſignificatio. Bar-
tol. in l. Plautius. ff. de auro, & argento legato.

Ruy. conſ. 101,num. 15,vol.2.cum ſimi.
Verbo principaliter eadem oppoſitio com-
55 probatur,†quia teſtator circa ea quę diſponit in
teſtamento, præſumitur velle ſe conformare ad
diſpoſitionem iuris,& ſtatutorum.Bal.in l.preci
bus.col.13.num,44.ver.procedo vlterius. C.de
impub.& alijs ſubſt. Alex.in l.hæredes mei. §.cũ
ita.colum.8.ff.ad Trebel.Sangeminian.c.1.in 6,
not.de conſt.lib.6. Soc.in conſ.249. numer.21,
verſ.nono iſta.& num.24, verſ,primo caſu. vo-
lum.2.Iaſ.in conſ.74.num,1.uolum.1. Rim.con
ſil.25.num.15.uolum.1,Ruy.conſ.40.num.2.uo
lum.2.Soc.iun,conſ.126.num.22.volum.1.Pa-
riſ.conſ.73,num.40,uolum.2. At ſecundum di-
56 ſpoſitionem iuris † hæreditas, quæ ex diſpoſi-
tione teſtatoris acquiſita ſemel eſt hæredi,pro-
culdubio poſt illius mortem tranſit ad hæredes
& filios dicti hæredis, cui antea fuerat acquiſi-
ta, non autem ad hęredes alios primi teſtatoris.
Soc.d.conſ.249.num,21, ver.nono iſta conclu-
cluſio. & num.25. uerſ.aliquando,& ſecundum
ei Iaſ.d.conſ.74.vol.1.& Soc.iun. conſ,126. nu-
20.& num.23.& num.52.volum.1.Ergo in pro-
poſita ſpecie vbi hæreditas magiſtri Iacobi teſta
toris eſt acquiſita eius filijs inſtitutis ſecundum
eius diſpoſitionem, & per eorum aditionem eſt
effecta proprium patrimonium dictorum filio-
rum inſtitutorum,l.ſed ſi plures.§.filio impube-
ri.ff.de vulg.& pup.ſubſt.pręſumendum eſt teſta
torem,dum dixit,ſubſtituo filias ſœminas,intel-
lexiſſe de filiabus filiorum; quoniam ad dictas
filias filiorum de iure communi, & ſecundum
ſtatuta pertinet hęreditas, quę dictis filijs graua
tis acquiſita fuerat, ſecundũ diſpoſitionem Ma-
giſtri Iacobi teſtatoris, per eorundem filiorum
grauatorum aditionem; non autem pertinet di
cta hęreditas ad alios filios teſtatoris, cuiuſmo-
di eſt Domina Geneura, cui nunquam dicta hę-
reditas acquiſita fuit. Ideoque cenſendum non
eſt teſtatorem voluiſſe anteponere alios filia-
bus filiorum grauatorum,Cephal.conſ.134.nu.
5.& conſ.46.nu.33.
Quarto eadem opinio comprobatur,. quo-
57 niam quę fuerit † teſtatoris voluntas colligere li
cet etiam ex coniecturis.l.licet imperator. ff. de
legatis primo.l,ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.eo.l.2.C.
de cond.inſer.glo.in l.precibus. C.de impub.gl.
in l.in teſtamento.C.de milita.teſtam.Atque ea
58 quidem uoluntas, quę † ex coniecturis colligi-
tur,ſeruanda eſt.Riminald.conſ.233.num.1.uo
lum.2.& conſ.252.num.7,eodem uol.2.& con-
ſil.42.num.4.uolum.1.& Soc.iun.conſ. 107.nu-
me.51.uol.3.& conſ,125.num.3.uolum.1. At in
caſu noſtro non deſunt coniecturę ex quibus
colligi poteſt teſtatorem,dum dixit ſubſtituo fi-
lias, voluiſſe ſubſtituere filios filiorum, non au-
tem filias ſuas,igitur eius volũtas,per quam uo-
cantur filię filiorum, & excluditur Domina Ge-
neura, neceſſario ſeruanda erit. Coniectura
uerò,quę hoc ſuadet,in primis ea eſt quę colligi
tur ex illis verbis, & fœmininis,in litura poſitis,
& deletis,cum dicit, & caſu quo omnes eius filij
quandocunque decederent ſine filijs,vel deſcẽ-
dentibus maſculis,& ſœminis legitimis & natu-
ralibus &c, ex quib. uerbis apparet teſtatorem
primum omnium, quod ad hoc attinet,dixiſſe ſi
filij decedant ſine filijs maſculis,vel ſęminis,ſub-
ſtituo filias ſœminas. Poſtea vero cum animo
iam concepiſſet velle inſtituere filias filiorum,
conſiderauit ſi dictę filiorum filię erant a ſe ſub-
ſtituendæ,non poſſe locum habere ea uerba, cũ
dixit, ſi filij decedant ſine filiabus; quandoqui-
dem hæc duo inter ſe pugnant,ut filię extare nõ
poſſent,& tamen teſtator præſupponat eas ſub-
59 ſtituere. Itaque ne huiuſmodi † contrarietas re
periretur,ſemetipſam corrigendo, deleuit illud
uerbum,ſine ſęminis. Id quod aperte indicat eũ
ſubſtituere uoluiſſe filias filiorum. nam cum di-
xit,filias fœminas ſubſtituo, ſi intellexiſſet de fi-
liabus ſuis,non oportueret delere illud uerbũ,
fœminis,quãdoquidem potuiſſet ſubſtituere fi-
lias ſuas,etiam ſi filij ſui a ſe inſtituti hæredes,at-
que grauati deceſſiſſent ſine fœminis. Ea igitur
cancellatio,inductio, atque litura manifeſtè ar-
guit teſtatorem de filiabus filiorum in ſubſtitu-
tione locutum eſſe, tum quia teſtatoris volun-
60 tas † declaratur etiam ex imperfecta ſcriptura,
& ex actu reuocato,l.fi.ff.de reb.eorum. l.filij.l.
fi.C.fam.erciſc.Bar.in l.2.§.teſtamentum.ff.quẽ
admod.teſtam.aper.Panorm. in c.1. in 3.no. de
ſucceſſ.ab inteſt.Gozad.conſ.98. uerſ.quarto di
co.nu.9.Crau.conſ.113.n.6. parte 1, tum etiam
61 quia mens teſtatoris,quę † ex coniecturis huiuſ
modi colligitur,dicitur voluntas euidens. Bart.
in d.l.licet.in pri in ff.de leg.1. Iac.Alba in conſil.
19.num.8.& conſ.110.num.2.
Alia item coniectura poteſt adduci,videlicet
quia teſtator plures ſubſtitutionum gradus fe-
cit, in quibus ſi vocare voluiſſet filias ſuas, vel
eos qui ſunt in gradu proximiore,profecto non
62 vocaſſet † deſcendentes fœminarum, qui ſanè
deſcendẽtes ſunt in gradu valde remoto,& ſunt
alterius generis & familiæ.At eos deſcendentes
vocauit,vt patet ex verbis teſtamenti,cum dicit
& deſcendentes ipſarum; ergo non uidetur ſo-
lum reſpexiſſe proximiores,ut dicit Socyn.in d.
conſ.249.uer.14.confirmatur.vol.2.ſed uidetur
teſtator uoluiſſe proſpicere omnibus perſonis,
etiam deſcendentibus ipſarum neptum natarũ
ex ſuis filijs, Ruy.in conſ.142.no.11. uerſ. & iſtud
ex alio uol.3. De ſuis uero filiabus nihil locutus
eſt,ſed caſu quo tam filij maſculi,& eorum deſcẽ
dentes prædicti, quàm filiæ ſœminæ, & eorum
deſcendentes quandocunque decederent, &
nullus ex eis reperiretur,tunc talibus ultimo lo-
co decedẽtibus cum ſubſtituerit Operam S.Ma-
rię Humilitatis de Piſtorio, ſiquidem caſus pręe-
dictus eueniret, dici forte poſſet teſtatorem
ſuas filias omiſiſſe, & propterea eas reliquiſſe
in diſpoſitione iuris communis,l. cum quidam.
ff.de liber.& poſthumis. ſi forte quando nullus
ex deſcendentibus neptum ſupereſſet lis uer-
teretur inter hæredes dominæ Geneuræ, & di-
ctã Operam.Quinimmo teſtatorem de filiabus
filiorum

filiorum,non de filiabus ſuis ſenſiſſe comproba
tur non ſolum ex coniectura, ſed etiã ex certiſ-
ſimo argumento, quod ex alia litura, & ſuperin
ductione teſtamenti depræhéditur, nam à prin
cipio Not.poſt uerbũ, filias fęminas, ſcripſerat,
& eorum deſcendentes in ſtirpes & non in capi
ta dicti teſtatoris,& quoad vſumfructum & gau
dimentum tantum ſuę hæreditatis & bonorum;
deinceps autem omnia,quæ poſt verbum, filias
fœminas, ſcripſerat, deleuit ac ſuperinduxit.
Ideoque dicendum eſt,illud uerbum, teſtatoris,
quod deletum eſt conſulto ut in dubio pręſu-
mitur,ut per Ang. in l.proximi nu. 3.ff. de is quę
inteſta. del. quoad effectum diſpoſitionis pro ni
hilo eſſe,l. 1.in prin.ff.de his quæ in teſtam. delẽ
63 tur. quoniam diſpoſitio †uerbi deleti nullã uim
habet.l.ſi ex falſis.C.de tranſac.l.cancellauerat,
ff.de his quæ in teſt. delen. Alberic.in Rub. eo.
tit.de his quę in teſt.delent.Quod ſiquis reſpõ-
deret,teſtatorem deleuiſſe illud uerbum teſta-
toris,non tam vt amoueret illud quàm ut dele
ret alia uerba ſequentia, uidelicet,quoad uſum
fructum, & gaudimentum. Replicarem hanc
reſponſionem non eſſe concludentem, & nihil
efficere,quia potuiſſet quidem ſi uoluiſſet non
delere uerbum teſtatoris, & delere uerba illa,
quoad gaudimentum &c.cum tamen ſecus fece
rit,& omnia deleuerit,quo fit, ut talis reſponſio
64 † tanquã non concludens nil releuet dominam
Geneuram filiam teſtatoris,arg.l.non hoc.C.vn
de cognati.l. neque natales, C. de probation.c.
in pręſentia, de probation.

His ita ſe habentibus,ad rationes pro contra
ria parte ſupra deductas facile reſpondetur.

Et primo dicitur,non obſtare dum allegaba-
tur, filium uti magis dilectum melioris condi-
tionis eſſe debere quàm nepotem.Nam reſpon
deo, concluſionem, quæ habet filium præſumi
65 magis dilectum,non eſſe †perpetuam,ſed proce
dere dumtaxat in quibuſdã caſibus,inter quos
non connumeratur propoſita ſpecies. Etenim
66 †,tunc pater præſumitur magis diligere filium,
cum agitur de rebus,quę pertinent ad ipſum pa
trem,veluti cum inter deſcendentes ſuos,pater
diſtribuere uult bona ſua, quę nemini ad huc
acquiſita ſunt. In bonis enim in quibus teſtato-
ri ſucceditur,& quæ ab eo immediate recipiun-
tur,& in quibus nullus adhuc ius acquiſiuit,ue-
riſimile eſt patrem magis dilexiſſe filium quàm
67 neptem, quia prima † ſucceſſio eſt liberorum
proximiorum.§.inteſtatorum. Inſti.de hęredita
tib.quæ ab inteſta. deferun. iuncto.§. ſi plures.
Inſti.de legiti. agnat. ſucceſſ. Quæ res exemplo
fit manifeſtior, finge teſtatorem inſtitutis filijs
maſculis filias vulgariter ſubſtituiſſe, locumque
eſſe ſubſtitutioni vulgari, utique eo caſu, nimi-
rum in vulgari ſubſtitutione filiæ teſtatori ſuc-
68 cedunt,quia per uulgarem †ſubſtitutionem ſuc
ceditur teſtatori,l. cohæredi.§. cum filijs.ff.de
vulg. vbi doct. Soci. in l.ſi cognatis. nu. 33. uer.
1.concl.ff.de reb.dub.Quamobrem in prędicta
vulgari ſubſtitutione,in qua immediate & dire-
cto agitur de ſucceſſione teſtatoris,conſiderabi
mus ſolum proximitatem, coniunctionem, &
affectionẽ teſtatoris, & præſumemus, niſi aliud
in contrarium appareat,in tali ſubſtitutionẽ vul
gari,ubi de manibus patris directi hęreditas ca
pitur,patrem magis dilexiſſe filiam quàm nepo
tem,& propterea voluiſſe potius ad ſubſtitutio-
nem uocare filiam quàm alium. Ita firmat Soci.
in d.conſ.249.num.22.verſi.1.eſt,& in d.l. ſi co-
gnatis.d.nu.33.vbi dicit, hanc concluſionẽ cõi-
ter approbari, & Ruy.conſ.191.nu.1.& 2.vol.2.
per doc.Bar.in l.Lucius.q.pen.ff. de uul.ubi per
vulgarem uocati cẽſentur filij teſtatoris. Ruy.d.
conſ.191.num.1.& num.10.Et ſecundum prædi
cta intelliguntur authoritates,in quibus proba-
tur,filium præſumi magis dilectum.

Quod ſi tractetur de diſtribuendis a patre
bonis rebuſque filiorum ſuorum, quæ ſcilicet
69 †iam ad filios e patrimonio patris prouenerũt
& filijs iam ſunt acquiſita, ueriſimile eſt patrem
magis dilexiſſe nepotem quàm filium,& propte
rea conſideraſſe coniunctionem & affectionem
quam habet filius grauatus erga filium ſuũ, qui
nepos eſt teſtatoris,non autem conſideraſſe af-
fectionem quam ipſe pater habet erga filiũ ſuũ.
Id quod declaratur exẽplo ſubſtitutionis fidei-
cõmiſſarię,de qua agitur in caſu noſtro. In qua
ſubſtitutionem fideicommiſſaria licet ſucceda-
tur teſtatori ſecundum prædicta, tamen bona
70 ſunt hæredi grauato †acquiſita per aditionem
& deſierunt appellari bona defuncti,glo.& doc.
in l.1.§.ueteres.ff.de acquir. poſſeſ. Bart.l. ſed ſi
plures.§. filio impuberi.ff. de vulg.l. hæres per
ſeruum,ff.de acquir.hæred.l. fi. ad Tertul.Alex.
conſ.38.lib.6.Idcirco non eſt mirũ, ſi in fideic.
ſubſtitutione ubi bona iam peruenerũt ad filiũ
grauatum & ei ſunt quæſita,ita ut non appellan
tur amplius teſtatoris,attendatur ſolum affectio
quàm habet grauatus erga filium;& per conſe-
quens pręſumitur magis diligi nepos a teſta-
tore quàm filius. Magis autem diligi nepo-
tes ubi bona iam quæſita filio ſunt, firmat So-
ci.d.conſ.249.num. 25. uerſi. aliquando & 2.&
d.l.ſi cognatis.num.40 ff.de reb.dub.Ruy. con
ſi.191.num.12.vol.2.Soci. iun. conſ. 126. num.
20.num.52.vol.1.Ratio uero quamobrem teſta
tor eo caſu plus diligere uidetur nepotes quàm
filios,eſt, quia tunc agitur de rebus filij grauati;
71 & teſtator diligit †plus nepotes, quãdo agitur
de portione relicta eorum patri, ut per Io. Ce-
phal.conſ.46.num.34.& conſ.45.num.21.quo-
72 niam teſtator præſumitur charitatem† quam
habuit erga filium grauatum, eandem quo-
que habere,& continuare voluiſſe erga nepotẽ
ex dicto filio grauato deſcendentem, eodẽque
modo eſſe affectus erga alios deſcendentes vl-
teriores.l.cum auus.ubi Bart.Bal.& alij.ff. de cõ
dit.& dem.Barto.in l.liberorum.in 4. not.ff. de
uerb.ſignif.& in l.Gallus.§.etiam ſi parente.col.
2.uerſic.quæro iuxta prędicta.ff.de liber.& poſt
hum.Bal.in l.cum acutiſſimi.uerſic. quęro ſi po-
teſt.C. de fideicom.Guliel.de Bened.in c. Ray-
nutius.

pntius.parte ſecunda in uerbo, ſi abſque liberis
primo.num. 3.& Soc.conſ. 249.num, 21.verſicu
lo vndecimo hanc partem.volum, 2. & Riminal.
conſ. 223.num. 32.vol. 2.& conſi. 28.num. 14.vo
lum.1.Soc.iun.conſi. 126. num. 33. volum. 1.&
conſi. 158.num. 14.volum. 2.& conſi. 168. num.
10.vol. 2. vbi dicit, ſicut teſtator diligit filium gra
uatum, ita uideri diligere omnem illius poſteri-
tatem, ut puta filios, nepotes, pronepotes, cuiuſ-
cũque ſexus, quamuis teſtatori remotiores fuiſ-
ſent, modò duret ea qualitas, propter quam præ
dilexit filium. Soc.iun.d.conſi. 168.num. 90. vo
lum. 2. Quare cum in dictis neptibus duret eadẽ
qualitas, propter quam quidem qualitatem di-
lexit filios, & deſcendentes, videlicet qualitas li
berorum, & deſcendentium, quorum appellatio
ne continentur etiam fœminæ, conſequens eſt,
vt ſicut dilexit grauatos, ita etiam eadem chari-
tate diligere præſumatur eorum grauatorum fi
lias, Soc. iun. d. conſi. 168. num. 90, volum. 2.

Præterea nihil obſtat, neptes quæ tempore
73 teſtamenti nondum natę † erant, tanquam illas
quæ teſtatori incognitę ſunt, diligi ab eo, & uo-
cari non pręſumi. Quoniam reſpondetur non
cognitos tunc demũ uocatos non cenſeri, quan
do teſtator in ſubſtitutione uocat aliquos ſim-
pliciter, pure, tunc enim uerum eſt eos tantum
uideri uocatos, qui iam nati ſunt, l. qui filiabus.
in prin. ff. de legat. primo. Verum cum uocantur
in quendam euẽtum futurum incertum, quem-
admodum in caſu noſtro vocantur filiæ, in eum
euentum uidelicet ſi contingat filios naſci ſine
filijs, tunc ſanè ſatis eſt, eos qui uocantur, natos
eſſe tempore quo dies fideicommiſſi cedant;
etiam ſi teſtatori incogniti ſint, Alexã. conſ. 26,
colum. fi. uolum. 3. Soc. dict. l. ſi cognatis. Imola,
Alex. in l. Gallus. § inſtituens. ff. de libe. & poſth.
Decius in conſ. 299. num. 8. uerſic. ſexta conclu-
ſio. incip. in cauſa mihi commiſſa. parte 2. Ruyn.
conſi. 191. colum. fi. num. 15. volum. 2. Soc. iun.
conſi. 126. num. 53. 1. volum.

Secundò principaliter nihil obſtat, dum dice
batur, illa verba, filias fœminas. conuenire filiæ
teſtatoris, & propterea dictam dominam Gene
uram uocatam uideri in ſubſtitutione. Quia
reſpondetur, primo. Quando conueniunt ver-
74 ba † teſtamenti conuenit etiam diſpoſitio per ſu
pradicta, ſed limitatur huiuſmodi regula, niſi
mens & intentio teſtatoris diſcordet, quoniam
75 ſi mens † non conueniat, quę ſemper attendi de
bet. l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſtr.
& quę uerbis præfertur, c. intelligentia. de uerb.
ſign. non conuenit diſpoſitio, quãtumuis etiam
uerba conueniant. Quamobrem licet in propo-
ſita ſpecie teſtator dixerit, ſubſtituo filias fœmi-
nas, tamen quia intentio teſtatoris non fuit uo-
care filias ſuas, ſed inuitare ad ſubſtõnẽ filias fi-
liorũ, iure optimo dici pôt diſpõnẽ teſtamenti
non conuenire D. Geneuræ. Secundò reſponde
ri poteſt, quamuis teſtator dixerit, filias fœmi-
nas ſubſtituo, tamen quia propter uim relatio-
nis faciendę ad proxima, & propter alia ſupra
dicta pro hac parte, ex mente teſtatoris compræ
henduntur filiæ filiorum, cuiuſmodi non eſt do
mina Geneura, negari poteſt illa uerba, filias ſci-
licet filiorum, ei conuenire, quo fit ut argumen
tũ pręallegatũ in cõtrariũ repercuti poſſit, quia
76 † cui nõ cõueniũt verba legis, nõ cõuenit diſpõ.
l. 4. §. toties. ff. de dam. infe. l. quod conſtitutum.
ff. de milita. teſtamento. Soci. conſ. 1. nu. 26. vol.
2. Alex. conſ. 17. lib. primo num. 2. Decius conſ.
553. parte 4. Nec dicat aliquis, verba ei ideo cõ
uenire, quòd licet dixerit filios numero plura-
li, tamen certum ſit orationem pluralem in ſola
77 Do. Geneura uerificari, quaſi † pluralis ſermo in
uno uerificetur, uoluiſſeque teſtatorem com-
præhendere etiam filias naſcituras, Quia reſpõ
78 detur pluralẽ quidem † ſermonem non ſemper
in uno uerificari, ſed tunc id locum habere quã
do pluralitas, ab initio, poteſt aptitudine & ha-
bitu in plurib. uerificari. Verum ſi in plurib. ue-
rificari non pôt ſaltẽ quoad potentiã, tũc ſanè
pluralitas ex propria ſua ſignificatione in vno
verificari non poteſt, l. Mæuius. §. eum qui. ff.
de legat. 2. a qua proprietate non eſt in dubio
recedendũ. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. & ita declarat
Ruy. in conſ. 104. num. 11. 2. vol. Itaque nihil fa-
cit dum dicitur, teſtatorem voluiſſe compræhẽ-
dere filias naſcituras, quia cum teſtamenti facti
tempore teſtator unam ſolummodo filiam fœ-
minam habuiſſet, pluralis illa locutio non po-
terat nec actu nec potentia in plurib. uerificari
quandoquidem domina Caſſandra uxor te-
ſtatoris erat eo tempore maior quinquage-
naria, ut in actis probatum dicitur; ipſeque
magiſter Iac. annum ferme ſeptuageſimum age
bat. Ideoque ueriſimiliter partus ſperari non
79 poterat. nam & ſi quinquagenaria † parere po-
teſt, tamen ſimilis partus mirabilis eſt, & rarò
contingit. l. ſi maior, ubi etiam Odoffred. C. de le
gitim. heredib. & idem Odoffred. in l. ſancimus
2. C. de nuptijs.

Tertio principaliter non obſtat, præſumi te-
ſtatorem uelle obſeruare ordinem charitatis, &
ius ſucceſſionis ab inteſtato, & propterea uoca
80 re filias ſuas; quia reſpondetur tunc demũ † ui-
deri teſtatorem uoluiſſe obſeruare ordinẽ cha-
ritatis, quãdo in ſuo teſtamẽto uocauit aliquos
per nomẽ collectiuũ pluriũ perſonarũ exiſtẽtiũ
in diuerſis gradibus agnationis, cuiuſmodi eſt
nomẽ familiæ, agnationis, cognationis, proximi
tatis, deſcẽdentiũ, liberorũ & ſimiliũ; quãdo. n.
uocat per nomen quod colligit perſonas exiſtẽ
tes in diuerſis gradibus, tũc locum habet ordo
ſucceſſionis affectionis & charitatis, & propte-
rea uidetur vocaſſe ordine ſucceſſiuo prius vide
licet filios, deinde nepotes, demum pronepo-
tes, & deinceps ulteriores, vt per Soci. in l. Gal-
lus. §. quidam rectè. num. 4. ff. de libe. & poſth. v-
bi dicit hãc opinionem eſſe communem. & Ru-
beus Alexandrinus conſi. 38. num. 3. uerſ. ſed ut
dixi. & conſ. 40. num. 6. & Curt. iun. conſi. 138.
num. 1. & 2. parte 2. Sed quando teſtator uocat
81 aliquos † in ſubſtitutione per nomen collectiuũ

plurium

plurium perſonarum exiſtentium in eodem gra
du,exempli gratia filiorum,hoc caſu non att-en
ditur ordo charitatis. Cuius rei ratio euidens aſ
ſignatur, quia in perſonis exiſtētibus in eodem
gradu non cadit ordo charitatis, uel affectionis
ſucceſſiuus,cum omnes teſtatori æquè chari, &
proximi ſint,Soc.d.conſi.249.num.25.ver. ter-
tius & ultimus. volum. 2. & d. §. quidam rectè.
num.4.l.Gallus.ff.de liber.& poſthum.Soc.iun.
d.§.quidam rectè.num.35.& 36. Itaque cum in
caſu noſtro teſtator uocauerit filias, & cōſequē
ter vſus ſit nomine collectiuo compræhenden-
te plures perſonas exiſtentes in eodem gradu
filiationis,conſequens eſt ut dicamus, non eſſe
conſiderandum ordinem charitatis & affectio-
82 nis.Nec obſtat,ſiquis obijciat,nomē †filius,poſ-
ſe conſiderari, ut nomen collectiuum plurium
perſonarum exiſtentium in diuerſis gradibus,
83 quandoquidem in †ſubſtitutionibus appellatio
ne filiorum ueniunt etiam nepotes,& cōſequē-
ter perſonæ exiſtentes in diuerſis gradibus, ni-
mirum filij & nepotes &c.Curt.iun.d.conſ.128.
num.13.parte 2.& Soci. d.§. quidam rectè. nu.
4.uer.qua conſiderationem infero.Nam reſpō-
detur hoc in loco nomen filiarum non poſſe ſi-
gnificare neptes quia teſtator cum vlterius pro
grederetur,dixit filias & eorū deſcendentes, ex
quo verbo(deſcendentes)colligitur eum appel-
latione filiarum comprehendere neptes mi-
nime voluiſſe,cum vltra filias exprimēdo etiam
84 deſcendentes vlterius progreſſus ſit,quæ†diſpo
nentis progreſſio debet maxime attendi argu-
mento eorūquę dicit Bar.in l.hoc edicto §. quæ
rentibus,ff.de publican.& uectigal. & Bald. in l.
binos num.3.uerſi.ſed ibi lex, C. de aduocat.di-
uerſorum iudiciorum.Decius in conſi.505.par-
te 4.num.5.Quæ cum ita ſint,nihil quoq; obeſt,
dum dicebatur,ſeruandum eſſe ius ſucceſſionis
ab inteſtato;nam reſpondetur, hoc caſu ordinē
prædictum ſeruari,quia in ſubſtitutione fideicō
miſſaria,vbi grauatus iam admiſſus eſt,& ubi bo
na iam acquiſiuit,attenditur proximitas & ſuc-
ceſſio ab inteſtato ipſius grauati,non teſtatoris,
vt per Soc.iun.conſi.126.num.21. 1.volum. &
ſupradixi.

Quartò principaliter,non obſtat maiorem eſſe
teſtatoris affectionem in proximiores, qualis
eſt filia, quàm in remotiores qualis eſt neptis;
Quia reſpondetur iſtud uerum eſſe quo ad ea
in quibus ex patris diſpoſitione nemini ius ac-
quiſitum erat.

At in rebus quæ iam ad filios peruenerunt,
eiſque iam quęſita ſunt,ſicut euenit in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria,in qua uerſamur, maior
pręſumitur affectio in nepotes, & per cōſequēs
in remotiores, ſicut dixi in reſponſione ad pri-
mum fundamentum allegatum pro parte con-
traria per doctrinam Soc.conſi.249.nume. 25.
volum.2.& Soc.iun.conſ.126.num. 52.volum.
2.cum ſocijs.Quinetiā ratione quadam conſide
rata maior eſt affectio in remotiores,quanto.n.
85 remotiori gradu †agnationis à nobis diſtant,tā
to uehementius diliguntur. Ita vt magis nepo-
tes quam filios,& magis pronepotes quàm ne-
potes diligamus,Socin.iun.dicto conſ. 126.nu-
me.54.ver.poſſet præterea.Cephal.conſ.93.nu.
21.Atque ob eam rem dicimus amorem magis
deſcendere,l.ſi pupillus.§.ſi pater. ff. de reb. eo-
rum l.nec ei.ff.de adopt.l.iſti quidē.ff. quod me
tus cauſa. Fely.c. afferte, de præſumpt. Oldrad.
conſ.95.num.6.Alciat.tract.de præſumpt.Regu
la 1.in 1.prę ſumpt.num. 1.Tiraq.in l.ſi unquam.
C.de reuo. donat. in præfatione numero 10. &
11. Ratio uerò, cur nepotes magis diligimus,
86 eſt, quia quo †remotiores ſunt,eo magis noſtra
memoria perpetuatur,l.liberorū.in fi.ff.de ver-
borum ſignif.dum dicit,vt ex eorum prole diu-
turnitatis nobis memoriam in æuum relinqua-
mus. Etenim ut dicit gloſſa in l. iſti quidem.ff.
quod metus cauſa,plus diligimus res, quæ diu-
87 tius†duraturæ ſunt. Qua de re uidemus legem
88 †interpretari mentem teſtatoris in fauorem ne-
potum & deſcendētium,ut habetur in l. Lucius.
§.fi.ff.de hæred.inſtit.l.cum acutiſſimi. C. de fi-
deicomm.l.generaliter.§. cum autem. C. de in-
ſtitut.& ſubſtit.ſub cond.fa.l.cum auus.ff.de cō-
dit.& demonſtr.ubi nepos teſtatoris ex filio prę
defuncto rogatur reſtituere filio teſtatoris,& ni
hilominus tacitè ſubintelligitur conditio, ſi de-
ceſſerit ſine liberis,& per conſequens filij illius
89 †nepotis rogati,qui teſtatoris pronepotes ſunt,
excludunt a fideicommiſſo, filium teſtatoris,
ut dicit Soc.conſi. 126.num. 18. vol. 1. Nec ob
90 ſtat,potentius†eſſe ius in cauſa proxima, magiſ
que influere in primum cauſatum,quia reſpon-
detur,uim eſſe potentiorem & maiorem in cau
ſa proxima,& immediata;ſed hoc procedit quo
ad iura earundem cauſarum; & reſpectu earun-
dem cauſarum,ut tradit Bal.in conſi. 136. cuius
initium eſt, Proponitur quòd Titius percuſſit.
colum.fi.num.6.uer.Item non obſtat,parte 2.Ti
raq.in tract.ceſſante cauſa.limitat.20.nu.9. Qua
re cum per fideicommiſſariam ſubſtitutionem
hæreditas ſit acquiſita grauato, utique non exi-
ſtimatur amplius teſtatoris, quia ex mutatione
91 perſonę†mutatur qualitas patrimonij,Alex.in l.
filiusfam.col.fi.uer.nota quod illud.ff.ad l.falci.
Ideo non eſt mirum, ſi in rebus, quę earundem
92 cauſarum,non ſunt,ius †ęquè ualidè non opera
tur,præſertim cum cauſa mediata, quæ multum
remota non eſt,(id quod de auo reſpectu nepo
tum dici poteſt)ęquè conſideretur, ut proxima,
l.uxori quis.in fi.ff.de auro & argen. lega. Aret.
conſ.6.in fi. Quinimmo cum bona per fideicom
miſſum ſubſtitutum ſint acquiſita grauato, cau-
93 ſa proxima † dicetur filius reſpectu nepotis, me-
rito in nepotem uim maiorem influet, d. l. Pu-
blius.§.1.ff.de cond. & demonſtration. Quinto
94 principaliter non obſtat, †uerba quæ ad teſtato
rem & ad hæredem referri poſſunt,in dubio ad
teſtatorem referri debere. Quia reſpondetur
iſtud non habere locum in illis rebus, in quibus
ex diſpoſitione teſtatoris eſt quæſitum ius alte-
ri,quemadmodum grauato quæritur ex ſubſti-

tutione

tatione fideicommiſſaria,de qua hic agitur, per ea quę dixi ſupra ad primum & quartum fundamentum. Tunc enim uerba, quæ alioqui ad plures perſonas referri poſſunt, non referuntur ad teſtatorem, ne fiat præiudicium filijs illius, qui grauatus & iam admiſſus eſt ad bona teſtatoris,
95 cum certi iuris ſit, alteri per alterum † iniquam cõdõnẽ inferri nõ poſſe: Ideoq; in ſimilib. caſib. uerba referuntur ad filios grauati, ſicut vltra ea quę dixi ſupra, tradit copioſè Ruy. in conſi. 203. num. 20. volum. 2. vbi dicit, licet per fideicommiſſum ſuccedatur teſtatori, tamen quia fideicõmiſſarius capit de manu grauati, cui hæreditas ſemel acquiſita fuit, admittitur ille qui proximior eſt grauato & qui ei ſuccederet ab inteſtato ſecundum iuris diſpoſitionem, licet reperiatur alius qui ſit proximior teſtatori; & licet Ruy. in conſ. 142. num. 15. & 16. impugnet rationem, in qua dicitur, cum hæreditas ſemel quæſita eſt, videri teſtatorem conſideraſſe filios grauati nõ ſuos, tamen dicta impugnatio non debet attendi, quia eſt contra mentem & declarationem aliorum doctorum, ut ex prædictis patet, & cõtra dicta eiuſdem Ruy. plériſq; in locis ſupracitatis.

Nec ob. etiam auctoritas Ripę in d. l. ex facto. in princ. ff. ad S.C. Trebel. nec aliæ & ſimiles ſupracitatæ, quia illę procedere poſſunt, vel quando expreſsè conſtat de uoluntate teſtatoris, vel quãdo tractatur de ſubſtitutione uulgari, nõ de fideicommiſſaria, vel de fideicommiſſaria ſubſtitutione, quæ euanuiſſet & finita eſſet: uel quando contrarium coniecturę non ſuadent, vel quãdo ſumus in dubio, ut ex dictis locis & alijs ſimilibus colligi poteſt, & ex his quę dicit Ripa d. l. ex facto. in prin. nu. 5. vbi dicit in dubio uerba referri ad teſtatorem: ſecus igitur ſtatuendum eſt in caſu noſtro, vbi aliæ coniecturæ, & præcipue illę, quas ſupra retuli, ſuadent ut ad filias filiorum referantur illa verba, filias fœminas ſubſtituit, de quibus quæſtio eſt: certum eſt autem a
96 plurib. † cõiecturis uinci conſueuiſſe pauciores, arg. authen. itaque C. commu. de ſucceſſ. c. 1. de treug. & pace. Soci. d. conſ. 249. num. 21. uerſic. duodecimo, vol. 2. & Ruyn. conſi. 191. nume. 14. volum. 2. Nec obſtat etiam conſilium Pariſij. 51. num. 33. volum. 2. ſupracitato. Ibi enim uerbum illud refertur ad teſtatorem, quia dixit, filias ſuas
97 quod pronomen † ſuum, ibi, teſtatorem, deſignat vt per Ripam d. l. ex facto. num. 5. Hic uerò neque uerbum, ſuum, neque verbum, eius, ex-
98 preſſit, meritò † ex diuerſis non infertur, l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſeſ.

Sextò non obſtat Pauli Caſtrẽſis Conſilium 198. parte 2. quoniam reſpondetur hoc reſpon-
99 ſum † in ſpecie improbari per Ruy. in conſi. 191. num. 13. uolum. 2. ubi dicit Caſtrenſem non bene loqui ſicut ego in caſu noſtro probaui ſupra per auctoritates & rationes pro parte neptum atque proneptis deductas, & poſito vt Paulus Caſtrenſis in caſu ſibi propoſito bene loqueretur, tamen in caſu noſtro non obſtaret, vbi ſicut ſupra dixi, complures coniecturæ ſunt quę nepotibus & proneptibus fauent. Atque hanc opinionem quæ habet, cenſeri teſtatorem uocaſſe proximiores & filias grauari, quando agitur de ſucceſſione fideicommiſſaria, & in qua bona ad grauatum pertinere cęperunt, doctores aſſerũt eſſe veriorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatã, & ſępè reſponſum per multos celeberrimos doctores, ut atteſtatur Soci. in conſi. 249. num. 21. volum. 2. & in l. ſi cognatis. colum. fi. ff. de rebus dubijs. & Ruy. conſi. 191. num. 15. volum. 2. Et Soc. iun. conſ. 126. num. 9. 42. & nume. 56. & nu. 57. col. fi. 1. vol. ubi dicit hanc opi. eſſe ueriorem
100 iuſtam & communem ferme † omnium doctorum, a qua recedere nõ ſolemus, vt per not. in c. 1. de conſtitut. Itaque ex prędictis omnib. concludendum arbitror ſecundum teſtatoris diſpoſitionem & uoluntatem, ab hæreditate dicti Magiſtri Iacobi excludendam eſſe dominam Geneuram eius filiam, & uocandas eſſe dominam Rebeccam & dominam Caſſandrã & Hypolitam neptes & proneptem dicti teſtatoris quamlibet ſcilicet ut modo præſupponimus, ad trientem.

Et ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Ciofius.

S V M M A R I V M.

1 *Verba ſtatuti vbi locum habent, ibi quoque locum habere debet eius diſpoſitio.*
2 *Verba in potiori ſignificatu ſemper accipienda.*
3 *Statutum matrem excludens, ſi expreſſe mentionem ſororis facit, nec diſtinguit inter ſororem coniunctam ex parte patris, vel vtrinque coniunctam, intelligi debet generaliter.*
4 *Verborum a proprio ſignificatu receditur, quando verba impropriè capiuntur.*
5 *Verbum, ſoror, pro ſorore conſanguinea capitur.*
6 *Statutum loquens de fratre, an verificetur in uterino.*
7 *Statutorum materia fauens agnationi.*
8 *Frater vterinus licet ſit frater, non tamen eſt agnatus.*
9 *Caſus in ſtatutis omiſſus, remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
10 *Defuncto an ſuccedat ſoror conſanguinea, an frater vterinus.*
11 *Intentio negatiua ſolet probari ex inſpectione ſtatuti.*
12 *Conſanguinei tantum de iure communi excludunt vterinos.*
13 *Opinio communis in decidendo ſequenda ſemper.*
14 *Argumentum a proportione validiſſimum eſt in iure.*
15 *Statuta, quæ excludunt fœminas propter maſculos, nituntur ratione conſeruandæ agnationis.*
16 *Verba, ex fratre carnali, quomodo intelligantur.*
17 *Vterinus eſt portio viſcerum matris.*
18 *Fauor agnationis præ oculis ſtatuentium ſemper eſt habendus.*

19 *Illatio*

19 *Illatio non fit ex diuerſis.*
20 *Statuentium mens praualet proprietati verborum, & potius eſt attendenda.*
21 *Ratio conſeruandæ agnationis in vterino uerificari non poteſt.*
22 *Fratris & ſororis appellatio in materia ſtatutaria non continetur vterinus.*
23 *Frater vterinus an ſuccedat fratri vterino, quando extat coniunctus ex latere patris maſculus.*
24 *Argum a cõtrario ſenſu valid.iſſ. in iure, limitatur non procedere in ſtatutis correctorÿs. num. 25.*
26 *Agnatio non continuatur in deſcendentes ex fœminis; & an conſeruetur in eis, dum ipſa viuunt.*
27 *Fœmina, quæ ex agnato maſculo naſcitur, dicitur agnata, & ex linea maſculina.*
28 *Quod veritatis primordio adinuatur, non dicitur in totum falſum.*

CONSILIVM VIII.

Diuino nomine implorato.

REM totam breui complectens, arbitror, ab hæreditate Nannis, excludi debere, D. Geneuram eius matrem, & Matthæum eiuſdem Nannis fratrem vterinum. Ad eandem verò hæreditatem admittendam eſſe D. Agatam ſororem conſanguineam dicti Nanis. Id quod ex his, quæ dicentur infra ſingillatim oſtendam.

Et primò quòd ad D. Geneuram attinet, res
mihi non valde obſcura videtur, eam ab hæredi
tate Nãnis excluſam eſſe per D. Agatã ſcd'm iu-
1 ra municipalia. Etenim vbi locum habent † ver-
ba ſtatuti, ibi quoque locum habere debet eius
diſpoſitio, arg. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto
l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. c. indemnitatibus de elect. in 6. Curt. iun. conſ. 153. nu. 1. & 2. parte 2. At in propoſita ſpecie locum habent uerba ſtat. Florentini, matrem excludentis ab hæreditate filij, quod quidem Florentinũ ſtatutum proculdubio obſeruandum uidetur; quandoquidem ſtatutis Caſtri Caſcinæ, cuius iuriſdictioni litigatores ſubijciũtur, expreſsè cauetur in 5. Rub. vbi deficiunt &c. ut deficientibus ſtatutis Caſcinæ recurratur ad ſtatuta Florentina & non ad alia. Ergo in propoſita facti ſerie locum quoque ſibi vendicare debet diſpoſitio ſupradicti ſtatuti Florẽtini, & propterea domina Geneura cenſeri debet excluſa ab hęreditate Nannis.

Locum autem ſibi vendicare verba ſtatuti inde oſtenditur, quòd in principio dicti ſtatuti dr̃, Nulla mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere filijs uel filiabus defunctis exiſtente ex defuncta perſona aliquo filio nepote vel pronepote naturali & legitimo, vel patre, auo paterno, uel patruo, uel fratre vel ſorore aut nepote ex fratre carnali. Quæ ſanè verba quod ad rem noſtram attinet, non obſcurè ſignificant matrẽ filijs non poſſe ſuccedere, exiſtente aliqua ſorore ipſius filij, At in caſu propoſito vbi agitur de hæreditate Nannis, extat domina Geneura; eius mater & domina Agata eiuſdem Nannis ſoror cõſanguinea, igitur certum eſt, dictam dominam Geneurã excluſam eſſe ab hæreditate Nannis eius filij, per d. Agatam ſororem conſanguineam.

Quibus ſic poſitis, non obſtat, dum Aduocati dominæ Geneuræ dicebant, ſtatutum
iſtud, ideo loqui intelligendum eſſe de ſorore
germana vtrinque coniuncta ex parte patris &
matris; non autem de ſorore tantummodo con
2 ſanguinea, quòd verba ſemper intelligi † debeãt
in potiori ſignificatu. l. 1. §. qui in perpetuum.
ff ſi ager vectig. uel emphy. pet. Bar. in l. quęritur
ff. de ſtatu. hom. & §. ſed ius Inſtit. de. iure nat.
gent. & ciui. & l. 1. C. de Suarijs. libro undecimo,
quoniam ad hoc in ſpecie reſpondet Corn. cõſ.
3 269. num. 3. vol. 4. dicens, quando † ſtatutũ ma-
trem excludens expreſſe mentionem ſororis facit, nec diſtinguit inter ſororem coniũctam ex parte patris tantum, vel coniunctam vtrinque, tunc quidem dictum ſtatutum debet intelligi generaliter. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſt. & c. quia circa. de priuileg. Itaq; cum ſtatutum dicat generaliter, exiſtente ſorore &c. poteſt, vel in germana, vel in conſanguinea tantum locum habere.

Nec obeſt quicquam, uerba intelligi debere
in potiori ſignificatu, quia ad hoc in ſpecie re-
ſpondet Soci. conſ. 25. nu. 8. vol. 3. dicens illud
4 eſſe verum quando aliàs, recedentes † à potiori
ſignificatu, verba improprie caperemus, ſicut loquitur d. §. qui in perpetuum, & alia iura ſupra deducta, ſed quando ſequimur verborum proprietatem tunc legum diſpoſitioni factum ſatis eſſe dicitur, quamuis non capiuntur in ſignificatu potiori, quia verba proprie capi debent. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitoria. Quamobrem
5 † cum verbum, ſoror, proprie capiatur pro ſoro
re conſanguinea tantum, quam proprie ſororẽ eſſe non inficior, ut infra deducam, ſequitur ut nihil obſtet quòd in potiori ſignificatu pro utrinque coniuncta nõ accipiatur, ſed pro conſanguinea tantum.

Secundò principaliter quod attinet ad Matthęũ, duplex eſt inſpectio. Prima, an Matthæus excludat dominam Geneurã. Qua in re, ut omiſſis diſputationibus ſuperuacaneis, dicam quid ſentio, ſtatuendum arbitror huiuſmodi controuerſiam Matthæi uterini fratris dicti Nannis defuncti & dominæ Geneuræ eius matris à ſtatuto Florentino in principio deciſam non eſſe.
6 Quamuis enim ſtatutum loquatur † de fratre, ni
hilominus non habet locum in uterino; Quia
7 in † materia ſtatutaria quæ fauet agnationi, ap-
pellatione fratrum ueniunt germani & conſanguinei. Mantua, conſ. 86. num. 18. vol. 1. non autem ueniunt uterini, ut firmat Angel. in conſ. 119. Incip. Statuto Tudertinæ. nu. 2. & nume. 3. & Paul. Caſtrenſ. conſ. 196. num. 2. Incip. In puncto quæritur de quadruplici hęreditate, parte 1. Alex. in l. ex facto. col. 13. verſi. ex his quę dicit

Bart.

Bart.diligenter not.ff. de vulg. & pupill. Alber.
Brunus in comment. ſuper ſtat. fœmi. articulo
12.q.18.num.252. Alba conſ.81. num.35. Qua-
propter licet ſtatutũ in primo dicat, vel fratre,
ob id tamen habere locum non debet in uteri-
no,cuiuſmodi eſt Matthæus. ſed intelligi debet
ſtatutum loqui uel de fratre germano utrinque
coniuncto, vel de fratre conſanguineo tãtum,
qui omnes agnati ſunt,id quod uterino nõ con
8 uenit,licet enim vterinus † proprie frater ſit, ut
inferius attingemus,nihilominus non eſt agna-
tus,ut per Alber.Brun.d.q.18. num. 252 & pro
pterea cum ſtatutum fauere uelit agnationi in
uterino,nõ põt habere locum: hodie ficte,& im
proprie tamen frater uterinus eſt agnatus,Soci.
conſ.1.num.4.uol.1.

Secunda inſpectio eſt,an Matthæus excludat
ab hæreditate Nannis dominam Agatam. Et
opinor ſeruata etiam diſpoſitione ſtatuti Florẽ
tini,in caſu noſtro a dicto Matthæo domi. Aga-
9 tam non excludi, quia caſus a † ſtatutis omiſſus,
& non comprehenſus, remanet ſub diſpoſitio-
ne iuris communis.l.commodiſſimè.ff. de lib. &
& poſthum.vbi Iaſ.1.not.l.ſi extraneus. vbi Bar.
ff.de cond.ob cauſ.& Bar.in l.maritus. C.de pro
curar.l.illam.vbi Aret.in 2.not.C.de collat. & c.
2.de tranſlat.prælat.Alex.conſi.141.num.1. lib.
7.Signorol.conſi.164.num.10.Bertrand.conſi.
134.num.2. voluminis primi. parte poſteriori.
Grammat.deciſ.63.num.18. Soc.iun.conſ.102.
volum.1.nu.4.& in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ.
vbi Soc.iun.num.33.At iſte caſus,in quo quæri
10 tur,an defuncto † ſuccedat ſoror conſanguinea,
an uerò frater uterinus,omiſſus eſt, & non com
præhẽſus a ſtatuto Florẽtino,ut ex ipſius ſtatuti
11 lectione colligitur,ex cuius † inſpectione nega-
tiua intentio probari ſolet,Bart.in l.ſi qui ad ci-
uilia.num.4.C.de appellat.& in l.fi.C.de reb.cre
dit. & in l.Tirię textores. ff. de legat. 1. c. quo-
niam contra.vbi Dec.num.74.& Beroius,num.
65.de probationib. cum ſimilib. Igitur ſupradi-
ctus caſus relinquitur diſpoſitioni iuris com-
munis.

12 Sed enim iure cõmuni † cauetur, vt qui tantũ
conſanguinei ſunt vterinos tantum excludant,
vt per Odofred.in l.de emancipatis.num.1.ver-
ſi.Or ſignori.C.de leg.hęred.ubi dicit,ſi quis ha-
beat fratrem ex eodem patre tantum, & ſororẽ
ex matre,& decedat inteſtatus, in bonis, quæ a
patre proueniunt admittitur conſanguineus tã-
tum,non autem uterinus. quam opin. ſequitur
ibidem Bar.nu.1.ver.not.ex iſto.& ita tenere do
ctores refert Fulgo.d.l. de emancipatis nu.4. &
Corneus in authen.itaque.nu.5. C. communia
de ſucceſſ. & idem Corn. d. l. de emancipatis.
nume.1.in fin.ubi dicit doctores ita communi-
ter tenere.& idem Corn.conſ.269.num.5. ubi
13 dicit eſſe communem opi.a qua in decidendo
recedere non debemus.& nu.9.in fin.volum.4.
Et eandem opi.uidelicet ut conſanguineus ute-
rinum excludat tenet etiam Socin.conſi.89.nu.
7.uolum.4.& Angel.conſi.119.nu.2. Ergo cum

domina Agata ſoror conſanguinea ſit Nannis
defuncti,de cuius ſucceſſione tractatur, conſe-
quens eſt ut eadem domi. Agata ſupradicta ab
hæreditate prædicti Nannis Matthęum illius tã
tum vterinum fratrem excludat,quia non diſtin
guitur,an conſanguinei maſculi ſint,vel fœminę
circa huiuſmodi ſucceſſionem,§ ſi igitur defun-
ctus,de hæredib.ab inteſt.uenient.& Bald. Peru
ſinus.in tractatu ſucceſſionis ab inteſtato, nu.
34.uerſi. prædictis uerò collateralibus.qui ſanè
tractatus impreſſus eſt poſt commentar. Con-
ſtantij Roggerij de teſtamentis.

Quib.ita poſitis. 1.huic ſententię nihil officit,
dum Dominus iudex dicebat, ſtatuta Florenti-
na excludere dictam do. Agatam actricẽ per illa
uerba,nulla mulier uel eius filij &c. quaſi dica-
tur,decedente uno qui habeat fratrem & ſoro-
rem,ſuccedat ſolus frater ab inteſtato excluſa ſo
rore.Ad hoc enim primum iudicis fundamen-
tum reſpondeo,ab illis uerbis caſum propoſitũ
non compręhendi, ſed ut ſupra dicebam omiſ-
ſum eſſe.Quanquam enim ſtatuti uerba ſint,nul
la mulier uel eius filij uel filię &c. ſuccedere poſ
ſit alicui fratri prędictę mulieris abinteſtato, ſi
dicto eius fratri ſit frater.Nihilominus ea uerba
intelligi debent de ſorore utrinque coniuncta,
quæ ſuccedere uelit fratri utrinque coniuncto,
quę id facere non poteſt,ſi alius frater utrinque
coniunctus extet. uel intelligi debent de ſoro-
re conſanguinea tãtum, quę ſuccedere uelit fra
tri tantum conſanguineo,quæ non poteſt obti-
nere ſucceſſionem, ſi alius tantum conſangui-
neus frater extet; non autem intelliguntur ea
uerba de conſanguinea ſorore tantum quę ſuc-
cedere uelit fratri tantumodo uterino,cuiuſmo-
di eſt caſus noſter.Quæ ſane declaratio ex eo in
primis oſtenditur eſſe vera,quod ſtatuentes in
dicto ſtatuto de ſucceſſionib.ab inteſtato Rub.
130.conſulere cum uoluerint agnationi, nõ de-
buiſſent excludere fœminas propter uterinos;
qui non ſunt agnati,l.meminimus.C.de legit.hę
re.ſed debuerant excludere feminas,ſicut fece-
runt propter cõſanguineos,vt ſeruaretur agna-
tio.& propterea diſpoſuerunt ſtatuentes, nul-
lam mulierem ſuccedere poſſe alicui fratri præ-
dictę mulieris ab inteſtato, ſi dicto eius fratri ſit
frater:quaſi dixerint mulierẽ nõ ſuccedere fra-
tri,ſi dicto eius fratri frater ſit, qui ſit eodẽ mo-
do ſeu eius conditionis, & qualitatis frater ipſi
defuncto,quomodo & cuius cõditionis & qua-
litatis eſſet ſoror eidem defuncto illa mulier,de
qua ageretur.non autem excluditur mulier,quę
fuerit ſoror alio modo ipſi defuncto quàm fue-
rit frater,veluti ſi eſſet uterinus,qui cum conſan
guinea certare auderet, ut in facto propoſito
euenit. Et per conſequens non eſt ueriſimile,
ſtatutum uoluiſſe in eo uerſiculo loqui de fra-
tre uterino quęſtionem de hæreditate mouen-
te cum cõſanguinea, ſed uel de fratre utrinque
coniuncto certãte cum ſorore utrinque coniũ-
cta, vel de fratre conſanguineo tantum cum
ſorore tantum conſanguinea,uti ſeruetur ratio

propor-

14 proportionis, a qua quidē† proportione conſue
uit in iure ualidiſſimum argumentum duci.l.qui
quadringēta,& l.Marcellus.ff ad Sen.Conſ.Tre
bell.l.ſi ita ſcriptum,in principio.ff. de lib.& poſt
hum.quo etiā argumēto vtitur Bal.in auth. ceſ-
ſante.num.2.uerſi.nec obſtat quod fratrum.C.
de legit.hęred.& in l.binos.num.3.verſi. ſed ibi
lex C.de aduocat.diuerſ.Iudiciorum. & Bald. in
l.2.num.5.in 3.q.uerſi.dico etiam.C.de reſcind.
vend. ibi ,& hoc per locum à proportione. &
Oldrad.in conſ.121.Incip.Ad primam.nume.8.
verſi.tertio ſicut &c.

Voluiſſe autem ſtatuentes proſpicere agna-
tionis conſeruationi, præterquam quòd verba
ſtatuti pleriſque in locis hoc indicant,vt ibi,alijs
agnatis maſculis, & ibi inre agnationis. & alibi
ſepę oſtenditur etiam concludenter, quoniam
15 † ſtatuta, quæ excludunt fœminas propter ma-
ſculos,ſecundum doctores magis communiter
nituntur hac ſola ratione conſeruandę agnatio-
nis,vt habetur in l.1.§.quamuis.ff. de uentre in-
ſpic.& l.ſuper ſtatu.ff.de quæſtionibus.& §.cæte
rum.inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ. & Numeri ca-
pite vltimo.& Bart.in l.omnes populi.ff.de Iuſt.
& iure.Bal.in l.maximum vitium.C.de liber.præ
teritis.Iaſ.in l. qui filiabus. ff.de legat. 1. Ripa in
rub. ff. ſol.matrimonio nu.60.ubi Soci.iun. nu.
37.parte 1.Cumā.Alber.& Salyc.in l.1.col.pen.
C.de adulter.Bal.in l.2.ad finē.C. de in ius uoc.
& in l.certum,col.1.C. unde legitimi. Paul. Ca-
ſtrenſ.conſ.40.Incip.Præſens caſus.vol.2.Alex.
conſ.110.col.pen.vol.3,& conſ.89.col.2.uol.6.
Roman.conſ.411.colu.1.Soci.conſ.128.colu.1.
uol.4. Curtius Senior conſ. 81.& Curtius iu-
nior conſ.87.col.pen.Iaſ.conſ.221. col.5. uol.2.
Decius conſ.372.& Gratus conſ.63. col. 1. vol.
2. Ruyn.conſ.20.vol.2.& conſ.89. col.4.eodem
uolumine,Pariſius conſ.41.col.pen.nu. 75. uol.
3.Socin.iun.conſ.2.num.11.uol.1,& conſ.1.nu
me.43.& num.44.& vol.1. Et Tiraq.in tract.ceſ-
ſante cauſa, in limit.12.nume.15.cum pleriſque
alijs locis,quę ne longior ſim,omitto:ex quibus
pluſquam manifeſte patet, ſtatuta excludentia
fęminas propter maſculos ſecundum doctores
magis communiter fundari, & niti ſola ratione
conſeruandę agnationis.

Quo fit,ut nihil pręterea obſtet, dum domi-
nus Iudex à quo,negabat hæc ſtatuta hanc tan-
tum rationem conſideraſſe,& dicebat alias ra-
tiones adferri poſſe. Reſpondetur enim,quam-
quam nonnulli uoluerint hanc non eſſe ſolam
rationem iſtorum ſtatutorum, ſed alias reperi-
ri,ut per Iaſ.in l. 1.nume.4. de ſucceſſ. eodem &
Soci. conſ. 1.uol.1.& Soci.iun.conſ.1. num.26.
uol. 1.& Lapus allegat.101.num. 15.nihilominus
hæc ultima iſtorum opinio non eſt cōmunis uti
ſuperior,ut conſtat ex prædictis,& propterea in
iudicando non eſt attendenda, argumēto eorū
quæ habentur in c.1.de conſtitut.& Iaſ.in Auth.
nouiſſima num,23.C.de inoffic.teſtam.Deci.cō
ſi.203.num.4.& conſ.389.num.14.& conſ.381.
num.5.& conſ.180.num.2.cum locis conſocijs.

Secundo non obſtat,appellatione fratris in
dicto ſtatuto comprænhendi fratrem uterinum
ad excludendam ſororem,vt tenuit Benedictus
de Accoltis ſiue Socinus in hoc ipſo eodem ſta
tuto,conſ.1. vol.1,& conſ.304.quod eſt ultimū.
uol.2.& conſ.25.uol. 3. Quæ quidem reſponſa
in cauſa maxime fuiſſe uidentur, cur dominus
Iudex contra domminam Agatam, olim pronū
tiauerit. Reſpondetur enim ea conſilia, quę ſu-
perius deducta ſunt,emanaſſe ſuper alijs caſib.
& ſuper alia parte ſtatuti. Namque in dicto cōſi-
lio 1, in quo uim faciebat dominus Iudex, non
diſputabatur de fratre uterino, qui excluderet
conſanguineam, ſed agebatur de fratre uterino
teſtatoris,qui ſecundum prædictos doctores ex
cludit filiam teſtatoris,& conſequenter diſputa
batur non de uerſiculo. & nulla mulier,vel eius
filij) circa quem uerſatur quæſtio noſtra, ſed
diſputabatur de uerſiculo, & nulla mulier nec
etiam natus.cuiuſquidem uerſi. caſus,rationem
habet longè diuerſam ab ea,quæ militat in caſu
noſtro:quoniam ſi eo caſu, ſequamur deciſionē
Socini, dicere poſſumus ideo ibi appellatione
fratris, uterinum comprehendi, quia ſtatutum
in eo verſi.non tam agnatis in ea parte conſule
16 re uoluit,ut indicat illud uerbum,ex fratre† car-
nali,quod ſignificat ibi tractari de eo fratre,qui
ſaltem ex eadē carne genitus ſit,ſiue ſit germa-
nus,ſiue ſit vterinus,qui ſaltem reſpectu matris
ex eadem carne dicitur procreatus, vt per Bene
dictum,& Soc.d.conſi.1.nume.7.& 8.volum.1.
17 quinetiam eo reſpectu dicitur† portio uiſcerum
matris,l.prima.§. ex hoc reſcripto. ff. de uentre
inſpi.vt ex auctoritate Galeni docet Benedictus
de Accoltis,d.conſ.1.num.8.doct,in l. Gallus.in
prin.ff.de lib,& poſth. At verò in caſu noſtro, &
in ver.& nulla mulier vel eius filij,ſecus eſt,quia
cum ibi dicatur ſimpliciter,frater ſit,non autem
adijciatur,carnalis:oſtenditur ibi non agi de eo
fratre qui ex carne tantum matris progenitus
ſit vt eſt vterinus.Sed cur non de eo ſiquidem
fratris appellatione omnes propriè veniūt.Am
plius reſpondetur, quia dum dicit carnalis,non
conſiderat agnationem,ſed ortum:& iſtud,car-
nalis,non neceſſario denotat agnatum. Sed fra
ter ſimpliciter deſignat agnationem, ſed ſi fra-
ter continet etiam propriè uterinum, cum, e-
tiam in caſu noſtro nō conſiderat agnatos.am-
plius, quia hęc diuerſitas nō videtur probabilis,
ſed ſimpliciter intelligi de fratre,qui eſt conſan
18 guineus & agnatus, vt ſeruetur fauor† agnatio-
nis,cui ſtatuentes in d.verſic.& nulla mulier uel
eius filij;conſulere voluerunt. Quamobrem cū
ſint diuerſi caſus diuerſamq; rationem habeāt,
19 †non eſt mirum,ſi ex eis,non licet inferre.l.Papi
nianus exuli.ff.de min. & ſic diuerſum ius eſt ſta
tuendum,l.illud.ff.ad l.Aqui.& per conſequens
non eſt mirum,ſi in verſi.& nulla mulier nec ēt
natus,appellatione fratrum venit vterinus, & ta
men non uenit in verſi. & nulla mulier uel eius
filij, quanquàm enim vterinus propriè frater
eſt,Socin.d.conſi.1.vol.1.& conſi.25.volum.3.
& conſi.

& conſi. vltimo, volum. 2. & Alciat. lib. 1. in prin. de verb. ſigni. Nihilominus quoniam uterinus non eſt agnatus, contineri non poteſt in uerſic. & nulla mulier uel eius filij. ubi mens & intentio ſtatuentium fuit conſulere agnationi, quæ ſa
20 pè mens † præualet proprietati uerborum, & inſpici debet, & potius eſt attendenda. l. 1. C. ad l. Corneliã de ſicar. l. diuus. ff. co. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tuto. l. ſcire leges. ff. de legibus. c. humanæ. 22. q. 5. Præſertim cum in ſtatutis potius attẽdatur mens ſtatuentium quàm uerba. l. benignius. ff. de legibus. l. non dubium. C. de legib. Bar. in l. contra legẽ. ff. de legib. Crauet. conſi. 274. num. 11. uolum. 2.

Secundo reſpondetur, deciſionem Socini & cæterorum in d. conſi. non uideri tutam, dum uoluerunt in hoc ſtatuto, uerſi. & nulla mulier nec ẽt natus, compræhendi fratrem uterinum, & per eundem teſtatoris fratrem uterinum excludi filiam teſtatoris. Nanque cum uerisimile ſit, ſtatuentes in qualibet parte ſtatuti conſulere uoluiſſe agnationi ſecũdũ opinionem magis communem, quam ſupra retuli, profectò, neque dictus verſic. intelligi poteſt de uterino, in quo
21 non † uerificatur ratio conſeruandę agnationis, quę tamen debet eſſe generalis in qualibet parte ſtatuti, ad hoc ut ſit bona, ut dicit gl. in l. quia in eum ff. ad l. Acqui. & gloſ. in l. et ideo. ff. de legib. Rurſus Benedictus de Accoltis & Soci. d. conſ. 1. a communi opinione recedunt, quæ dicit ea ſtatuta niti ſolum ratione conſeruandę agnationis, dum alias rationes vltra cõmunem excogitare coguntur, ad defendendam eorum periculoſam opinionẽ, Quam eſſe falſam adeo ſuſpicatus eſt Albertus Brunus in Comment. ſuper ſtat. fœmin. articulo 12. q. 18. nu. 255. ut ſcriptum reliquerit, de hoc ſe dubitare, quia certũ
22 eſſe dicit in materia ſtatutaria ſororis, † & fratris appellatione uterinos non contineri, quare in opinionem tam dubitabili, non uidebatur fundanda tam firma deciſio contra prædictam dominam Agatam, præſertim cum ex his quæ dicit idem Socinus in conſ. ultimo uol. 2. & conſ. 25. vol. 3. manifeſte conſtet, eum in huiuſmodi quęſtionibus de vterinis ualde dubium extitiſſe, cũ in fine dicat, licet 1. concluſio ut mater (de qua ibi) excludatur in pũcto iuris ſit forte vera, tamẽ, iſta inquit, opinio ut ſimul admittatur multum placet, quę uerba aperte demonſtrant eum ſibi uix conſtitiſſe, ſed in utranque partem animũ ut incerti titubantes, & dubitantes faciunt impuliſſe gl. in rub. ff. de iur. & facti igno. in l. ſiquidem. C. de exception. Bart. in l. admonendi. col. 4. nu. 20 ff. de iure iurando. Soci. conſ. 115. incip. circa primum uerſic. unum non omitto, uolumine 1.

Tertio nihil obſtat argumentatio, quam dominus Iudex eliciebat a contraria ſignificatione ex uerſic. fratres uero uterini in d. ſtatuto Florẽtino, dum argumentabatur hoc modo; Vteri-
23 nus † frater non ſuccedit fratri uterino, quando extat coniunctus ex latere patris maſculus; ergo
24 à cõtrario † ſenſu, quod eſt in iure ualidum argumentum l. 1. §. eius rei. ff. de off. eius ubi non eſt maſculus conſanguineus, admittitur frater uterinus. At in caſu propoſito non extat maſculus conſanguineus, ſed ſolum extat fœmina conſanguinea, nimirum domina Agata, ergo Matthæus frater uterinus prædicti Nanis uidetur admittẽdus, quia inſtaris procedit argumẽtum a cõtrario ſenſu, doct. in l. conuenticulam C. de Epiſc. & clericis.

Reſpondetur enim ad hanc argumentationem, primo, licet regulariter in ſtatutis ualeat
25 argumentũ a contrario ſenſu, tamen † prædictũ argumentum non poteſt colligi, & non procedit in ſtatutis correctorijs, ſeu ubi ſic arguendo corrigeretur ius commune, quando ſtatuta in ſenſu directo & abſq; argumentatione a contraria ſignificatione, poſſunt aliquid operari. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ad finem. ff. de offi. proconſ. quam ſequitur Imola & Alex. in l. ſi ci dotem. penult. col. ff. ſolu. matrimonio Fely. in c. ſignificaſti, col. pen. in fi. cum ſeq. de foro compet. & Curt. iun. in l. 1. ff. de offic. eius. nume. 7. ubi etiam Iaſ. & Decius num. 59. & idem Decius conſ. 110. col. 1. & conſ. 507. & Ioan. Crotus in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. iure col. 44. & Albert. Brun. in comment. ſtat. fœm. articulo 6. q. 1. & iſta eſt cõmunis opinio, ut atteſtatur Cagnolus in l. 1 ff. de offic. eius nume. 131. uerſic. cum iſta concluſione. Quapropter cum dictus uerſiculus, fratres uero uterini. uim ſuam exerceat, & operetur in ſenſu directo, uterinos non ſuccedere uterinis &c. ſequitur, ut hoc caſu ex communi doctorum opinione ſupra relata argumẽtari in caſu noſtro nõ liceat à cõtrario ſenſu licet argumẽtari poſſit a cõtrario ſenſu in ſtatutis corectorijs, quando ſtatuta nihil operarentur in ſenſu directo quemadmodum procedunt ea quę de eodẽ ſtatuto Florentino dixerũt Dy. Cyn. Bal. in l. conuenticulam num. 4. C. de epiſc. & cler. & alia allegata per dominum Iudicẽ, quæ ut patet ex prędictis locum ſibi uendicant in caſu a noſtro ualde diſtanti.

Secundo poſito ſed non dato, ut in caſu noſtro a contrario ſenſu liceret argumentari; Reſpondeo adhuc tantum abeſſe, ut dictus uerſiculus, fratres uero uterini probent ſententiam domini Iudicis, at potius noſtram adiuuant opinionem. Ideo enim cauetur ſtatuto, uterinos nõ ſuccedere uterinis, extantibus coniunctis ex latere patris maſculis, qa ſi uterinis deferetur iſta ſucceſſio, lęderentur maſculi agnati, qui excluſi eſſent a ſucceſſione, quam rem ſtatutũ abhorruit, cum uoluerit conſulere agnationi ſecundũ prędicta unde ſtatutum admiſit maſculos ex latere patris, ut conſeruetur ius agnationis. At hęc ratio locum habet in caſu noſtro, & optime uerificatur, etiam ſi ſuccedat domina Agata, quia ſi ſucceſſio deferatur dominæ Agatæ, tunc agnatio magis defendetur, quàm ſi hæreditas deuolueretur ad uterinos, ergo militare debet ẽt diſpoſitio, ut ſcilicet dicta Agata admittantur & exclu

datur

datur Mattheas uterinus, argumen.l.illud.ff.ad leg.Aquil.

Magis autem conſeruari ius agnationis,ſi ſuccedat Domina Agata quàm ſi ſuccedat Matthæus,apertiſſimè demonſtratur,quia cum Matthæus,ut ſupra diximus,nunquam fuerit, & non ſit agnatus teſtatoris, proculdubio agnationem tueri nequit. Verum de Domina Agata aliud,
26 & contrarium dici poteſt. Nam quamuis in † deſcendentes natos ex fœminis agnatio non continuetur,nihilominus in perſona fœminarũ cõſeruatur agnatio, dum ipſę uiuunt, l.pronunciatio.ff.de uerb.ſig.l.2.§.1.iunct.§.& hęc quidem. Bal.in l.uni.C.quando non pet.par. Alex.conſil. 43.uerſicul.non obſt.id quod. uolum.3. ubi dicit, licet fœmina non procreet ſibi agnatos, & poſt eius mortem in eiuſdem filijs non duret a-
27 gnatio ipſa tamen fœmina,quæ ex agnato † maſculo naſcitur, agnata eſt,& dicitur ex linea maſculina. Itemque dum ipſa uiuit, conſeruat nomen familię,& agnationis, & cippum domus, & dum uiuunt admitti debent ad ſucceſſionem. Alex.conſil.55.lib.3.Iaſo,conſi.142.colum.6.uolum.2.& in l.2.colum.108.uer.uigeſimo primo. C.de iure emph.Corne,in conſil.229. in hac cõſultatione,colum.fi.uol.3. Pariſ. conſilio 47.numero 61.uolum.3.Soc.iun.conſil.168.nume.21.&nu.56.lib.2.& conſi.186,num.2.lib.1.& conſ.1.num.58. eodem primo libro,& conſi.2.nu.14.ſecundo vol.Ioan.Ceph.conſi.134.nu.47.vol.1.cum ſimil. Idcirco nulli dubium eſſe debet,quin per dict.do.Agatam,dum ipſa uiuit,agnatio conſeruetur,& per dict.Matthæũ nõ defendatur, & propterea certiſſimi iuris ſit a D. Agata dũ ipſa uiuit hęreditatem auocari non potuiſſe,nec debuiſſe, ſed potius ſtatuendũ ſit huiuſmodi Nannis hęreditatem ad eã perpetuò pertinere debere; quia licèt poſt illius mortẽ hęreditas peruentura ſit ad eos,qui nõ erunt agnati Nannis,nihilominus certũ eſt,eandẽ D.Agatã, fuiſſe & eſſe illius agnatã,id quod de Matthęo prorſus negatur,& audacter affirmari põt per dictam conſanguineã conſeruatum eſſe,& conſeruari ius agna-
28 tionis,quia nõ in totum dr̃ † falſum,qđ ueritatis primordio adiuuatur.l.cũ filius.§.hæres.ff.de legat.2.Quib.omnib. rebus oſtenſum fuiſſe arbitror,d.D.Agatam actricem fouere cauſam adeo bonam, ut iure optimo ſperare poſſit Excell. & eruditiſſ.D.Iudices dominos meos obſeruandiſſimos,ſententiam eſſe ſecundum illam pronuntiaturos.

Et ita iuris eſſe arbitror,ſaniori ſententia ſemper ſalua,ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M R I V M.

1 *Tutor nomine pupillorum tenetur ad canonum ſolutiones.*

2 *Debitores pupillorum tutoribus eorum ſoluentes ẽt ſine iudice,vel decreto liberantur. nu.4.*

3 *Qui ſe tribus annis proximis ſoluiſſe oſtendit, id etiam anteriori tempore feciſſe præſumitur.*

5 *Intellectus ad doctrinam Bar. in indiuiduo in l.certum.§ ſed an ipſos. ff. de confeſſ.*

6 *Solutio per apocham probatur, & ex ea liberantur debitores in præiudicium pupillorum,ſi in ea tutor confiteatur ſe recepiſſe pecuniam.*

7 *Emphyteuta tenetur mittere canonem ad domum proprietarij, niſi ſint emphyteuta, & dominus diuerſi fori, & loci, quia tunc non tenetur emphyteuta.*

8 *Emphyteuta an amittat ius ſuum, ſi rem emphyteuticam inconſulto, & recuſante domino alienauerit.*

9 *Clauſula, vendo tibi,ſaluo, & reſeruato beneplacito domini directi,vis.*

10 *Emphyteuta vendens rem emphyteuticam adiecta hac clauſula,ſaluo & reſeruato beneplacito domini,nec aliter,nec alio modo, an perdat emphyteuſim. num. 18.*

11 *Vaſallus alienans feudum irrequiſito domino,appoſita clauſula, ſaluo iure domini,&c. an videatur alienaſſe contradicente domino.*

12 *Alienatio valet, quando domino præiudicium non affert.*

13 *Vaſallus ſi alienat feudũ,reſeruato placito & cõſenſu domini,contractus ſtat in pendenti,nec amittit feudum,etiam ſi ſit proceſſum ad traditionem.*

14 *Alienatio eſt valida, cùm deuenitur ad traditionẽ cum conditione, ſaluo iure,&c.*

15 *Vaſallus quo remedio iuuetur, ſi vendat rem feudalem irrequiſito domino.*

16 *Verba,non aliter, nec alio modo, in alienatione rei feudalis,quid importent.*

17 *Emphyteuta ne incidat in caducitatem,quomodo ſibi ſuccurratur.*

19 *Traditio & effectus traditionis reſoluitur ob defectum conditionis.*

20 *Emphyteuta non eſt puniendus ſuo iure, ſi eſt paratus dominum effectu cognoſcere, canonem ſoluere, & moram purgare.*

21 *Alienans non incurrit periculum,niſi quando directus dominus deciperetur.*

22 *Traditio ſit facta ſi cũ tali reſeruatione,quòd res poteſt ſine difficultate haberi pro non alienata, emphyteuta excuſatur.*

23 *Alienatio non tenet tunc,quando res difficulter poteſt haberi.*

CONSILIVM IX.

Diuino nomine implorato.

DVO ſunt in hac emphyteuſis lite, quæ primo aſpectu Nicolao Poggibonſio negocium aliquod faceſſere videbantur. Primum,quia auctores eius non uidentur ſoluiſſe canones. Secundum quoniam ipſi dicuntur, dicto Nicolao bona emphyteotica,de quib.agitur, irrequiſito domino conceſſiſſe,proptereaq; cecidiſſe cenſentur ab eorum iure. Cæterum hæc exactius ſi cõ-

ſiderentur, conſtabit omnino neutrum obeſſe.
1 Nam quod attinet † ad canonum ſolutio-
nes, certi iuris eſt ad tutoris officium pertine-
re, nomina pupillorum exigere, eorumque de-
bitores ad ſoluendum compellere, niſi uelit ſuo
periculo eos deſinere eſſe ſoluendo. l.2. C. arb.
tut. l. debitoribus. ubi Odoffred. & Salyce. C.
de adminiſt.tut. Soc.iun.conſil. 148.num. 25. &
num. 29.par. 1. Bernar. Diaz. reg. 767. incip. tu-
tor, uel curator. Quamobrem debitores pupillo
2 rum, ſi redditus, vel penſiones † tutoribus ſolue
rint etiam ſine iudice, vel decreto, nihilominus
liberationem conſequuntur, l. ſancimus, prima
ubi Bar. Bal. & Saly. C. de admin.tut. Quinetiam
ſi fructus, vel penſio triennij eis fuerit ſoluta, re-
ctè ſolutio facta dicetur. vt dicit Angel. dict. l.
ſancimus, 1. ver. idem ſi reſtitueret. At in caſu
propoſito dicti Canones ſoluti fuerũt Dominæ
Catherinæ matri atque tutrici earum puellarũ,
ad quas directum dominium pertinebat; con-
ſtat igitur canonũ ſolutiones legitimè factas eẽ
Solutas autem fuiſſe integras penſiones, cõ-
ſtat, tum ex instrumento rogato a ſer Petroant.
Moot. tum etiam ex libello in actis deducto, &
authenticato, quibus in locis, cum diuerſis con-
tinuiſque temporibus complures ſolutiones fa
ctæ reperiantur, iure optimo præſumi poteſt, re
tro & antea quoque debitas penſiones ſolutas
3 fuiſſe. Nam † qui docet ſe tribus proximis an-
nis ſoluiſſe, id etiam anteriori tempore feciſſe
præſumitur, Bar. in l. pen. C. de apoch. lib. 10. Bal.
in l. inter debitorem, ner. extra quæro, ff. de pac.
Iaſ. in l. 1. ff. de off. eius cui man. eſt iur. Bar. in ſin
gul. 138. incip. qui oſtendit. & Petrus Rauẽ. ſing.
21. inc. qui oſtendit ſe trib. & Franc. Cremen. ſin
gul. 80. inc. item quæro.
Quæ concl. extenditur etiam ad emphyteu-
tam, ut per Bar. in l. ſi certis annis, col. 4. C. de pa
ctis, Ang. in l. qui aliena. in prin. ff. de acq. hæred.
Dec. in conſil. 286. n. 3. & Gab. Saray. in ſcholijs
ad dict. ſing. Bar. 21.
Inde uerò patet, ſolutiones legitimè fuiſſe fa
ctas, quod teſtes examinati ſup. 6. c. ad inſtantiã
d. Nicolai aperte demonſtrant d. Do. Catherinã
ſe geſſiſſe tanquam tutricem, & admioiſtratricẽ
bonorum ſuarum filiarum.
4 Quo caſu ſiquis † matri bona filiæ adminiſtrã
ti ſoluerit pecuniam, ignorãs etiam illam ius ad-
miniſtrandi non habuiſſe, rectè ſoluiſſe dicitur.
l. filiæ inteſtato, ubi Bar. & alij, ff. de ſolu. Rom. in
ſing. 166. inc. tu ſcis, Guid. Pap. deciſ. 173. inc. in
dicto ſuo.
Quibus ita ſtantibus, nihil obſtat, non proba
ri numerationem per confeſſionem matris tu-
tricis, quæ confiteatur quaſdam penſiones ſe re
cepiſſe iuxta tradita per Barto. in l. certum. §. ſed
ea, nu. 2. ff. de confeſſis, & Dec. com. in l. 2. §. cre-
ditum. nu. 14. ff. ſi cer. pet.
Quoniam reſpondetur communem opinio-
nem procedere, ubi tutor mutuo acciperet ali-
quid, uel confiteretur ſuper eo, quod in facto tu
toris non conſiſteret, tunc enim non præiudica
ret pupillo; non tamen locum ſibi uendicat illa
communis opinio, ubi tutor confiteretur ſe ſo-
lutum a debitoribus pupilli recepiſſe, & conſe-
quenter non procederet in confeſſione illius fa
cti, quod in ipſo tutore conſiſteret, tunc enim
proculdubio liberatur ſoluens. Et ita in indiui-
5 duo doctrinam Bartoli in d. l. certum. §. ſed an ip
ſos, intelligendam eſſe dicit Paulus Caſtren. in
conſilio 34. incipiente, Ego Paulus de Caſtr. nu
mero ſecundo, uerſicul. nunc ergo, par. prima. &
Cur. iun. in l. fi. §. quod obſeruari. columna ſecun
da, & columna 3. numero 22. & numero 23. C.
de iur. inr. propter cal. dan. ubi dicit hanc opi. eſ-
ſe veriſſimam. & eam tenuiſſe Imolam in l. ſi de-
6 bitorem, ff. de noua. Et per † apocham, in qua tu
tor confitetur ſe recepiſſe pecuniam a debitori-
bus pupilli, probari ueram ſolutionem, & ex ea
liberari debitores in præiudicium pupillorum.
Ex quibus apparet legitimè factas fuiſſe ſolutio
nes, poſito etiam & non dato, ut dicti emphy-
teutæ non miſiſſent canonum ad domum d. Do
minę Catherinæ, & eius filiarum dominarum di
rectarum iſtius emphyteuſis. licet enim tenea-
7 tur † emphyteuta mittere canonem ad domum
prietarij, vt per Iaſ. in l. 2. num. 63. verſicul. & no.
diligenter. C. de iure emphyteu. Nihilominus
id non procedit, quando emphyteuta & domi-
nus ſunt diuerſi fori, & loci, cuiuſmodi ſuot in
propoſita ſpecie: hoc enim caſu emphyteuta nõ
tenetur mittere canooem ad domũ directi do-
mini, ut per Bart. in l. item illa. ff. de conſtit. pe-
cun. & doct. in c. ſignificante. de pignor. &
Gozad. qui plura citat in conſ. 57. numero 3. co
lumna prima.
Quod uero pertinet ad ceſſionem ſeu aliena
tionem, per quam dicta bona emphyteutica ad
Nicolaum Poggibontium, ſecundũ emphyteu-
tam peruenerunt arbitror per huiuſmodi con-
ceſſionem ei factam ab hæredibus Nicolai Del-
maſtri bona in commiſſum nõ cecidiſſe, neque
ob id ad directos dominos deuoluta fuiſſe.
Quanquam enim iure cautum reperiatur, em
8 phyteutam † ius ſuum amittere, ſi rem emphy-
teuticam inconſulto & recuſante domino alie-
nauerit, ad actumque traditionis deuenerit, &
rem accipienti tradiderit, l. fi. C. de iure emphy.
c. potuit locati. Pariſ. cooſil. 86. numero 13. uo-
lumine quarto, Bald. in l. 1. C. de iure emph. quæ
ſtio. decimanona. & dicitur communis opin. ſe-
cundum Imo. d. c. potuit. & Alexand. in l. ſi a me.
columna ſecunda. ff. ad leg. falcid. Io. Ceph. coo-
ſil. 133. numero 51. & 85. uolum. primo. Nihilo-
minus ea concluſio non eſt perpetua, ſed aliquã
do (ut euenire conſtabit in caſu noſtro) uim ſuã
amittit, & deficit.
Etenim in primis dicta concluſio limitatur,
ut procedat, niſi in inſtrumento alienationis ap
9 poſitæ eſſent clauſulæ; uendo † tibi ſaluo, & reſer
uato beneplacito dom. directi, & non aliter, nec
alio modo; tunc enim licèt emphyteuta rem tra
diderit accipienti, & dominum nõ conſuluerit,
tamen a ſuo a iure non cadit, ut primò inquit
Bald.

Bald.c.1.§.fi.nu.5.in fi.in uſib.feud.Quę fuit pri
10 ma cau.benef.amit.ubi dicit,ſi emphyteuta†uē-
dit rem emphyteuticam adiecta clauſula, ſaluo,
& reſeruato beneplacito domini,nec aliter, nec
alio modo,non perdit emphyteuſim, quia nihil
actuu uidetur,quandoquidem conſtat eum nō
alienaſſe,niſi eatenus quatenus poſſet.

Secundo idem ſequitur Panor. in c.fi. col.fi.
uer.ult.hic quæro,tit.de feud. ubi dicit,ſi uaſal-
11 lus †alienauit feudum domino irrequiſito,& ap
poſuit clauſulam ſaluo iure domini,& non aliter
uel alio modo, tunc contradicente domino nō
uidetut alienaſſe.

Tertio idem dicit Card.Zaber.d.c.fin.col.2.
num.1.uer. 8. opp.tit.de feud.& in c.quę in ec-
cleſiarum,nu.14.q.13.de conſt. ubi dicit aliena-
12 tionem eo † caſu ualere, quia nullum domino
præiudicium inferri poteſt.

Quarto tenet hoc Soc.in conſ.251.col.4.n.4.
uer.poſtremo coneludenter, 2.uol. ubi dicit, ſi
uaſallus ſine conſenſu domini uendat, & tradat
ſaluo iure domini,proteſtatio non iuuat,niſi di-
ctum ſit,nec aliter,nec alio modo. eo enim caſu
nihil uidetur actum quandoquidem emphyteu
ta non uult alienare niſi facta tali proteſtatione
& ſine pręiuditio.

Quinto firmat hoc idem Matthęus de Affli-
ctis in c.1.de prohibita feudi alien. per Fede.in
ſectione incip.uigeſimoquarto,q.38.nu.25.uer
ſic.2. caſu etiam ſi proceſſum eſt ad traditionē,
13 ubi dicit ſi uaſallus alienat † reſeruato placito
& conſenſu domini,contractus eſt in pendenti,
& non amittit ius ſunm,nec perdit feudum etiā
ſi proceſſum ſit ad traditionem.

Sexto additur authoritas Fely.in c.quę in ec-
cleſiarum, col.31.uer.tertius caſus eſt quando
deuentum eſt,char.pen.de conſt.ubi dicit,quan
14 do † deuentum eſt ad traditionem cum condi-
tione, & proteſtatione, ſaluo iure domini, &
non aliter,nec alio modo,alienatio tenet,& alie
nans non cadit a iure ſuo.

Septimo dicit Guid. Pap.deciſ.163.incip.ſed
15 ſecundum iura,nu.1.ubi dicit,remedium † uaſal
li eſſe, ſi uendat rem feudalem irrequiſito domi
no, ut dicat in inſtrumento, ſaluo iure dominij,
& non aliter,nec alio modo, quia licet uendat,
& tradat,non cadit a ſuo iure.

Octauo eandem opi.ſequitur Rub.Alex.in l.
non ſolum,§.morte,n.32.uer.3.caſus, & n.322.
ff.de ope: nou.nun.

Nono hoc idem tradit Hormanoct,Detus.in
16 d.§.morte,nu.96.uer.inferius,& nu.97. † vbi di
cit emphyteutam per illam proteſtationem non
releuari,niſi dixerit,non aliter, nec alio modo.

Decimo facit id quod inqnit Iaſ. in d.l.fi. nu.
142.col.antepe.C.de iure emph. ubi uoluit per
clauſulam,non aliter,nec alio modo, emphyteu
tam uendentem ſibi conſulere,ne incidat in ca-
ducitatem.

Vndecimò, eadem opinioni inhæret Marti-
nus de Garatis laudenſis lib.2. ſuper titulo 2.
de feu.nu.20.pag.484. vbi dicit emphyteutam
non excuſari in tali uenditione, niſi adijciat &
non aliter.&c.

Duodecimò, id autem comprobat Gulielm.
Hanneton. in tractat. de iure feudorum, libro
4.capitu.7.

Decimotertio idem Franciſcus Ripa in c. cū
M. Ferrar. num.80. verſic. ſecundo intellige,
vbi dicit emphyteutam alienantem irrequiſi-
to domino excnſari per illam clanſulam ſine prę
iuditio domini, nec aliter, nec alio modo. &
dicit hanc opiniō.eſſe communem.Et idem Ri-
pa in reſponſo primo ſuper ff. nouo, numer. 3.
18 vbi dicit,ꝙ emphyteuta † alienās ſaluo conſenſu
domini & non aliter nec alio modo, non perdit
emphyteuſim,etiam ſi ſecuta ſit traditio,quia il-
la verba nec aliter nec alio modo ſunt reſoluti-
ua contractus. & hanc opinionem dicit eſſe
communem.

Decimoquartò, eam ſequitur Iulius Clarus
ſententiarum.lib.30§. emphyteuſis uerſi. Item
quæro,ubi dicit eſſe communem, & §. feudum,
quæſt.31.uerſi.bene uerum eſt, ubi dicit hoc ſe-
qui communiter Canoniſtas,& q.15.uerſi.con-
trariam.

Decimoquinto eandem opinionem ample-
ctebatur Cur.ſen.in conſil.8.incip.uiſo inſtrum.
num.3. & num.4.

Quinetiam inquit Marinus Freccia lib. 2. de
feudis,in ſect,1.authoritas, nu.25. & nu.26.fol.
104. ſatis eſſe uendere ſaluo domini aſſenſu, &
bona fide tradere ſine alio uerborum articulo,
& ſi dominus diſſentit,nulla eſt venditio ob de-
fectum conditionis uoluntatis, & nulla eſt tra-
ditio,ſi dominus nolit præbere conſenſum, &
19 nihil eſt actum † etiam ob defectum conditio-
nis reſoluitur, traditio; & effectus traditionis,
modo in hoc non ſit aliqua deceptio, & emphy
teutæ ſint parenti dominum effectu agnoſcere
canonem ſoluere, & moram purgare, quo caſu
20 noui emphyteutæ non ſunt explicandi ſuo iure
ſecundum eum loco citato Suarez nu.104. uer.
excepta.fol.76. Rip.l.2.num.38. ff.ſi cer.pet.

At primi emph.qui d.Nicolao Poggibontro
ſua iura ceſſerunt,omnes has clauſulas in inſtru
mento ceſſionis oppoſuerunt, vt ex eius lectio-
ne conſtat,vbi dicitur reſeruato beneplacito in
fraſcriptarum filiarum,nec aliter,nec alio modo
dederunt & ceſſerunt &c.& infra, & cum dicta
reſeruatione, & non ultra uel aliter nec alio mō
huiuſmodi ceſſio facta ſit & ītelligatur.& poſtre
mo loco nec aliter, nec alio modo, quia dictis
proprietarijs non intendunt,ne enolunt modo
aliquo per præſentem contractum pręiudicare.
Ex quibus uerbis,quę cum ſæpius repetita ſint,
debent attendi gloſſ. in verbo diœceſanis. ver-
ſicul.nec poteſt.in clemen.prima,de iure patro-
nat.Iaſ.in l.ſi conſtante.in princip.num.83. ver-
ſicu. qnarto limit.colum.decimaquarta.ff. ſolut.
matrimonio conſtat dictos contrahentes & ho
nori,& utilitati directorum dominorum conſu-
lere voluiſſe,ob idque rem in commiſſum non
cecidiſſe.

Secunda quoque concluſio illa, quæ habet, emphyteutam alienantem, & tradentem rem emphyteuticam inconſulto Domino, ius ſuum amittere, procedit, niſi huiuſmodi alienatio eſſet, in qua domino præiudicium inferretur, quia & in traditione dolus adeſſet, & non poſſet dein de dominus directus eam debito tempore recuperare, vel quia in aliquem, ſe potentiorem eſſet alienata, vel quia res emphyteutica talis eſſet, quæ non niſi cum magna difficultate recuperari, & reuocari poſſet, veluti ſi eſſet aliquod Caſtrum, vel aliqua arx, quæ difficulter expugnari poſſet, his enim caſibus non excuſatur per has clauſulas emphyteuta alienans; ſecus vero ſi res facile poteſt recuperari, nam tunc illæ clauſulæ proſunt, & excuſetur is qui alienauit ſaluo iure domini, & non alio modo. Quam limitationem plures tradiderunt.

Et primo Aluarottus in c. 1. col. 5. nu. 15. uer. quæro quid ſi vaſallus. de prohib. ſeud. alien. per
21 Fed. vbi dicitur alienantem † non incurrere periculum, niſi quando in alienationem directus dominus deciperetur, & quando in ea dolus interueniret, vt facile res non poſſet recuperari, ut euenit in caſtro, vel ſimili re.

Secundo idem tenet Bal. in l. 1. q. 16. C. de his quæ penæ nomine, & in c. Cumana, num. 3. uer. & prædicta faciunt, de elect.

Tertiò idem d. Ant. Ramba in add. ad deciſ. Guid. Pap. 163. in verbo, non alias, ubi dicit dictum emphyteutam cum clauſulis illis, nec aliter nec alio modo, alienantem excuſari, niſi per corporalem traditionem deceptio, aliqua intercederet.

Quarto idem ſenſit Fely. in c. quæ in eccleſiarum, d. col. 31. ver. tertius caſus eſt, de conſtitut. char. pen.

Quinto eandem ſequitur Franciſchinus Curtius in tract. de feudis, parte quarta, q. 20. n. 112. fol. 264. vbi dicitur quādo deuentum eſt ad tra
22 ditionem cum tali † reſeruatione, & res poteſt ſine difficultate haberi per non alienata, & tunc cum parum interſit domini, emphyteutæ excuſantur.

Sexto nihil aliud ſenſit Rip. in d. c. cum M. Ferrarienſis nu. 80. uer. ſublimita tamen, d. conſtit.
23 vbi dicit non ualere † alienationem, quando res difficulter poſſet recuperari.

Septimo idem tenet Ant. Rubeus Alex. in l. non ſolum. §. morte. d. num. 322. ff. de operis noui nuncia.

Octauo idem d. Marinus Freccia d. lib. 2. de feudis, in ſect. incip. 1. authoritas, num. 25. & numero 26.

Nouo idem tenet Guliel. Anneton. d. lib. 4. c. 8. de feudis ubi dicit dominum excuſari, niſi forte in eum ipſe emphyteuta alienauerit, a cuius manib. feudi poſſeſſio, vel nullo modo, uel difficulter poſſet recuperari.

Decimo hanc limitationem ſequitur Iul. Cla. d. lib. 4. ſen. §. emph. uer. item quæro. fol. 217.

Vltimo eandem opi. ſequitur, & pluribus rationib. & authoritatib. illuſtrat. Rol. a Val. in cōſil. 51. nu. 30. & ſeq. par. 2.

At in propoſita ſpecie non agitur de arce, uel caſtro, vel alia re, quæ difficulter poſſit recuperari, neque de perſona potentiori, ſed de ea quæ facile in iudicio conueniri poteſt, & ad parendum compelli, ut pluſquam notorium eſt, præſertim in dictione Sereniſſimi noſtri Ducis, ubi Iuſtitia viget, deq; eo agitur emphyteuta qui dominium recognoſcere paratus eſt, & qui ea lege rem accepit, qua primus emphyteuta iam receperat, quo caſu conceſſio ualet, ut per Henric. Boic. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. Non eſt igitur dubitandum, quin alienatio facta ualuerit, & quin per clauſulas ſupradictas ipſe primus emphyteuta alienas ſibi conſuluerit, & per conſequens etiam Nicolaus Poggi bontius de iure debeat obtinere ſuper uniuerſa & tota cauſa non ſolum pro parte minorum, qui cum minimè ratum habuerint alienationem, uel traditionem, ſibi præiudicare non potuerunt, iuxta tradita per Rip. in reſp. 4. ſuper tit. ff. de iure gen. num. 22. cum conſocijs.

Et ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMRIVM.

1 *Verbum, quandocunque, ſubſtitutionem compendioſam ſignificat.*

2 *Subſtitutio compendioſa per verbum, quandocunque concepta, continet ſubſtitutionem vulgarem.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſub compendioſa comprehenſa quando habeat locum.*

4 *Subſtitutio vulgaris ſub compendioſa comprehenſa non expirat, etiam ſi inſtitutus moriatur in vita teſtatoris.*

5 *Subſtitutio compendioſa continēte vulgarem, a vulgari teſtamentum vires capere videtur, ſi filius inſtitutus decedat in vita teſtatoris.*

6 *Teſtamentum an infirmetur ſi primus gradus redda tur inualidus.*

7 *Teſtamentum vires ſuſcipit a ſubſtitutione.*

8 *Filia an poſſit aliquid vltra dotem, quam pater ei reliquit in teſtamento iure inſtitutionis petere.*

9 *Filia an poſſit petere ſupplementum congruæ dotis, & an ſupplementum legitimæ.*

10 *Dotis nomine aliud eſt petere, aliud nomine legitimæ.*

11 *Supplementum dotis quo caſu peti poſſit.*

12 *Filia a patre dotata, de incongrua dote nequit conqueri.*

13 *Pater præſumitur melius filiæ cōſulere quàm quilibet alius.*

14 *Dos congrua illa eſt, cuius quantitas minor non eſt legitima portione.*

15 *Pater cum dotat filiam, dos poteſt eſſe minor legitima.*

16 Filia

16 *Filia a patre dotata, ſi in dote enormiter læſa fuerit, ita ut in dotis conſtitutione adſit magnus exceſſus, propter talem exceſſum reclamare poteſt.*
17 *Exceßus magnus quis dicatur in conſtituenda filiæ dote.*
18 *Iudicis arbitrium in declaranda dote quantum operetur.*
19 *Remedium petendi ſupplementum legitimæ quibus competat.*
20 *Legitima an debeatur filio legitimato ſicut legitimo, & naturali.*
21 *Legitimatus conſequitur legitimam titulo honorabili inſtitutionis.*
22 *Legitimatus non poteſt in legitima grauari per fideicommiſſum.*
23 *Legitimatus ſi moriatur non detracta legitima, ius detrahendi eam transfertur ad hæredes.*
24 *Legitimatus ſi fuerit præteritus, poteſt rumpere teſtamentum.*
25 *Filia, cui nihil iure inſtitutionis pater reliquerit, ſed aliquid tantum iure legati habuerit, an poßit ipſi ſuccedere ab inteſtato, ex diſpoſitione ſtatuti ita loquentis.*
26 *Membra non decet eſſe diſcrepantia a capite.*
27 *Argumentum a contrario in ſtatutis, an procedat.*
28 *Statuti una pars aliam declarat.*
29 *Caſus omißus remanet in diſpoſitione iuris.*
30 *Illatio non fit ex diuerſis.*
31 *Legitima eſt portio portionis debita ab inteſtato.*

CONSILIVM X.

In Dei nomine.

PRIMA dubitatio quæ oritur nunc ex teſtamento Lanfredini de Ruſpigliaſis eſt. Defuncto Sempronio filio, & hærede inſtituto, ante Lanfredinum teſtatorem eius patrem: an vniuerſa hæreditas eius ab inteſtato pertineat ad Dom. Catherinam filiam legitimatam dicti Lanfredini, quaſi illius teſtamentum propter mortem Sempronij deuenerit in cauſam caduci. An uerò ratione aliqua ſuſtineatur teſtamentum, & perueniat dicta hæreditas ad ſubſtitutos dicti Sempronij.

Huic quæſtioni breuiter reſpondens, dico hæreditatem prædictam pertinere ad ſubſtitutos, non autem ad Do. Catherinam. Quoniam ut patet ex uerbis dicti teſtamenti dicentis, & ipſi Sempronio ſubſtituit, inſtituit, & hæredes eiſe voluit Vrſinum &c. & Lap. Io. Bap. &c. Lanfredinus teſtator fecit ſubſtitutionem compendio
1 ſam, vt ſignificat illud † verbum, quandocunq; iuxta gloſſ. in l. Centurio, ff. de vulg. Bal. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt. Quæ compen-
2 dioſa † continet ſubſtitutionem vulgarem, ut per Paul. Caſtren. conſil. 86. num. 1. incip. Dubitatio vertitur, par. 1. Alex. conſil. 1. num. 1. & nume. 15. & conſil. 121. num. 1. in 1. uolum. Iaſ. conſ. 181. num. 17. uolum. 2. Dec. conſil. 416. nume. 6. Rip. in l. Centurio, num. 146. ubi Alc. num. 33. ff. de uulg.

3 Atqui vulgaris ſubſtitutio † comprehenſa ſub compendioſa, locum habet etiam quando inſtitutus decedit in vita teſtatoris, ut ultra allegata per alios tenet Barto. in conſi. 5. incip. Viſa quadam petitione, num. 1. & conſ. 38. incip. Paulus Bagon. de Bon. numero primo, ubi dicitur ſubſtitutionem compendioſè filio factam continere vulgarem, quę locum habet, etiam ſi fi-
4 lius uiuo patre decedat. Etenim † ſubſtitutio uulgaris comprehenſa ſub compendioſa, factaque per uerbum, quandocunque, non expirat, etiam ſi inſtitutus moriatur in uita teſtatoris, ut dicit Bald. in conſil. 151. incip. Quanquam prudenter, uolum. quarto, & conſil. 418. incip. Quia in ſubſtitutione, numero primo, eodem uolu. & Corn. in conſil. 297. numero decimo, uolumine primo, & Iaſon in l. precibus, numero duodecimo, ubi etiam Dec. numero decimoſexto, uerſ. ſed tamen, C. de impub. & alijs ſubſt. & Soc. iunio. conſil. 106. numero primo. & conſilio 121. numero decimo, uolumine primo, ubi dicit cõpendioſam continere uulgarem, decedente hærede ante mortem teſtatoris. & Ruy. conſil. 89. num. 6. uolum. quarto. & Pariſ. conſil. 66. numero trigeſimoquarto. uolumin. tertio. ubi dicunt compendioſam factam per uerbum commune cõtinere vulgarem, idque verum eſſe ſiue decedat ante teſtatorem, ſiue poſt eius mortem. Quanquam enim ſubſtitutio compendioſa, cuius uerba non adaptantur uulgari ſubſtitutioni, cuiuſmodi ſunt, quandocunque filius inſtitutus hæres factus, uel poſtquam ſe hæreditati immiſcuerit, uel poſtquam adierit hæreditatem, deceſſerit, uulgarem ſubſtitutionem non continet ſi contingat inſtitutum decedere in uita teſtatoris; tamen ſubſtitutio compendioſa ita concepta, ut eius uerba uulgari ſubſtitutioni aptari poſſint, qualia ſunt uerba ſubſtitutionis ſimpliciter factæ per dictionem, quandocunque deceſſerit &c. utique locum habet decedente hærede inſtituto etiam in uita teſtatoris, ut per Bald. in conſil. 170. incip. quidam Nicolaus, nu. 8. uol. 5. & Corn. conſi. 199. num. 3. & num. 21. uolum. 2. hoc enim caſu, quo fit ſubſtitutio compendioſa ſimpliciter, exempli cauſa, ut dixi, quandocunque ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo &c. tunc ſubſtitutio intelligitur facta, ſiue hæres inſtitutus deceſſerit hęreditate adita, ſiue non adita, & etiam ſi decedat inſtitutus, vel ſubſtitutus, uiuo teſtatore. Ang. in l. quamdiu. tertio no. octauo uerſicul. uigeſimo ob. ubi etiam Paul. Caſtren. nu. 7. ff. de acq. hæred.

5 Cumque dicta † compendioſa uulgarem contineat, ſequitur ut ab ea uulgari poſſit uires capere teſtamentum, ubicunque defectus contigerit ex parte inſtituti. Bertrand. conſilio ducenteſimo octuageſimoſexto, numero ſecundo, uoluminis tertij, parte ſecunda. & conſilio centeſimo ſexageſimoſexto, numero 1. uoluminis

ſecundi parte priori,& conſil. 161.nu. 1. volu. 7. vbi dicitur, ſubſtitutionem compendioſam con tinere vulgarem expreſſam verbis generalibus, a qua teſtamentum poteſt vires capere, ſi filius inſtitutus decedat in vita teſtatoris,ut tenet etiã Marcantonius Natta conſ. 147. nume. 2. & ſeq.
6 volum. 1. licet enim primus gradus † reddatur inualidus & nullus, nihilominus teſtamentum ſubſiſtit, quoniam poteſt incipere a ſecundo.& ideo ſuccedit ſubſtitutus decedente primo inſti tuto in vita teſtatoris, ut per Aret. in d.l.quandiu, colum.pen.num.8. ff. de acq.hæred.& pro-
7 pterea vulgo dicitur, † teſtamentum hodie ſumere vires, a ſubſtitutione, l.3. §.fi. ff. de lib. & poſthum.l.vna.§.pro ſecundo. C. de cad. tol. l. Thais ancilla,ff.de fideicom.liber.Iaſo.l.ſi pater, 2.nu.3 ff.de vulg.& in l.Gallus, in princ. nu.76. ff.de lib.& poſthu.& in rub.ff.de legatis primo. num. 14.ubi Io.Criſpus nu.37.& Iacob. de Nigr. num.6.& Berenga.in l.in quartam. in prima præ fat.cap.1.ff.ad l.Falc.Bolog.rub.ff.de vulg.nu.6.

Secunda dubitatio eſt, dato vt vniuerſa hære
8 ditas pertineat ad ſubſtitutos,an d.D.† Catherina poſſit petere aliquid vltra mille ſcutos, quos pater ei reliquit in teſtamento iure inſtitutionis pro dote.

Cui quidem quæſtioni, vt accommodari poſ ſit exacta reſponſio: imprimis diſtinguendum
9 puto. Namque aut quærimus,an † Dom. Catherina poſſit petere ſupplementum congruæ dotis, aut verò quærimus an poſſit petere ſupplementum legitimæ, quæ ſanè duo diuerſa ſunt;
10 quandoquidem † aliud eſt petere aliquid nomine dotis,aliud vero eſt petere nomine legitimę, iuxta ea quę tradit Ruy.conſil.34.num.3.& conſil.26.num.17.& conſil.60.num.8.vol.3. licet Iacob.Alba hæc confundere videatur, conſil.23. numero 3.

Itaque ſi de ſupplemento dotis quæramus, reſpondeo dictam Dominam Catherinam, etiam
11 ſi habuiſſet dotem minorem legitima, ob id † tamen ad ſupplementum dotis agere non poſſe, niſi in ipſa dotis conſtitutione grauiter & enormiter læſa eſſet,eiuſque pater in ea dotanda pietatis officium magnopere exceſſiſſet.
12 Etenim filia,quæ a patre † dotata eſt, de incõ
13 grua dote conqueri nequit; cum pater † credatur melius filiæ conſulere quàm quiſquam alius l.nec in eo.ff.ad l.Iul.de adul. & propterea quando pater dotat,inſpici non debeat quantitas patrimonij,l.quæro,ff. de iure dot. nec ei quæſtio referri poſſit,quòd modicam dotem filiæ conſtituerit,nec tollerandum ſit,ut alij incongruam eſſe dotem iudicent, quam pater congruam eſſe putauit,Paul.Caſtren. conſil.421. ver. ſecundo, parte ſecunda,argum.l.ſi furioſo,ff.de curat.fur. Et propterea firmant doct. communiter, regulariter filiam a patre dotatam non poſſe petere ſupplementum congruæ dotis, vt per Paul.Caſtren.conſil.275.incip.ſuper primo quæſito,columna 3.verſicu.ſecundo an poſſit,parte prima, & conſil.403.numero primo,par.ſecunda. Alexand.conſil.33.inci. Videtur ſuper dicto primo quæſito.numero quarto,volum.quarto.Rimin. conſil.4.numero 20.primo uolum.Cur.ſen.con ſil.80.columna fi.numero 4.Soc.conſil.288.incip. Circa primam quæſtionem, numero 21.columna 8.uerſicul.confirmantur prædicta, ſecundo volum.Iaſo.in l.uoluntatis,C.de fideicomm. & conſ.231.incip.Redemptoris &c.iſti impuberes,numero quarto,uolum.ſecundo. Ruy.conſ. 52.numero 13.uolum.ſecundo, & conſ.27. columna fi.numero 15.uolum. 3.& conſi. 34. num. 7.eod.3.uolumin. Dec.conſil.203.numero 7. & conſil.276.num.1.& conſil.279. numero 14. & conſil.180.numero ſecundo,& conſil.611.num. 7.& conſil.181. num.5.& Alc.in tract.præſump. reg.1.præſump.ſecunda,numero 8. verſic.ex eadem ratione, Io.Cephal. conſil.34. numero 22. primo uolum.

Locum autem habere concluſionem prædictam,& ampliari,etiam ſi dos ſit minor legitima demonſtratur, quia ſecundum doct.communi-
14 ter † cõgrua quidem dos dicitur illa cuius quantitas minor nõ eſt quàm legitima portio, ut per Salyc.Auth.res quæ,in 2.no. C. commu. de leg. Bald.in conſil.328.incip.cum in cauſa, ver.quæritur,lib.3.Ang.conſil.367.incip. Dom. Georg. in 4.dub.Caſtren.conſil.362.incip. Si ſtatutum. lib.1.Alex.conſil.169.numero 7.lib.7. Corneus conſil.290.lib.3.& conſil. 107.numero 12. uol. ſecundo.Iaſo.in Auth.nouiſſima, in 6.notab. C. de inoff. teſtam. Cur.ſen. conſil.16.numero 11. Socy.ſen.l.hæredes mei,§.cum ita,colum.ult. ff. ad Senatuſcon.Trebel.Dec. conſil.26. numero primo, & conſil. 379. numero decimoquarto, ubi dicit hanc eſſe communem docto. opinio. Bar.conſil.161.colum.2. uerſicul.& ſi quæris.libro primo.Ruyn.conſi.60.numero 3.uolum.3. Tiraq.in re pe.l.ſi unquam, in verbo liberos ſuſceperit.num.92.C.de dona. Crau. conſil.236. nu.3.uolu.2.ubi atteſtatur hanc opi.eſſe com.& Iac.Phil.Por.conſil.6.nu.63.lib.1. & Io.Cephal. conſil.245.nu.27. par.2.
15 Veruntamen quando † pater ipſe dotet,tunc dos poteſt eſſe minor legitima, neque opus eſt, ut dos legitimæ portionis ſummam adęquet, Iaſo.in l.voluntatis,uer.no.etiam,C.de fideic.Ruynus conſil.56.nu. 11 1.lib. 3.Crau.conſil.236.4. uerſicul.quinimo,par.ſecunda,Iacob.Phil.Port. conſil.6.numero 64. lib.1. & ita poteſt ſine ulla dubitatione locum habere, & intelligi,id quod dicit Soc.in conſ.288.nu.15.uſq; ad n.20.uol.2.

Sed enim ſupradicta concluſio ita ampliata, ut ſcilicet filia a patre dotata in minori ſumma, quàm ſit legitima,non poſſit propter hoc petere ſupplementum dotis, limitatur procedere niſi ipſa filia per patrem in conſtituenda dote enormiter læſa fuerit,& niſi in dictæ dotis conſtitutione magnus exceſſus adeſſet, tunc enim
16 propter talem † exceſſum filia reclamare poſſet, per Paul.Caſtren.in conſil.275.nu.6. incip. Super primo quęſito,lib.1.quo in loco ſcriptũ reliquit dotem a patre conſtitutã in dubio ſemper

præſumi

præſumi congruam, niſi magnus exceſſus aper-
tè contrarium arguat,ut per Alexand.conſi.33.
numero quarto,uolum.quarto. Iaſo.in l.uolun-
tatis,numero ſecundo, C.de fideicommiſſ.& in
conſil. 33.numero quarto,uerſicul.ad idem con
tra,uolum. quarto. Dec.in conſilio 26. nume.3.
uerſicul.non obſtant,& conſil.203. nu.7.& con
ſil.230.num. 3. uerſi.quartò conſiderandum, &
conſil. 170.num. ſecundo,& conſil.181. numero
5.& hanc eandem limitationem tenet Laur. de
Palatijs in tract.de ſucceſſ.maſcul. in 2.par.prin.
in §.ſed an filia.num.18.& Cur.ſen.conſil.27.in-
cip.Mag.uir.num.28.uerſic.& hoc caſu.Ruynus
conſilio 152.incip.Proſequendo,numer..12.uo
lum.quinto,& Alc.de præſump.reg.1.in ſecun-
da præſump.numero octauo.& Io. Cephal.con-
ſil. 34.numero 22. & numero 35. & conſil.142.
17 numero 27.volum.primo.Magnus † autem ex-
ceſſus dicitur exempli cauſa,ſi pater habet in bo
nis decem millia, & unicam tantum ſuſcepit fi-
liam, cui ducēta ſolùm pro dote reliquit, in alijs
uerò fratrem ſcripſit hæredem, tunc enim filia
doti tam exiguæ acquieſcere non tenetur, & ſal
tem duo millia ei dari debent, ut dicit Paul.Ca-
ſtren.conſil 279.num.6. 1.vol. Et dicitur inter-
cedere enormis læſio,ſiquidem pro quatuor mil
libus filia ſexcentum ſolummodo accepiſſet, vt
refert idem Decius conſil.551.num.2.& in con
ſil.181.columna ſecunda.vbi dicit læſionem de
bere lōgo interuallo excedere legitimam,ut te-
net etiam Iac.Alba d.conſil. 23.n.3. ubi amplius
18 dicit in † declaranda congrua dote multum poſ
ſe iudicis arbitrium. & inquit bonum eſſe pete-
re huiuſmodi ſupplementum dotis,& habere iu
dicem fauorabilem,ut per eum ibidem numer.
quarto. Cum igitur,vt mihi proponitur, d.Do-
mina Catherina a patre,ita dotata fuerit,ut gra-
uiter læſa videatur,conſequens eſt,ut petere poſ
ſit ſupplementum dotis vſque ad illum magnū
exceſſum, in quo eam læſam fuiſſe probabitur,
& non vltra ſecundum prædicta.

Quòd ſi quæratur, an dicta Domina Catheri
na petere poſſit ſupplementum legitimæ, reſpō
dendum arbitror,ei licere dictæ legitimæ portio
nis ſupplementum petere,ſi id quod ipſa habuit
non aſcendat ad integram legitimæ quanti-
tatem.

19 Quoniam † remedium petendi ſupplemen-
tum legitimæ competit illis quibus debetur le-
gitima,vt breuiter in l.omnimodo. §.ſcimus.C.
de inoff.teſtam. & in ſpecie hoc dicunt Pariſius
conſil.7.uol.2.num.4.& Bero.conſ.136.in prin
cip.2.vol.& ult loco,Roland.a Val.conſil.96.nu
20 mero 55.vol.3. Atqui legitima debetur †filio le
gitimato ſicuti debetur legitimo,& naturali. gl.
in Authen.ſi qua mulier,quam ad hoc no.ibi Sa
lyc.C.de ſacroſan.eccleſ.& tenet Bald.in cap.de
cauſis.de off.deleg. & in additio. ad Specul. tit.
de ſucceſſ.ab inteſtatò.& Bened.de Plum.in di-
ſput. habita Bon. incip. conſtit. Piſ. in ſecundo
dubio. & Alexand. in conſil. centeſimo trigeſi-
monono,columna prima,uolumine primo. An-
gel.in Authen.quib.mod.nat.effic.ſui,§.vltimo,
& Iaſo.in conſil.154.columna antepenul.uolu-
mine ſecundo. Et Fabia.in Auth.nouiſſima,nu-
mero uigeſimoſexto, C.de inoſ.teſta. ubi etiam
Iaſo.numero decimoquarto, qui firmant filium
21 legitimatum conſequi † debere legitimam titu-
lo honorabili inſtitutionis, ut per Bero.conſilio
quinquageſimoſeptimo, numero quadrageſi-
mo,uolumine ſecundo,& conſilio centeſimo tri
geſimoſexto,in principio,eodem uolum.& Ruy
nus conſilio octuageſimoquarto, numero quin
to,volumine tertio.Tiraquel.in repetitio.l.ſi un
quam.in verbo,ſuſceperit. numero ſeptuageſi-
monono.C.de reuoc.donatio.Pariſius conſilio
ſeptimo,columna prima,in principio,uolumine
ſecundo,& conſilio quinquageſimoquinto, co-
lumna prima,uolumine tertio, & Alc.conſ.335.
incip.Circa hæreditatem Domin.Paul.numero
primo,ubi dicit hanc concluſionem non eſſe du
biam. & Ioannes Cephal.conſil.centeſimo deci
moſeptimo,numero ſeptimo, uolumine primo
& Rolandus a Valle d.conſilio nonageſimoſe-
xto, numero quinquageſimo, uolumine ſecun-
do,ubi dicit hanc concluſionem indubitatam eſ
ſe.& Io.Paul.Lancel.conſil.centeſimo ſeptuage-
ſimoſexto,numero quadrageſimoprimo. inter
conſil.ultimarum uolum.tom.primo.& M.Man
tua conſil. centeſimo uigeſimooctauo, numero
primo,uolum.ſecundo, ubi atteſtatur hanc opi.
eſſe communem. Et propterea dicit Roland.a
Val.d.conſil.nonageſimonono.filium legitima-
22 tum † non poſſe in legitima grauari per fidei-
commiſſum,& ſi grauetur,grauamen reijci, & fi
23 lium legitimatum,qui legitimam † non detraxe
rit,& moriatur,transferre ius detrahendi ad hæ
24 redes,& ſi fuerit præteritus dicit † eum rumpe-
re teſtamentum, Dec. in conſil. ducenteſimo
quinquageſimoſeptimo,columna prima,& con
ſilio quinquageſimoſecundo,in princip.cum ſi-
milib. Igitur ex prædictis patet licere dictæ Do-
minæ Catherinæ petere ſupplementum legi-
timæ.

Qua opinione ſic ſtabilita perſpicuum fit,
ea quæ in cōtrarium adducuntur, nihil obſtare.
In primis enim obijcitur, ſtatutum Piſtorienſe
de modo ſucceſſionis mulierum ab inteſtato;
rub.100. §.ſi uerò teſtatus. quo cauetur,ſi is, de
cuius ſucceſſione agitur,teſtatus deceſſerit,nul-
25 lo relicto filio,ſed relicta † filia,cui nihil iure in-
ſtitutionis reliquerit, poterit ipſa filia etiam ſi
aliquid iure legati habuerit, nihilominus patri
ſuccedere ab inteſtato. ex quibus verbis argu-
mentantur a contrario ſenſu illi qui obijciunt
contra D.Catherinā,dicentes, ergo ſiquid ei pa
ter reliquerit iure inſtitutionis, vt fecit in caſu
propoſito,non poterit filia ſuccedere patri,nec
aliquid vltra ſibi relicta petere,& conſequenter
d.D.Catherina nihil aliud petere poterit quā ea
mille,quæ pro dote ei pater in teſt. reliquit.qua
ſi(inquiunt)ex intentione ſtatuentium,qui nihil
de ſupplemento petendo expreſſerunt,manife-
ſtè conſtet, filiam, nihil aliud petere poſſe,

quam qu d in teſtamento ei relictum fuit a pa-
tre, ut ſuadere etiam uidetur ſtatutum Florent.
cui ſtatuta Piſtorienſia in hac re valde ſimilia
26 ſunt, ſicuti decens eſt, ne † membra a capite di-
ſcrepent, capit. cum non liceat, de præſcriptio. in
princip.

Sed reſpondetur, hanc obiectionem facile
27 dilui, quia licet in ſtatutis licitum ſit † argumen-
tari a ſenſu contrario. l. 1. ff. de off. eius cui man.
eſt iuriſd. iſtud tamen procedit, quando huiuſ-
modi argumentatio ſumitur iuxta limites ver-
borum, quæ habentur in ſenſu directo, ut per
Ant. de Butr. in c. cum apoſtolica. ult. notab. de
his quæ fiunt a prælat. & declarat Dec. in d. l. 1.
num. 38. ff. de off. eius. & in conſil. 508. numero
3. & ſeq. & in conſil. 110. numero quinto. & con
ſil. 626. num. ſeptimo. Atqui ſi in propoſita ſu-
mamus argumentationem a ſenſu contrario iu-
xta limites verborum, quæ exprimuntur in ſen-
ſu directo, proculdubio inde ſolum colligi pote
rit, ſi pater filiæ inſtitutionis iure aliquid reli-
querit, ſequetur vt filia non poterit patri ab in-
teſtato in vniuerſam hæreditatem ſuccedere,
quod nos admittimus; non tamen ex verbis ſta
tuti colligetur, ſi pater filiæ iure inſtitutionis ali
quid reliquerit, non poterit filia aliquid aliud
petere vltra relicta; iſtud enim ſumeretur ex-
tra limites verborum, quod fieri non debet, iux
ta prædicta. Igitur huiuſmodi argumẽtatio a cõ
traria intelligentia tanquam non recte ſumpta
nihil obeſſe poteſt. Nec officit dum nihil de le-
gitima detrahenda ſtatuentes dixerunt, eos ta-
citè filiam a legitima excludere voluiſſe; quia ſi
voluiſſent eam excludere, id expreſsè dixiſſent.
l. vnica, §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. tol.
c. ad audientiam, de decimis, Iaſ. in l. qui filiabus,
ff. de leg. 1. Rim. conſil. 224. num. 22. volumin. ſe
cundo. & Soc. iun. conſil. 138. num. 42. uolumi-
ne primo. ſicuti dixerunt inferius in eodem ſta
tuto in alio caſu, in §. & ſi is, de cuius hęreditate.
vbi quoniam excludere voluerunt filiam ab om
ni prętenſione, expreſſe ſtatutum dicit, & eſſe de
beat contenta ipſa, & hæredes eius, & deſcen-
dentes ex tali relicto, & plus nullo modo pete-
re poſſit, &c. Quamobrem cum ſtatuentes in ca
ſu noſtro ita non dixerint, conſequens eſt, vt fir
memus eos filiam non excluſiſſe a ſupplemen-
28 to legitimæ, quia † una pars ſtatuti declarat a-
liam. l. vtrum, ubi Bar. ff. de petitio. hæred. Ang.
conſil. 280. Cur. iun. conſil. 7. num. 3. ſed omiſiſſe
hunc caſum, & propterea tanquam omiſſum, in
29 diſpoſitione iuris communis, quo legitimæ † ſup
plementum petitur, remanſiſſe. l. commodiſſi-
mè. ff. de lib. & poſthum. l. ſi extraneus. ubi Bart.
ff. de cond. ob cauſam. l. illam. ubi Are. in ſecun-
do no. C. de collatio. Bar. in l. maritus, C. de pro-
cura. & c. 2. de translatione præl. Alex. conſ. 141.
num. 1. vol. 7. Soc. iun. conſil. 102. num. quarto.
1. uolum.

Nec me mouet aſſerta ſimilitudo ſtatuti Flo-
rentini a quo tanquam a capite, ſtatutum Piſto-
rienſe recedere non deberet, quia reſpondetur
ſtatutum Piſtorienſe in caſu propoſito non reci
pere declarationem a ſtatuto Florentino, tum
quia Florentinum ſtatutum expreſſe uetat filiã
aliud vltra relictum petere; quod ſtatutum Pi-
ſtorienſe in caſu noſtro non facit. tum quia ſta-
tuto Piſ. cauetur, vt deficiente ſtatuto Piſto-
rienſium, ſeruetur ius commune, ut habetur in
fine dicti ſtatuti Piſtorien. de modo ſucceſſio-
nis mulierum ab inteſtato. Item etiam ſtatuto
Piſtorien. diſponitur, ut in ciuitate, comitatu, &
diſtrictu Piſtorij non attendantur ſtatuta Flo-
rentina, niſi nominatim, id quod in caſu noſtro
non euenit, Piſtorij ciuitatem comprehendant,
ut habetur in ſtatuto Piſtorien. in rub. quod re-
ctores & officiales Piſtorien. &c. rub. decima.
Quapropter cum ſtatutum Florentinum loqua-
tur in alijs caſibus, conſequens eſt, ut dicamus
30 de uno ad aliud non inferri, quandoquidem † ex
diuerſis inferre non licet, l. Papinianus exuli, ff.
de mino. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de ac
quir. poſſ. c. inter corporalia, de transla. præl. c. 1.
de conceſſ. præben.

Nec ob. ſi obijciatur, legitimationem dictæ
Dominæ Catherinæ non videri veram, vel vni-
uerſalem legitimationem, ſed eſſe potius parti-
cularem quandam diſpenſationem reſpectu ſuc
ceſſionis paternæ & maternæ tam ex teſtamen-
to quàm ab inteſtato, & propterea dictæ Domi
næ Catherinæ tanquam non ſimpliciter, nec ve
rè legitimatæ, ſed diſpenſatæ, vel legitimatæ,
cum quibuſdam modificationibus, legitimam,
quæ ueræ legitimæ debetur, petere non li-
cere.

Reſpondetur enim, quod attinet ad rem no-
ſtram, Dominam Catherinam eſſe pleniſſimè,
& verè legitimatam: quoniam certum eſt eam
eſſe, ſiue diſpenſatam, ſiue legitimatam quoad
ſucceſſiones parentum prouenientes, uel ex te-
ſtamento, uel ab inteſtato, ut patet ex verbis di-
31 ctę legitimationis. Atqui legitima, de † qua mo-
dò agitur, eſt portio portionis debitę ab inte-
ſtato, §. aliud quoque capitulum, in Authent. ut
cum de appellatio. cognoſ. & in Auth. nouiſſi-
ma, ubi gloſſ. C. de inoffic. teſtamento, Ruynus
conſilio uigeſimoſeptimo, numero tertio, uolu-
mine tertio. Decius conſilio centeſimo octua-
geſimoprimo. numero quinto. Alciat. conſilio
ſeptuageſimoſeptimo. numero quarto, & ante
eos Paul. Caſtren. conſilio quadringenteſimo
tertio, numero primo, uolumine ſecundo, ubi di
cit legitimam eſſe portionem portionis legiti-
mæ debitę ab inteſtato. ergo quod attinet ad le
gitimam portionem, de qua modò diſputatur,
dicta Domina Catherina non ſolùm eſt pleniſ-
ſimè, ſed etiam nominatim, & in ſpecie diſpen-
ſata, & uerè legitimata, & propterea petere po-
terit ſupplementum legitimæ, quinetiam pe-
tere ei licebit fructus dictæ legitimæ, d. Auth.
nouiſſ. ubi no. C. de inoff. teſta. gloſſ. in l. fidei-
commiſſariam. ff. ad Senatuſconſultum Trebel.
Alex. in conſi. 49. nu. 4. in 2. dubio. volum. 1. Ia-
cob. Philipp. Port. conſi. 82. num. 12. & Ioan. Ce-
phal.

phil.conſi.145.num.28.volum.2. & ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij an debeatur fratribus utrinque coniunctis, an ſit diuidenda inter natos ex prima, & ſecunda uxore.*

2 *Teſtamenti uerba, cum ſint clara, voluntatis quæſtionem non relinquunt.*

3 *Filius ex bonis paternis quartam portionem iure ſibi debitam deducit.*

4 *Filius rogatus de reſtituenda hæreditate, duas quartas diuerſis temporib. detrahere poteſt.*

5 *Trebellianica detractio a teſtatore an prohiberi poſſit.*

6 *Legitima ſi aſcendit ad dimidiam partem hæreditatis, & agatur de duabus portionibus detrahendis, filius grauatus detrahit tantum legitimam.*

7 *Rogatus non habet plus conſequi quam honoratus.*

8 *Filij ubi quatuor uel plures ſunt, legitima eſt ſemis.*

9 *Teſtator in caſibus, in quibus duæ quartæ poſſunt deduci, an poſſit prohibere ne una detrahatur.*

10 *Hæredes illius cui debetur legitima, ex eiuſdem perſona ad illam admitti.*

11 *Qui duplice uinculo uinciuntur, potiores eſſe debẽt.*

12 *Relinquitur ſi aliquid animo compenſandi, qui accepit relictum non poteſt aliquid aliud petere.*

13 *Teſtatoris præceptum honeſtum ſeruandum.*

14 *Teſtator in re propria hæredis poteſt grauamen apponere.*

15 *Incluſio unius eſt alterius excluſio. limita ut num. 9.*

16 *Ratione prohibitioni uigente, debet uigere etiã prohibitio.*

17 *Verba, tempore diuiſionis facienda, an ſint diſpoſitiua, an facti narratiua.*

18 *Argumentari non licet ex verbis facti narratiuis.*

20 *Frater an remaneat debitor fratrum pro expenſis factis cauſa ſtudij poſt mortem patris.*

21 *Dictio, per cauſam inſtrumentalem deſignat.*

22 *Verba ſæpe repetita in conſideratione ſunt habenda.*

23 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

25 *Aequalitas inter omnes ſeruanda.*

21 *Fratres ſi non ſunt ſocij omnium bonorum, damna, & lucra non communicantur.*

26 *Societas omnium bonorum non præſumitur ex ſola cohabitatione continuata ſimul poſt mortem patris.*

27 *Societas præſumitur contractu ex actibus reciprocis ſocietatibus.*

28 *Annulus, quo quis deſponſauit primam uxorem an pertinere debeat ad filium unicum primæ uxoris, an uero ſpectet ſimul ad omnes filios primæ & ſecũdæ uxoris.*

29 *Annuli, torques, & alia monilia & ornamenta pretioſa quæ traduntur a ſponſo ſponſæ dum deſponſatur, an uideantur ei donata, an ad vſum tradita, & accommodata.*

CONSILIVM XI.

Diuino nomine implorato.

MAGNIFICVS & nobilis uir Dominus Auguſtinus de Recuperis Aretinus iuris vtriuſque doctor & Eques, duxit in vxorem, ut proponitur primò, Dom. Lucretiam filiam Nob. viri Petrifanciſci de Vbertinis ex Comitib. Chitigniani. ex qua inter alios filios ſuſcepit Dom. Gregorium. Eaque vxore mortua, accepit ſecundo loco in uxorem D. Lucretiam filiam Iuliani de Baccijs, & ex ea ſuſcepit Leonardum, Conſtãtinum, Claudium, Adrianum & Alfonſum. Poſtea uerò idem dominus Auguſtinus, ſuum condidit teſtamentum, in quo (quod attinet ad rem noſtram) æquis portionibus inſtituit hæredes vniuerſales prædictos omnes filios maſculos tam ex prima, quàm ex ſecunda uxore natos. Et ſi quis ipſorũ deceſſerit poſt pupillarem ætatem ſine filijs, tũc vulgariter & per fideicõmiſſum ſubſtituit alios ſuperuiuentes æqualiter. Deinde dictus Dom. Auguſtinus deceſſit, relictis poſt ſe ſuperſtitib. dictis ſex filijs ſupranominatis. Demum uerò cum deceſſerit ab inteſtato, Claudius unus ſcilicet ex dictis filijs, & agatur de diuidenda inter eos hæreditate paterna, fratres dicti Claudij vtrinque coniuncti aſſerunt ſibi in primis licere præcipuam deducere legitimam d. Claudij debitam in bonis Dom. Auguſtini eius patris, eaque deducta cætera omnia æqualiter inter omnes dicunt eſſe diuidenda. Quibus ita ſtantib. de pluribus quæritur.

Et primò dubitatur, vtrum legitima debita Claudio prius deduci poſſit & dat ab eius fratribus utrinque coniunctis, ita vt inter eos tantummodo diuidatur, eaque deducta cætera æqualiter diuidantur tam inter natos ex prima, quàm ex ſecunda uxore. An uerò dicta legitima debeat etiam diſtribui inter dictos filios natos ex ſecunda vxore, & inter dominum Gregoriũ eorum conſanguineorum fratrem.

1 Atque ut breuiter † rem perſtringamus. Reſpondeo dictam portionem legitimam remanere debere præcipuam filijs ſecundi matrimonij Nam quamuis ad ſubſtitutionem uocentur nõ ſolum nati ex ſecunda uxore, ſed ẽt natus ex pri
2 ma, ut conſtat ex uerbis teſtamenti, quæ † quidẽ verba cum clara ſint uoluntatis quæſtionem nullam relinquũt, l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 1. Tamen cum ipſi Claudio, & alijs eius fratribus, qui poſt pupillarem ætatem ſine filijs deceſſiſſent, teſtator ſubſtituerit per fideicommiſſum alios filios maſculos ſuperuiuentes: con
3 cludendum eſt, ipſum Claudium ex † bonis paternis quartam portionem iure naturæ debitã deducere potuiſſe. Quinimo quãuis pater prohibuiſſet

hibuiſſet trebellianicæ detractionem, adhuc tamen potuiſſet detrahere duas quartas, niſi eius legitima eſſet ſemis, ſicut eſt in propoſito caſu propter numerum ſex liberorum. Id quod hac ratione oſtenditur, quoniam regulariter filius
4 rogatus de reſtituenda hæreditate, duas quartas diuerſis temporibus detrahere poteſt, legitimam ſcilicet tanquam filius, trebellianicã uerò tanquam rogatus extraneus, quæ opinio hodie ubique ſeruatur, Iacob. butrig. in auth. res quę. C. communi. de legat. Ioan. fab. & Iacob. Butrig. in l. quamquam C. ad l. falcid. Bart. in l. Papinianus §. meminiſſe. ff. de inofficioſo teſtamento Bart. & Bal. in l. quicunque. C. ad l. falcid. Bal. cõſi. 498. lib. 1. & conſ. 377. lib. 1. Alexan. in l. mulier. §. cum proponeretur. col. 6. verſiculo, in gloſ. fin. ff. ad Senatusconſultum Trebel. Iaſ. in auth. nouiſſima col. 10. num. 39. C. de inoffi. teſtamẽto Decius in l. cum proponas. 2. num. 2. & 3. C. de pactis. ubi dicit hãc eſſe opinionem communem Canoniſtarum & legiſtarum, Decius conſ. 55. nu. 8. parte 1. & conſ. 228. & Catellian. Cotta in memorab. in uerbo, filius, Pariſi. conſ. 25. num. 56. lib. 2. Crauetta conſ. 50. lib. 1. Didacus Couarru. in c. Raynutius §. 11. nume. 5. & num. 6. extra de teſtam. Quamobrẽ cum Claudius a patre rogatus fuerit de reſtituenda hæreditate poſt mortem, utique niſi aliud obſtitiſſet, duas quartas retinere potuiſſet, non obſtante prohibitione deductionis trebellianicæ,
5 Quamquam enim communis † doctorum opinio ſit, trebellianicæ detractionem a teſtatore prohiberi poſſe, auth. ſed cum teſtatore C. ad l. falcidiam. l. Marcellus. ad trebel. vbi Iaſ. num. 40. auth. nouiſſima C. de inoffic. teſtamento Bal. cõſi. 170. incip. Quidam Nicolaus 2. col. vol. 5. Angel. conſ. 125. Incip. Hoc factum. col. fi. uerſic. ſimiliter credo. Alex conſ. 5. & conſ. 67. 1. uol. & conſ. 142. vol. 4. Soc. conſ. 14. circa finem, & conſi. 33. lib. 1. Et Bald. nouell. tract. de dote, in 13. ſpeciali ſextę partis, Mattheſ. in l. filiũ quem habentem. nu. 107. C. fam. erciſ. Decius conſ. 257. uol. 2. Picus in l. in quartam num. 23. ff. ad l. fal. ubi atteſtatur hanc eſſe magis communem opinionem Gratus conſ. 160. num. 24. uol. 2. Nihilominus ſupradicta poſitio limitatur non procedere in liberis primi gradus a teſtatore patre de trebellianica deducenda prohibitis; inter eos enim pater non poteſt trebellianicam prohibere, ut firmat Decius in conſ. 269. nume. 15. & in conſ. 218. num. 5. parte 2. & conſ. 81. num. 3. parte. 1. vbi dicit hanc opinionem eſſe magis cõmunẽ, ut refert etiam Hypp. Rimin. in addit. in lit. C. ad conſ. Rimi. 259. vol. 2. Verumtamem quoniam in propoſita ſpecie alia ſunt, quę impediãt quartam trebellianicam detrahi, id circo concludimus prædictum Claudium potuiſſe ſolũmodo legitimam portionem iure naturæ debitam deducere. Ratio autem, quare hic non deducitur trebellianica, eſt quia quando agitur de duabus portionibus, a filio detrahendis, ſiquidem
6 dem † legitima aſcendat ad dimidiam partẽ hæreditatis, eo ſane caſu filius grauatus, ſolũmodo
7 detrahet legitimam, ne plus habeat † rogatus quàm honoratus. & hanc opinionem tenet Bal. in conſ. 94. lib. 2. quam refert dubitando Crauetta in conſ. 50. 1. vol. eamque ſequitur additio in uerbo, dimidiam ad 3. conſ. Alex. vol. 7. eamque refert & ſequitur Didac. Couarru. in c. Raynutius in 11. §. nume. 6. At in caſu propoſito, vbi dominus Auguſtinus teſtator reliquit ſex filios maſculos, legitima aſcendit ad dimidiam hære-
8 ditatis, quoniam vbi ſunt † quatuor filij uel plures legitima eſt ſemis, auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtamento & § 1. in Auth. de trien. & ſemiſ. & doct. in l. in 4 ff. ad l. falci. & in l. filium quem habentem C. famil. erciſ. ergo Claudius poterat ſolũmodo detrahere quartam legitimã portionem debitam iure naturæ, id quòd ex eo etiam uerum eſſe oſtenditur, quòd in † caſibus, in quibus duę quartę deduci poſſunt, in illis teſtator poteſt prohibere ne una detrahatur, Bal. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamento Alex. conſ. 29. uol. 5. & Ruy. conſ. 147. numer. 2. uol. 3. Quę cum ita ſint, manifeſtè arguunt dictã legitimam portionem hodie ex perſona Claudij pertinere ad eius hæredes, argumento eorũ quæ dicit Alex. in conſ. 3. nu. 2. lib. 7. & Decius conſ. 228. num. 5. parte 2. ubi habetur, hæredes
10 † illius, cui debetur legitima, ex eiuſdem perſona ad illam admitti debere & Soci. iun. conſ. 64. num. 8. vol. 5. vbi tradit legitimam deduci etiam poſſe ab hærede filij grauati. At in caſu prædicto hæredes Claudij ſunt fratres eius utrinque coniuncti, non autem dominus Gregorius, qui ex uno tamen latere coniunctus eſt, quia ſi ad hæreditatem defuncti coniuncti concurrit frater ex utroque latere coniunctus, & alter frater coniunctus ex uno latere tantum, ſiue paterno ſiue materno, certè præfertur frater utrinque coniunctus, §. reliquum autem in Auth. de hæredi ab inteſtato uen. Oliuer. Tex. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. de tertio ſucceſſ. gradu collateralium nume. 88. Cuius rei ratio redditur, quia
11 † potiores ſunt, qui duplici uinculo uinciuntur, gloſ. in d. §. reliquum & c. 1. de treug. & pace Auth. itaque C. cõmun. de ſucceſſion. & §. 1. inſtit. de adopt. Soci. iun. conſ. 144. num. 6 1. lib. 3. Patet igitur ex prædictis, legitimam portionẽ Claudio debitam non eſſe cum Domino Gregorio partiendam, ſed totam ad Claudij fratres utrinque coniunctos ſpectare debere.

Secunda exoritur dubitatio; Nam cum dominus Auguſtinus legaſſet Domino Gregorio liberationem omnium impenſarum pro eo factarum in uarijs Italię gymnaſijs, rurſus diſpoſuit, ut in diuiſione facienda quam ut in ſequenti teſtamenti capite dicitur fieri uoluit eo tempore, quo minor natu perueniſſet ad 25. ann. dominus Gregorius non ualeat neque poſſit detrahere aut pręcipere dotes eius matris; & propterea dubitatur, utrum Domin. Gregorius ſtare debeat uoluntati dicti teſtatoris, poſito, ut poſſint modo diuidere, ex concordi eorum omnium

nium uoluntate & obtenta licentia, quæ de hoc obtineri deberet; an verò hoc tempore cũ minor natu agit circiter decimum ſextum annũ poſſit deducere dotes maternas.

Ad quam quidem dubitationem reſpondeo non licere,etiam nunc dicto domino Gregorio percipere dictas dotes, easve habere præci-
12 puas; primo quia quando †relinquitur aliquid animo compenſandi,tunc is qui accipit relictũ, non poteſt aliquid præterea aliud petere,ut per Bal.in l.ſi adulta.num.1.C.de hæreditat.action. Bal.in l.liberti libert;que uerſic.ſi dubitetur.de oper.liber. vbi firmat,quòd quãdo teſtator præcipit,ne quid amplius petatur,id uidetur factũ animo compenſandi.l.vn.§. ſciendum.C. de rei vxor. actio.Ruy.conſ.136.nu.7.vol.2. ubi dicit quòd cum teſtator iubet aliud non peti,uidetur id ea mente iuſſiſſe, ut compenſaretur cum eo quod illi cui relinquitur debebatur occaſione dotis maternæ. At dominus Auguſtinus teſtator reliquit dictam liberationem Domino Gregorio ad hoc ut uerſa uice, ut dicunt uerba teſtamenti,Dominus Gregorius non poſſet petere dictas dotes, ergo d. Dominus Gregorius debet ſeruare & adimplere præceptum dicti ſui
13 patris, †quandoquidem præceptum teſtatoris honeſtum ſeruandum eſt,gloſ.& Bart.& alij in l. 1.ff.de his quæ pœnæ nom. Soci.conſ.221. vol. 2.Pariſi.conſ.91.num.54.vol.2.quod comprobatur,quia poteſt teſtator etiam in re propria
14 † hæredis grauamen apponere,per Pariſi.in conſ.2.num.37.uol.3.Grauareque poteſt teſtator hæredem,ne debitum petat,Riminal. conſ.236. num.6.vol.2.

Quo ſtante, non obſtat, ſi pro parte Domini Gregorij diceretur, cum prohibeatur detrahere dotes in diuiſione facienda,conſequens eſſe, ut ei liceat eas deducere ante,ſcilicet quàm fiat
15 diuiſio,cum †incluſio unius ſit alterius excluſio l.cum prætor.ff.de iudic.Fely.in c.nonne, de præſumpt.Alex.conſ.75.uol.5. Quoniam reſpondetur,nec etiam ante tempus diuiſionis faciendæ dictas dotes detrahi poſſe,primò quia cum teſtator prohibeat eas detrahi tempore diuiſionis,quo ſane tempore, niſi teſtator aliud cauiſſet, verò ſimiliter detrahi potuiſſent, ſequitur, vt id ipſum prohibitum etiam cenſeatur ante dictum tempus,ſumpta argumẽto a fortiori,auth. multo magis C.de ſacroſan.eccleſ.c.cum in cunctis,ubi gloſſa,de elect.ſecundò idem comprobatur,quoniam ratio,quare dictus teſtator prohibuit dotes detrahi in diuiſione, fuit, ut dotes cum impenſis pro Domino Gregorio factis cõpenſarentur, ut ſupra dixi. At hæc ratio militat non ſolum tẽpore diuiſionis faciendę,ſed etiam
16 ante illud tempus,igitur uigente †ratione prohibitionis,debet uigere etiam prohibitio, argu.l. adigere,§.quamuis.de iure patron.& c.cum ceſſante. de appellation. & Dec. in cap.1. de conſtitution.

Nec obſtat,dum in uerbis teſtamenti dicitur in ipſa diuiſione Gregorius non poſſit detrahere dictas dotes,quæ uerba uidentur teſtatorem prohibere ſolummodo detractionem tempore diuiſionis & non ante; Quoniam reſpondetur il
17 la †uerba,tempore diuiſionis faciendæ,non eſſe diſpoſitiua,ſed eſſe uerba facti narratiua,ut patet ex ſubſequenti capite teſtamenti, ubi po-
18 ſtea hoc eſt expreſſe diſpoſitũ,& certum eſt †ex uerbis facti narratiuis non eſſe licitum argumẽtari,gloſſa in c.eum qui de dolo & contuma. li. 6.Bart.in l.vn.circa finem C. quando nõ petẽt. partes.Iaſ.in l.ſi ita quis.§.Sçia cauit. num. 6.in 2.not.ff. de uerbor.obligatio.Beroius in c. Raynutius.num.21.de teſtament.

Nec obeſt, incluſionem unius eſſe alterius
19 excluſionem,quia illa †regula non habet locum quando alia uia illud quod excluſum dicitur,cõpræhenderetur,ut per Salyc.in l.qui de crimine in 2.oppo.C.qui accuſ.non poſſũt.& Decius in conſ.11.incip.Quoniam iudicantium. num.18. parte 1.At prohibitio detrahendæ dotis ante tempus diuiſionis compræhenditur ex alijs rationibus , & præcipue ex ipſa compenſatione, quę omni tempore uires habet , non ſolum tempore diuiſionis, merito non cenſetur excluſum tempus ante diuiſionem.

Tertiò quæritur, an domi. Gregorius remaneat debitor ſuorum fratrum propter illas pe-
20 cunias,quas ipſe erogauit † cauſa ſtudiorum vel alia poſt mortem domini Auguſtini eorum patris.Et ſigillatim procedendo; quò ad expenſas cauſa ſtudij factas poſt mortem patris reſpõdeo d.Dominum Gregorium pro dictis expenſis remanere debitorem dictorum fratrum , quod probatur.

Primò, quia vt dicitur in teſtamẽto pater eũ liberauit ab expenſis,pro eo cauſa ſtudiorum factis per ipſum, quæ uerba apertè indicant impenſas factas poſt mortem non eſſe remiſſas,ſed illas tantum quas ipſemet teſtator vi-
21 uus feciſſet:nam†illa dictio,per,deſignat cauſam inſtrumentalem,l.1.in princ.ibi, per nuntiationem inhiberetur.ff.de ope.noui nunt.l. apertis. ibi,per ordinarium.C.de iudic.Bal.in rub. C. de exercitoria.& in l.ex arrhali.C.de actionibus empti. & propterea comprehenduntur ſolum impenſæ,quæ a patre quaſi inſtrumento immediato proceſſerunt.

Secundò,quia in teſtamento non ſemel tantum dicitur remitti impenſas factas per teſtatorem,ſed etiam inferius quaſi idem repetens di-
22 cit,uiuente ipſo teſtatore,quæ uerba † ſæpius repetita debent attendi, gl. in uerbo, diœceſanis. verſi.nec poteſt,clemen.1.de iur. patro.Iaſ.in l. ſi conſtante,num.83.colum. 14.ff.ſol. mat.

Tertiò, quia cum loquatur de expenſis factis per teſtatorem,& in vita,vtique apparet legatũ huiuſmodi limitari ad tempus uitę & non exten
23 di poſt mortem,quia † limitata cauſa limitatum producit effectum,l.in agris.ff.de acquir. rerum dom.l. quod dictum.C.de pactis. Decius conſi. 405.ver.non obſtat.colum.fin.Pariſ.conſi. 160. nu.45.& nume.60.volum.3. vbi dicit limitatam liberatio-

liberationem,limitatum effectum producere:&
propterea expenſæ poſtea factę proprię portio-
24 ni aſcribentur, præſertim ut ſeruetur†æqualitas
quam teſtator conſiderauit.

Quòd ſi agatur de expenſis factis per Domi-
num Gregorium poſt mortē patris ex alia cau-
ſa quàm ſtudiorum. Reſpondeo ſimiliter di-
ctas expenſas eſſe imputandas & adſcribendas
tantummodo portioni dicti domini Gregorij;
& non communi hæreditati,vt tradit Roma. in
conſi.145.incipiente.Præſentis,num.1.& ſeqq,
25 vbi quando†fratres non ſunt ſocij omnium bo
norum,non communicantur damna uel lucra.
Quare cum in caſu iſto nulli ſociales actus reci-
proci interueniſſe dicantur, firmandum eſt di-
ctas expenſas non communi hæreditati ſed pro
priæ portioni dicti domini Gregorij etiam ad
ſcribendas.

Nec obſt.has expenſas fuiſſe factas,dum ad-
huc uiuebant in communi, & ſimul habitabant:
26 quia ſocietas†omnium bonorum non intelligi-
tur contracta ex ſola cohabitatione continuata
ſimul poſt mortem patris, & ex hæreditate pro
indiuiſo retenta.l.ex parte.§.filius.ff.fam.erciſc.
Bar.in l.ſi patruus,num.9.C.commun.vtriuſque
iudic.Alex.conſi.48.num.5.verſ.quinimmo.lib.
1.Decius conſi.21.num.4.ner. unde clariſſimū.
parte 1.quib.omnib.in locis habetur fratres nō
uideri ſocietatem omnium bonorum contraxiſ
ſe,licet indiuiſam ſimul tenuerunt hęreditatem,
modò ex alijs actib. non appareat ſocialis affe-
27 ctus. Namque † ex actibus reciprocis ſocialibus
intelligitur cōtracta ſocietas,Bal.d. l. ſi patruus,
num.14.poſt Bartolum ibi.num. 9. & 10. Bal. in
in tracta.de duob.fratr. nume. decimoſeptimo,
Bartol.in l.cum duobus.§. Papinianus, numerò
3.ff.pro ſoc.& in l.titium.§.alteri.nu.5.& 6. ff.de
admin.tut.Alex.conſi.49.num.5.uolum.1.Dec.
d.conſi.21.num.2. Quare cum ceſſent in caſu
propoſito dicti actus ſociales, quandoquidem
nunquàm lucra omnia communicarint, & inui-
cem rationes redditæ ſint, ut per Dec.d.conſ.
21.nulli dubium eſſe poteſt, quin dictæ expen-
ſę non debeant communicari.

28 Quartò & ultimò quæritur,utrum †annulus,
quo dominus Auguſtinus deſponſauit primam
uxorem,quæ prædeceſſit,atque. etiam ſecundā
quæ ſuperſtes eſt,pertinere debeat ad dictū do-
minum Gregorium ſolum tanquam hæredem
primæ vxoris, an uerò ſpectet ad omnes ſimul
hæredes dicti domini Auguſtini mariti.

Ad hoc reſpondeo, annulum, de quo agi-
tur,ſecudū ea quæ proponuntur,ſpectare debe-
re ad omnes ſimul hæredes dicti domini Augu.
ſtini,& non eſſe præcipuum dict.Domini Gre-
29 gorij. Quia†annuli,torques,monilia,& alia or-
namenta præcioſa feſtiua & ſolemnia, quæ tra-
duntur a ſponſo ſponſæ,dum deſponſatur,in du
bio & niſi aliud conſtet,non uidentur ei donata
ſed ei ad uſum tradita & commodata, ut orna-
tior ad uirū accedat, & propterea matrimonio
diſſoluto,ad maritū vel eius hęredes redeunt,
non autem ad hęredes mulieris, ut tenuit Bart.
in l.1.§.nec caſtrenſe.num.9.& nu.10.ff. de col-
lat. bonorum.ubi dicit, quòd quando agitur de
ornamentis feſtiuis & pręcioſis, & non de uili-
bus,quæ in quotidiano uſu ſunt, ea non cenſen
tur donata,ſed ad uſum tradita,& propterea ue
niunt in communionem. Quā opi.tenet etiam
Anchar.in conſ.181.incip.In prędicto dubio.nu
me. 31. ubi dicit hanc eſſe communem op. Et
Antonius de Butrio in cōnſ.38.num.4.vbi dicit
in dubio dicta ornamenta uideri commodata
vxori,niſi conſtet maritum ea donare uoluiſſe,
quo caſu ad uxorem pertinerent. Et Romanus
conſ.172.incip.In propoſito themate, nume.2.
ubi dicit hanc eſſe communem,& eam ſequitur
Fely.in c.iurauit.in fine.de probation. Et quòd
non intelligantur donata; ſed ad uſum tradita,
ut ornatior ueniat ad uirū, & propterea uſu fini
to repeti poſſint huiuſmodi ornamenta, tenet
idem Roman.conſ.146. num.2. incip. Iſta quæ-
ſtio.Et Alex. conſ.42.uol. quinto. ubi dicit ue-
ſtes & annulos qui ſunt in uſu quotidiano non
repeti; ſecus ſi eſſent magni precij, & ſolen-
nes atque feſtin. Idem ſequitur Angelus in cōſ.
339.incip.Nicoletus.nu.2.ubi ait,ſi uir die ſpō-
ſalium tradit aliquid uxori, uidetur ea commo-
daſſe non autem donaſſe. Et hanc eandem op.
ſequitur idem Angel.conſ. 134. incip. Quidam
nomine.uerſic.3. opinio.ubi dicit ornamenta
præcioſa,quę traduntur ſponſę ut ornatior acce
dat, ad hæredes uiri integre pertinere. Et hoc
idem ſequutus eſt Paulus Caſtrenſ. in Conſ.
498.num.2.& 3.vol.ſecundo. uerſic. quantum
uerò ad annulos.& in conſ.358.num.2. eodem
2.volumine.Et Alex.in conſ.42. num. 12. vol. 1.
& Iaſ.in conſ.65.num.3. uerſic.circa ſecundum
uolumine 1.ubi uoluit non uideri donata orna-
menta precioſa. Et Bal.in l.cum te. nu. 4. uerſic.
tu dic.C.de don.ante nup. vbi firmat, ſi vxor in
matrimonio prædecedit,vir poteſt repetere di-
cta ornamenta quaſi finito uſu, ad quem tradi-
derat.& hęc hactenus ne ſim longior.

Et ita iuris eſſe arbitror,ſaniore ſentētia ſem-
per ſalua,ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

Inſtituit æqualiter Dominus Auguſtinus.

Gregorium,	Leonardum,	Conſtantinum,
1	2	3
Claudium,	Adrianum,	Alfonſum,
4	5	6

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integ. quando petitur principaliter, ne ceſſario requiritur mandatum ſpeciale.*

2 *Reſtitutio in integ. quando petitur incidenter, non requiritur*

requiritur mandatum.

3 *Actor ſi implorare uult reſtit. in integrum, quid habeat implere.*

4 *Eccleſia reſtituitur propter enormem læſionem.*

5 *Reſtitutio in integrum quanto tempore extendatur.*

6 *Remedium, c. reintegranda, 3. q. 1. cui competat. & quo caſu. nu. 7.*

7 *Actionis qualitas cognoſcitur ex medio concludendi.*

8 *Actor ſi probauerit ſe ſpoliatum fuiſſe tunc obtinet in remedio reintegranda.*

9 *Actor per interdictum retinendæ recuperat poſſeſſionem, quam alius detinet iniuſtè.*

10 *Reſtitutio naturalis poſſeſſionis quo caſu peti poſſit.*

11 *Actor in interdicto, uti poſſidetis, debet probare in primis ſe poſſidere tempore litis conteſtatæ.*

12 *Remedium petitorium rei uendicationis quo caſu intentetur.*

13 *Reſtitutio Remedium petitorium rei vendicationis quo caſu intentetur.*

13 *Reſtitutio poſſeſſionis rei uendicationis quo caſu intentetur.*

23 *Reſtitutio poſſeſſionis & rei cum fructibus uenit officio iudicis in rei vendicatione.*

14 *Rei vendicationis in iudicio quis obtineat.*

15 *Aeſtimi liber inducit præſumptionem poſſeſſionis.*

16 *Dominium nō probatur ex aſſerta locatione ſed per allegationem tituli & præſcriptionem.*

Nec ex præterita poſſeſſione. nu. 17.

18 *Poſſeſſor bonæ fidei cum uero titulo facit fructus ſuos.*

19 *Actio perſonalis ligat ſingularem ſucceſſorem nec cōpetit contra tertium poſſeſſorem.*

20 *Actione qui caret, certi iuris eſt in iudicio eum obtinere non poſſe.*

21 *Agens ſine actione debet in expenſis ſuccumbere.*

CONSIMIVM XII.

In Dei nomine.

PROPOSITO mihi proceſſu litis uertentis inter R. Fratrem Andreā de Alexandrinis aſſertiuum procuratorem Monaſterij prioris, & fratrum Sancti Marci de Florentia actorē ex parte una; & Tadæum de Gangalandis, & Laurentiū de Freſcobaldis, & M. Guidonem a Montelupo reos conuentos ex alia; Ex me quæritur, an de iure in hoc proceſſu dictus procurator obtinere poſſit ex libello propoſito, in quo concludit, conuentionem quandam, de qua agitur, fuiſſe & eſſe nullam, & quatenus aliqua eſſet, petit eā declarari factam in damnum dicti Monaſterij, & aduerſus eam in integrum reſtitui dictoſque aduerſarios condemnari ad dimittendam dictā poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum una cū fructib. perceptis & percipiendis, & ad id cogi, & compelli omnib. iuris remedijs &c. Itaque ut dubitationi propoſitæ ſatisfaciam, & quam breuiſſime fieri poteſt ex pœnā, quid hac in re ſentiam. Reſpondeo prædictum actorem, neque ex hoc proceſſu, neque etiam alio in meritis cauſæ obtinere poſſe.

1 Primò, quoniam quando † reſtitutio in inte-
grum petitur principaliter, tunc neceſſario re-
quiritur mandatum ad hoc ſpeciale, quo reſtitu-
tio rectè peti dicatur l. illud §. fi. ff. de minor. De-
cius. in c. præterea nume. 31. de officio delegati.
Crauetta conſ. 238. nume. 3. vol. 2. licet ſpeciale
2 mandatum † non requiratur, quando reſtitutio
petitur incidenter, ut per Bart. in l. cum procu-
rator, in principio ff. de op. no. nunt. At uti con-
ſtat ex libello dicti aſſerti procuratoris ipſe pe-
tit reſtitutionem in integrum, non incidenter
per modum exceptionis, ſed per modum & uiā
actionis, & petitionis, quo caſu reſtitutio dici-
tur eſſe petita & propoſita principaliter, iuxta
ea quę dicit Bart. l. quidam in ſuo. numer. 4. ff. de
condit. inſtitut. & Soci. in §. nihil commune nu.
7. & num. 10. & ibi Horman oct. nu. 120. in l. na-
turaliter ff. de acquir. poſſ. Et tamen non habet
ſpeciale mandatum ad petendam dictam reſti-
tutionē, ut colligitur ex inſtrumēto eius manda-
ti in actis producto, ex cuius inſpectione, huiuſ-
modi negatiua recte probatur, Bart. in l. hi qui
ad ciuilia. nume. 4. C. de appellat. & in l. fi. C. de
reb. credit. Bero. in c. quoniam contra, num. 65.
de probation. Conſequens igitur eſt, ut dictus
procurator quo ad caput reſtitutionis in inte-
grum petitæ ſuccumbere omnino debeat.

Secundò, non poſſe obtinere d. procurato-
rem quoad caput reſtitutionis in hoc iudicio in-
3 de quoque cognoſcitur, quod † actor, qui im-
plorare vult reſtitutionem in integrum, debet
prius ex parte ſua implere & impleuiſſe proba-
re conuenta. l. cum te fundum. C. de pactis in-
ter emptorē. Corneus conſ. 138. ad finem uol.
2. cū ſimil. At in proceſſu propoſito dictus pro-
curator non probauit neque articulauit, dictū
monaſterium ſingulis annis, ſtatis diebus in te-
ſtamēto præfixis celebraſſe prout tenebatur di-
cta diuina officia, cuius rei gratia teſtator prædi-
cto monaſterio legatum reliquerat, ut patet ex
teſtamento; igitur ex his quę in eo iudicio dedu-
cta ſunt ei concedi non debet in integrum re-
ſtitutio.

Tertiò, amplius dico, nec in alio quoque iu-
ditio concedi debere reſtitutionem in integrū
4 dicto Monaſterio, quia † licet propter enormiſ-
ſimam lęſionem & maximum detrimentum ec-
cleſia reſtituatur, quandocunque etiā poſt qua-
driénium, gloſ. fi. in c. 1. ubi Sangemin. de reſti-
tut. in integrum, lib. 6. Tametſi propter enor-
mem lęſionem tantum dicta reſtitutio ſit qua-
driennalis. Nihilominus etiam reſtitutio in inte-
5 grum, quā † eccleſia petit propter enormiſſimā
lęſionem & maximum detrimentum, non extē-
ditur ultra 30. annos, ſed durat ſolummodo an-
nis triginta, ſicut alia remedia iuxta l. ſicut. C. de
pręſcrip. 30. ann. & ſentit Panorm. & Imola in c.

1. de

1.de in integr.reſtitut.& Beroius in conſ.39.nu.
14.uol.2.& conſ. 177.num.40. uol. 1. At in caſu
propoſito lapſi ſunt a die aſſertæ læſionis, anni
ſexaginta & octo,& amplius,ut colligitur ex cō-
uētione finita anno Dom. 498. die quinto Mar
tij inter Reuer.Fratres Ioannem de Medicis, &
Fratrem Carolum de dauanzatis ſyndicos, &
procuratores olim dicti Monaſterij ex parte
vna;& Vannem quondam Cennis ex parte alia;
Igitur cum tranſierit ſpacium 30.annorum huic
& alijs remedijs aſſignatum, reliquum eſt ut di-
camus,dictum procuratorem nullo modo obti
nere poſſe petitam reſtitutionem.

Quartò,prçterea ſuccumbere debet ipſe pro
curator Monaſterij in hoc iudicio quo ad aliud
libelli caput in quo petijt aduerſarios condem-
nari ad dimittendam dictam poſſeſſionē, quia
6 aut actor in libello propoſito intentauit † re-
medium & condictionem ex capite, reintegrā-
da.3.q.1.ut uidetur colligi ex concluſione libel
7 li,ex cuius medio † concludendi qualitas actio-
nis cognoſcitur,Bart.&Dec. in l.certi cōdictio-
in prin.ff.ſi cert.petatur.Alex.conſ.121.1. uolu.
Panormit.c. literę, de delation. Nam cum in li-
belli concluſione dictius procurator Monaſte-
rij petat reos condemnari ad relaxandam ſibi
poſſeſſionem cum fructib. proculdubio dici poſ
ſet fuiſſe intentatum remediū.c. reintegrandæ,
ut dicit Alex.conſ.200.in principio lib.2.&Iaſ.in
l.naturaliter §.nihil cōmune. ff. de acquir. poſſ.
& Decius conſ.17.numer.2.parte 1.Atque hoc
quidem poſito,ut ſcilicet actum ſit redintegran
dę,audacter affirmari poteſt,monaſtetiū in hoc
iudicio ſuccumbere omnio debere Quia in re-
8 medio redintegrandę † tunc demum obtinet
actor, cum probauerit ſe poſſeſſione ſpoliatum
fuiſſe a reis conuentis,qui modo poſſideant uel
detineant.l.ſi quis ad ſe fundum C.ad l.Iul.de ui
publi.& c.ad ſedem, de reſtitut.ſpol.& Afſli.de
ciſ.327.Gratus conſ.4.nu.2.volu.2. Quin etiam
ſi agatur redintegrandę remedio aduerſus no-
uum poſſeſſorem titulo poſſidentem ut euenit
in caſu noſtro,vbi rei conuenti titulo dictæ con-
uentionis poſſident oportet omnino docere rei
conuenti poſſeſſionem eſſe clandeſtinam, Soci.
in l.rem quę nobis nu.16.uerſic.notabis tamen.
ff.de acquir.poſſ.Alex.conſ.118.numer.8. lib.2.
Ruy.conſ.56.lib.4.& conſ.49.nume.13. dicto 4.
lib.Decius conſ.57.col.fi.Iaſ.conſ.21.colu.2.lib.
3,Pariſi,conſ.12.num.9.lib.4.Neuizan.conſ.79.
num.12.At in caſu propoſito procurator mona
ſterij non probauit ſe fuiſſe ſpoliatum poſſeſ-
ſione à reis conuentis nouis poſſeſſoribus,
nec poteſt illud probare; quandoquidē rei con
uenti tertij poſſeſſores non ſpoliauerunt dictū
Monaſterium,nec clam acceperunt poſſeſſionē
ſed poſſidere cęperūt multis ab hinc annis uir-
tute prælegatæ conuentionis factę inter eorū
auctores, anno Domini 1498. igitur pluſquam
manifeſtum eſt,dictum procuratorem Monaſte
rij in hoc iudicio ex hoc capite obtinere nequa-
quam poſſe.Aut uero dictus procurator Mona

naſterij in libello intentauit remedium retinen
dę, uti poſſidetis, quaſi diceret in libello prædi-
cto licere petere poſſeſſionem ſibi reſtitui ratio
ne poſſeſſionis detentationis, & occupationis
naturalis, quę reperiatur eſſe pœnes aduerſa-
rios,Bart.in l.ſi duo.in prin. num.1.ff.uti poſſide
9 tis ubi Bart. dicit † quod per interdictus retinen
dæ actor recuperat poſſeſſionem quam alius ha
bet iniuſte,& ſic in conſequentiam eſt recupe-
randæ, & licet in interdictum retinendæ tantū
modo peti ſoleat quod aduerſarius deſiſtat a
10 turbatione,nihilominus petitur quoque † reſti-
tutio naturalis poſſeſſionis; gloſ. in §. nihil com
mune in l. naturaliter in vltimo intell. ff. de ac-
quir. poſſ. & gloſ. in l.clam poſſidere. §. qui ad
nūdinas in ultima parte.ff.de acquir. poſſ. Ruy.
conſ. 5.numer.5.uolu.4.Et hoc quoque caſu di
ctus procurator Monaſterij non poteſt obtine
11 re,quia in iudicio interdicti † uti poſſidetis actor
qui vult obtinere probare debet in primis ſe
poſſidere tempore litis conteſtatę.§.retinendę.
uerſic.hodie.Inſtit.de interd.Bart.in l.1.§.quod
ait.num.14.& num.18.ff.uti poſſid. demum ue-
ro probare debet turbationem, & inquietatio-
nem ab aduerſatio accuſato, ſibi illatam fuiſſe,
Barto.l.1.§. interdictum l.ſi duo. in princ. ff. uti
poſſid. doct. in c. licet cauſam, de probat. At in
caſu propoſito tantum abeſt,ut monaſterij pro
curator docuerit de turbatione illata a reis con
uentis,& de poſſeſſione dicti monaſterij tempo
re litis conteſtata,ut etiam expreſſe ponit & ar
ticulat in quinta poſitione iſtius inſtantiæ præ-
dictos Reuer. Fratres Sancti Marci anno 1498.
die.5.Martij dimiſiſſe poſſeſſionem dictorū bo
norum dicto Vanni hæredi ergo uti is qui incū
bentiā in dicto remedio retinendę minime pro
bauerit,obtinere nullo modo poteſt.

Aut uero procurator Monaſterij intentauit
12 † remedium petitorium rei uēdicationis; in cu-
13 ius quidem iudicitio reſtitutio poſſeſſionis † &
rei cum fructibus uenit off.iudicis ut dicunt do
ctores in §.omnium Inſt.de action.ubi Iaſ.num.
175.& num.176.ſecundum op.quam commu-
nem eſſe atteſtantur ibi doct.& atteſtatur etiam
Fabius Acoton ib. d. §. nihil commune, nu. 89.
& Bologninus nu.67.& Antonius Rube. Ale-
xandrin.num.243.Ac dato quidem,ut rei uen-
dicationis remedio procurator Monaſterij ex-
periretur,non propterea tamen in hoc iudicio
14 poſſet obtinere quia in † eo iudicio is demū ob
tinet.qui rei de qua agitur plenum.uel ſaltē di-
rectū,uel utile dominium habet l. in rē in prin-
cipio.ff.de rei uendic.§.omnium.ubi Iaſ.nu. 66.
uerſic.circa primum dicite.Inſtit.de actionib. &
doct.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de ac-
quir. poſſ. At procurator dicti Monaſterij, uel
fratres eius principales non probarunt ſe eſſe
dominos bonorum,quæ ſibi relaxari petūt, nec
poſſunt iſtud probare, quandoquidem in teſta-
mento Nicolai,non ſunt eis relicta bona,ſed prę
ſtationes ſuper dictis bonis ſingulis annis cer-
tis quibuſdam ſtatis diebus ſoluendæ, ut ex le-
ctura

ctura teſtamenti colligitur ergo in iuditio quo-
que rei uendicationis ſuccumbere monaſteriũ
neceſſe eſt.

Nec iuuaretur monaſterium, quamuis forte
oſtẽderetur bona in libello petita, allibrata fuiſ
ſe in æſtimo nomine ipſius monaſterij; quia licet
15 † liber æſtimi inducat quandam præſumptionẽ,
iuxta not. in l. decem. ff. de uerb. obligat. tamen li
ber ęſtimi regulariter non probat dominiũ rei
allibratæ pro eo, cuius nomẽ allibrata res in ęſti
mi libro deſcribitur, Corne. conſ. 165. incip. pro
fectò. lib. 3. & Soci. conſ. 205. numero 2. lib. 2.

Et licet monaſterium aliquando ſe locaſſe di
cta bona dicat, nihilominus ex aſſerta locatione
16 † nõ ꝓbatur dominiũ, ꝗ ſolũ probatur ꝑ allega
tionẽ tit. & ꝑ pſcriptionẽ, Bal. & alii l. traditioni-
17 bus. C. de pact. Quinetiã ex pterita † poſſeſſione
probatur dominium ad effectum agendi. Caſtrẽ
ſis in l. inciuilem rem numer. 3. C. de furtis. Nec
pręſumitur dominium ex poſſeſſione, ſed plene
probari debet, quando dominium proponitur
principaliter. Bal. in l. rem quæ nobis. col. fi. vbi
etiam Iaſ. colu. 7. ff. de acquir. poſſ. Decius conſ.
221. num. 7. parte 2.

Nec obtinere poteſt procurator Monaſterij
quo ad condemnationem fructuum; quia rei
conuenti cum titulo poſſident, ut ex actus con-
18 ſtat, quo caſu † bonæ fidei poſſidetur cum uero
titulo facit fructus ſuos, iureque dominij acqui
rit fructus naturales. l. qui ſcit. §. 1. ff. de uſur. &
Ioan. Copus in tract. de fructib. lib. 2. tit. 1. cap. 1.
quę quidem concluſio procedit etiam in eo, qui
poſſidet bona fide ſine titulo uel cum titulo in-
ualido, qui hos fructus ſuos facit, dum poſſidet,
l. bonę fidei, in prin. ff. de acquir. rerũ dom. Rur-
ſus bonæfidei poſſeſſor etiã ſine titulo, uel cum
titulo inualido, ſuos facit fructus induſtriales. l.
fructus. ff. de vſur. §. ſiquis nõ a domino. Inſt. de
rerum diuiſ. & Curt. ſenior cõſ. 72. col. 3. uerſic.
2. concluſio. Io. Copus. d. tract. de fructib. lib. 2.
titulo 4. cap. 6. num. 34.

Aut uero intelligit procurator Monaſterij
reos conuentos cogi & compelli ad petita per
eum, actione perſonali; Et tunc etiam oportet
eum ſuccũbere, quia cũ ipſi rei cõuenti ſint ter-
tij poſſeſor quies, nõ ſunt obligati dicto procu-
ratori, uel eius principalib. ex cõtractu uel quaſi,
uel alio quouis iure, certum eſt, eos non teneri,
19 quia perſonalis † actio non ligat ſingularẽ ſucceſ
ſorem. l. 1. §. ſi hęres. ff ad ſen. conſ. treb. l. 1. C. ſi
cer. pet. l. ęris alieni. C. de donationib. Crau. con
ſi. 201. num. 8. uol. 2. Nec competit actio perſo-
nalis contra tertium poſſeſſorem. Decius conſ.
187. num. 1. uerſic. vnde uenio. ad. 2. cum ſimil.
Ex quib. omnibus ego concludo, dictum procu
ratorem, quoquo ſe uertat, ſuccũbere omnino
debere in pſenti iudicio, quoniã agit ſine actio-
20 ne, & † certi iuris eſt, eum qui caret actione ob-
tinere non poſſe. l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de ne
go. geſtis. l. quoties. §. item ſi temporali. ff. de ad-
miniſtratione tutorum ubi Bart. docto. in l. ſi Ti
tius. ff. de uerborum obligat. & in l. ubi pactum.
C. de tranſactionib. quod adeo eſt uerũ, ut agẽs
21 ſine actione † debeat etiam ſuccumbere in ex-
penſis, Iaſ. in l. 1. ff. de officio aſſeſſor. Decius con
ſi. 302. Crauetta conſ. 191. 1. uol. Atque ita iuris
eſſe cenſeo, meliori iudicio ſemper ſaluo, ad lau-
dem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 Pœna legis Corneliæ de ſicarijs hodie eſt pœna mortis.
2 Pœna legis Corneliæ qui teneantur.
3 Dolo caſſante, ceſſat pœna leg. Corneliæ.
4 Homicidij præmeditatio, aut ſuſpicio ex inimicitijs oritur.
5 Occidendi animus ex coniecturis, atque ex vulnerum multitudine dignoſcitur.
6 Iracundiæ calor a pœna legis Corn. excuſat.
7 Aggreſſorem ſi aggreſſus occidat, an euadat pœnam homicidij.
8 Qui primus percutit, aut inſultat, ſemper dicitur in culpa.
9 Aggreſſus & inſultatus, an cenſeatur vulneraſſe ad ſui defenſionem.
10 Amens & fatuus excuſatur a pœna homicidij.
11 Habens dilucida interualla, niſi probetur contrarium, præſumitur furoris tempore deliquiſſe.
12 Minor ſexdecim annorum ſi deliquit, punitur arbitrio iudicis.
13 Prouocatus dicto, vel facto, ſi occidat prouocantem, nõ adhibito etiam moderamine inculpatæ tutelæ, excuſatur a pœna homicidij.
14 Moderamẽ inculpatæ tutelæ quo caſu conſideretur.
15 Motus primi non ſunt in noſtra poteſtate.
16 Aggreſſus, vel percuſſus ſi eſt debilior & infirmior viribus aggreſſore, occidens non tenetur de exceſſu.

CONSILIVM XIII.

Diuino auxilio implorato.

IN propoſita ſpecie fidenter affirmo,
Sandrinum ſer Iulij Palaiæ non te-
1 neri † pęna ordinaria legis Cornelię
de ſicar. quæ hodie eſt pœna mor-
tis. l. 3. §. fi. l. ſi quis dolo. ff. ad l. Cor. de ſic. Aeg.
Boſſ. in tract. de homicid. num. 109. & audacter
dico, dictum Sandrinum a prædicta ordinaria
pœna tã de iuri communi, quàm ſtatutario mul
tis de cauſis excuſari. Et in primis, quia dicta
2 ordinaria pœna legis Corneliæ † ſolummodo
ille tenetur, qui ex propoſito & cogitatò, & deli-
beratè, atque doloſè alicui mortem intulit. l. 1.
§. diuus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Bart. in l. ſi rixa.
num. 2. ff. eod. Decius conſil. 234. nu. 4. Soc. iun.
conſil. 58. num. 4. primo volum. Atqui Sandri-
nus, licet homicidium commiſiſſe dicatur, non
tamen ex præuia animi deliberatione, vel con-
ſultò, aut dolo interueniente, aut interuallo tem
poris

poris intercedente ad illud committendum acceſſit,ſed in olitorio foro cum eſſet,aliud agens, nimirum empturus Cynaras pugnoque ab Antonio percuſſus in eo iracundiæ calore,cum pugnis iterum, atque iterum peteretur vehementius, non potuit ira percitus facere quin ſe defendens gladiolum e pera educeret, quo vnico ictu præter eius opinionem aduerſarium interfecit. igitur ceſſante dolo & præuia † animi de-
3 liberatione a pœna ordinaria leg. Corneliæ excuſatur,vt tradit Ludouic.Carrer. prax.crim.tractatu de homicidio,§.14.num.1.& num.2. Doloſè vero & cogitatò admixtum non fuiſſe tale homicidium ex eo demonſtratur, quod Sandrinus non ambulabat antea armatus animo occidendi,argument. eorum quæ dicit Iul.Clarus in pract.crim.§. homicidium,verſic.ex propoſito. Neque vllam ſuſpitio adeſt præmeditati delicti
4 cum inter eos antea nullæ † extiterint inimicitiæ, ex quibus oſtendi ſolet homicidij præmeditatio, vt per Marc.Anton.Blancum in tracta.de inditijs, nume.68.& num.89. Neque conſtat ex intrinſecis qualitatibus inditijs, vel coniecturis de deliberato animo occidēdi, iuxta tradita per Albericum,in l.& ſi amicis.ff. ad l.Iul. de adulte. item nullos auxiliatores Sandrinus conquiſierat,ex qua re malus animus præſumi conſueuit, l.non ideo minus. C.de accuſ.

Rurſus in actu homicidij vnicum ictum incuſ-
5 ſit non plura † vulnera intulit, ex quorum multitudine animus occidendi malus detegitur, l. aut facta.§.qualitas.§.quantitas.ff.de pœnis. Alberic.in l.& ſi amicis.ff.ad l.Iul.de adul. Marcus Antonius Blancus pract.crim.par.2.defenſ. nu. 56.& in tractatu de indit. & tortura.§. modus. numero 195.

6 Secundò, ab ordinaria † pœna legis, iracundiæ calor excuſat,nam ſiquis dicto,aut facto prouocatus,aut inſultatus inſultantem & prouocantem ira commotus occidat, is pœnam ordinariā non incurrit. l.ſi adulterium cum inceſtu. §.Imperatores. ff.ad l.Iuliam de adul. Ludouic. Carrer.prax.crimin.§. ſeptimo excuſat calor. num. 1.& ſequent. Etenim inſultatione, & aggreſſio-
7 ne probata, ſi † inſultum paſſus ilico aggreſſorem occidat, is homicidij pœnam euadit, Bald. in l.2.C.de Sicar. Alexand.conſ.119.primo vol. Cępol.conſil.29.Dec.conſil.53.Hyppol.de Marſil.conſil.8.Bald. in l.in multis. C.de liber.cauſa, Iaſo. in l. vt vim. colum.2.verſicu. quarto facit,
8 ff. de iuſti. & iure. Et is, † qui primus inſultat, percutit, vel vulnerat,ſemper dicitur eſſe in culpa,Bar. Alexand.l.1.C. vnde vi. Bald.l. ſi ex plagiis.§. tabernarius. ff.ad l. Aquil. Thom.Grammat. conſil. 29. Socin. iunior. conſil. 117. lib.3. numer. 25.& nume. 33.Ille vero,qui contra prouocantem aliquid facit, cenſetur excuſandus. l. qui cum maior. §. ſi libertus. verſicu. ignoſcendum,ff.de bon.liber. Clementina prima,de homicidio,in verſic.mortem aliter. Gandin.de maleſic. Rubr. de pœna reorum, nume. 46. cenſe-
9 turque tunc † inſultatus vulneraſſe ad ſui defenſionem,cum id egerit in continenti,glo.& doct. in l.1.C.unde ui.Atqui Sandrinus fuit prouocatus ab Antonio, qui primus Sandrinum pugno percuſſit, eidēq; naſum fregit, ut dicitur in proceſſu: cūq; Antonius maior natu eſſet,acerbius Sandrinum pugnis appetebat, & uehementius vexabat quàm faceret Sandrinus, qui erat minor natu,& ſuperiori reſiſtere non poterat: igitur calore iracundiæ percitus in ipſa pugnorum acri concertatione dum educto gladiolo Antonium interfecit excuſandus eſt de iure a pœna ordinaria homicidii.

10 Tertiò, ſicur amens † & fatuus excuſatur a pœ-
11 na ordinaria,& habens † dilucida interualla,qui, niſi probetur contrarium, præſumitur furoris tempore deliquiſſe: ita etiam excuſari debet is, qui aliquando atra bili vexatur ad ſimilitudinem prædictorum, quos fati infęlicitas excuſat,l. diuus. ff. de officio præſid. & copioſè per ſequitur Ludouic.Carrer. in prax. criminal.tractatu de homicidio. §. ſecundo excuſat furor. Quamobrem cum Sandrinus atra bile,vt in proceſſu dicitur, plerunque vexetur, meritò dicta ordinaria pœna excuſandus eſt.

Quartò excuſari dictum Sandrinum a pœna ordinaria homicidii probatur ex diſpoſitione ſtatuti Florentini. rubr.33. Qualiter minor decem & octo annorum delinquens puniatur, lib. 3.uerſic.minor uero. ubi dicitur, minorem ſex-
12 decim † annorum, uſque ad ætatem duodecim ann. ſi delinquat puniri arbitrio poteſtatis. At qui Sandrinus, ut probatum eſt in proceſſu, eſt minor ſexdecim annorum, & maior duodecim; igitur ob hoc delictum homicidii puniēdus nō eſt pœna ordinaria, ſed tanquam minor inſpecto iure municipali puniendus eſt pœna arbitraria,Ludouicus Carrer. practi. criminal. tractatu de homicid.§.circa quintum itaque, num. 4. iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti Florentini, quod in caſu propoſito attendi debet, cum Caſtrum Liburni, vbi commiſſum dicitur homicidium,ſit in diſtrictu Florentino,& propterea ſtatuta Florentię in caſu propoſito ſeruari debeant.argum. eorum quæ dicunt doct.in l.vnica.C.vbi de crimine agi oportet.

Quintò,quia ſi quis inſultum paſſus, ſeu pro-
13 uocatus dicto † vel facto, occidat aggreſſorem, & prouocantē non adhibito etiam moderamine inculpatæ tutelæ, is puniri non debet pœna ordinaria, quæ imponitur propter homicidium. Alex.conſil.2. & conſil.109.num.13.lib. 7.Aret. conſi.34.Corne.conſi.107.lib.1.Felinus cap.dilecti. colum.pen.verſ.ſecunda declaratio de excep.Hipp.de Marſi.conſi.114.num.3. Qui enim excedit modum non punitur vt homicida pœna ordinaria,ſed ſolummodo de exceſſu extra ordinem de exceſſu. Soc.iun.conſi.135.nu.12. vol.3. Thomas Gramm.conſil.56.num.7.

Et is, qui prouocatus occidit aduerſarium ēt abſq; moderamine nō punitur a Iudice tanquā doloſus ordinaria capitali pœna, vel corporali, ſed punitur tanquam culpoſus pœna aliqua ar-

bitraria

traria relegationis, uel pecuniaria, quaſi errans
culpę fiat obnoxius, ut per Lud. Carr. prac. crim.
§. circa quintum. nu. 3. & Iodoch. Dumhouder.
in ſuo enchir. c. 76. cui permiſſum eſt occidere.
Sexto auſim affirmare in caſu propoſito de iu
re Sandrinum puniri non debere nedum pœna
ordinaria de toto, ſed nec ẽt de exceſſu, quia mo
14 deramen † inculpatæ tutelæ non conſideratur,
quando inſultatus accenſus iracundia modũ ex
ceſſit, ut per Petr. Folle. in praxi crim. in rub. quæ
incipit, recipiantur defenſiones reorum. nu. 16.
uer. ſcias ẽt. ubi inquit moderamen inculpatę tu
telæ non conſiderari in rixa, ſi inconſultò, quan-
do inſultatus iracundię furore incenſus in ſe de
15 fendendo modum exceſſit, quia † primi motus
non ſunt in noſtra poteſtate, Affli. in conſt. Nea
pol. inc. Aſperitatem. in 7. no. Rurſus quando in
16 ſultum paſſus, uel † percuſſus eſt debilior, & in-
firmior uiribus eo, qui inſultat, & aggreditur,
quemadmodum euenit in caſu propoſito, ubi
Ant. occiſus aggreſſor erat robuſtior, ut ex pro-
ceſſu colligitur, tunc occidens non punitur de
exceſſu, Matt. de Afflic. in conſt. Neap. inc. Qua-
litas. lib. 3. & Tom. Gram. conſ. 29. n. 33. & Lud.
Carre. d. trac. de homi. §. circa quintum, nu. 5. &
ſeq. Ex quibus omnibus rebus concludo, d. San
drinum excuſandum eſſe a pœna ordinaria ca-
pitali, uel corporali, & ſi quo modo puniendus
eſſet, leui quadam pœna arbitrio ęqui iudicis,
uel potius nulla pęna puniri deberet, ſecundum
prædicta, ſaluo ſemper meliore iudicio, ad lau-
dem, & gloriam præpotentis Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod limitate uſque ad certum tempus concedit. poſt illius temporis lapſum an cenſeatur prohibitum.*
2 *Actio non competit, quando tempus limitatum eſt, poſt eius lapſum.*
3 *Petere non ſatis eſt, ſed oportet expectare reſponſum.*
4 *Qui non ſtetit, veniſſe non dicitur.*
5 *Ignoranti tempus non currit de iure communi.*
6 *Vniſquiſq; præſumitur ſcire ea, de quib. eſt publica uox & fama.*
7 *Aegroti uel abſentes nõ præſumuntur ea ſcire, de qui bus eſt publica uox & fama.*
8 *Statutum in loco ubi conditum eſt, tanquam lex ob ſeruari debet.*
9 *Fama probatur per teſtes etiam ſingulares.*
10 *Fama publica informiter probata an facit plenã fidẽ*
11 *Teſtium numerus ſupplet defectus eorum qui infor miter depoſuerunt de publica fama.*
12 *Teſtium ſeptem numerus eſt ſufficiens ad omne probandum.*
13 *Ab opinione communi non eſt recedendum.*
14 *Scientia circa ea præſumitur, quæ dicuntur & fiũt.*
15 *Qui agit ad retrahendum, tractat de purganda mo ra quoad actionem de nouo acquirendam.*
16 *Reſtit. in integ. quando principaliter petitur, requi ritur ſpeciale mandatum.*
17 *Ignorantia ſupina eius, de quo eſt publica uox & fama, non præſtat beneficium reſtitutionis.*
18 *Victus uictori in expenſis eſt condemnandus.*

CONSILIVM XIIII.

Diuino nomine implorato.

MAG. D. Boniuiri, ſeu Paciales Fiuiz.
quoniam cã, quæ corã uobis uerti-
tur inter Io. Matthiã, Io. Fran. de Fi-
uiz. vt proc. Antonin. q. alterius An
tonini de Verrucula agentẽ ad retractũ ex par-
te una. Et magiſt. And. olim Petri Curſij de Maz
zola reũ conuentũ ex parte altera. Ad me tranſ-
miſſa fuit, ut dicerem, & referrem, quæ ſint par-
tes veſtræ in iudicando ſuper d. cauſa. Idcirco ui
ſo libello d. Io. Mat. & uiſa reſponſione mag. An-
dreæ, cum exceptionibus, replicationibus, capi-
tulis, & atteſtationibus vtriuſq; partis. Viſis etiã
ſtatutis, inſtrumentis, ſcripturis, & iuris allegatio
nibus ambarum partium, & diligẽter perſpectis
actis aliarũ inſtantiarum, & alijs omnibus ad me
tranſmiſſis accuratè conſideratis; Diuino nomi
ne repetito, cõſulo, dico, & refero partes ueſtràs
fuiſſe, & eſſe, ut decernatis, pronuntietis, & decla
retis petita per d. Io. Mat. dicto nomine non fuiſ
ſe, neque eſſe facienda, uel cõcedenda, & propte
rea d. magiſt. Andr. reum conuentũ liberãdum,
& abſoluendum fuiſſe, & eſſe, a petitione, qua d.
Io. Mat. agebat ad retrahẽdàm petiam terrę poſi
tã in pertinẽtijs Signani loco dicto, al Giardino
& ut in ea latius exponitur. Et Victum Victori
in expenſis litis totius præſentis proceſſus con-
dẽnandũ fuiſſe, & eſſe, omni meliori modo &c.
Inducor autem ad ita reſpondendum maxi-
1 mè rationibus infraſcriptis. Et primo, quia † id
quod ſtatutum vſque ad certum tempus limita
tè cõcedit, poſt illius temporis lapſum, prohibe-
re cẽſetur, Bar. in l. ſtatuliberum. §. ſtichum. ff. de
leg. 2. l. ſi vnus. §. ſi cum reo. vbi Bal. ff. de pact. l. 1.
§. ſi mulier. ff. de lib. agnoſcen. Alex. conſ. 9. n. 5.
lib. 1. Dec. conſ. 61. nu. 4. par. 1. Crot. in l. ſi inſulã.
nu. 63. & nu. 75. ff. de verb. obli. vbi dicit, quãdo
2 † tempus limitatum eſt, poſt eius lapſum nõ cõ
petit actio, Tiraq. multa citat ad hanc rem de re
trac. conuen. §. 1. gl. 2. nu. 40. & nu. 47. At ſtatuto
Fiuiz. in lib. 3. rub. 4. de immobili diuidendo &c.
diſponitur, ut ſi alienatio aliquorum bonorũ fa-
cta eſſet, teneatur ille, in quẽ dicta alienatio fa-
cta eſt, rem ipſam reſtituere proximiori agnato
infra menſem a die ſcientię alienationis prædi-
ctæ, ſi fuerit in Fiuiz. uel eius curia, ſi uero fuerit
extra Fiuiz. uel eius curiam infra menſem a die
aduentus eius. dummodo veniat infra ſex men-
ſes a die venditionis factæ, & ſcientiæ prælibatæ
& hoc ſi ipſe agnatus petierit &c. ergo cum in ca
ſu propoſito iam tranſierit, & lapſum ſit tẽpus aſ
ſignatũ a d. ſtatuto, conſequens eſt ut ille, in quẽ
alienatio facta eſt, nõ teneatur dicta bona empta

agnatis ea petentibus reſtituere, Tranſijſſe uero
in propoſita ſpecie tempus a ſtatuto præfixũ in
de cognoſcitur, quod uenditio bonorũ, quæ re-
trahere conabatur Io. Matthias actor, & procura
tor Antonini, facta fuit die 11. Mar. 1557. ut con
ſtat ex inſtrumento d. vẽditionis in actis produ-
cto, Prima uero petitio, q̃ua ad retrahendũ, & re
dimendũ egit D. Tarſia d. Antonini mater pro
omni ſuo iure, & intereſſe, & nomine d. Antoni-
ni, propoſita fuit, ut ex actis patet, die 20. Settẽb.
1563. licet cum deinde in iudicio proſecuta nõ
fuerit, & propterea quo ad obtinẽdum retractũ
perinde ſit, ac ſi eo tẽpore non egiſſet, quia uer
ba ſtatuti Fiuiz. dicentis, & hoc ſi ipſe agnatus pe
tierit, ita intelligi debent, ut petitio debitũ finẽ
conſecuta ſit, arg. glo. in uerbo, expectatum, in c.
3 cum in ueteri, de elect. ubi † non ſat eſt petere,
4 ſed expectare oportet reſpõſum. Vnde † ueniſſe
non dicitur, qui non ſtetit. l. quęſitũ. ff. de re ind.
l. ſcire. §. ſufficit autem. ff. de excuſa. tut. & c. 3. de
uerb. ſignif. ubi gl. & tradit Inno. in c. calumniã.
de accuſ. Bar. in l. conſentaneũ. col. fi. nu. 18. in fi.
C. quomodo, & quando iudex. Petitio autẽ ſecũ
da, qua poſtea experiri cępit d. Io. Matthias actor
& procurator d. Antonini, propoſita fuit die 5.
Apr. 1565. ex quorum ſanè temporum comme-
moratione manifeſtiſſimè patet tam d. Do. Tar
ſiem, quàm d. Io. Matthiam, dum egerunt, exclu
ſos fuiſſe a iure retrahendi propter lapſum tem
potis, quandoquidem non ſolum ſex menſes a
die uenditionis factæ, & ſcientiæ prælibatæ a ſta
tuto pręfixi, ſed etiam complures præterea anni
præterierunt. Hoc ſtante nõ ob. ſi diceretur, An
toniuum præd. non uideri excluſum a iure redi-
mẽdi, quippe qui aſſerit ſe ignoraſſe tanto tem-
pore antea factam fuiſſe præd. uenditionem, &
dicit ſe experiri cępiſſe ſtatim, ut præd. uend. fa-
ctæ notitiam habuit. Quò caſu neq; a iure cõi ſe
5 excluſum putat, ſecundum † quod tempus igno
ranti nõ currit, Bar. in l. ult. in prin. poſt gl. in uer
bo, delatã. C. de iure deliberan. Neq; ẽt ſe exclu
ſum exiſtimat a d. ſtatuto, quod concedit retra-
here uolentib. ſex menſes a die ſcientię factę uẽ
ditionis. Etenim ad pręd. reſpondetur d. Antoni
nũ de iure nõ poſſe prętẽdere, vel allegare igno
rantiã præd. uẽditionis factę per Fran. eius aſſer
tũ patruum d. magiſt. Andreæ reo conuẽto. Pri-
6 mo, quia † unuſquiſq; pręſumitur ſcire ea de qui
bus eſt publica uox, & fama, gl. in l. ſi tutor. C. de
peric. tuto. Bar. in l. Celſus. nu. 6. ff. de uſuc. & in l.
is poteſt. nu. 16. & 17. ff. de acq. hęre. & in l. ſi cui.
§. ijſdem. ver. quęro, dicit, nu. 3. ff. de accuſ. & in l.
1. ff. de receptat. Alex. conſ. 187. nu. 7. uol. 2. & in
conſ. 200. nu. 6. eo. 2. uol. Franc. Balb. in trac. prę-
ſump. ad d. l. Celſus. ff. de uſuca. in §. nunc uenio
ad dicta Bar. nu. 5. t. uer. 7. concl. dicitur. Et licet
7 ſupradicta concluſio † de iure non habeat locũ
in ęgroto, uel abſente, qui non pręſumuntur ſci-
re ea, de quibus eſt publica uox, & fama in loco
a quo abſunt, uel in quo ęgrotant, ut dicit Bar. in
d. l. is poteſt. nu. 17. ff. de acq. hęr. & alij ſupra cita
ti. Tamen ſecundum diſpoſitionẽ ſtatuti Fiuiza-
nenſis, etiam abſens poſt ſex menſes a die quo
in vicinia, fama publica circũferri cępit, intelligi
tur, & pręſumitur ſcire id, de quo ẽ publica uox,
& fama, vt apparet ex illis verbis ſtatuti dicentis;
& intelligatur ſciuiſſe ſi probatum fuerit, fuiſſe
publicã uocẽ, & famã in uicinia, quòd dicta do-
mus, ſeu poſſeſſio fuerit uendita, ſi ille agnatus
fuerit pręſens, poſtquã elapſi fuerint tres mẽſes
connumerandi a die habitę dictę famę. Si uerò
fuerit abſens intra ſex menſes a die, qua fama ha
bita fuerit numerandos. Quod quidem ſtatutũ
8 † in loco ubi conditum eſt, tanquam lex obſer-
uari debet, Dec. in conſ. 592. nu. 2. par. 4. Crot. in
rub. ff. de ope. nou. nun. nu. 45. At in caſu propo
ſito teſtes examinati coram D. Pacialibus ad in-
ſtantiam magiſtri Andreę deponunt de publica
voce & fama d. vend. factę per Fran. d. magiſt. An
dreæ, ergo d. Antoninus, qui redimere nititur
poſt ſex menſes bona prædicta non debet audi
ri, cum poſt lapſum tẽporis careat actione, arg.
l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. Bar. ĩ l. quo
ties. §. item ſi temporali. ff. de admi. tut. De huiuſ
modi uerò publica uoce, & fama rectè probatũ
fuiſſe colligitur ex atteſtationibus teſtiũ ſupradi
ctorum, qui de illa concludenter docuiſſe uiden
tur. Aug. n. Io. primus teſtis examinatus ſuper 1.
& 7. & vlt. c. & ſuper interrogatorijs dicit, poſt-
quam Fran. uendidit d. petiam terrę, in pluribus
locis, & a diuerſis perſonis id dici audiuiſſe pu-
blicè in terra Fiuizani a duobus tunc annis citra
eaq; de re inter maiorẽ partem hominũ, & per-
ſonarum terræ Fiuizani fuiſſe, & eſſe publicã uo
cẽ, & famam. Antoninus quoque Ioanniſmaria
tertius teſtis examinatus ſup. 1. & 7. c. dicit ſe a 6.
annis, vel 7. citra, audiuiſſe a pluribus, & diuerſis
perſonis, Fran. uendidiſſe propoſitam petiã ter-
ræ præd. magiſt. Andreæ, & interrogatus quid
ſit fama, reſpõdetur id eſſe quod omnes ſciunt.
Pelegrinus Io. Mariæ 5. teſtis deponit ſup. eiſdẽ
ſe publicè dici audiuiſſe a 4. annis citra in terra
Fiuizani, q͂ d. Fran. cognomento magnanus uen
diderat d. petiã terræ magiſt. Andreæ. Nicolaus
itẽ Matthæi Accõcij 8. teſtis examinatus ſuper
1. & 7. c. & Tommas Io. Mariæ 9. teſtis ſuper iiſdẽ
c. & interrogatorijs examinati, ſingula ſingu-
lis referendo ſe a duobus annis citra publicè di
ci audiuiſſe conteſte Tamburello, quod magiſt.
Andreas emerat cum pacto de retrouendendo
d. petiam terræ primò ſcutatis 30. aureis, poſtea
uerò d. magiſt. And. ultra eos ſoluiſſe quoq; ſcu
tatos 15. aureos. Sci Conſtantinus ſer Iac. 10. te
ſtis examinatus ad 7. c. in quo ꝓponebatur, qđ
eo tẽpore, quo fuerunt motæ dictę lites & ante
erat & fuit publica uox & fama in terra Fiuizani
apud maiorem partem illius populi, Franciſcum
vendidiſſe dictam petiam terrę magiſt. Andreæ,
aſſerit contenta in cap. eſſe uera, quo caſu opti-
mè probat, Bar. in l. Labeo, nu. 9. in fi. ff. de ſupel.
lega. Bal. conſ. 10. uol. quinto. Soc. conſ. 5. nu. 12.
& nu. 14. uol. 4. & interrogatus de cauſa ſcientiæ
& quid ſit fama, rectè reſpondet & dicit famam
publicam eſſe illud, quod omnes ſciunt. Io. Leo-
nardus

nardus Gregorij X L. teſtis, & ipſe quoque ſup.
eodem cap. examinatus, dicit contenta in capitu
lo omnia vera, ſeque hoc dici audiuiſſe in pluri-
bus locis, & a diuerſis perſonis, præſertim ab ijs,
qui lites inter dictos litigantes componere vo-
luerunt, conteſte Petroangelo, & pluribus alijs
de quibus non recordabatur, & interrogatus,
quid ſit fama, dicit eſſe illud quod omnes ſciũt.
Ex quorum quidem depoſitionibus, niſi eorum
dicta cauillari velimus, manifeſtè patet, probatã
fuiſſe publicam vocem, & famam uenditionis,
de qua tractamus. Nam & ſi de tempore, quo
hæc fama ſerpere cępit, variè deponant, abundè
9 nihilominus fidem faciunt, quia † fama per te-
ſtes etiam ſingulares probatur, Bar. in l. de mino
re. §. plurimum quoque. columna 6. verſicu. ſed
quid ſi teſtes. ff. de quæſt. Bal. in l. 1. C. de teſtam.
Cur. iun. conſil. 64. col. 3. in fi. Gozad. conſil. 13.
nu. 23. Alba conſ. 25. nu. 6.

Nec me mouet, teſtes prædictos particulari-
ter non expreſſiſſe illos, a quibus audiuerint, at-
que aliquos ex dictis teſtibus non dixiſſe, illud a
maiori parte populi ſe audiuiſſe, famamq; publi
cam definire neſciuiſſe, & propterea de ea for-
miter non probaſſe, quemadmodum facere o-
portuerat iuxta theoriam Bart. in d. l. de mino-
re. §. plurimum quoque. ff. de quæſt. Cur. in l. ad
monendi. nu. 284. ff. de iureiur. Socy. conſil. 69.
nu. 19. & 24. uol. 1. Corn. conſ. 232. uolum. 2. &
conſil. 247. num. 24. uol. 2. cum ſimilib. Reſpon-
detur enim, quod quamuis fama publica quæ in
10 formiter † probata eſt plenam fidem regulari-
ter non faciat, ut per Bar. d. §. plurimum quoq.
cum locis conſocijs, tamen illa regula limitatur
non procedere quando fama probata eſſet per
11 plures teſtes, tunc † enim numerus ſupplet defe
ctum, quatenus teſtes informiter de ea depo-
ſuiſſent. Et hanc opinionem primo tenet Bal. in
Auth. quod locum. col. fi. n. 13. uer. decimo quæ
ritur, C. de colla. 2. idem firmat Alex. in addit. ad
Bar. in l. de minore. §. plurimum. nu. 21. in uerbo
ſed quid. ff. de quæſt. 3. eam opi. tenet Fel. in c. cũ
oporteat. col. 8. uer. idem ſi per literas. nn. 18. de
accuſ. 4. idem tenet Hippo. de Marſ. in ſing. 477.
incipien. in teſtibus. & in d. l. de minore. §. pluri-
mum. nn. quadrageſimotertio. ibi limita tamen
niſi eſſent multi teſtes, quia probarent, licet nõ
exprimerẽt a quib. audiuerint. Quinto idem fir
mat Carrer. in l. obſeruare in principio uerſic.
nota unum quod dicit Alexander num. 111. C.
quorum appellation. nõ recipiantur. ubi tradit
cautelam, ut per plures teſtes fama publica pro
betur. Sexto idem tradit Beroius in c. 1. num. 55.
& num. 56. de appellation. Septimo idem ſequi
tur Alba in conſ. 72. n. 4. ubi dicit, quod quam-
uis doct. loquantur de decem teſtibus, tamẽ di-
cendum eſt id eos dixiſſe cã exempli, neque pro
12 pterea tamen negare, quin † numerus ſeptem
teſtium ſit magnus numerus, & ſufficiẽs ad hoc
probandum. Octauo eandem op. & limitatio-
nem ſecutus eſt. Roland. a Valle in conſ. 82. nu
me. 60. uol. 2. Vltimo hoc tenet Hannib. troy-
ſius in coment. ad ritum 41. magnæ cur. nume.
14. ubi dicit per 10. teſtes & ſine cã ſcientię depo
nẽtes probari publicã vocẽ & famã: & idẽ tenet
Tommas gram. in conſ. cauſ. fiſc. 57. num. 18.

Ex quibus patet, quod licet Pariſ. in conſ. 67.
nu. 105. & ſeq. uol. 3. & Natta conſ. 473. n. 22. par.
2. reprobare conati ſint d. opi. & limit. Bald. in d.
Auth. quod locum. C. de coll. tamen d. limitatio
13 ſup. tradita communis eſt, ut ex † numero & põ
dere doct. ſup. cita. apparet, a qua in indicando
non eſt recedendum. c. 1. de conſt. Rectè prętere-
rea de publica fama docuiſſe Mag. Andream in
de colligitur, quod ipſe capitulauit, & per duos
teſtes optimè probauit integritatem, & bonam
conditionem, opinionem, & qualitatem teſtium
quos ipſe induxit ad probandum dictam publi-
cam uocem, & famam; id quod ad eam compro
bandam eſt remedium utile, & neceſſarium, ut
per Bar. in l. 1. §. ſiquis neget. col. fi. ff. quemad. te
ſta. ape. Dec. in c. dilecti. nn. 57. & ſeq. de appel. &
Ceph. in conſ. 65. nu. 63. & ſeq. quib. in locis di-
cunt aduocatum cautum eſſe debere, ut id arti-
culet, & probare conetur.

Secundo d. Antoninum defendere ſe nõ poſ
ſe propter aſſertam ignorantiam factę uendi-
tionis oſtenditur, quia poſito, & non dato, ut
publica fama probata non eſſet, tamen negari
non poteſt, quin multi ex prędictis teſtibus di-
xerint ſe publice audiuiſſe dictam uenditionem
fuiſſe contractam, ut ex eorum depoſitionibus
conſtat. At circa ea, quæ publice uel fiunt uel di
cuntur, ſcientia præſumitur, gloſ. in c. præſumi-
tur ignorantia, de reg. iur. in 6. & c. 1. de poſtulat.
pręplator. & Guliel. a mont ferrat. Cathal. in tra-
cta. de ſucceſſ. regum, in 4. dubio, num. 13. Ergo
prędictus Antoninus ſaltem pręſumptiue id ſci
uiſſe uidetur, quę quidem pręſumptiua ſcientia
ſecũdũ ſtat. Fiuiz. excludit a iure redimẽdi, iuxtà
prędicta. Tertio ad Antonini notitiã perueniſ
ſe contractum uenditionis prędictę multos an-
nos ante, ex eo apparet, q. D. Tarſia eius mater
die 20 menſ. Septẽb. 1563. dictę petię terrę retra
ctum petijt in iudicio aduerſus eundem M. An-
dream, licet litem non fuerit proſecuta. Id quod
manifeſtè arguit, tunc ſaltem dictum Antoninũ
notitiam habuiſſe dictæ uenditionis quia cum
ſolitus fuerit habitare & commorari cum ma-
tre, ut rectè deponunt teſtes examinati ſu-
per decimo capitu. proculdubio ex dicta coha-
bitatione pręſumitur quoque ſcientia, gloſ. in c.
cum oporteat de accuſation. Bart. in l. poſt con-
tractũ. ff. de donation. Aret. conſ. 65. in fine. De
cius conſ. 58. num. 4. quibus ita ſtantibus, nihil
me mouet Antoninum in integrum reſtituen-
dum uideri aduerſus lapſum temporis, ſicut pe-
tijt olim Domina Tarſia eius mater in prima pe
titione retractus; & ſicut petijt etiam Ioan. Mat
thias in ſuo libello, quo d. nom. egit ad retrahẽ-
dum: Reſpondetur enim dictum Antoninũ ſiue
tãquã minor ſiue tãquã ignorans conſideretur
nullo modo de iure reſtitui poſſe. Nam cum in
propoſita ſpecie actio, ſiue condictio ex dicto

ſtatuto competens ad retrahendum extincta fuerit per lapſum temporis, argumento eorum quæ dicit Crot. in l.ſi inſulam. col. antepen. nu. 75.ff.de uerb.oblig.& Alex.conſ.9.nu.6. libr. 7.
15 ubi dicitur quòd † is, qui agit ad retrahendum, tractat depurganda mora, quoad actionem de nouo quærendam, quandoquidem uerus actio per lapſum tẽporis iam euanuit, & extincta fuit hoc ſanè caſu neceſſe erat, ut reſtitutio in integrum principaliter peteretur, non autem incidenter, ut ex mente doctorum declarat Augu.
16 Beroius in quæſt.82.num.3. At quando † reſtitutio in integrum petitur principaliter, tunc neceſſariò requiritur ſpeciale mandatum ad hoc, ut reſtitutio rectè peti dicatur. l.illud.§.fin. ff.de mino. Dec.in cap.præterea.nume.31.de off.deleg.Crauet.conſil.238.num.3. uerſic. & tamen reſtitutio.uolum.2. licèt id non ſit neceſſarium, quando petitur incidenter, ut uoluit Bar. in l.cũ procurator.in prin.ff.de oper.nou.nun.&in d.l. illud.§.fi. ergo cum in caſu noſtro nullum unquam ſpeciale mandarum interceſſerit pro obtinenda reſtitutione in integrum, vt ex actis conſtar: conſequens eſt vt dicamus, dictum Antoninum non debere reſtitui tanquam minorem.
17 Præterea † neque reſtituendus eſt, ut ignorans, quia ignorantia ſupina eius rei cuius erat publica vox, & fama non præſtat beneficium reſtitutionis. Bald.in c.licet.de ſupplen. neglig. prælat. Roma.conſil.127.& conſil.340. & Tiraq. de retractu Gentilitio.§.35.glo.4. in verbo ignorantes,nu.34.& ſeq.
18 In litis autem expenſis totius præſentis † proceſſus, victum victori condemnandum exiſtimaui, iuxta communes traditiones, de quibus per Bar.in l.properandum.§.ſi autem alterutra. C. de iud.& in l.eum quem temere. num.2. ff.eo.& Alex.conſil.83.viſo proceſſu.num.14.volu.6. & Corn.conſil.205.col.fi.num.25.uolum.2.Socy. iun.conſil.36.num.14.parte ſecunda.cum locis conſocijs.

Atque ex iſtis,& quibuſdam alijs, quæ ne longior ſim omitto, iuſtificantur ea quæ diximus, & propterea vt ſupra ſancitum eſt, ita iuris eſſe puto, & ita refero, dico, & conſulo omni meliori modo, ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Qui vult experiri condictione ex ſtatuto munic. probare debet ibi interceſſiſſe qualitates a dicto ſtatuto, ad hoc vt ſtatuti conditio verificetur.*
2 *Agens condictione ex ſtatuto debet vti verbo ſtatuti, & qualitates eius requiſitas probare.*
3 *Ad retrahendum qui agit debet habere bona ſua vicina rei, quam vult retrahere.*
4 *Pronomen, ſuum, ſignificet dominium.*
5 *In ſtatutis verba propriè accipi debent.*
6 *Bona vxoris, in vxoris dominium, non autem mariti tranſire debent.*
7 *Teſtes producti pro vna parte, an probent pro alia.*
8 *Maritus an agat pro vxore ſine mandato.*
9 *Confinia indicant menſuram, & includunt quicquid in ea eſt.*
10 *Dominium quo caſu probetur.*

CONSILIVM. XV.

Diuino nomine inuocato.

MAGNIFICI Domini Boniuiri Curiæ Codipontis. In cauſa, quæ uertitur inter Petrummariam olim Ioan. Ant. a Cauuglano agentẽ ad retrahendam, & reuocandam petiam terræ, de qua in illius petitione ex vno latere: & Iacobum quondam Io. Michaelis de Alebio reum conuentum ex altero, ad ueſtram curiam deuoluta, & mihi conſulenda commiſſa. Vidi, & diligenter conſideraui petitionem dicti Petrimariæ, & exceptiones dicti Iacobi, & atteſtationes utriuſque partis cum omnibus ſtatutis, inſtrumentis, ſcripturis, & allegationibus, & alijs omnibus ad me trãſmiſſis. Idcirco, Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero partes magnificentiarum ueſtrarum fuiſſe, & eſſe, ut decernant, declarent, & pronuncient prædictum Iacobum quondam Io. Michaelis de Alebio reum conuentum abſoluẽdum fuiſſe, & eſſe a petitione dicti Petrimariæ actoris, eundemque Petrummariam actorem ab expenſis propter probabilia iuris dubia, & cauſas, quæ iure animum ueſtrum ad hoc impellere debent, abſoluendum fuiſſe, & eſſe. Ad hoc autem dicendum, atque ita referendum, plura me inducunt, precipuè uero ea quæ ſequuntur.
1 Nam qui † uult experiri condictione ex ſtatuto municipali, probare debet ibi interceſſiſſe qualitates requiſitas a dicto ſtatuto, ad hoc ut ſtatuti cõdictio uerificetur. Bar.in l.1.§.ait prætor. ff. nequid in flum.publ. Io. Andr. c.1. de homicid. lib.7.Dec.conſil.589. num.7. & conſil.18. nu.4.
2 Quinetiam agẽs † condictione ex ſtatuto, debet uti uerbis ſtatuti. Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.nu.3.C.de epiſc.& cler. Et qualitates a ſtatuto requiſitas probare debet, & intentare. Bar.in l.non ſolum.§.ſed & probari, ff.de ope.no. nun. & Soc.in conſil.55.incip. præſtantiſſimè docto. in princ. 1.uol. Quod ſi hæc ab eo probata non fuerunt, reus abſolui debet. l.qui accuſare.C.de eden.c.fi.de iureiur. c.dilectos. de fid.inſtrum. Corn.conſil.123.nu.8.uol.1. At in caſu propoſito Petruſmaria actor prædictus nihil ex iſtis fecit, ſupereſt igitur ut reus abſoluatur. Inde uerò paret actorem non probaſſe ea quæ ab eo probanda fuerant, quia ſtatutũ Curiæ Codipontis in rub.de denuntiandis uenditionibus. dicit, ſi uenditio facta fuerit non ſeruato ordine, liceat eis qui ſunt de parentela, & illis qui uiciniores ſunt rei uẽditæ imobili cũ ſuis bonis procedere cõtra emptorẽ. Quæ uerba requirũt eã qualitatẽ,

3 videlicet ut is. qui agit † ad retrahendum, habeat
bona ſua propria, uicina rei, quam uult retrahe-
4 re. Illud enim † pronomen, ſuum. ſignificat pro-
priè dominium. gloſſ. in §. cum in ſuo. inſtitutio.
de rerum diuiſio. & in l. pupillus. §. fi. ff. de uerb.
ſignificatio, Iaſo. in l. 5. §. Labeo. numero quinto.
ff de uerborum obligatio. id quod multo magis
obtinet in ſtatutis, ubi uerba propriè † accipi de
bent, ut per doct. in l. quicquid adſtringendę. ff.
de uerborum obligatio. Et tamen, ut ex actis cō
ſtat, dictus Petruſmaria actor nō probauit ſe ha
bere ibi bona ſua uicina. Quinimo teſtes per di
ctum actorem examinati ſuper primo, & ſecun-
do capitul. dicunt bona, quæ dictus Petruſmaria
aſſerit ſe habere eo in loco, eſſe bona uxoris di-
cti Petrimariæ, quæ ex hęreditate Ioannelli ad
eam peruenerunt, quo caſu certum eſt, bona
6 huiuſmodi in uxoris dominium, non autem ma
riti tranſire. l. maritus. C. de proc. Dec. conſilio
571. quibus quidem atteſtationibus res plana
7 fit, nam licet teſtes producantur † ab una parte,
tamen probant etiam pro alia parte. l. precum.
C. de libera. cauſa. Roma. conſilio quadringen-
teſimo trigeſimotertio. numero undecimo. Gra
tus conſilio ſexageſimo. numero quadrageſi-
moſeptimo. lib. 1.
8 Quibus ita ſtantibus, non † obſtat maritum
poſſe agere pro uxore ſine mandato, l. ſecunda.
l. maritus. C. de procura. Alexand. conſilio qua-
drageſimoſecundo. libr. primo. Præſertim cum
ſtatutum Codepontis in præallegata rub. de uē
ditio. denuntian. uelit, ut in his caſibus proce-
datur ſummariè. ſine ſtrepitu & figura iudi-
cij. Quia reſpondetur illud forte locum habere
poſſe, quando maritus ageret nomine uxoris,
uel quando in libello uxoris mentio facta eſſet,
ſed quando agitur ſimpliciter, ut in caſu noſtro,
utique maritus uidetur egiſſe nomine proprio.
l. & magis. ff. de ſolutio. Et in materia iuris pro-
thomiſeos cautum eſt, ut libellus ſuſtineri non
poſſit, niſi vir in ſimilibus caſibus agat nomine
vxoris, Tiraq. de utroque retract. §. decimo. glo.
prima. numero tertio. uerſicul. ego cenſeo. licet
pro re dotali cum illius dominus ſit agere poſ-
ſit, Matthęus de Afflict. de iure prothomiſ. in
princip. uerſicul. item quæro, numero quadrage
ſimo. & ibi Bald. numero primo. Nec obſt. uer-
ba, ſine ſtrepitu, quia illis non obſtantibus neceſ-
ſe eſt, ut perſona legitimetur. Bartol. in conſtitu
tio, ad reprim. in uer. & figura, numero ſeptimo.
uerſicul. item an eſt neceſſe. Nec obſt. in inſtru
mento uenditionis uocari Petrummariam tan-
quam confinantem dictæ rei uenditæ, quia re-
9 ſpondetur confinia † indicare menſuram, & in-
cludere quicquid intra eam eſt, l. fines. C. de eui
ctio. Pariſ. conſil. 27. numero decimotertio. uo-
lumine primo. & conſilio quarto, numero pri-
mo. uolum. quarto. non autem indicare domi-
10 nium, quod ſanè † dominium probatur, uel per
præſcriptionem, uel per titulū, uel per alios mo-
dos, quibus per doctores in l. traditionibus. C.
de pact. & per doct. in §. omnium, Inſt. de actio
cum conſocijs. Et ex his, & alijs, quæ breuitatis
cauſa omitto, iuſtificantur prædicta. Idcirco, ut
ſupra firmatum eſt, ita iuris eſſe arbitror, & pro-
pterea ita conſulo, dico, & refero omni meliori
modo.

Ego Antonius.

SVMMARIVM.

1 Inſigne qui prius geſtare cœperunt, de quo inter ſe duo controuerſantur, ratione prioris temporis præferri debent.
2 Priuilegium quòd quis habet in geſtandis inſignibus, non debet ei cui competit auferri.
3 Mercator, vel artifex non poteſt in præiudicium alterius mercatoris, vel artificis uti eorum inſigni.
4 Res tribus modis eadem dicitur, numero, ſcilicet. ſpecie, & genere.
5 Principale attenditur, licèt acceſſorium ſit maioris valoris.
6 Intentio principalis agentis ſemper inſpicienda.
7 Principale, quod in ſubiecto continetur, non variatur propter variationem, ſiue acceſſorij, ſiue ſubiecti.
8 Identitas partis principalioris ſufficit ad vnitatem conſeruandam.
9 Nullum ſimile idem eſt.
10 Eadem eſſe dicuntur, quorum eſt vna ſubſtantia, ita & illa ſimilia appellantur, quorum eſt eadem qualitas.
11 Similitudo verſatur in diuerſis, quæ inter ſe conuenientiam habent, & vbi plures ſunt conuenientiæ, quàm differentiæ.
12 Similium idem eſt iudicium.
13 Ius idem exiſtimari debet eorum, quæ inter ſe ſimilitudinem habent.
14 Inſignia ad quid inuenta.
15 Signata per ſigna cognoſci.
16 Argumentum a ſimili procedit.

CONSILIVM XVI.

Dei nomine inuocato.

COnſultationi propoſitæ reſponden-
dum arbitror, non licuiſſe Bart. Ser-
martellio in ſuis inſignibus pingere
lilium, quo Iuntę in ſuis typis utūtur.
1 Nam quando † conſtat, utri prius geſtare cœpe
rint inſigne, de quo inter ſe duo controuerſan-
tur, tunc ſanè ratione prioris temporis debet is
præferri, cuius prius inſigne fuit. Eum uero, qui
poſterior illud habuit, priori cedere conuenit. l.
2. l. prior. l. ſi fundum. C. qui potior. in pig. habe.
Paris de Put. in trac. de re mil. lib. 6. rub. an rōne
inſign. nu. 3. ad fi. & Bar. Caſſen. in trac. de gloria
mund. par. 1. Conſid. 38. concl. 43. uerſi. 5. caſus.
2 Etenim priuilegium, quod † quis habet in geſtā-
dis inſignibus, non debet ei cui competit

 auferri,

auferri,Gulielm.de Bened. in cap.Raynutius. in
uerbo,Raynutius de clera,in princ.numer.quin
quageſimoočtauo.de teſtamen. Nulluſque eius
occupare inſignia poteſt,qui in illis ferendis an
terior fuit,quando, uel priuatim ipſe uicinus ar
tifex læderetur,uel publicè,ſiue incolis,ſiue ad-
uenis præiudicium inferretur,ut dicit Bar.in tra
ćta.de inſign.col.2.nu.6.& numero 7.Et Petrus
de Vbald.in tract.de duob.fratr.parte 11. num.
3 72. ubi tradit † mercatorem , vel artificem non
poſſe uti ſigno alterius, ad alliciendos fortaſſis
emptores in alterius illius artificis damnum, ac
detrimentum. Et Petrus Rebuffus in conſtitu.
Regias. ſecundo tom. in tracta.de mercat.min.
uend.articul.primo.gloſſ.prima.numero uigeſi
moſexto.qui dicit,bonum,& ingenioſum artifi-
cem prohibere poſſe , ne alius ſignum ſuum ac-
cipiat. Idque, & priuatim, & publice expedire,
ne artificum operæ, inter quos longa differen-
tia eſt,& ingenij,& doctrinæ. l.inter artifices. ff.
de ſolutio.adeo confundantur, vt diſcerni ne-
queat bonum opus a malo. Id quod docet etiã
Panormita.in capitul.dilecta, de exceſſib.præla-
torum,Et Benuen.Stracha copioſè proſequitur
in tract.de mercatu.parte ſecunda,numero no-
nageſimoſexto,uerſicul.rurſus.& ſequitur Iaco.
Menoch.de arb.iudic. libro ſecundo. centur. 4.
caſu 318.numero uigeſimòtertio.quo in loco di
cit mercatorem non poſſe accipere ſignum al-
terius.

Sed enim liquido conſtat ex libris formis ex-
cuſſis a Iũtis anni iam ſunt ſexaginta, & amplius
eoſdem Iuntas prius uti cępiſſe inſigne lilij, quã
fecerit Sermartellius,qui poſterior, nuperq; eo
uti cępit non ſine graui incommodo Iuntarum.
Iure igitur prohiberi poteſt, ne illo utatur, quo
libri vnius ab alterius libris facilius diſcerni ua-
leant, neminique detur damnum, quod leges
abhorrent, iuxta prædicta.

Hoc ita probè ſtabilito,non obſtat, Bartolo-
mæum Sermartellium nõ habere illud idem in-
ſigne quod Iuntę habent,ſed habere aliud ſuum
ipſius proprium, ab eo quod Iuntarum eſt val-
de diuerſum; quaſi ipſe pro ſuo inſigni non ha-
beat lilium ſimplex, ſed quoddam compoſitum
aggregatumque ex multis partibus, ueluti cor-
pus vnum ex pluribus membris conflatum; ne-
pe lilium depictum in velo uentis inflato, ac ſu-
per teſtudine poſito; Iuntas verò, in albo ſcuto
lilium locare ſemper conſueuiſſe, & propterea
utriuſque inſignia non eſſe eadem, ſed diuerſa.

Quoniam reſpondetur,licet iſtorum inſignia
non ſint una, & eodem numero, nihilominus
ſunt una, & eadem genere, & ſpecie, propterea
quod in utriuſque inſignibus pictum extat liliũ
illud,quo pro ſuo inſigni Flor. reſp. utitur. Præ-
terea utriuſque lilium pingitur in albo campo,
ſeu ſubiecto,idcirco hæc inſignia ſaltem in gene
re, uel in ſpecie dicuntur eadem. Neque enim
4 ignotum eſt,rem † tribus modis eandem dici,ui
delicet numero,ſpecie,& genere,ut per Ariſtot.
quinto metaphiſ.& quinto,& ſeptimo topic. Et
Anto.Maſſa Galleſi.lib.1.de exercit.iuriſper. nu
mero 30.& numero 31.quamuis ergo Sermar-
tellius non occupet inſignia Iuntarum eadem
numero, occupat tamen ea quæ ſunt eadem in
genere,& ſpecie.

Et licet compoſitio, & aggregatio utriuſque
illius corporis non uideatur eſſe eadem, atta-
men ad inducendam identitatem, ſat eſt, idem
eſſe illud quod in ea corporis totius aggrega-
tione principale eſt, & præcipuum. Alia enim
aggregati membra non ęquè conſiderantur,ſed
5 attenduntur ſolummodo † principalia, licèt ac-
ceſſoria maioris ualoris eſſent. l.ſi in emptione.
6 ff.de contrahend.emptio.quoniam † ſemper in
ſpicimus principalem agentis intentionem. l.ſi-
quis nec cauſam.in princi.ubi etiam Dec.in ter-
tio notab.numero tertio.ff.ſi cer.pet.& propter
7 † mutationem, uariationemque,ſiue acceſſorij,
ſiue ſubiecti nõ uariatur ipſum principale,quod
in ſubiecto huiuſmodi continetur,neque immu
tatur ipſius principalis ſubſtantia,neque deſinit
3 eſſe idem quod antea fuit,quoniam ad † unita-
tem identitatemque cuſtodiendam, & conſer-
uandam ſufficit identitas partis principalioris,
& formalioris, perduranteque ipſo principali
nil obeſt unam, uel alteram partem deinde ua-
riari,ut per Ariſt.Metaph.tex.commen. decimo
nono.& libro primo. de generat. tex. commen.
trigeſimoquinto,uſque ad trigeſimũnonũ. Ca-
gnol.in l.ſecunda.C.de pact.inter empt.& uen-
ditio.numero centeſimo uigeſimooctauo.& nu-
mero centeſimo trigeſimo.cum ibi deductis.

Reſpondetur,& ſecundo, poſito, & non da-
to,ut inſigne Sermartellij, quod attinet ad ſub-
ſtantiam, non ſit idem quod eſt inſigne Iunta-
rum,negari tamen non poſſe illud eſſe idem ſal-
tem quod pertinet ad aliquas qualitates,& con
ſequenter eſſe illi ſimile,ſi nõ eſt idem,quia nul-
9 lum † ſimile idem eſt. l. quod Nerua. ff. depoſ.
10 Nam ſicut eadem † eſſe illa dicuntur, quorum
una ſubſtantia eſt, ita rectè illa ſimilia appellan-
tur,quorum eſt una qualitas.Bald.in l.ſi unus.§.
pactus ne peteret. numero quinto. ff. de pact.
Galiau.in rubr.ff.de uerborum obligatio.nume
ro centeſimo uigeſimotertio.Ioan.Bap.Caccia-
lup. in l.omnes populi. numero ducenteſimo
quinquageſimoquinto.ff.de iuſt.& iur. Similitu
11 do † enim uerſatur in diuerſis, quæ inter ſe quã
dam conuenientiam habent, & quibus una qua
litas tributa eſt, ut per Paridem de Put. dicto
tract.de re milita.libro ſexto. rubric. an ratione
inſign.numero quarto,& numero quinto,& nu
mero ſeptimo.& Caſſen. dicta concluſione qua
drageſimaoctaua.Rodulph. agric. de inuentio-
ne dialect.libro primo. capitul.uigeſimo. ubi et
Io.Math.Phriſſemi. in Scholijs. & Ioan. Cæſare
dialect.tract.Nono loco, a ſimil. Ibique conſi-
ſtere dicitur ſimilitudo, ubi ſunt plures conue-
nientiæ quàm differentiæ. Iaſ.l.1.columna ſecun
da.C.de iure emphy. Dec. capitul.translato. de
conſti-

conſtitu. Cagnolus l.ſecunda.numero nonage-
ſimooctauo.ff.de orig.iuris. Quapropter cum
inſignia Sermartellij quaſdam habeant qualita-
tes,quæ apertè conſpiciuntur in inſigni Iunta-
rũ, ſequitur ut nullus iure poſſit inficiari utriuſ-
que inſignia dici ſimilia. Quãdoquidẽ in utroq;
inſigni pingitur lilium, quod eſt inſigne Floren.
Itemq; utriuſque lilium hæret ſubiecto coloris
albi. Nec obeſt, Sermartellium locare lilium in
velo albo,Iuntas vero lilium ſemper in albo ſcu-
to collocauiſſe.Nam prærerquàm quod hęc tan
quam non principalia non attenduntur, iuxta
prædicta, reſpondetur etiam Iuntas non ſolum
in albo ſcuto lilium pingere conſueuiſſe,ſed etiã
alibi,ut ex libris ab eis excuſis oſtenditur,in qui
bus videre licet, Iuntas interdum locaſſe lilium
in albo ſcuto,aliquando in ſudario linteo; quan
doque vero in coronamentis, quæ in priori
bus librorum pagellis a Tipographis ornatus
cauſa exhibentur.

Sed ratio,propter quam de iure mercatores,
uel artifices prohibentur ferre eadem illa inſi-
gnia,quibus alij artifices, vel mercatores dona-
ti ſunt,locum habet non tantum in ijſdem inſi-
gnibus,uerumetiam in ſimilibus; igitur dicen-
dum eſt de iure prohibitum eſſe non ſolum ea-
dem inſignia,ſed etiam ſimilia gerere, quando-
12 quidem † ſimilium idem eſt iudicium. l. 1. §.ius
autem.ff.de iuſt.& iur.l.leges,1.C.de legib.c. in-
13 ter cætera.de reſcriptis. Eorumque idem † ius
debet exiſtimari.in quibus eadem ratio ſimilitu
dinis reperitur,l.non poſſunt,ff.de legib. l. a Ti-
tio.ff.de uerborum obligatio.l.ſi poſtulauerit.§.
ratio autem.ff.ad l.Iul. de adul.

In inſignibus uerò ſimilibus locum ſibi uen-
dicare eam rationem, quæ locum uendicat in ijſ
dem demonſtratur,quoniam ideo prohibentur
artifices eiuſdem artificij, uel mercatores. eiuſ-
dem generis mercaturæ, alterius inſignibus uti
, quod iura non permittunt ex operarum con-
fuſione,uel priuatim ulli artifici, uel publicè ali-
cui ex populo damnum adferri, ut uoluit Bar.in
dicto tract.de inſig.columna ſecunda. nume.ſe-
xto,& numero ſeptimo. & in ſpecie tradit Iaco.
Alba in conſil.71. numero ſecundo, & numero
14 3.Quinimo inuenta † dicuntur inſignia ad eui-
tandam confuſionem, & ad res cognoſcendas,
& diſtinguendas.argumen.l.ad cognoſcendum.
C.de ingen.manumiſ.Guliel.de Bened.in capit.
Raynutius,in uerbo, Raynutius.de clera.nume
ro 57.de teſtam.Dec.in ca.cauſam matrimonij.
numero 6.& ſeq.de proba.Io.de Platea in l.ſtig
mata.C.de fabricen.lib. 11. Tiraq.de nobilita.c.
6. numero 17. uerſicul. attende tamen. Bald.in
Auth.dos data.C.de donati. ante nup. ubi dicit
15 per ſigna † cognoſci ſignata.ut per Matth.de Af
flict.deciſio.23.incip. Cappellani. numero 3. &
Pedemon.deciſio.48.numer. 3.& Claudius Co
terçus lib. 3. de iure priuil.mili.c.25.de armis pa
gin.208.litera C.

Quamobrem cum euitandæ confuſionis, &
rei alicuius ab altero diſtinguendę ratio,quę lo-
cum habet in ijſdem inſignibus, locum quoque
in ſimilibus habere comperiatur, ſiquidem non
ſolum propter identitatem, ſed etiam propter
ſimilitudinem inſignium induceretur confuſio,
& facile eueniret,ut uix unius artificis opera ab
alterius operis diſgnoſcerẽtur in damnum mul-
torum,reliquum eſt ut firmemus propter priua
tam,& publicam utilitatem non ſolũ uetitum
eſſe pluribus eadem; ſed etiam ſimilia inſignia
16 ferre ſumpta † argumentatione in caſu propo-
ſito ex pari ratione eiuſdem rei,ad rem ſimilem
iuxta prædicta. Quamuis ad concedendam pu-
gnam in duello propter rei odium, & uitę peri-
culum aliaque rationis diſcrimina huiuſmodi ar
gumentatio de ijſdem ad ſimilia non probetur,
ut per Parid.de Put. dicto tracta.de re milita.li-
bro ſexto. dicta rubric. an ratione inſignium.
numero tertio. & Caſſan. dicto tracta.de gloria
mundi, parte prima. trigeſimaoctaua conſide-
ratio. concluſione quadrageſimaoctaua. ſupra
citata. cum ſimilibus. Ex quibus omnibus po-
tiorem mihi uideri cauſam Iuntarum reſpon-
deo meliore ſententia ſemper ſalua ad Dei om.
gloriam, & honorem.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Libris particularium,& ſi non ſint notarij et perſona publica,fides adhibetur.

2 Verba inſtrumentorum enuntiatiua propter aliud prolata,an probent conſanguinitatem.

3 Antiqua ea cenſentur,quæ ſpacium centum annorũ excedunt.

4 Argumentum a nomine familia ad inſignia an procedat.

5 Argumentum a ſimili an ſumi poſſit.

6 Inſignia familiarum qui prior geſtare cœpit,is ratione prioris temporis præferri debet,poſterior uerò cedere ei debet.

7 Priuilegium prælationis nemini debet auferri.

8 Inſignia familiarum vſurpaſſe quis non dicitur, ſi non conſtat de priori,vel poſteriori tẽpore vſus uel conceſſionis eorum.

9 Pugna duellari locus non eſt,niſi appareat de prioritate,vel poſteritate conceſſionis et facultatis geſtãdorum armorum.

10 Græci obſeruant nomina patronimica, quod idioma latinorum minimè admittit.

11 Nomen alterius accipere,vel mutare, an liceat.

12 Damnum, quod quis ſua culpa patitur, ſibi & non alij debet imputare.

CONSILIVM XVII.

Diuino nomine implorato.

PROPONITVR, Aloyſium tam ſuo ipſius nomine, qnàm tanquam procuratorem D. Mariæ, & vice, & nomine Ioannis accuſauiſſe ſer Ioãnem, & Antonium, & ſer Syluеſtrũ de Caldarinis, quòd illi, ut aſſerit dictus Aloyſius, ſibi aſſumpſerint, & vſurparint indebitè nomen familiæ, palamq; profiteantur ſe ortos eſſe ex familia Calderinorum, quo facilius admittantur ad honores, & magiſtratus in ciuitate Florentiæ. Et propterea d. Aloyſius petit declarari eos incidiſſe in legem municipalem, quę de ea re iamdudũ Florentię lata eſt; itidemq; decerni poſthac eis minimè licere ſe aſſerere propagatos ex familia Calderinorum è Florentia, quam dictus accuſator ſoli ſibi verè competere arbitratur, & propterea petit, dictos accuſatos adſtringi, & condemnari, ut ſe nominent ſer Ioannem & Antonium, & ſer Syluеſtrum Calderini oriundi a Ficino oppido, ſiue a Caſtro franço.

Ex aduerſo verò d. ſer Io. & Ant. & ſer Sylueſter, qui contendunt oſtendere ſe illicitis conuitijs diffamari, reſpondent ſe nihil contra legém municipalem unquam admiſiſſe; quippe qui nũquam eius fuerunt intentionis, ut potiri uellent beneficijs, & commodis illius Tribus, ſiue Quarterij vexilli, ſeu Gonfalonis, ſub quo militaſſe dicuntur aſcendentes d. Aloyſij. Et propterea petierunt d. Aloyſio imponi ſilentium perpetuũ, & per D. iudices decerni, & declarari d. Aloyſiũ oriundum eſſe ex familia olim Chriſtophori Euphroſyni Cecchi a Caſtro Ficino, dictos autem accuſatos illos ipſos eſſe, qui oriuntur ex antiqua agnatione Iaco. Calderini Antonij de Calderinis ciuis Florentini, ipſiq; Ioanni, cuius nomine agit Aloyſius, poteſtatem optionemq; libenter facere, vt eligat vtrum ex linea Chriſtophori Eufroſyni Cechi ficinenſis, an vero ex familia Iacobi Calderini Antonij de Calderinis Flo. oriundum ſe profiteatur; cuiuſmodi ſunt accuſati, quorum inſignia gentilitia tres habent carduеles in campo aureo cum faſcia, ſeu sbarra angulari primum ſine lilijs, poſt Antonium uero ſeniorem, qui id impetrauit a magnis Regibus cum lilijs, & raſtro rubeo.

His ita poſitis ex me quæritur, vter iſtorum in hoc iudicio debeat obtinere. Et rem breuiter perſtringens arbitror potiorem eſſe cauſam dicti ſer Io. & Ant. & ſer Sylueſtri.

Et primo dictos accuſaros poſſe iure aſſerere ſe progenitos ex familia Calderinorum è Flo-
1 rentia ex eo dilucide conſtat, quod plena † fides adhibetur libris eorum qui & ſi publicæ perſonæ, ideſt Notarij non ſint, nihilominus ad ſcribendum a republica deputantur, Bar. in l. quædam, §. nummularios, in fi. ff. de eden. ubi Iaſ. col. 7. Bal. conſ. 249. ſuper libris, vol. 1. & Alex. in conſil. 179. in prin. lib. 6. & conſ. 186. inc. viſis ſubtiliſſimis. nu. 6. uol. 2. Soc. conſi. 169. in prin. lib. 2. Iaſ. in repe. l. admonendi, n. 109. uer. 3. caſu prin. & in lect. n. 129. ff. de iur. iur. Fel. in c. 2. uer. 4. co. 18. de fide inſtr. Dec. c. cum cauſam. ver. & iſta limi. col. 3. de prob. Crau. in tract. de antiq. temp. par. 1. in ſect. incip. Quarto limitatur d. cõcl. n. 62

At in publicis libris cenſus, ſiue Aeshmi, vel cataſtri ciuitatis Flor. ſcriptum pluries reperitur aſcendentes dictorum ſer Io. & Ant. & ſer Syluеſtri fuiſſe appellatos Calderinos, ſeu de Calderinis, & habitos pro natis ex vera familia Calderinorum: igitur condemnari non debent tanquã occupatores nominis, & familiæ alienæ. Nominatos autem ſemper fuiſſe in dictis publicis libris aſcendentes dicti ſer Io. & Ant. & ſer Syluеſtri, ut oriundos ex uera familia Calderinorum a Florentia, patet ex libris aſtimi, ſeu caſtatri, vſque ab anno 1427. & 1451. & 1557. & 1469. & 1470. & 1481. & 1498. in ea parte libri, vbi deſcribebatur Tribus, ſeu Quatterium Sãctę Crucis ſub inſigne, ſeu vexillo Rotæ, quibus in locis pluries legitur nomen Iacobi Calderini Ant. de Calderinis. Rurſus poſteriori tempore ex libro matriculæ notariorum ciuitatis Flo. anno 1534. & 1547. & alijs temporibus conſtat ſer Laurentium patrem dictorum reorum ſe nominaſſe ſer Laurentium de Calderinis, ſicut aſſidue fecerũt dicti accuſati filij ſer Laurentij, ut ex actis apertiſſimè demonſtratur.

Secundò ita apertè docuiſſe accuſatos, ſe ortos ex antiqua familia Calderinorum, vt abſolui de iure debeant, comprobatur, quia licèt inſtrumẽ-
2 torum † verba enunciatiua propter aliud prolata non conſueuerunt probare conſanguinitatem, l. non epiſtolis, l. non nudis, C. de prob. Fel. in c. ſeries, de teſtib. & in c. per tuas. ext. de prob. col. fi. uer. 3. cum ſimil. Tamen ubi ſumus in antiquis, & tractatur de probando, & demonſtrando aliquos eſſe deſcendentes a tali ſtipite, eo ſanè caſu ſufficit probatio, quæ colligitur ex verbis enunciationis antiquorum inſtrumentorũ, ut in ſpecie firmat Alc. conſ. 90. inc. in cauſa & lite, nu. 8. & ſeq. uol. 6 & Iaſ. in l. ex his uerbis, in 4. limi. C. de mili. teſt. Dec. in conſi. 146. nu. 14. Iac. Alba in conſ. 83. n. 3. & ſeq. quem ult. loco ſequitur Io. Ceph. conſi. 138. nu. 45. uol. 1.

At in propoſita ſpecie agitur de probanda antiqua conſanguinitate per plures antiquos li-
3 bros, quandoquidem antiqua † cenſentur ea, quæ excedunt ſpacium centum ann. ut per Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 1. in princ. nu. 5. quæ quidem conſanguinitas eſſe ſolet difficilis probationis, l. Lucius, ff. de cond. & dem. & no. in l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Alex. d. conſi. 90. ergo uerba enunciatiua plurium antiquorum inſtrumentorum, ſeu librorum optimè probant conſanguinitatem, ut per Iac. Alb. d. cõſil. 83. nu. 14. Et propterea dicit Craue. d. trac. de antiq. temp. par. 1. in prin. nu. 7. quòd licet regulariter uerba enunciatiua non probent conſanguinitatem, tamen hæc regula procedit, quan-

do nos

do nos non verſamur in antiquis factis, quia in
illis optimè probant, ut per eum ibi.

Tertio dictos accuſatos,& eorum aſcenden-
tes verius appellari potuiſſe,&poſſe Calderinos
ſeu homines de Calderinis, inde colligitur,ꝙ ſi-
4 cut arg.†licet de noīe familię ad inſignia,vt vr̄ fa
cere Bart.in tract.de inſignibus nu.5.& expreſ-
ſe ita argumentatur Caſſene.in Catalogo glorię
mundi parte 1. Conſideratione 38. concluſio
ne 44. uerſic.nono probatur arguendo de no-
minibus ad arma.ita poſſumus argumentari de
geſtione armorum ſeu inſignium gentiliorum
ad nominis familiæ aſſumptionem,ſumpta argu
5 mentatione a † ſimili. l. non poſſunt. ff. de le-
gibus.

At quotieſcunque inter duos uel plures con
trouerſia eſt de facultate geſtandi arma ſeu inſi
6 gnia gentilitia profecto eo caſu,qui prior †inſi-
gnia familiaria geſtare cępit, ille certe ratione
prioris temporis præferri debet, qui uerò po-
ſterior arma aſſumpſit is priori cedere debet.l.
2.l.prior l.ſi fundū C.qui potior.in pignor.hab.
7 c.qui prior de regul.iur.in 6. Nec debet †priui-
legium prælationis in geſtione armorum ei cui
competit auferri,ut per Gul. de Bened.in repe.
c. Raynutius, in uerbo, Raynuntius.de clara.in
principio num.58.de teſtament.& Caſſen.d.ca-
talogo glor. mundi parte 1. conſideratione 38.
cōcluſione 48.uerſic. Quintus caſus igitur etiā
qui prior familiæ nomen aſſumpſit, is in hac ap
pellatione potiorem cauſam habet, & prohibe-
re alteri poteſt eiuſdem nominis aſſumptionē,
ut dicit idem Gulielm. de Bened.d. verbo Ray-
nutius de clara.num. 58.vbi multos citat.

8 Quin etiam †amplius dico,quando non con-
ſtaret de priori,uel poſteriori tempore vſus, uel
conceſſionis armorum & inſignium, & aſſum-
ptionis nominis familię, tunc ſanè nemo eorū
iure dixerit ſibi ab alio uim inferri, uel alterum
inſignia indebitè uſurpaſſe, quoniam quilibet
eorum eo caſu haberet antiquitatem & titulum
pro ſe, argumento l. etiam,§. ſiquis. ff. de petit.
hæred.& quiſque eorū poſſet aſſignare cauſam
ſuæ poſſeſſionis ſcilicet antiquitatem anteceſ-
ſorum,id quod efficeret,ut nemo diceretur prę-
do,ut in ſpecie tradit Caſſen. d. concluſio. 48.in
uerſic.Quartus caſus. Eodemque ſcriptum reli-
quit Paris de Puteo lib.6. de re militari. in Rub.
an ratione inſignium uel armorū poſſit &c. nu.
9 3.& 4.& ſeq.pugnę duellari †locum nō eſſe,quo
niam non apparet de prioritate uel poſteritate
conceſſionis & facultatis geſtandorum armorū

Sed enim in caſu propoſito maiores & aſcen
dentes dicti Aloyſij poſterius uidentur accepiſ-
ſe nomen Calderinorum,quam fecerint maio-
res & aſcendentes dicti fratris Ioannis & Anto-
nio,& ſer Syluestri; quandoquidem in libro cē
ſus anni 1427.eo in loco,quo deſcribebatur tri-
bus ſeu,ut Florentiæ dicitur quarterium S. Cru
cis ſub inſigni Bouis ſcriptū reperitur, Chriſto-
phorus Eufroſyni Cecchi a Ficino, ex quo patet
eo tempore illos nō fuiſſe appellatos de Calde-
rinis, ſed uidentur hanc familię appellationem
aſſumpſiſſe anno 1469.quo tēpore relicta prio-
ri tribu atque vexillo contulerunt ſe ad tribum
Sanctę Mariæ Nouellæ, & ad inſigne ſeu uexil-
lum, vel ut Florentię aiunt,gonfalonem Leonis
Rubei.Igitur tantum abeſt, ut accuſati prædicti
condemnari poſſint,ut etiam quòd familiæ no-
men priores aſſumpſerint ſe potiorem habere
cauſam audacter affirmare ualeant.

Hæc cum ita ſint,nihil obſtat,ſi quis obiiciat,
dictum ſer Ioānem, & Antonium, & ſer Sylue-
ſtrum,uel eorum maiores,& aſcendentes uelu-
ti ſer Laurentium eorum patrem aliquando ſe
appellaſſe (exempli gratia)ſer Laurētium Calde
rini,& non ſer Laurentiū Calderinium;uel Cal-
derinum,uel de Calderinis,ex quo dubitari poſ
ſe uidebatur,an ipſimet accuſati & eorum maio
res tacite faſſi ſint, ſe non eſſe oriundos ex uete-
ri familia Calderinorum e Florentia, ſed deſcen
diſſe omnes ab aliquo,qui proprio nomine Cal
derinus appellaretur,

Nā præterquàm ꝙ,ut ex actis conſtat,dictus
et Aloyſius uel eius maiores ſe interdū denomi
narūt(exēpli cā Aloyſiū)Calderini,& nō de Cal
derinis,ita ut quòd ipſi fecerunt, idē in aliis ap-
probare deberent,l. 1.ff.quod quiſque iuris. Re
ſpondetur etiam idem eſſe dici ſeu appellari ſer
Laurentium Calderini,uel ſer Laurentiū de Cal
10 derinis,quoniam licet† Græci habeant nomina
patronimica,quæ ſignificant filium, uel nepotē,
uel alium deſcendentem ſui primitiui, ut Aeaci-
dem,ideſt Aeaci filium,uel nepotem,uel deſcen
dentem. Tamen idioma Latinorum ſeu Roma-
norum, uſum patronimicorū regulariter & ple-
runque(paucis quibusdam exceptis)minime ad
mittit,ſed patronicorum nominum loco utebā
tur Romani nominibus quibusdam gentilitijs
poſſeſſiuis in IVS. finientibus, quando a no-
mine proprio ſumebantur, quæ agnationum
ſeu familiarum nomina denotabāt. Veluti Cor-
nelij,qui omnes ab illo, qui primus Cornelius
uocatus eſt,Corneliorum nomē acceperunt, ut
dicit Priſcian.lib. 2.de octo partibus orationis,
cap.de nominum generibus. Quo fit, ut hoc no
men Calderinius,quod in IVS terminari dixi-
mus,ſi a prēnomine ſeu proprio nomine dici-
tur,nihil aliud ſibi uelit, quàm filios nepotes, &
deſcendentes & agnationem & familiam Calde
riniorum iuxta illud Virgilianum Aeneid. lib.
primo.

Idem metuens Veteriſque memor Saturnia belli
Et lib.4.Aeneid.

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.
ideſt Iuno filia Saturni, ut exponunt interpre-
tes in illis locis. Itemque ſequitur ex prædictis
quòd nomē hoc familię Calderinus nō in IVS
ſed in VS terminatum, ſiquidem non ducatur
a proprio nomine ſed aliunde ueluti quando a
Vitio, Virtute, uel loco, uel alijs rebus ducitur
exēpli cauſa in caſu noſtro,ſi ducatur a Cardue-
libus quas aues in inſignibus familię depictas
tenent,identidem ſignificabit prognatos a Cal
derino,

CONSILIVM XVIII.

Diuino nomine implorato.

VT dilucidius aperiãtur dubia ſubtili-
ter excitata per Reuer.D. Vicarium
contra præſentatum per nobiles de
Zanchinis, in primis animaduerten
1 dum puto quòd quamuis †ius patronatus tran
ſeat ad hæredes etiam extraneos,gloſ.& doct.in
clement.Plures.de iure patronatus. Innocẽtius
in rub.eo. Panorm.& poſt alios Beroius in c.1.
num.4.&num.6.de iure patronatus.ubi dicit eſ
ſe communem.Nihilominus prædicta commu-
nis opinio limitatur non habere locum, quãdo
ius patronatus eſt acquiſirum patrono cõditio-
naliter, & qualificatiuè ſub nomine collecti-
uo,exempli cauſa familiæ,domus uel agnationis
tunc enim donec ſuperſunt gentiles aliqui ip-
ſius patroni,ad ſucceſſores extraneos ius patro
natus tranſmitti non poteſt,ut firmat Zaberel-
la in conſ.48.Incip.Quidam nobiles in uerſic.ui
detur dicẽdum. vbi dicit, cum ius præſentãdi in
capella,de qua ibi agitur, competeret agnationi
& parentelæ quorundam nobilium, ſub collecti
no nomine parentelę, nó potuiſſe vnũ ex illis hę
redibus patronis transferre ius patronatus in
extraneum ſucceſſorem,quia cum dictus extra-
neus ſucceſſor non eſſet ortus ex ea familia, ca-
rebat, qualitatibus & conditionibus requiſitis,
&propterea donec extat aliquis ex dicta familia
ius præſentandi tranſire non poteſt ad dictum
2 extraneum, ne inferatur†præiudicium agnatio-
ni. Et idem tenet Rocch, de Cur. in tract.iuris
patronatus in verbo, ipſe Velis a quo. in q. 33.
3 nu.77.verſi.ſed circa hanc.vbi dicitur ſi ius † pa-
tronatus competit illis de parentela tantum,ni-
mirum,quia in fundatione ita ordinatum ſit, u-
nus ex dictis gentilib.non poteſt ius ſuum alteri
extraneo renuntiare, cuius rei ratio aſſignatur,
quia ius patronatus hoc caſu competit conditio
naliter & qualificatiuè ſcilicet illis de parentela,
idcirco illis qui eam qualitatem non habent nul
lo modo deferri poteſt ius patronatus, & ibidẽ
ait hoc nullam habere dubitationem. Eandem
opinionem tenet Pariſius in conſil.48.nume. 7.
volum.4.vbi concludit,q ſi in fundatione diſpo
ſitum eſt,ius patronatus competere illis de tali
parentela,non poteſt transferri ad alios qui ca-
rẽt ea qualitate expreſſa in fundatione. Id quod
ſequitur etiam Cæſar Lambertinus olim epiſco-
pus Iſulenſis in tractatu de iure patronat. lib. 1.
in 8.articulo ſecundæ queſtionis principalis, ſe-
cundæ partis nu.1.& nu.2. vſque ad uerſic. ſed
tu poſſes dicere,vbi ait,q quãdo ius patronatus
4 eſt † acquiſitum parentelæ ſub nomine collecti
uo, tunc ius patronatus,ſeu ius pręſentandi cõ-
petit omnibus de parentela, ideo non poteſt in
eorum pręiudicium per unum ex agnatis in ex-
traneum transferri propter cõditiones & qua-
litates in fundatione appoſitas,quibus non eſt
decoratus extraneus.Quorum omnium opinio
num ſequitur & copioſe comprobat Io. Bapt.
Ferretus in conſ.134.nu.5.& ſeqq. uſque ad nu.
12.ubi dicit, quando cautum eſt, vt ius patrona
tus deueniat in illos de tali genere ſeu familia
fundatoris,eo caſu unus de dicta parentela non
poteſt in extraneum huiuſmodi ius transferre.
Quod cõprobatur ex his,quę dicit Bal. in conſ.
5 215.Incip.Proponitur.lib.2.ubi † ſi feudum an-
tiquum deuenire debet ad deſcendẽtes, utique
unus ex dictis deſcendentibus uaſallis non po-
teſt alijs deſcendentibus in feudo pręiudicare,
quia penes ſe non habet feudum pure, ſed con-
ditionaliter. Ad hoc poſtremo facit id quod tra
dit Didac.Couarru.lib.2. uariar. reſolut.cap.18.
nu. 10.ubi firmat,ius patronatus nõ poſſe trãſ-
ferri a patrono, qui non inſtituit in præiudiciũ
uocatorum ex prima inſtitutione. Ex quib. om-
nibus patet,doctores communiter firmare, ius
patronatus familiæ parentelæ & domui debitũ
nõ poſſe per unũ ex dicta familia ad extraneos
tranſmitti.

At in caſu propoſito ius patronatus, de quo
tractatur,eſt debitum familiæ & agnationi tan-
quam uniuerſis, non autem, tanquam ſingulis,
ut apparet ex pręſentatione facta ab anno, uſq;
1437.ubi dicit,quod electio & nominatio recto
rum dictarum eccleſiarum dum uacant, ex anti-
qua conſuetudine diutius approbata eſt, perti-
net & ſpectat ad nob.de Caſtillonchio & de do-
mo illorum de Volognano comitatus Florentię
igitur tãquam ius quod ſub nomine collectiuo
uidelicet nobiles de Caſtillonchio, & de domo
de Volognano debitum eſt, uniuerſis de dicta
familia non autem ſingularibus perſonis,argu-
mento eorum quę dicit idem Cęſar Lamberti-
nus in d.tract.de iure patron.art.28. primę quæ
ſtionis princ. 2.partis lib.1.num.1.& nu.2. Con
cludendum eſt dictum ius patronatus per dictũ
Benedictum de Volognano non potuiſſe tranſ
ferri,nec etiam translatum cenſeri in dictũ hæ-
redem extraneum,licet tranſeat cum vniuerſita
te,gloſ.in c.præmentis. 16.q.7. & gloſ. in c. cum
ſecundum, de iure patronat. Roch. de Curte in
verbo,ipſe velis a quo cauſam habuit,nu.1. 1.q.
de iure patron.

Quibus ita ſtantibus manifeſtè patet, ſublata
videri tria illa dubia acutiſſime excitata. Namq;
primo ius patronatus licèt trãſeat ad extraneos
ſucceſſores,tamẽ vt patet ex prędictis, illud pro
cedit in iure patronatus debito aliquibus, vt
ſingularibus perſonis,& non vt vniuerſis qualifi
catiuè,& conditionaliter, ut accidit in caſu no-
6 ſtro. Secundo quamuis † tranſeat ius patrona-
tus in ſtirpes,& non in capita,iuxta ea quæ tradit
Inno.in c. 1.de iure patro.& per Rocch.de Cur.
in d.tract.iuriſpatr.in uerbo,ipſe uelis. nu.ſecun
do.verſicul.ſecundo igitur. Tamen illi,ad quorũ
ſtirpes tranſijt, non poſſunt dictum iuſpatrona-
tus ab eorum ſtirpib. & agnationibus auocare,
ad extraneosve transferre,iuxta prædicta. Ter-
tio nihil obeſt ex eo quod Illuſt. olim familia de

Quoua

Quoua fuerit diuiſa in duas agnationes, nempè de Caſtillonchio, & de Volognano, idcirco cenſeatur eodem modo diuiſum ius patronatus, quoniam reſpondetur huiuſmodi rationem nõ magno negocio in aduerſariũ ualidè retorqueri, quandoquidem familia de Caſtillonchio, & familia de Volognano, vt eſt notorium, & ex antiquis annalibus comprobatur, reuera eſt eadẽ familia, & non quæ ab altera diuerſa & diſtincta ſit ſeu diuiſa, niſi quoad nudum nomen. Cuius rei argumento ſunt, & quidem euidentiſſimo inſignia gentilitia eadem indifferenter a dictis duabus agnationibus habita, atq; retenta: nam
7 identitas † inſigniorũ arguit identitatem agna-
8 tionis, quia arma † ſigna ſeu inſignia ſiunt & inuenta fuerunt ad cognoſcendas familias, & ad agnationes diſtinguendas, quia ex ſigno cognoſcuntur ſignata, l. ſtigmata. vbi Ioan. de platea. C. de fabricens. lib. 11. & Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, par. prima, conſideratione 38. cõclusione 41. Et quamuis dictæ familiæ hodie diuerſis nominibus appellentur, non tamen origine differunt, neq; re diſtant, vt videre licet in multis alijs agnationibus, tum patriis apud Ioã. Villanum lib. 1. histor. tum etiã exteris antiquioribus apud Liuium Decadis quartæ lib. 8. & Decad. primæ lib. 9. & apud Suetonium in Galba, c. 3. ex quorum authoritatibus apertè colligitur, in una eademque genere plures familias extitiſſe diuerſis nominibus appellatas. Ideo legimus ex Corneliis, alios Dolabellas, álios Scipiones, alios verò Syllas appellari apud Romanos conſueuiſſe: cum tamen inter ſe omnes gentiles eſſent omnesq; Cornelii denominarentur. Sicut apud Hiſtoricos pluſquam manifeſtum eſt, & ſicut excellentiſſimus dominus Iudex omnigena eruditione ex cultus facilè animaduertet. cui & me cauſamque maxime commendatam eſſe cupio, quia ita iuris eſſe arbitror: ſaniore ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Donatio perficitur conſenſu donantis & donatarij.*
2 *Donatio an ſolo nudo conſenſu valeat.*
3 *Suſpicio inhoneſtæ affectionis an impediat donationem inter uiuos.*
4 *Donare, eſt animi nobilis & liberalis proprium.*
5 *Mores probatiſsimi & ſingularis honeſtas tollit omnem maculam turpis præſumptionis.*
6 *Amicitia ſuadet, ut de amicis rectè ſemper ſentiamus, etiam in his quæ ſunt de genere malorum.*
7 *Donatio cauſa turpis affectus an teneat.*
8 *Donantis aſſertioni an ſit ſtandum contra eum cui donauit.*
9 *Donator contra perfectam donationem conuenire non poteſt.*
10 *Liberalis qui extitit, debet augere beneficia, non autem mutare voluntatem circa liberalitatem, quã olim exercuit.*
11 *Aſſertiones extraiudiciales plerumque fieri, ut partibus complaceatur, & eorum gratia sueatur.*
12 *Donatio ut infringatur, non poteſt quis ſuam turpitudinem allegare.*
13 *Aſſertio donatoris facta poſt perfectam donationem non tenet in præiudicium donatarij, cui ius fuit antea acquiſitum.*
14 *Donantis aſſertioni non eſt ſtandum in præiudicium tertij.*
15 *Donator quod ſemel contulit, fraudis conſilio no ſunt reuocare.*
16 *Donatio ſimulata & ficta non ualet.*
17 *Simulationum ſpecies ſunt plures.*
18 *Simulatio quãnam non annullet actum.*
19 *Nominato contrahenti acquiritur ius per cõtractũ ſimulatum de perſona in perſonam, cui eſt facta traditio, non autem acquiritur illi, cuius contemplatione factus eſt contractus.*
20 *Qui ſibi emit, vel proprio nomine contrahit, faciens in inſtrumento nomen ſuum ſcribere, prouidens ut ſibi traditio fiat, ſibi ſoli dominium acquirere dicitur.*
21 *Ceſsio tamen operatur quantum traditio.*
22 *Poſſeſsio ſolo animo transferri non poteſt, niſi accedente actu corporeo, vel alio, quod traditionis loco ſit.*

CONSILIVM XIX.

Diuino nomine inuocato.

AD conſultationem propoſitam, & per excel. Dom. conſulentem doctè, & copioſè antea diſputatam, reſpondeo, donationem a dicto Sempronio factam valere. Id quod ultra ea, quę prius ab
1 eodem deducta fuerant, cõprobatur. Quia † donatio perficitur conſenſu donantis, & donatarij ut tradit Iac. de Aren. & Odoffred. in l. abſenti. ff. de dona. & Bar. in l. quod ſeruus. nume. 3. in fi. ff. de ſtipulat. ſeruo. Paul. Caſtren. in d. l. abſenti. & in l. illud. ad fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & conſilio 161. incipien. In caſu præſenti, uiſis omnibus de quib. ſup. nu. 2. par. 2.
2 Quamuis enim donatio † olim requireret ſtipulationem; uel traditionẽ, nihilominus hodie ſolo nudo conſenſu perficitur. l. ſiquis argentũ. §. ſin autem hoc. C. de donatio. Quamobrem cũ in caſu propoſito conſenſus Sempronij donatoris & Męuij donatarij, ut pręſupponitur, interceſſerit, concludendum eſt, prædictam donationẽ inter uiuos factam de iure ſtabilem, & firmam eſſe debere. Eandemque uti perfectam non potuiſſe, uel debuiſſe ſolo donatoris animo alterari, uel reuocari, ut per Corn. conſ. 155. nu. 2. uol. 3. & Bertrand. conſil. 191. n. 9. uol. 6. & conſ. 193. nu. 15. uol. 5. & conſ. 138. nu. 12. uoluminis ſecundi parte poſteriori. Dec. conſ. 468. num. 18. Quorum opinio communis eſt, ut atteſtatur Imo, in

c. fi.

c.1.num. 25.uer.decimo poteſt.de donationib.
Quo ſic poſito ac ſtabilito, Primò non obſt.
ſi quis obijciat.ideo dictam donationem nõ va-
3 luiſſe,quòd facta fuerit a Sempronio,in quo †ca
dere uidebatur turpis ſuſpitio inhoneſtæ cuiuſ-
dam affectionis erga Titium, cuius contempla-
tione dicitur inducta donatio.
Reſpondetur enim primò de falſo hoc inho
neſtę affectionis rumore,nihil cum in proceſſu
concludenter probatum dicatur,omnem huiuſ
modi vanam vociferationem iure optimo nega
ri poſſe,præſumenduinque in dubio dictum Sẽ
pronium donatorem initio ſeu tẽpore,quo do-
nauit,nõ propter inhoneſtam cauſam id feciſſe,
ſed propter ſolam liberalitatem & animi gene-
4 roſitatem,cùm donare † proprium ſit animi no-
bilis & liberalis,vt per Corne.conſi. 36.num.8.vo
lum.1.& conſ.89.num.9.volum.3.& conſi. 186.
num.12.volum.2.Ex aduerſo quoque optimi &
5 probatiſſimi † mores, & ſingularis honeſtas ip-
ſius Titij,cuius contemplatione dicitur celebra
ta donatio,proculdubio prorſus tollunt & lon-
gè fugant quamlibet inhoneſtam præſumptio-
nem, ſiquidem pro uiro honeſto præſumitur. c.
niſi eſſent.vbi Panorm. notat, colum. prima.de
præbend.& Franciſcus Balb.ad l. Celſus ſectio-
ne,Nunc uenio ad dicta. nu. quadrageſimoſex-
to verſic.ſecundo iſtam concluſionem. in tracta
tu de præſcriptionib.Et quamquã Sempronius
& Titius ſumma amicitia iuncti erant, tamen
6 eadem † amicitia ſuadet,ut de amicis rectè præſu
mamus etiam in his quę ſunt de genere malo-
rum,vt per Ioan.de Amic.conſi.7.nu.38.
Secundò poſito & non dato,vt ex parte dict.
Sempronij donatoris quędam quaſi ſemina ui
guiſſent & apparuiſſent amoris inuerecũdi, nõ
ob id tamen dicendum eſt,irritam fuiſſe dona-
7 tionẽ.Quoniam donatio † facta etiam illi in quo
turpis ſuſpitio cadit, non eſt nulla, ſed ualet, ut
ſenſit gloſſa in uerbo, cadere.in l. miles ita, ubi
Bart.num. 3.ff.de milit. teſtamento.Donationes
enim illicitę affectionis cauſa factæ,nõ ſunt pro-
hibitæ, ſed ualent,ut tradit Bal. Cuman. Imo. &
Roman.in l.affectionis.ff.de donat. per quẽ tex
tum ita firmat Bertand. conſ.102. uoluminis,pri-
mi, parte priori, num.5.uerſiculo etiam ne huic.
ubi inuehitur contra eum,qui excitat ſimiles in
uerecundas obiectiones.
Secundò,principaliter non obſtat,ipſummet
Sẽpronium donatorem reuocaſſe donationẽ,
& aſſeruiſſe palam ſe ideo donauiſſe,quòd irre-
titus eſſet laſciuo amore ipſius Titij,quem aſſer
uit eo tempore ſe ſummopere deperijſſe, cuius
8 quidem donantis † aſſertioni ſtandum eſſe uide
tur,iuxta not.per Iaſ.in l.ſi donationẽ. C.de col-
lat.pręſertim cum talis aſſertio morte donantis
ſit confirmata,ut per Bart. in l. admonendi. nu.
27. ff. de iureiurando. Quoniam reſpondetur,
9 donatorem contra perfectam † donationem a
ſe factam regulariter nõ poſſe uenire,ut per Ber
trand.conſ. 384.num.3.uoluminis 2.parte prio-
ri & conſ. 138.num. 12. uol.2. parte poſteriori,
10 cum alijs ſupra deductis.Is enim qui ex † libera-
litate donauit augere beneficia debet, non au-
tem mutare uoluntatem circa liberalitatẽ, quã
olim exercuit,ut per Io.de Amic. conſ.4.nu. 20.
Neque officit aſſertio dicti Sempronij,qui cum
laboraret in extremis dixit ſe inhoneſta ductũ
affectione donaſſe.Namque dici poteſt uериſimi
le eſſe dictum donatorem id aſſeruiſſe, non tam
quia ita ſe res haberet,quàm ut cõplaceret hęre
11 dibus, quandoquidem ſimiles aſſertiones † ex-
traiudiciales, plerunque fieri conſueuerunt, ut
partibus complaceatur,& eorum gratia ineatur
iuxta glo.in c.præſentium,de teſtibus.& Rolãd.
a Valle conſ. 40. nu.5. parte prima.
Quinimmò poſito & non dato, ut dictæ do-
natio facta eſſet propter inhoneſtam cauſam,ni
12 nihilominus † ad donationem aliquam infrin-
gendam,non poteſt quis ſuam turpitudinem al
legare,ut dicit Ioan.Franciſcus Paul. in tract. de
Viſit.in 5.quęſtione ſecundę partis nu. 107. Nec
obſtat quicquam, fuiſſe prędictam aſſertionem
donatoris morte firmatam, quia per confeſſio-
13 nem † & aſſertionem a donante factam poſt per
fectam donationem,non poteſt fieri pręiudiciũ
donatarijs,quibus antea ius fuerat acquiſitum,
ut per Pau.Caſtrẽ.in l.per diuerſas.col.1.uerſic.
item quando.C.mandati.& Alex. cõſ.46. Incip.
circa primum.col.2.uerſic. præterea. uolumine
5.& Pariſ.conſ.19.num.59.uolu.3.& Roland. a
Val.conſ.58.num.10.& num.16.parte 2.Neque
14 ſtandum † eſt aſſertioni donantis in præiudiciũ
tertij,argumento eorum quæ dicuntur per Cra
uet.conſ.171.num.10.& 11.parte 1.alioquin faci
le eueniret, ut fraus fieret donatarijs, ut per
Alexandrum in d.l.ſi donationem.C. de collat.
& Crott.conſ.133. num.9. qui tamen euentus
15 præcaueri debet,quoniam † fraudis conſilio, id
quod ſemel benigne donator contulit,reuocari
non debet.l.ad res donatas.in fi.ff. de ædil.edi-
cto,& c.ueniens.de filijs presbyterorum.
Tertiò,non obſtat,ſi obijciatur, donationem
16 † prædictam uti ſimulatam minime ualere, quaſi
ſimulate & ficte in ea donatione ſit expreſſa per
ſona Meuij donatarij,cum tamen uere ageretur
ut res donata ad Titiũ perueniret:quo caſu, cõ-
tractus ſimulatus tanquam deficiẽns in ſubſtan
tialibus,nullius eſt momẽti,nec dicitur eſſe con-
tractus.l.nuda.ubi gloſ.& Bart. ff. de cõtrah.em-
pti.Pariſi.conſ.53.num.10. & 11. parte prima.
17 Quoniam † cum plures ſint ſpecies ſimulationũ
ut per Bal.in rub.C.plus ualere quod ag. quàm
quod ſimul.concip.& Alex.conſ.111.num.1.lib.
3.Reſpondetur primo,quod attinet ad rem no
ſtram,reperiri quandam ſimulationem,qua con
trahentes fingunt & ſimulant aliquid agere, &
tacitè conueniũt inter ſe, vt reuera nihil agatur,
Alia itẽ eſt ſimulatio,qua contrahentes fingunt
& ſimulant facere vnũ, & tamen tacitè inter ſe
cõueniũt vt agatur aliud.Itaq; ſi uerſemur in pri
ma ſimulatione, qua contrahentes fingũt agere
aliquid & re uera nihil vel agunt uel agere vo-
lunt, tunc ſanè dici poteſt,procedere ea quæ tra
dit Pariſi.

dit Pari.d.conſi.53.nu.10.& 11. parte prima. &
ſimilia.& conſequenter contractum carere ſub
ſtantialibus,& nullum eſſe. Quod ſi uerſemur in
ſecūda ſpecie ſimulationis, videlicet vbi partes
ſimulant facere vnum,& agunt aliud: veluti quā
do fit ſimulatio de perſona ad perſonam, quæ
fieri ſolet,quoties aliqui prouident,vt inſtrumē
ta conficiantur in perſonam alterius, vt per Za-
barel.in c.ad noſtram.colum.fi.num. 2. uerſicu.
quæro generaliter de empt.& vendit. & Pariſi.
18 conſi.55.uolum.1.quemadmodum † factum dici
tur in caſu noſtro: Tunc quidem talis ſimulatio
non vitiat & non annullat actum, ut per Cumā.
in l.quidam cum filium.in primo not.ff.de hær.
inſtituend.& expreſsè declarat Paul.Caſtren. in
conſi.59.Viſo puncto ſupraſcripto.num.2. par-
te 2.& Alex.in d.conſi.111.num.1.& 2.lib. 3. &
Ang. Aret.Inſt.de exceptionibus in princ. num.
28.uerſicul.ad cuius deciſionem. & Decius in l.
imaginaria,num.5.verſic.poſtremò ad declara-
tionem.de regul.iuris,& Franc.Curt. in repetit.
l.cum ea quæ.verſiculo noto primo.numero ſe-
cundo C.de tranſactio.& Iacob.Alba in conſi-
ſilio nonageſimoſeptimo, numero vigeſimo-
quarto.& num.49.

Reſpondetur & ſecundò,dictū Sempronium
donatorem nō potuiſſe opponere de huiuſmo-
di ſimulatione.l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig.
dato manum.& propterea nec hæredes quoq;
d. Sempronij allegare aut dicere poſſe hanc dō
nationem eſse ſimulatam.l.cum hæres.ff. de di-
uerſ.& tempor.præſcrip.& c.ſi quis in ius. extra
de reg.in 6.& Bened.Capra in conſ.144. nu. 7.
ver.ſed certè.

Tertiò,poſito quemadmodum mihi propo-
nitur,vt in inſtrumēto donationis partes, inter
alias clauſulas ſolitas, iurauerint etiam, ſingula
vera eſſe,& in nullo contrauenire. Reſpondetur
communem eſſe doctorum opinionem, ut ſtan
te prędicto iuramento non poſſit opponi de ſi-
mulatione contractus.Imola,Alex. & Aretin. in
l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Curtius iun.conſ.110.
num.5. uerſi. ſed quid fortius,parte ſecunda.Et
conſ.108.num.13.quibus in locis atteſtatur hāc
eſſe communem opinionem, & tenet Ruy. con
ſi.132.num.2.ver.& hoc etiam vult.volum.4. &
conſi.32.num.5.eod.eod. volum.4. & Soc. iun.
conſi.50.nume.3.volum.primo.& Marc. Anto-
nius Natta conſi.145.num.10.1.volum.vbi plu-
res citat.

Quarto non obſt. ex huiuſmodi donatione,
nullum cenſeri quæſitum ius Mæuio donatario,
quaſi ex actu ſimulato ipſius perſonæ ueræ non
autem fictæ, cuiuſmodi dicitur eſſe Mæuius in
caſu propoſito,ius quæratur,iuxta doctrinā Bal-
di in l. cum precibus.in fi.C.de probat.& Pariſi.
19 in d.conſi.55.num.16.vol.1. Quoniam † reſpon-
detur per contractum ſimulatum de perſona in
perſonam acquiri ius nominato cōtrahenti, cui
traditio facta eſt,non autem illi cuius contem-
platione factus eſt contractus, ſicut ultra Bal. &
Angel. firmat etiam Imola in l. quidam cum fi-
lium.colum.2.ver. item nota quod licet aliquis
ff.de hæred.inſtit.ubi dicit,quamuis aliquis no-
minetur in inſtrumento, non quidem ut re ipſa
& effectu quęratur: ſed alteri non nominato,
Nihilominus ipſi nominato quæritur ius dire-
ctū licet illud poſtea cogatur cedere. Quod cō-
20 probatur,quoniam quando aliquis † ſibi emit,
uel proprio nomine contrahit, volens & cauēs,
vt in inſtrumento ſcribetur ſuum nomen,& prō
uidens ut ſibi traditio fiat, tunc licet ipſe tantū
in inſtrumento nomen accommodet, ſeu fide
accommodata contrahat, vt per Soc. conſ. 61.
num.6.uolum.4.& Corn.conſi.155.num.2. vo-
lum.1.ille tamen ſibi ſolum acquirere dicitur,
vt tenet Odoffred. in l.multum intereſt. nume.
quinto verſic. & ideo, C. ſi quis alteri vel ſibi.&
Alberic.ibid.& Paul.Caſtren.num.3.& Ang.nu
me.1.verſi.ex principio huius.vbi dicit,quando
quis ſuo nomine ſibi emit & recipit traditionē
eo caſu ſibi acquirit,ex quo infertur non obſta-
re doctrinam Baldi.in l.cum precibus in fi.C.de
probationibus.& Pariſi.d.conſi.55.nu.16.volu.
lum.1.Quoniam illa procedunt ſolūmodo,quā-
do traditio facta eſſet illi,cuius contemplatione
contractus celebratur, ſicut in propoſita ſpecie
dicitur eſſe factus contractus contemplatione
Titij,non autem procedunt, quando traditio fa
cta fuit illi,qui ſuum nomen in inſtrumento po
nens contraxit, qualis fuit hic Meuius donata-
rius,vt ſentiunt præallegati doctores in d.l. mul
tum intereſt.locis citatis.

Quinto non obſtat,ſi opponatur,Meuiū non
recte egiſſe remedijs poſſeſſorijs, quaſi cum ceſ
ſerit donationem titio, omnem ſuum ius amiſe
rit,& poſſeſſionem quoque,ſine qua agi non pō
teſt iudicio poſſeſſorio, Bart.l.1.ff. uti poſſid.in
prædictum titium omnino tranſtulerit; quādo
21 † quidem tantum operari uidetur ceſſio, quan-
tum traditio,ut per gloſ.& Bart.in l.fi.in princi-
pio ff.de donation.& Bal.in l.in cauſę.§.fi.in 1.le
ctu.ff.de procurator.

Quia reſpondetur, quandó aliquis exiſtens
extra conſpectum fundi uendit, & dicit ſecede-
re omne ius quod habet tam reſpectu proprie-
tatis quam poſſeſſionis, utique non propterea
22 dicitur transferre poſſeſſionem,quia † nulla poſ
ſeſſio ſolo animo transferri poteſt niſi acceden
te actu corporeo uel alio quod traditionis loco
fungatur l.3.in principio & §.Neratius,& l.quē
admodum.ff.de acquir.poſſ.Quinimo ſi plenio
ribus utatur uerbis, & dicat ſe date uel tradere
rem uenditam uel donatam,non tamen adhuc
diceretur tranſtuliſſe poſſeſſionem, ſed tantum
dediſſe licentiam de ingrediendo,Bart.Bald.An
gel.Paul.Caſtren.in l.prędia,ff.de acquir.poſſeſ.
Bal.in rubr.C.de contrahenda emptione. que
ſtione 21.& Roman.conſ.509.Incip.Circa pro-
poſitam conſult. in ultimo dubio. & Antonius
de Butrio in c. cum ueniſſet. de reſtitut. ſpolia-
torum & Mar.antonius Natta conſ. 398. nu.19.
& 42.parte 2.

Ex quib.de iure ſecundum prædicta reſpon-
deri

deri poſſe arbitror, meliore tamē ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Antonius Cioſijs Iuriſconſultus Florentinus in Piſano Gymnaſio ordinum ius ciuile in priprimo loco ueſperi docens, ut huius rei fidem facerem, mea manu ſubſcripſi & ſubſignaui &c.

S V M M A R I V M.

1 *Subiectus qui capit eſſe eccleſiaſtico foro poſt inchoatam præſcriptionem, an teneatur ſtare laicorum ſtatutis ſuper præſcriptione ante eius clericatum emanatis.*

2 *Statutum ſi uetat ſolutionem debiti probari per teſtes, an laicus poſt ſolutionem factam effectus clericus, poſſit per teſtes probare ſe ſoluiſſe.*

3 *Statuta an comprehendant clericos, qui ante clericatum contraxerunt.*

4 *Probationes tunc principium habere dicuntur, quando coram iudice fiunt.*

5 *Clerici non ligātur ſtatutis laicorum. & nu. 1. & 9.*

6 *Statutum inducens præſcriptionem 10. annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, an comprehēdat clericum, qui fuit hæres creditoris.*

7 *Clericus ſuccedens laico, non ſubijcitur ſtatutis, quibus laicus ſubijciebatur.*

8 *Feriæ an contra dominos reos conuentos deducantur.*

10 *Statutum ſi inijcit uinculum poſt clericatum in præiudicium clerici, conſtitutio eius non tenet.*

11 *Tempus 30. annorum de iure in præſcriptione debet eſſe continuum.*

12 *Actus uitiatur ſi deuenit ad eum caſum, a quo incipere non poteſt.*

13 *Obligatio ex perſona hæredum an immutetur.*

14 *Hæres ſi ex perſona ſua ius prætendit, obligationis conditio mutari poteſt.*

15 *Iuris diuerſitas ex rerum diuerſitate oritur.*

CONSILIVM XX.

Diuino nomine inuocato.

CVM aduerſarij rurſus obijciant, excellentiſſimum Dominum Capponem, & Dominum Alexādrum reos conuentos ligari ijs ſtatutis, & conſuetudinibus, quæ obſeruantur in foro ſeculari circa præſcriptionem introducendam; Ex me
1 præterea quæritur, an dictus † Dominus Capponus, qui poſt inchoatam præſcriptionem ſubiectus eſſe cœpit Eccleſiaſtico foro, teneatur ſtare laicorum ſtatutis, quę ante eius clericatum ſuper pręſcriptione emanaſſe comperiuntur. Et non inhęrendo mendicatis ſuffragijs, ſed omittendo ſcholaſticas argumentationes, quæ in vtramque partem copioſè deduci poſſent, verius eſſe puto de iure prædictum Dominum Capponum a ſupradictis laicorum ſtatutis non obligari.

Primo ex auctoritate Felyni in c. Eccleſiæ Sāctæ Mariæ. de conſtit. in quæſt. 15. num. 101. verſic. ſed pro declaratione, vbi dicit, ſi ſtatutum ue
2 tat † ſolutionem debiti probari per teſtes, & eueniat, vt laicus poſt ſolutionem factam efficiatur clericus, & dubitetur an dictus olim laicus, deinde factus clericus ſe ſoluiſſe per teſtes probare poſſit, concludit ibi Felynus, ei per teſtes probare licere ſolutionem, & propterea eum in deciſorijs non ligari a tali ſtatuto; Et licet contraxerit eo tempore, quo erat laicus, non ob id eſſe dicendum per ſtatutum iniectum fuiſſe uinculū
3 ante clericatum, quia † licet contractus initium habuerit ante clericatum, tamen actus probationis perficitur, & conſummatur poſtquā clericus factus fuit, quo tempore laicorum ſtatuta non poſſunt comprehendere clericos.

Et hanc opinionem ſequitur Decius in d. c Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 206. ubi dicit, ſtante ſtatuto, ut debiti ſoluto per teſtes probari nō poſſit, ſi laicus poſt ſolutum debitum efficiatur clericus, poterit de ſolutione per teſtes docere, quia cum probatio per clericum fiat, utique quod ad ipſam probationem attinet, dici nō poteſt uinculum fuiſſe iniectum ante clericatum,
4 ſi quidem † probationes tunc ſuum principium habere dicuntur, quando coram iudice fiunt, Dec. d. conſ. 206. Et Anch. in c. ea quę. col. fi. uer. ſed obſtat huic deciſioni, de reg. iur. in ſex. ubi dicit, probationes habere ſuum principium cū coram iudice producuntur, nam ante non poſſunt dici probationes, & cum eo tempore ſit clericus, in eo canones ſeruari debent, & hanc opinionem, ut refert Felyn. tenuit etiam Cal. in q. Incip. ſtatuto Ciuitatis. & Ioan. Lecirier. in trac. de primogenitura, in q. 11. ſecundi libri num. 8. ubi dicit, ſi ſtat. prohibet probari ſolutionem debiti per teſtes, & laicus poſt ſolutionem factus clericus uelit probare per teſtes, poterit, quia
5 nō ligatur † tali ſtatuto, & actus probationis imminet tempore clericatus.

Secundò proprius accedit id quod in materia præſcriptionis dicit idem Felyn. d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. d. num. 101. uerſic. Et pro iſta de
6 claratione. ubi dicit, ſtatutum † inducens præſcriptionem decem annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, non debere nocere clerico, qui fuit leges creditoris, contra quem erat decurſa pars temporis: quia poſito, & non dato, ut ſtatuta, quæ iniecerunt uinculum ante clericatū obligent clericum, nihilominus quia tempus cęptum, & pro parte decurſum nondum erat cōpletum, cum clericus eſt factus hæres, ideo non ligabitur tali ſtatuto, quia non dicitur in eū perfectum uinculum iniecisse.

Et hoc idem ſecutus eſt Decius d. c. eccleſia ſanctę Mariæ. num. 206. & 207. de conſtit. ubi dicit, præſcriptio, quæ a ſtatuto inducitur contra creditorē, ſi inchoata fuerit, & nō perfecta, proculdubio clerico hæredi ccreditoris non nocet, quando quidem creditore uiuente dici non poteſt iniectum fuiſſe uinculum propter præſcriptionem

prionem,quæ perfecta non eſſet.
Et eandem opinionem circa pręſcriptionem
tenet etiam Ioan.Bap.Bou.in tract. de ſtat. Vib.
præſcrip.in uerbo contra omnes creditores. in
gloſſ.19.nume. 211. ubi dicit, etiam ita tenuiſſe
Anto.de Butrio in quæſtione incip.ſtante ſtatu-
to municipali in deciſ. ſecundi dubij, quibus in
locis concludendo dicunt; Statutum inducen-
do præſcriptionem 10. annorum ſuper debito
ex negligētia creditoris,nō nocere clerico eius
creditoris hæredi contra quē erat decurſa pars
temporis & incępta præſcriptio,quia tēpus cæ-
ptum, & pro parte decurſum non erat ad huc
completum eo tempore, quo laicus clericalem
gradum nanciſcitur , & propterea hęres non li-
gatur tali ſtatuto , id quod etiam comprobatur
per Dominos de Rota deciſ. 5.aliàs 152. Incip.
obligatus eſt.in titu. de foro compet. in anti-
7 quis,ubi firmatur , clericum ſuccedentem † lai-
co non ſubijci ijs ſtatutis quibus laicus eius au-
ctor ſubijciebatur; & propterea patet ex prædi-
ctis,quod licet præſcriptio inchoata fuerit eo tē
pore quo Dominus Capponus non erat Cleri-
cus,tamen cum iſta præſcriptio 30.annorū quæ
ſi deducerentur ex ea ferię ſtatuti & conſuetudi
nis ciuitatis Flor.ſecundum aſſertionem aduer
ſariorum protēderetur uſque ad annos 35. cur
rentes,proculdubio perfectionem & uim ſuam
acciperet , poſtquam ipſe foro Eccleſiaſtico
ſubiectus eſſe cœpit , quia illi triginta quin-
que anni,quibus nituntur aduerſarij , impleren
tur poſt clericatum , ſequitur perfecto ut nunc
teneri non debeat dictis laicorum ſtatutis,qui
bus uidebatur ab initio alligari. His ita ſtantib.
non obſtat dum obijcitur, ſtatuta quæ alicui in
ijciunt uinculum ante clericatum identidē quo
que eundem poſt clericatū ligare; ut dicit Ioan.
Andeas in c.ſine culpa.nu. 17. in fin. de reg. iur.
in ſexto.& Cuman.conſ. 140.num.4. uerſic.qua
mobrem.
Reſpondetur enim Ioan.Andream eo in lo-
co & eius ſequaces loqui de caſu a noſtro ualde
diuerſo, namque Ioan. Andreas loquitur in eo
caſu , quo actus accepit uim, & eſſentiam ante
clericatum,quo caſu ſtatutum uere dicitur uin-
culum inieciſſe, & propterea nō eſt uirum ſi di-
citur laicum poſtea factum clericum laicorū ſta
tutis teneri.
Inde autem conſtat, Ioan. Andr. & alios lo-
qui in caſu,quando ſtatutum perfectum uincu-
lum iniecit, quia ipſe ponit exēplum huiuſmo-
di.finge,inquit,conſuetudine inductum,uel ſta-
tuto cautum eſſe , ut primogenitus ſuccederet
patri, hoc edito ſtatuto, quidam ſuſcepit duos
filios,uidelicet primogenitum, & ſecundogeni-
tum,contigit autem,ut ſecūdogenitus poſt ſta-
tutum conditum factus eſt clericus,cumque cō
trouerſia inter fratres eſſet de patris hæredita-
te , dubitabatur , an prędictus ſecundogenitus
comprahenderetur ſub hoc ſtatuto,uel conſue
tudine,ita ut quamquam poſtea clericus factus
eſt ſtare tamen debeat dicto ſtatuto; Et reſpon
det dictum ſtatutum ad talem clericum porrigi,
& propterea ſecundogenitum ſupradictum eo
ſtatuto ligari, quod iniecit uinculum ante cleri
catum,ut per Soc.in conſ.241.col. 2. uerſic. cir-
ca primam. uol.2. & Lapus in deciſ. centeſima.
Quod autem in iſto exemplo Ioan. Andreę
ſit iniectum uinculum, & recepit actus ſubſtan-
tiam ante clericatum, colligitur ex uerbis dicti
Ioan. Andreæ, & ex ijs, quę dicit Panormitan.
in d.c.eccleſia Sanctę Mariæ.de conſt.col.7.uer
ſic.in hoc tamen aduerte , & ita etiam declarat
ibidē Decius nu. 206. & ſequitur Ioan.Lecirier
in tractatu de primogen.in 11.quęſtione ſecun
di libri num. 8. uerſicu. ſed dictam deciſionem.
ubi dicit prædictam concluſionem Ioannis An-
dreę,in qua dicitur ſtatuta quæ inijciunt uincu-
lum ante clericatum ligare etiam poſt clericatū,
limitari per Cald.in d. diſpoſitione incip. ſtatu-
to ciuitatis ut pręcedat in his quæ ſortiūtur uir
tutem ſuam ante clericatum ut eſt ius primoge
niturę , quod eſt integraliter acquiſitum ante
mortem patris, ſecus in his quæ habuerunt ini-
tium ante clericatum , & conſumantur poſtea,
ut ſi ſtatutum prohiberet probari ſolutionem
debiti per teſtes.
At uero caſus noſter ab hoc longe diſtat,
quia nos tractamus de feriarum tēpore ſubdu-
8 cendo,ideſt an contra dominos reos conuen-
tos feriæ deducantur , quę feriarum deductio
inſpecto effectu,qui ſolet attendi,l.quia pure.ff.
ad treb. nil aliud eſt quam extenſio temporis
in præſcribendo aſſignati; nempe quia ſtatutū
permittens, ut ferię deducantur, & ut interim
pręſcriptio dormiat,id ipſum agit , & ſtatuit, ut
perficiatur, & abſoluatur pręſcriptio ſolummo
do per ſpacium 35.annorum,ut determinatum
olim fuiſſe dicitur in Rota Florētina, unde licet
pręſcriptio,de qua agitur,incępetit ante clerica
tum nihilominus ut dixi ſupra in 2. fundamen-
to,talis pręſcriptio trigintaquinque annorū in
qua uim faciunt aduerſarij ante clericatum nō
fuit perfecta,neque abſoluta & per conſequēs
ante clericatum tale ſtatutum non iniecit per-
fectum uinculū,quia pręſcriptio conſummare-
tur ſolummodo poſt clericatum , quo tempore
9 Dominus Capponus tali ſtatuto teneri † nō de
bet, quia clerici non ligantur regulariter conſti
tutionibus laicorum,Anchar.in c. ea quæ num.
58.uerſic.itē dicit, de reg.iur. in ſexto & Cumā.
conſ. 140.num.2.
Ergo audacter firmari poteſt, Dominū Cap
ponum non teneri ſtatuto, uel conſuetudine,
quæ in foro laicorum Florentię circa præſcri-
ptionem firmari dicitur; quia ſtatutū iſtud inij-
cere non poteſt uinculum poſt clericatum , nā
10 † quādo ſtatutum inijceret uinculum poſt cleri-
catum,& pręiudicium inferret clerico, tunc ſta-
tutum ad clericos non extenditur, ut tenet Pa-
normit.d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ d. colum.7.
Et Decius ibidem num.204. & ſeqq. & Philipp.
Franc.in c.ſine culpa,de reg.iur.in ſex.col.final.
11 num.6.Ideoque ſeruari † debet tempus 30.an-
norum,

norũ, quod de iure in præſcriptione dicitur eſſe continuum,ut per Aug.Bero.in q.81.nu.40.Rõ autem quamobrem tale ſtatutum laicorum ad clericos hic non extenditur, aſſignari põt, quia in caſu noſtro adeſt defectus poteſtatis in ſtatuentibus qui non poſſunt ſuo ſtatuto ligare clericos,&cum deuenerit res ad eum caſum,a quo incipere non poteſt,non eſt mirum, ſi ſtatutum non comprehendit eum, qui poſtea clericus fit,
12 quia † uitiatur actus deueniens ad caſum a quo non poteſt incipere.l.pluribus.§.ſi placeat.ff.de uerbo. oblig. & tenet Marc.Mantua d.c.eccleſia S.Mariæ.col.fi. nu.47. de conſti.

13 Secundò non ob. †obligationem ex perſona heredum non immutari.l.2.§.ex his. ff.de uerb. obl, & propterea ſicut laicorum ſtatuto tenebatur defunctus, ita et teneri deberi ipſius hæredes reos conuentos. Nam reſpondetur, Ex perſona hæredum non inmutari quidem regulariter obligationis conditionem,ſed hoc limitatur niſi heres prætendat ius ex perſona ſua, & non
14 tamquã heres, Nam quando † ex perſonam ſua ius prætendit, tunc ſane conditio obligationis mutari poteſt,ut per Iaſ. in d.l.2. §.ex his.nu.3. uer.2.per illum tex.ff.de uerb.oblig.quam limitationem ſequitur etiam Bernar.Diaz. reg.509. inc. obligationis conditio, &c.

At in caſu noſtro prædictus hæres prætẽdit ius exemptionis a ſtatutis laicorum ex perſona ſua, ſeu ex gradu clericali inhærenti ſuæ perſonæ, quia aſſerit ſe vt clericũ, non aũt vt hæredẽ ſimpliciter a laicorũ ſtatutis exemptũ eſſe, ergo non eſt mirum ſi in propoſito caſu toleratur, ut ex illius perſona obligationis conditio immutetur propter ordinẽ clericatus ſuperuenientẽ. Dec. d.c. eccleſia S.Mariæ.de conſt.nu.113. uer.nec obſt. quod quandoquis quoniã non eſt nouũ, vt ex
15 † rerum diuerſitate iuris diuerſitas inducatur,l. iuſiurandum,& ad pecunias. §.nõ ſemper.ff.de iure iur. Et ita iuris eſſe puto, ſaniore ſententia ſemper ſalua ad laudem Dei omnipotentis.

Ant.Ciofius I.C.in Piſano gymnaſio ord.lec. iuris ciuilis veſpertinus profeſſor ſubſcripſi mea manu.

S V M M A R I V M.

1 *Ius commune quantum fieri poteſt non debet lædi, maximè ad defendendam ueritatem, quæ aliàs obſcuraretur.*
2 *Statutum arctãs modũ probationũ dicitur iniquũ.*
3 *Aequitas in foro canonico quàm maximè attẽditur.*
4 *Probationes nõ ſunt coanguſtãda, ne ius cõe lædatur.*
5 *Argumentum a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis non procedat.*
6 *Statuta laicorũ quo caſu non cõprehendant clericos.*
7 *Solutionẽ probari poſſe p teſtes ut euitentur fraudes.*
8 *Teſtium fides ex diuturnitate tẽporis uariari ſolet.*
9 *Præſcriptionis exceptio eſt æqua, propter diuturnitatem lites & ad quid inducta.*
10 *Clericus, qui ſuccedit priuato, debet uti iure priuati circa præſcriptionem reſpectu temporis quod cur*

rit contra priuatum antequam illi ſuccederet: reſpectu autem temporis ſequentis utitur iure ſuo.
11 *Trãſitus facilior exiſtimatur in habentib.ſymbolũ.*
12 *Res facile reducitur ad ſuam naturam.*

CONSILIVM XXI.

Dei nomine inuocato.

DIXERAM olim excell. D.Capponum,qui poſt inchoatam præſcriptionem ſubijci cœpit eccleſiaſtico foro, non obligari ſtatutis laicorum, idq; nonnullis interpretũ authoritatib. cõprobarã, & inter alias ex theoria Fely.in c.eccleſia S.Mariæ.de conſt.q.15.n.101. uer.ſed pro declaratione,ubi dicit,ſi ſtatutũ prohibet ſolutionẽ debiti probari per teſtes, & forte contingat poſt ſolutionẽ factã laicũ effici clericũ,& quæratur,an dictus olim laicus poſtea factus clericus probare per teſtes poſſit ſe ſoluiſſe, firmat ibi Fel.eũ per teſtes ꝓbare poſſe dictã ſolutionẽ. Huic authoritati,vt audio rñdetur per Reu,D.meũ. eã non ſatis in caſu,de quo agitur,videri tutã. Nãq; ea potiſſimũ rõe.Fel.ibi firmat opi.in fauorẽ clerici,quia ſtatutũ vetãs probationẽ fieri per teſtes
1 tãquã durũ,& aſperũ reſtringitur,vt † minus lædatur ius cõe quã fieri poſſit maxime ad detegẽdã veritatẽ quę alioquin obſcuraretur. At in caſu
2 noſtro nõ agitur † de arctãdo mõ ꝓbõnũ,quod ſtatutũ dicitur iniquũ,vt p Alc.in d.cũ cõtingat n.155.de iureiur. quẽadmodũ eſt iniquũ arctare modũ præſcribendi, quę exceptio parũ æqua
3 uidetur in foro †eccleſiaſtico,ubi maximè attẽditur æquitas. Verũ quanq̃ hęc reſpõſio ſubtilis ſit nõ p pa tũ uidetur mihi hmi, quę me ẽ priori opi.de ijciat,qua firmaui, exc.D.Capponũ nõ ligari aſſertis laicorũ ſtatutis, quẽadmodũ ultra authoritates Fel.& alias olim a me citatas,firmaſſe & nũc inuenio Roc.de Cur.in trac.de cõſue.q. ro.in 6.limi.n.688.quã limita.refert,& ſequitur Pet.Duen.in reg.135.inc. Conſuetudo laicorũ. Quo ſtãte nihil obſtare uidetur reſpõſio ſup. relato,qm ego replico,Fel.ibi nõ ideo eã cõclu.ita firmaſſe qđ ſtat. illud tãquã durũ dẽat reſtringi in fauorẽ clerici, quia ſi hõi ſtatutũ ideo in cleri
4 co locũ nõ hẽt,ꝗ ꝓbões † nõ ſunt coãguſtãdæ ne ius cõe valde lædatur, vtiq; nec aduerſus laicũ ſtatutũ locũ hẽre dẽret, in quo maximẽ militat rõ hæc ne.ſ.coãguſtẽtur ꝓbões.l.qm.C.de hær.& manic. At hoc eſt falſum, vt p Fel.& alios
5 locis citatis.ergo & antecedẽs †ſumpta argumẽtatione a deſtructione cõſequẽtis ad deſtructionẽ antecedẽtis.l.2.§.mutui datio.&ibi no.gl.ff.ſi cer.pet.l.apud antiquos.vbi Cy.& Alb.C.de fur. Bal.in l.cõuẽticulã. de epiſc.& cle.Rõ igitur,quare cle. in caſu Fel. p teſtes ꝓbare põt ſe ſoluiſſe debitũ,aſſerẽ p doc.nõ ea qđ dẽ, ne pbões coãguſtẽtur, q̃ ut dixi nõ vř ſubſiſtere, ſed quia actus probõnis perficitur, poſtquã ipſe laicus factus ẽ
6 clericus,quo caſu † laicorũ ſtatuta nõ poſſunt cõ

F præhen-

præcedere clericos ꝓp defectū ptātis, ut per Fe
ly. & alios in locis præalleg. & ꝑ Roch. de Cur. in
trac. de conſuetud. q. 10. nu. 653. vſq; ad nu. 657.
Et licèt d. ſtatutū limitet fidē probationum, ut. ſ.
non poſſit fieri ꝑ teſtes, qđ ſtatutū facere pōt, vt
per Sal. in Auth. Caſſa & irrita. C. de ſac. ſan. ecc.
& Alc. in c. cū cōtingat. n. 186. de iur. iur. Tamen
7 d. ſtatutū non dř odioſum † ſed fauorabile, ut. ſ.
euitētur fraudes, quę facilius forte cōmitteren-
tur, ſi nō ſolū per publica inſtrumēta, ſcripturas,
& apochas, & receptiones, ſeu ut aiūt quitārias,
quas facit creditor debitori cū ab illo debitū re
cipit, ſed ēt ꝑ teſtes probari ſolutio poſſet. Nā lʒ
quædā per teſtes melius probētur, ut cōſangui-
nitas, & adulteriū, ex aduerſo tamē alia cōmodi⁹
probātur per inſtrumēta, cuiuſmodi ſunt res ge
8 ſtæ, quandoquidē † ex diuturnitate tpis teſtiū fi
des uariari ſolet. l. in cauſæ cognitione. ff. de dā-
no infec. l. 3. §. duæ. ff. de carbon. edic. Adhæc ne
que præſcriptionis exceptio dicitur iniqua, ſed
9 ęqua, † & bona ꝓp dirimēdas lites, ut per Anch.
cōſ. 170. n. 4. præſertim cū iura inducant præſcri
ptionē ob euitādā negligētiſſimorū hominū ſe
gnitiē, & lōgi tpis errorē, & cōfuſionē. c. uigilāti
cū ibi no. de pſcr. Io. Bap. Boui. trac. de ſtatut. ur-
bis præſcr. in prin. gl. 1. de cred. nu. 8. Pręterea dū
olim dicebā. huic iuri redimēdi pręſcribi cōſue-
uiſſe ſpacio 30. an. ut per Fel. i rub. de præſcr. col.
antepe. excitatur alia dubitatio, in qua dicitur q
10 † clericus, q priuato ſuccedit, dēt uti iure priuati
circa præſcriptionē reſpū tpis qđ currit contra
priuatum anteq̄ illi ſuccederet, ſed reſpū tpis ſe
quētis utetur iure ſuo. Abb. c. de quarta. col. an-
tepe. uer. ſed quęritur. quid ſi eccleſia, & ibi Fel.
col. antepe. uer. dū ponit Abb. de pręſcr. Fr. Balb.
trac. de præſc. 1. p. 5. p. prin. 3. q. n. 1. & ꝑ pea uide
retī dicēdū D. Capp. clericū, q ſuccedit patri ſuo
priuato, debere uti iure priuati ꝓ tpe prō, quo
pater uixit, & ꝑ conſequēs ꝓ eo tpe ſtare dēre
ſtatutis laicorū, lʒ poſt mortē patris d. clericus
uti poſſit ſuo priuilegio. Hæc dubitatio, licèt pri
ma frōte ardua videatur, nihilominus ſi diligen
ter cōſideretī, nihil ꝓrſus vrget. Nā tūc dērēt di-
ſtingui tpa, ut. ſ. ꝓ quātitate tpis D. Ioānottij au
toris, inſpiciātur illius iura, in futurū uerò inſpi-
ceretur ius ſucceſſoris, quādo pręſcriptio proce
deret cōtra laicū, & poſtea cōtra eius ſucceſſorē
& nō quando præſcriptio procedit pro laico, &
ei⁹ ſucceſſore priuilegiato, quēadmodū ultra al-
legata per d. cōſulentē colligi pōt ex traditis per
Io. Crot. in cōſ. 19. n. 22. & p Iō. Bap. Boui. d. trac.
de ſtat. urb. præſcr. gl. 19. in uerbo. cōtra oēs cre-
ditores. n. 201. & Bap. Villalo. in com. opi. in uer-
bo, eccleſia. n. 10. & Fr. Turz. com. opi. 117. Quā-
obrē cū in caſu noſtro agatur de pręſcriptione
inducta in fauorē laici, & clerici, nō aūt cōtra cle
ricū, uel laicū negligētē, cōſequēs eſt, ut ſuprad.
nō obſtēt. Accedat ſecūdò, eccleſ. ſeu cler. ꝑ tpe
priuati uti iure priuati, nō aūt uti priuilegio cle
rici, quādo clericus uellet uti ſuo priuilegio pe-
culiari cōtra ius cōe, ſecus quādo clericus uellet
uti aliquo priuilegio, qđ reducit rē ad diſpōnē
iuris cōis, ut in caſu noſtro, ubi clericus, qui uigo
re ſui priuilegij recuſat ſeruari ſtatuta laicorū,
uult præſcribere nō iure aliquo ſingulari, ſed ſe-
cundū diſpoſitionē iuris cōis, igitur nō eſt mirū
ſi in caſu noſtro clericus ēt tpe prō utitur iure
11 ſuo, cū in † habētib. ſymbolū trāſitus facilior exi
ſtimetur. Bar. in l. Cēturio. in 1. oppo. ff. de uul. &
pup. & l. 3. §. fi. cū ſeq. ff. de bon. poſ. c. in dubijs.
12 cū ibi no. de cōſec. eccl. uel alta. & † facilè res re
uertitur ad ſua naturā. l. ſi unus. §. quod ſi in ſpe-
cie dotis. ff. de pac. Et ita iuris eſſe arbitror me
liore ſententia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo, ſeu iuri redimendi præſcribitur ſpacio 30. annorum.*

2 *Emptor quando facit pactum de retrouendendo uenditori in perpetuum & ſine temporis præfinitione, an in tali caſu currat præſcr. 30. annorum.*

3 *Preſcrip. 30. ann. currit contra minorem adultū, ſed aduerſus illam datur reſt. in integ.*

4 *Clauſula, ſi qua mihi &c præſupponit adeſſe probabilem cauſam.*

5 *Minores tempore laudi lati, an reſt. inte. cōſequātur.*

6 *Præſcriptio continuatur contra minorem, qui alicui ſucceſſit, contra quem cœpit præſcriptio.*

7 *Præſcriptio conuentionalis currit minori etiam pupillo, ſi procedit ex contractu defuncti contra quē cucurriſſet ſine ſpe reſtitutionis.*

8 *Compromiſſum quid ſit.*

9 *Sn̄ia arbitratoris an dici poſſit conuentio partium.*

10 *Reſt. in integ. ad hoc ut concedatur, non ſolum requiritur minor ætas, ſed etiam læſio.*

11 *Pro iudice ſemper præſumitur, & eius decretum facit ceſſare minorum querelam.*

12 *Præſcriptio cōtra pupillū quāto tpe dormire dicatur.*

13 *Præſcriptio poſt pupillarem ætatem ſtatim expergiſcitur, & incipit currere.*

CONSILIVM XXII.

Diuino nomine implorato.

QVanquàm multa ſcribi poſſūt in fauo
rē ecell. D. Capponi, & D. Alex. Cap-
ponij; Nihilominus qm̄ & ego angu-
ſtia tpis intercludor: & res agitur co
ram multæ eruditionis uiro, attingā ea tātūmo-
dò, in quib. uertitur Cardo difficultatis. Itaq; cō
tra filios Angeli Capponij agētes ad redimen-
dum uigore cuiuſdam laudi definientis eis li-
cere redimere, quotieſcūq; ſoluerēt precium,
opponunt hæredes D. Ioānottij & rei conuenti
exceptionem pręſcriptionis 30. anno. cuius qui
dem temporis lapſu prædicti actores excluſi di
1 cuntur a iure redimendi. Quoniam † pacto de re
trouendendo, ſeu iuri redimēdi pręſcribitur ſpa
cio 30. anno. ut per Ang. in conſ. 55. inci. Guli. &
Frā. n. 3. uer. hic tamen. & per Bal. in conſ. 303. in
cip. ad euidentiā ꝑmittēdū eſt. n. 5. uol. 1. ubi di-
2 cit, licèt † emptor faciat pactū de retrouendēdo
uenditori in perpetuū, & ſine tpis pręfinitione,
nihilomi-

nihilominus tali iuri pręſcribitur 30.an. Io.Fab.
in l.cũ notiſſimi.n.14.uerſ.ſed quid ſiquis.C.de
pręſcr.30.uel 40.ann.Alex.conſ.228.lib.1.Fel.in
rub.de pręſcr.col.antepen.uerſ.fallit 4.nbi dicit
emptorẽ,qui promiſit retrouendere quoties ſi-
bi pręcium offerretur, poſſe huic iuri quod ſolũ
3.an.durat pręſcribere,& Iaſo.in l.petens.nu.10.
uer.circa iſta.C.de pac.& in l.3.C.dę inſt.& ſub-
ſti.ſub cond.fac.n.5.Dec.conſ.164.nu,4.uer. ue-
nio ad aliud.Et idẽ firmat ẽt Cag.in l.2. q. 8. nu.
70.& ſeq.C.de pac.inter emp.& uend.Io.Anto.
Rub.in conſ.3.nu.2.& nu.6.& conſ.75.n.3.Soc.
iun.conſ.148.nu.39.& ſeq.uol.1. Ruy. in conſil.
167.nu.15.lib.1.Crau.conſ.71.nu.1. uol.1.

Et qnod huic redimendi iuri pręſcribi poſſit,
tenet ẽt Io.Fran.Balb.in trac.de præſcr.in 4.par.
5.par.prin.q.3.nu.4. ubi dicit hanc opi. eſſe ue-
riorẽ,& communiorẽ,& in iudicando,& conſu-
lendo tenendã,&hanc eſſe com.omnium ſcribẽ
tium opi.atteſtatur ẽt Gozad.in l.2. C.de pac.in
ter emp.& uend.n.84.& n.85. & n.87.& nu.88.
ubi eã defendit,& ſequitur, & dicit eã procede-
re ẽt de iure canonico. Et quãuis Fab.de Mõte
in trac.de emp.& uend. in 3.q. 7.q.prin. teneat
opi. contrariam, uidelicet quòd imò tali pacto
de retrouendendo præſcribi non poſſit, tamen
eam opi.impugnat Ioan.Fran.Balb.d.4.par.5.q.
prin.q.3.n.4.& Goza.d.l.2.C.de pac.inter emp.
locis citatis,ubi ẽt Cag.n.74.& Io.Anto.Rub.d.
conſ.30.Ex qnibus apparet,cũ a die laudi lati iã
elapſi ſint anni 32.& plures,iuri redimendi con
tra d.actores fuiſſe pręſcriptum.

Quo ita ſtante,non obſtat,ſi quis adijciat cur
3 rere quidem†contra minorẽ adultũ præſcriptio
nẽ prædictã, ſed tamen aduerſus illã dari reſtitu
tionem in integ.iux.com.opi.Inno.Io.And. An-
cha.in c.conſtitutus.de in integ.reſt. & Affiic.in
deciſ.370.Bar.in l.ẽt.in fi.ff.de mino. Dec.conſ.
557.n.7.& 8.quæ opi.dicitur com.ut per Io.Bap
tiſt.Bouiũ in trac.de ſtatutaria urbis præſcriptio
ne.gl.19.n.36.Quoniam reſpondetur,quòd aut
uolunt reſtitui illi,qui tempore laudi lati maio-
res erant ſeq; pro maioribus geſſerant,& tunc
certum eſt in propoſita ſpecie, ubi ceſſat omnis
probabilis cauſa,eos reſtitui non debere etiã ex
4 generali† clauſula, ſiqua mihi &c. quæ ſemper
præſupponit adeſſe probabilem cauſam,ut per
Alex.conſ.163.n.6.uol.2.& conſ.9.lib.5. in fi. &
conſ.169.n.14.2.uol.& Bertrand.conſ.273. par
te 1.nu.8.in corpore antiquiori.& conſ.189.par
te 2.cum multis con ſocijs. Aut uero reſtitui uo-
5 lunt illi, qui † tempore laudi lati minores erant,
& tunc quoq; arbitror eos non eſſe reſtituẽdos.
Nanq; aut ijdẽ petunt ſe reſtitui pro ea parte,
quę ipſis accreuit ex morte aliorum fratrum mi
norum,qnibus ſucceſſerunt, & eo caſu pluſquã
6 certũ eſt illos reſtitui non debere,quoniã † quã-
do minor ſucceſſit alicui, contra quẽ cępit præ-
ſcriptio,tunc cõtra eũ d.præſcriptio cõtinnatur,
ut per Bar.in l.naturaliter.in 7.q. ubi ẽt Io.Hãni
ba.248.ff.de uſuc. Neq; conceditur eo caſu mi-
norib. reſtõ in integ. contra illã præſcriptionẽ,
quę initiũ hẽt a perſona defuncti,dũmodo uer-
ſemur in tpe,& præſcriptione cõuentionali,ſeu
in diſpõne,& cõtractu cũ minori guſto,nõ autẽ
in diſpõne legali,& qđ ĩ caſu pđ.nõ detur reſtõ
cõtra præſcriptionẽ inchoatã contra defunctũ,
tenet gl.& Bar.in l.cũ filiusfa.§.in hac. ff.de uer.
obl.& Sal.in l.fi.col.1.C.in quib.caſib.in integr.
reſt.nõ eſt neceſſaria,& probatur in l.Aemilius.
ubi Bar.& Bal.ff.de min.& Bal.in l.1.C.ſi aduerſ.
uſuc.& gl.in l.ſi cũ militarib.C.de reſt.mil.& in l.
ea quæ a patre.C.eo.tit.de reſt.mil.Paul.de Mõ-
tẽpico in l.poſt cõtractũ.n.47.ubi ẽt Io.Hãn.nu.
146.ff. de donat. & idem Io.in d.l.naturaliter.in
7.q.Bar.n.249.&250.ubi aſſerit doct.ita com.te
nere,& Bern.Diaz.in reg.466.ubi dicit,ꝙ mino-
7 ri † ẽt pupillo currit pręſcriptio conuentionalis
procedens ex contractu defuncti, ſi cucurriſſet
cõtra defunctũ ſine ſpe reſtõnis. Quamobrẽ cũ
in caſu propoſito agatur de diſpõne cõuentio-
nali,deq; tpe aſſignato in laudo uigore d.cõpro
miſſi,manifeſtũ eſſe puto d.reſtõnẽ ĩ integr.hoc
8 caſu denegari de iure debere,quandoquidẽ†cõ
promiſſum nihil aliud eſt q̃ cõtractus partiſque
trãſactio.Anch.in cõſ.23.n.6. Signo.in cõſi.88.
n.10.& cõſ.251.n.2.Ang.de Peruſ.cõſ.66.n.30.
9 & Soc.iun.cõſ.14.n.25.li.1.ubi†ſniam arbitrato
ris cõuẽtionẽ partiũ eẽ uoluit. Qđ ſi iſti mino-
res petãt ſe reſtitui ſaltẽ ꝓ ea parte, qua ipſi ex-
periũt ꝓprio iure;ego idẽ ũdẽ arbitror d. reſtõ-
10 nẽ cis denegari poſſe, qm̃ ad hoc ut reſtituať,nõ
ſolũ reqrit ut ſit minor,ſed ẽt ut ſit lęſus.l.nã po
ſtea.§.ſi minor.ff.de iur.iur.Itẽq; requiritur ne-
ceſſario ut ſit læſus ſni facilitate & dolo aduerſa-
rij,ut per Bar.in l.fi.in fi.C.de in inte.reſt. & tra-
dit Iaſ.in d.l.nã poſtea.§.ſi minor.quã ipſe cõiũ
git cũ.l.ait prætor.2.ff.de min.& Bertr.cõſ.169.
col.1.1.uol.& Bello.cõſ.18.nu.19.cũ ſi. Quæ qui
dẽ oĩa.dolus.ſ.atq; læſio cũ ceſſent in caſu nřo,
11 ubi omnia geſta fuerint cum†autoritate iudicis,
pro quo præſumitur,ut not.in c. qm̃ contra, de
prob. & ꝑꝑ cuius decretum ceſſat minorũ quę
rela ut per Bar.in l.1.C.de præd. dec. & Dec. in
cõſ.210.nu.8.ubi dicit hãc op.ſibi uideri cõem,
& Cagn.in l.2.nu.157.& ſeq.C.de reſcin.vend.
proculdubio iure optimo firmari põt,d.actores
a iure redimendi excluſos eſſe, & cõtra d. dños
Reos conuentos obtinere non debere.

Nec obſt.ſi quis obijciat, ꝙ licet cõtra adultũ
currat præſcriptio,& habeat locũ reſtitutio, ta-
mẽ cõtra pupillum non currit dicta præſcriptio,
ſed dormit,& propterea nõ eſſet opus reſtitu-
tione,ut per gl.in uerbo,ſeruãda ſunt in l.ſicut.
ubi Saly.num.6.de præſcripti. 30.uel 40.ann.&
Io.Hann.in l.naturaliter 7.quęſtio. Bar.nu. 257.
de uſuc.& Balb.in tract.de præſcript.parte 2.nu.
12 11.in 8.caſu; quoniam †reſpondetur ueram qui
dẽ eſſe ſcđm doc. dormire præſcriptionẽ cõtra
pupillum,ſed hoc intelligitur procedere durãte
pupillari ætate,Bal.in d.l.ſicut.nu.16.C.de pręſc.
30.vel 40.an.& Clau.Seys.in d.l.naturaliter.col.
fi. ff.de uſuc.& Balb.in trac.de præſcr. par.1. nu.
73.in caſu 23.& in d.par.2.num.11. in 8. caſu. &

Bernardinus Diez in regula 467. in limit. qui ſanè omnes communiter uolunt, dormire præſcriptionem contra pupillum, durante ſcilicet tempore pupillaris ætatis. At poſt pubertatem inceptam nullus eſt eorum, qui dicat, præſcriptionē
13 dormire, quippe quæ poſt pupillarem † ætatem finitam, illico expergiſcitur, & currere incipit. Quapropter licet concederetur, quòd in caſu noſtro, contra pupillum pręſcriptio dormierit; toto tempore pupillaris ętatis, ideſt uſque ad decimumquartum annum completum, ut habetur inſtit. quibus mod. tutela finitur. in prin. ubi etiam gloſſ. in uerbo, pupilli. Nihilominus cum iſte ſomnus durauerit ſolummodo vſque ad pubertatem, & per conſequens currere cęperit præſcriptio ſtatim poſt decimumquartum annum, a quo tempore ad hunc uſque diem lapſi ſunt anni plures quàm triginta, ut ex inſpectione inſtrumenti dicti laudi conſtat; proculdubio dici poteſt, nunc præſcriptionem contra dictos olim pupillos completam, & perfectam cenſeri, inſuperq; eos iuxta prędicta reſtitutionem petere non poſſe.

Et ita iuris eſſe arbitror, meliori ſentētia ſemper ſalua, ad laudem Dei.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio vulgaris per aditionem filij euaneſcit.*
2 *In ſubſtitutione, in qua vocantur copulatiuè pater, & filius, ſi non adeſt aliquod verbum denotans tractum, & ordinem ſucceſsiuum, an ſit locus ſubſtitutioni quoad vulgarem.*
3 *Ordo ſucceſsionis vulgaris non inducit coniecturam eiuſdem reſpectu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.*
4 *Verba, inſtituit talem hæredem, & eius filios, & deſcendentes per lineam maſculinam natos, & naſcituros, an inducant fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*
5 *Verba collectiua inducunt fideicommiſſum inter deſcendentes.*

CONSILIVM XXIII.

In Dei nomine.

IN caſu propoſito videretur in primis dicendum, Bartolomæum teſta-
1 torem facere † uoluiſſe ſubſtitutionem uulgarem, quæ per aditionem Dominici eius filij videtur expiraſſe, & proptęrea excluſos fuiſſe Fabianum, Sebaſtianum, & Petrum filios d. Dominici ſubſtitutos. Quoniā,
2 quando † in ſubſtitutione, in qua uocantur copulatiuè pater, & filius, ut in caſu noſtro, non adeſt aliquod verbum denotans tractum, ſeu ordinem ſucceſſiuum, tunc ſanè uis illius orationis copulatiuæ efficit, ut ſit quidem locus ordini ſucceſſiuo, ſed quoad vulgarem ſubſtitutionem, ita vt admiſſo, & adeunte patre primo inſtituto expiret ilico ſubſtitutio, per quam eius filij videbantur ſubſtituti poſt patrem. Barto. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 2. vbi Iaſ. nu. 9. & nu. 11. & ibi Cuma. Alc. Soc. & Dec. conſ. 205. & Socy. cōſ. 113. Rip. in l. hæredes mei. §. fi. ff. ad S. C.
3 Treb. Atq; † ex hoc ordine ſucceſſiuo, qui locū habet in uulgari, non induci coniecturam ordinis eiuſdem reſpectu ſubſtitutionis fideicōmiſſariæ. Torn. d. §. quidam rectè. nu. 58.

Atqui in ſubſtitutione facta per d. Bartolomæum non adeſt uerbum aliquod in ſpecie ſignificans ordinem ſucceſſiuum reſpectu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ factæ inter Dominicum patrem, & eius filios, quandoquidem teſtator non dicit, inſtituo Dominicum, & poſt eius mortem, illius filios, nec dixit, inſtituo Dominicum, & poſt eum illius filios, nec dixit, quando nō extabit Dominicus inſtituo eius filios, ut potuerat dicere ad ſignificandam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ergo non cenſetur hic facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, ita ut Dominicus poſt eius mortē cenſeatur rogatus reſtituere filijs ex fideicommiſſo; ſed tantum uidetur facta ſubſtitutio uulgaris, quæ expirauit per aditionē Dominici, l. poſt aditam. C. de impub. & alijs ſub.
4 Hac tamen † ratione minimè obſtante arbitror illa uerba, inſtituit hæredem Dominicum, & eius filios, & deſcendentes per lineam maſculinam natos, & naſcituros, ſignificare ſubſtitutionem fideicommiſſariam, patremquè uideri rogatum de reſtituendo eius filijs poſt mortem ſuam, ita vt inter eos ſit inductum fideic.

Quia licèt non adſint uerba, quæ uel in ſpecie, uel in genere ſignificent iſtum ordinem ſucceſſiuum quo ad fideicommiſſariam, inter patrē & eius deſcendentes, adſunt tamen uerba, quæ ſui natura, denotant ordinem ſucceſſiuum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem conſideratam inter eoſdemmet filios, & deſcendentes Dominici.

Atqui quando adſunt uerba, quæ denotant teſtatorem uoluiſſe inducere ordinem reſpectu ſubſtitutionis fideicommiſſarię conſideratę inter ſemetipſos deſcendentes patris. Tunc ſanè poteſt inde elici ualida coniectura ad inducendum quoque eundem ordinem quoad fideicōmiſſariam ſubſtitutionem inter patrē primū inſtitutū, & eius deſcendentes, ut expreſſe concludit Soc. d. §. quidā rectè. col. fi. uer. 4. caſus. ubi ēt Cuma. col. 3. uer. ubi aūt. dū firmat, quādo teſtator ſubſtituit fratrē, & eius liberos, cū conſtet teſtatorē uoluiſſe ordinē adeſſe reſpectu uulgaris inter liberos fratres, dicendū eſſe teſtatorē quoque uoluiſſe eundē ordinē adeſſe inter fratrē, & eius liberos, ut eſt de mente Rub. Alex. d. §. quidā rectè, car. 9. col. 3. uerſic. ſed aduerte. & tenet Tor. ibi. n. 72. uer. quo uero ad ſecundū. Ergo cēſebitur hic facta ſubſtitutio fideicommiſſaria inter Dominicum, & eius filios.

Adeſſe autē in hac ſubſtitutione uerba, quę denotēt ordinē ſucceſſiuū quo ad ſubſtitutionē fidei-

fideicommiſſariam inter eoſdemmet filios, & deſcendentes Dominici, demonſtratur ex eo, quòd teſtator dixit, inſtituo Dominicũ, & eius filios,& deſcendentes, per lineam maſculinam
5 natos,& naſcituros,quę † nomina collectiua,adiecta illi uerbo, naſcituros, ſignificant teſtatorem uoluiſſe ſub dictis nominibus collectiuis comprehendere etiam illos deſcendentes, qui non eſſent nati, neque concepti tempore, quo eueniſſet conditio ſubſtitutionis,in qua uocabã tur nepotes, licet uerba collectiua ex ſe, & non adiuncta alteri id,non ſignificarent,ut per Torni. d. §.quidam rectè. num.68.

Atqui quotieſcunque nomen collectiuum eſt adiectum alicui uerbo, quod ſignificet teſtatorem uoluiſſe comprehendere etiam deſcendentes illos, qui non eſſent nati, nec concepti tempore,quo extitit conditio ſubſtitutionis ueluti quando uocati eſſent deſcendentes in infinitum,tamen proculdubio dictum nomen collectiuum eſt aptum ad denotandum ordinem ſucceſſiuum quo ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem inter ipſos deſcendentes. Soc.in l.ſi cognatis.columna antepenul. uerſicul.quarta, & ultima concluſio.ff.de rebus dub.Alexand.conſilio 22.& conſ.26. in 3.uolum. Socyn.iun. conſ.30. nume.24.& conſ.136. uolum.3. Dec.conſ.253. Cur.conſ.48.ergo in caſu noſtro poteſt intelligi ordo ſucceſſiuus per quem Dominicus pater primus iuſtitutus cenſeatur grauatus reſtituere filijs,& ſequentibus deſcendentibus, qui non eſſent nati, neque concepti tempore quo extitit condictio ſubſtitutionis. Et ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Statuto ſtante,ut maſculis extantibus fœmina non ſuccedant, an filia fœmina ex filia teſtatoris excludant maſculos natos ex tertio matrimonio ipſius filia.*

2 *Verba diſpoſitionis cui conueniunt,illi conuenit etiã diſpoſitio.*

3 *Verbum, deſcendentes, an conueniat tam maſculis, quàm fœminis.*

4 *Deſcendentium appellatione, quando teſtator dixit, & deſcendentes ipſarum, an contineantur fœminæ, an maſculi, & an fœmina intelligantur excluſa.*

5 *Maſculorum expreſſio deſcendentes fœminas excludit,& ad maſculos tantum diſpoſitionẽ reſtringit.*

6 *Illatio non fit ex diuerſis.*

7 *Teſtator non præſumitur ſe conformare velle cum diſpoſitione ſtatuti, quando de contraria voluntate conſtat.*

8 *Deſcendentes ſi ſunt vocati nomine collectiuo, & gradatim ordine ſucceſſiuo, admittuntur proximiores remotioribus excluſis.*

9 *Filius ſubintrat in locum patris, ſi tractatur de bonis aui.*

10 *Teſtator ſi ſtatuit ſeruare gradus prærogatiuam, liberi non ſubintrant locum parentum præmortuorum.*

CONSILIVM XXIIII.

Diuinó implorato præſidio.

PROPONITVR, factum fuiſſe teſtamentum a magiſt. Iacobo, in quo ipſe vniuerſales hæredes inſtituit filios ſuos maſculos æquis portionibus,ipſosq; inuicem ſubſtituit vuulgariter,pupillariter,& per fideicommiſſum &c. Deinde dixit, & caſu quo omnes eius filij,quandocunque decederent ſine filijs, & deſcendentibus maſculis uel cum filijs, qui & ipſi ſine filijs maſculis decederent: tunc, & eo caſu ipſis ſic decedentibus ſubſtituit filias fœminas, & deſcendentes ipſarum legitimas, & naturales, &c. Quo teſtatore mortuo,lis orta cum eſſet inter filiam teſtatoris Dominam Geneuram,quæ putabat totam hæreditatem ad ſe pertinere, ex una; & filias filiorũ dicti teſtatoris, quæ dicebant dictam hęreditatem ad ſe ſpectare,ex alia; iudicatum fuiſſe dicitur,dictæ hęreditatis partem dimidiam filiæ teſtatoris, aliam uerò dimidiam filiabus filiarum pro rata deberi.

Verum quia dicta filia teſtatoris ter nupſit, & ſuperſunt hodie neptes fœminæ ex primo, & ſecundo matrimonio: atque etiam filij maſculi ex tertio, & omnes ſunt deſcendentes dictę fi-
1 liæ: quęritur,utrum † iſtę neptes fœminę excludantur de iure ab ipſis filijs maſculis vigente ſtatuto,ut maſculis extantibus fœminę non ſuccedant; an uero, & ipſę neptes fœminę unà cum maſculis uocatę dicantur in ſubſtitutione ad dictam hęreditatem magiſt. Iacobi. Et rem breui perſtringens, arbitror, ſi hęreditas dicti teſtatoris pro dimidia ad eius filiam de iure pertinuit, de qua re modo non diſputo; conſequens etiã eſſe,ut in q.mihi modo ꝓpoſita ea dimidia portio inter dictas fœminas neptes, & inter filios maſculos filię teſtatoris in ſtirpes diuidi debeat.
2 Nam quibus † conueniunt uerba diſpoſitionis illis etiam conuenit diſpoſitio. l. hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa. l.ſi quis ſeruum. ff. ſi quis caution.c.indemnitatibut. de electio.lib.6. Cur.iun.conſ.153.num.1.par.2.Crau.in rubr.ff.
3 de leg.1.nu.39.Atqui uerbum † deſcendentes, quo uſus fuit teſtator in ſubſtitutione dum dixit, meis filijs & earum filijs, & deſcendentibus maſculis ſubſtituo filias fœminas,& deſcendentes ipſarum; conuenit tam maſculis quàm fœminis, ergo & ipſę neptes fœminę ad hęreditatem prędictam ſunt cum maſculis admittendę.

Conuenire autem uerbum, deſcendentes,
non tantum maſculis, ſed etiam fœminis,
multis auctoritatibus confirmatur, ut oſtendit
tex. in l. final. C. de ſuis, & legitimis. & l. prima.
C. de cond. inſer. & l. cognoſcere. §. liberorum.
ff. de uerborum ſignificat. & §. 1. in Authen. de
hæred. quæ ab inteſt. & tradit Bar. in l. Gallus. §.
etiam ſi parente. ff. de lib. & poſthum. & tenet
Imo. in l. quod dicitur. columna antepenul. ff. de
uerborum odligatio. Fulgoſius in conſil. 86. co-
lumna prima. Alexand. conſi. 160. incip. uiſo the
mate. lib. 2. & Soc. conſil. 51. num. primo. & nu-
mero ſecundo. lib. 4. Decius conſil. 570. numero
nono. & conſil. 223. in princip. Pariſius conſilio
88. numero 3. uolum. 2. & conſil. 26. num. 34. &
conſilio undecimo. numero 27. uolum. 3. & con
ſil. 51. numero 30. & numero 31. uolum. ſecun-
do. & conſil. 72. numero 6. uolum. 4. Ruyn. conſ.
165. numero 5. uolum. 1. & conſ. 110. num. quin
to. uolum. ſecundo. & conſ. 24. numero nono. li-
bro primo. Cur. ſen. conſil. 64. numero 12. Go-
zad. conſilio uigeſimo. numer. octauo. Socynus
iun. conſilio 69. numero 12. uolumine 3. & con
ſil. 13. numero 16. & 18. eodem uolu. 3. Auguſt.
Bero. conſilio 55. numero 8. uolumine ſecundo.
Marc. Anton. Natt. conſ. 676. numero nono. uo
lum. quarto. Iacob. Phil. Port. conſilio 83. nu. 6.
Ioan. Cephal. conſ. 46. numero 47. & conſil. 34.
numero 16. & conſilio 11. numero primo, & nu-
mero decimoquarto, uolum. primo, Roland. a
Val. conſil. 57. numero 24. uolumine 3. Quorum
omnium auctoritatibus manifeſto deprehendi
tur, deſcendentium appellatione fœminas quo
que comprehendi. Id quod adeo uerum eſt, ut
doctores affirmare non uereantur, deſcenden-
tium appellatione uerè, & propriè fœminas cō-
tineri, ut tradit Oliuer. tex. in tract. de gradibus
cognat. quęſt. 9. num. 14. uerſicul. & quia hęc li-
nea. & firmat Aug. Bero. conſil. 151. num. 13. uo
lum. 2. & conſ. 87. num. 6. & conſ. 120. nu. 6. eod.
2. uol. & conſ. 98. numer. 19. uolum. 1. ubi dicunt
fœminas deſcendentium nomine propriè con-
tineri.

4 Rurſus appellatione † deſcendentium, dum
teſtator dixit, & deſcendentes ipſarum &c. con-
tineri fœminas, demonſtratur ex præcedentib.
uerbis eiuſdem ſubſtitutionis; in quibus cum
excludere teſtator voluerit fœminas ſemper ad
iecit verbum, maſculos, cum mentionem habuit
deſcendentium, dicens, & caſu quo filij decede-
rent ſine filijs, vel deſcendentibus maſculis &c.
5 quæ quidem † expreſſio facta de maſculis deſcē
dentes fœminas excludit, & ad maſculos tātum
diſpoſitionem reſtringit, Ruyn. conſil. 120. n. 1.
uolum. 1. Cum igitur dixerit poſtea teſtator, ſub
ſtituo deſcendentes ipſarum, & non adiecerit,
maſculos. dici uerè non poteſt eum fœminas ex
cluſiſſe. Si enim eas excludere voluiſſet, utique
hoc dixiſſet, & adiecisſet verbum, maſculos, ſicut
ſupra fecerat. Atqui uerbum huiuſmodi hic nō
expreſſit, ergo fœminas non excluſit. Id enim di
xiſſet ſi uoluiſſet. l. vn. §. ſin autem ad deficientis.

ibi, nam ſi contrarium uolebat, nulla erat diffi-
cultas coniunctim ea diſponere, vbi etiam Bald.
C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam. de deci
mis. Alexand. conſ. uigeſimoſeptimo. numero
quinto. libro tertio, Iaſo. in l. qui filiabus, colum-
na ſecunda. ff. de legatis primo. Riminald. conſi
lio 224. num. 22. uolum. 2. Socy. iun. conſil. 28.
num. 42. uol. 1.

Quibus ita ſtabilitis, non obſtat ſtatutum Pi-
ſtor. in rub. 100. de modo ſucceſſionis mulierū
ab inteſtato: in quo re ipſa diſponitur, extanti-
bus maſculis fœminas non ſuccedere, cum quo
quidem ſtatuto teſtator præſumitur conforma-
re ſe uoluiſſe. c. quod dilectio. de conſanguin. &
affinit. Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita. in ter-
tia oppo. ubi Alex. Socyn. & alij. ff. ad Senatuſc.
Trebellia.

Quoniam reſpondetur primò, ſtatutum prę-
dictum, quod extantibus maſculis fœminas ex-
cludit, nominatim loqui de inteſtati ſucceſſione
ſicut etiam de iure intelligi debet, ut per Hiero.
Albanum Card. in conſil. 38. in princ. uerſic. nec
uidetur obſtare. Hic autem agi de ſucceſſione te
ſtati, nimirum de ſubſtitutione facta in teſtamē-
to a magiſt. Iacobo. Igitur iure optimo dici po-
teſt huiuſmodi ſtatutum ad rem noſtram non
6 pertinere, quandoquidem † ex diuerſis inferre
non licet. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. na-
turaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren-
da poſſeſ.

Reſpondetur & ſecundo ſtatutum, quod di-
cit, extantibus maſculis fęminas non ſuccedere
intelligitur diſponere, ut fœminæ non ſuccedāt,
ſcilicet pręter, vel contra uoluntatem defun-
cti, ſed tamen non negat, quin ſecundum uolun
tatem teſtatoris ſuccedere poſſint, ut per Corn.
conſil. 205. num. 11. uolum. 4. Iaſo. in conſ. 117. co
lumna 2. in fi. uerſicu. quarto mouent. primo uo
lum. Campeg. in tract. de dote. par. ult. q. 74. Ro-
land. a Val. conſ. 62. num. 55. uolu. primo. Atqui
in propoſito caſu, uoluntas teſtatoris fuit, ut ex-
tantibus huiuſmodi maſculis, qui non ſunt de li
nea teſtatoris, fœminę nihilominus ſuccederēt:
igitur non eſt mirum, ſi dicimus fœminas ſecun
dum uoluntatem teſtatoris in caſu iſto cum ma
ſculis admittendas. Hanc autem fuiſſe uolunta-
tem teſtatoris, ex eo apparere uidetur, quod cū
uocauerit nominatim fœminas ſi contigiſſet ut
nulli præterea maſculi extarent, utique inde
præſumptio oritur eum uoluiſſe, ut excluſis fœ-
minis, maſculi illi tantū admitterentur per quos
poſſet eius agnatio conſeruari, qua ſola conſer-
uandæ agnationis, & familię ratione nituntur
ſtatuta, quæ diſponunt, ut extantibus maſculis
fœminæ non ſuccedant, ſicut ſecundum com-
munem opinionem firmat Alber. Brun. in tra-
cta. de ſtatutis fœminas excludentibus. articul.
tertio. numero tertio, & quarto, & quinto.
ubi dicit unicam hanc rationem certam pro ex-
preſſa reputandam eſſe.

Quamobrem cum maſculi, qui hic extant,
non ſint de familia teſtatoris, neque eiuſ-

modi

modi, per quos illius agnatio conſeruetur, meritò ab illis neptes prædictæ excludi non
7 debent. Nec † præſumendum eſt teſtatorem, cum diſpoſitione ſtatuti conformare ſe voluiſſe quando de contraria uoluntate, vt hic euenit conſtat, iuxta tradita per Corn. conſ. 192. & conſil. 83. uolum. 3. & Hiero. Zanch. in repet. d. §. cũ ita. num. 158. uerſicul. limitatur quarto. l. hęredes mei. ff. ad S.C. Treb.

8 Nec obſt. ſi obijciatur † in hac ſubſtitutione deſcendentes vocatos uideri nomine collectiuo, gradatim, & ordine ſucceſſiuo, ſeruata gradus pręrogatiua. Bal. conſ. 305. Non eſt dubium lib. 3. Pariſ. conſ. 8. num. 11. & conſ. 11. nume. 27. uolum. 3. quo caſu admittuntur proximiores excluſis remotioribus. l. pero. §. fratre. l. cum ita. §. de fideicommiſſo. ff. de leg. 2. l. fi. C. de verbo. ſignificatio. & propterea dici poſſit admittendos eſſe filios D. Geneuræ proximiores, excluſis nepotibus remotioribus.

Reſpondetur enim q neptes, de quib. hic agitur, quod attinet ad hanc ſucceſſionem, non cẽſentur remotiores, ſed dicuntur eſſe in eo gradu quo ſunt filij maſculi, & propterea ſimul cum maſculis in ſtirpes ad hæreditatem admitti debent, argum. l. 2. §. hęreditas. ff. de ſuis, & legit. & §. ſi plures. Inſt. de legit. agnatorum ſucceſ. & l. ſi quis ita. §. 1. ff. de teſtam. tut. Bart. in l. ſi rogatus. columna fi. uerſicul. quęro quo ordine. ff. de rebus dubijs. Cenſeri autem iſtas neptes in eodẽ proximiori gradu quo ſunt maſculi, inde oſtenditur, quod dictę neptes in caſu propoſito ſubintrant in locum eorum parentum pręmortuorum, qui erant in eodem gradu, quo reperiun-
9 tur filij. Nam quando de bonis aui † tractatur, ut hic euenit tunc filius ſubintrat in locum patris. Dec. conſ. 1. num. 2. & in l. ſi auię. in 1. not. ad fi. C. de ſucceſſorio edicto. & in conſ. 217. Clau. Seyſſel. l. Gallus. §. quidam rectè. columna 2. nu. 9. ff. de lib. & poſth. & Aret. conſil. 163. & Franc. Marzar. in epiſ. in mater. fideic. quęſtio. 18. Quę concluſio abſque ulla controuerſia procedit, quando non apparet teſtatorem uoluiſſe ſeruare gradus pręrogatiuam, ſicut non apparet in ca-
10 ſu noſtro. Secus tamen eſſet ſi conſtaret, † teſtatorem ſtatuiſſe ſeruare gradus pręrogatiuam, tunc enim liberi non ſubintrarent locum parentum pręmortuorum, nec dicerentur eſſe in gradu proximiori, ſed remanerent in gradu remotiori, & a proximis excluderentur, ut per Dec. in conſil. primo. num. 6. & per Pariſ. conſ. 40. num. 21. 22. & num. 3. uolum. 2. qui dicit idem ibi proximiores uocari filioſque locum parentum non ſubintrare, quòd teſtator uocauerat deſcendentes ſalua gradus pręrogatiua. Cuius in caſu noſtro habita eſſet ratio non reperitur, & propterea neptes cum maſculis in ſtirpes uocatas firmauimus, meliore ſentẽtia ſemper ſalua, ad Dei O.M. laudem, & gloriam.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Victus victori in expenſis eſt condemnandus.
2 Conditio ſi eſt impleta, locus eſt diſpoſitioni.
3 Subſtitutio an dicatur remiſſa, vel fideicommiſſum per diuiſionem.
4 Grauamen mutuũ operatur, ut quiſq; præſumatur poſſe de parte ſua libere diſponere.
5 Fideicommiſſi reciproci remiſſio tollit uotum captanda mortis, & ideo dicitur continere publicam vtilitatem.
6 Ius fideicommiſſi quando cenſeatur remiſſum.
7 Nemo præſumitur iactare uelle ſuum.
8 Fideicommiſſum non reciprocum non poteſt remitti quia præſumeretur deceptio.
9 Fratres habentes ſcientiam fideicommiſſi, ſi remittunt inuicem in diuiſione omne ius quod habent vel habere ſperant in bonis diuiſis, & aliqua præcedant cauſa de præſenti, fideicom. renunciaſſe an dicantur, an illa remiſsio referatur ad alios actus præcedentes.
10 Iura ſi ſunt competentia ex cõtractu uel alia cauſa, fideic. non dicitur remiſſum.
11 Clauſula, quæ ſolent inducere fideicommiſsi remiſſionem, niſi alia cauſa ſubſit, ad fideicommiſſum an referantur.
12 Fideicommiſsi ſcientia inter fratres diuidentes hæreditatem an inducat fideicommiſsi renunciationem, & remiſsionem.
13 Frater aſſeuerans ſe hæredem ex teſtamento præſumitur ſcire omnia contenta in teſtamento.
14 Ex poſitione negata nemo ſe fundare poteſt.
15 Clauſulæ prægnantes ſignificantes remiſsionem, & facultatem alienandi. an faciant cenſeri remiſſum fideicommiſſum.
36 Fideicommiſsi pendente conditione, an bona reſtitutioni ſubiecta poſsint alienari.
17 Alienatio in irritum reuocatur impleta conditione ſubſtitutionis.
18 Clauſula, ad habendum, &c. quid operetur.
19 Trebellianica liberis primi gradus an prohiberi poſsit.
20 Teſtatori in fideicommiſſaria ſubſt. ſuccceditur ſolũ in bonis ipſius teſtatoris.
21 Compromiſſum quo caſu fieri debeat.
22 Verba ſtatuti ubi non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio.

CONSILIVM XXV.

Diuino implorato auxilio.

MAGNIFICI Domini Priores ciuitatis Cortonę Iudices appellationum, & nullitatum. In cauſa, quę uertitur coram Magnificis Dominationibus ueſtris, inter Bernardinum Benedicti Bernardini Seculini de Cortona, & Fabritium quondam Iacobi Sebaſtiani

 de Van-

dc Vannutijs ciuem Cortonenſem appellantes
ex vno latere,& Sebaſtianum quondam Bar.Do
minici Ciuccij dicti Burghini de Cortona appel
latum ex altero. Vidi acta,& actitata tam in pri-
ma, quàm in ſecunda inſtantia appellationis cũ
petitionibus, exceptionibus, poſitionibus,atte-
ſtationibus inſtrumentis teſtamenti donationis
emptionum,& ſtatutis,ordinationibus, alijſque
ſcripturis omnibus cum iuris allegationib. pro
utraque parte utrobique deductis,& ad me trã
miſſis,& diligenter conſideraui omnia,quæ con
ſideranda exiſtimaui; idcirco Diuino nomine
repetito conſulo,dico,& refero,partes Magnifi-
centiarum ueſtrarum fuiſſe,& eſſe,ut declarent,
pronuntient,& decernant, d.Bernardinum Be-
nedicti Seculini appellantem condemnandum
fuiſſe,& eſſe ad relaxandum, & reſtituendum d.
Sebaſtiano q.Bartolomæi d.Burghini res,& bo-
na,quę ad Ludouicum fratrem d.Sebaſtiani ob
uenerunt in portionem eiuſdẽ Ludouici ab hæ-
reditate ex teſtamento Bartolomæi eorum pa-
tris,unà cum fructibus perceptis à tempore litis
conteſtatæ, & citra quæ eadem bona compræ-
henſa poſtea fuerunt in donatione facta per
Ludouicum prædictum d.Bernardino, & in qui
bus d.Sebaſtianus fuerat ſubſtitutus.

Quod uero attinet ad Fabritium, decernant,
& pronuntient appellantes bene appellaſſe, &
conſequenter d. Fabritium non teneri ad rela-
xandum,vel reſtituẽdum Petrum terræ de quo
in proceſſu aduerſus eum agitur. Itemq; decer-
natis, & declaretis nullam hic habere locum trẽ
bellianicæ detractionem, & non fuiſſe, nec eſſe
concedendum compromiſſum petitum. Quod
uero attinet ad expenſas litis pro rata uictoriæ
1 in expenſis vtriuſque † inſtantiæ uictum uictori
condemnandum.& propterea ſecundum ſupra
dicta, infra dicenda reformandam eſſe ſenten-
tiam Dom.Iudicis à quo; omni meliori modo.

In hanc autem ſententiam, rationes potiſſi-
mum infraſcriptæ me impulerunt.

Primo,quoniam Sebaſtianus ſubſtitutus fuit
Ludouico quandocunque Ludouicus decede-
ret ſine liberis, ut patet ex teſtamento Bartolo-
mæi in actis producto dũ in eo dicitur, cui quã-
docunque decedenti ſine filijs legitimis,& natu
ralibus vno una,uel pluribus ſubſtituit Sebaſtia
num eius filium &c. Verum extitit conditio, ſeu
caſus ſubſtitutioni, quia Ludouicus ſine filijs
deceſſit, ut patet ex reſponſione Bernardini ad
18.poſitionem actoris in prima inſtantia. igitur
2 locus eſt dictæ ſubſtitutionis, quia † impleta, &
exiſtente conditione adiecta diſpoſitioni pro-
culdubio locus eſſe dicitur diſpoſitioni. l. ſiquis
hæredem.C.de inſtitutio.& ſubſt.ſub conditio-
ne facta.

Secundo, quia per diuiſionem factam inter
Sebaſtianum,& Ludouicum non fuit renuntia-
rum prædictæ ſubſtitutioni, uel fideicommiſſo.
Nam quando dubitatur, utrum per diuiſionem
3 † dicatur remiſſa ſubſtitutio, uel fideicommiſ-
ſum, doctores diſtinguunt. Aut agitur de fidei-
commiſſo reciproco inuicem mutuò,& uiciſſim
facto,& coequæuo. Aut uero de fideicommiſſo
non reciproco,ſeu non uiciſſim facto.

Si agatur de fideicommiſſo reciproco, tunc
concurrentibus alijs requiſitis, nimirum promi
ſione de nõ contraueniendo,uel ſi permiſſio nõ
ſit ſimplex fideicommiſſum cenſeri poteſt re-
miſſum per diuiſionem factam inter fratres. Ste
phan.Bertrand.conſilio uigeſimoprimo.nume-
ro decimonono. uolum.primi parte poſteriori,
& conſilio octuageſimooctauo. uolum.princi.
parte poſteriori,numero primo. uerſicul. ſecun
dum eſt. Angel.in l.qui cum tutoribus. in primo
numero quarto.ff.de tranſactio.ubi dicit,ſi fidei
commiſſum erat reciprocum, ut eſt caſus in §.
duo fratres. l.qui Romæ. ff.de uerborum oblig.
tunc diuiſio operatur remiſſionem fideicom-
miſſi,licet enim remiſſio ad fideicõmiſſum por-
rigatur,ob id tamen nullus diuidentium grata-
tur,cum remiſſiones ſint mutuæ, ita ut unuſquiſ
que tantum remittat quantum ſibi remittitur,
4 & quiſque propter † mutuum grauamen præſu
mitur uelle de parte ſua poſſe libere diſponere;
5 & tollit † uotum captandę mortis fideicommiſ-
ſi reciproci remiſſio, & propterea continet uti-
litatem publicam, Socy.iun.conſilio 316.nume-
ro 58. uolum. primo. pręterquam quod aliqui
etiam tenent hoc caſu fideicommiſſum non eſ-
ſe remiſſum, Ruyn.conſilio 138.numero nono.
uolum. 3. no.2.& hęc uidetur communis, ut di-
xi in lect. 21. §.duo fratres.parte prima. 1570. &
lec. 16. 1574.

6 Si uero agatur † de fideicommiſſo non reci-
proco, ſeu non uiciſſim facto, ſed in quo alter
ſolus erat grauatus, tunc non dicitur remiſſum
ius fideicommiſſi quam opi.tenet Ange.in l.qui
cum tutoribus.in princip. numero quarto. ff.de
tranſactio.per d.l.qui cum tutoribus. ubi dicit
ita illam eſſe intelligendam,quia non eſt uериſi-
mile,ut hi qui diuidunt hæreditatem, uelint ſo-
cio plus concedere quam oporteat,& plus ei tri
7 buere quam ſibi tribuatur, cum † iactare ſuum
nemo præſumatur. Et idem Angel.in §.duo fra
tres.num.7.l.qui Romæ. ff.de uerborum obliga
tio.dicit per diuiſionem non eſſe remiſſum fidei
commiſſum.l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de le
gatis ſecundo. quando fideicommiſſum non e-
rat reciprocum.& Soc.iun.conſil.110. nume.50.
8 libro primo; ubi dicit ſi † fideicommiſſum non
eſt reciprocum, & diceretur remiſſum,tunc ad-
eſſet iniquitas,& deceptio,quia ſolummodo u-
nus diceretur remiſiſſe non alter. Et Bero.con-
ſil. 130.numero 12.uerſicul.tertius caſus. & nu-
mero quadrageſimo, uolum.ſecundo.ubi quo
ad hoc tranſit cum hac opinione, & dicit,quan-
do fideicommiſſum non eſt reciprocum, nec
coæqueuum,tunc in dubio per uerba quantum
cunque generalia,& prægnantia non eſt ueriſi-
mile ius fideicommiſſi remitti, argument. l.
ſemper in ſtipulationibus. ff. de regul. iur. &
hunc caſum dicit Beroius ibidem eſſe indubi-
tatum.

Et quam-

Et quamuis ueritas huius diſtinctionis tradi-
tę per Ang. & alios ſupra relatos,uideatur in du
bium reuocari per Deci.conſ. 86. num. 4. dum
dicit opin. communem eſſe contra Ange. cum
qua etiam inſpecto effectu tranſire etiam uide-
tur Iacob.Menoch.conſ.87.num.1.& nume.39.
qui dicit,licet doctores uelint fideicómiſſum re
ciprocum facilius remitti, nó tamen negát quin
etiam fideic.non reciprocũ cenſeatur remiſſum
nihilominus reſponderi poteſt. communé op.
eſſe contra Ang.non quo ad diſtinctionem tra
ditam, uidelicet ut fideicommiſſ. non recipro-
cum non cenſeatur remiſſum, ſed quoad intel-
lectum. §. duo fratres & l. qui cum tutorib.
Nam dicebat Ang.agi de fideicom.nó recipro
co,in l.qui cum tutorib. & in §. duo fratres ubi
agitur de reciproco fuiſſe bene iudicatum,& in
hoc capite fateor,q opinio cómunis eſt contra
Ang.quia ſecundum communem op. in §. duo
fratres fuit male iudicatum.ſed quo ad hoc,ut
ſit fideicommiſſum reciprocum remiſſum, com
munis opinio non eſt contra Ang.ut patet ex al
legatis ſuperius.Quin etiam doct.non ſolum uo
lunt reciprocum fideicommiſſum facilius remit
ti,ut dicit Menoch.ſed prætere etiam nomina
tim dicunt & aperte exprimunt fideicommiſ-
ſum non reciprocum per diuiſioné uerbis etiã
pręgnantibus factã nó cenſeri remiſſum, Ang.
d.l.qui cum tutorib.num.4.ff.de tranſact. Bero.
d.conſ.130.num.12.uol.2.& num.40.Soci.iun.
conſ.116.num.50. uol.1. Vnde concludendum
eſt,fideicommiſſum non reciprocum non cen-
ſeri remiſſum per diuiſionem, in qua etiam eſ-
ſent adiectæ clauſulæ generales de non uenien-
do contra diuiſionem,ut per Bart.in d.§.duo fra
tres in 2.& 3. quęſtione cuius opinio magis có-
muniter approbatur,ſaltem quando illud ius,de
cuius remiſſione quæritur,non eſt reciprocum,
Alex.conſ.40.num.3. uol.4.

Atqui in caſu propoſito,inter Ludouicum &
Sebaſtianum fideicómiſſum ſeu ſubſtitutio non
eſt reciproca uel coæqueua,quia non fuit ſubſti
tutus alter alteri, ſed ſolum fuit ſubſtitutus Se-
baſtianus Lud.ſi Ludouicus deceſſiſſet ſine libe
ris,non autem fuit ſubſtitutus inuicem Ludoui
cus Sebaſtiano ſi Sebaſtianus ſine liberis more
retur; igitur in caſu propoſito dici nó poteſt re
miſſum fuiſſe fideic.Alex.el conſ.40.nu.3.uol.4.
Bero.conſ.130.num.20.uol.2.

Tertio per hanc diuiſionem non fuiſſe renũ-
nuntiatum fideicommiſſo ſeu ſubſtitutioni de-
monſtratur,quia quando fratres habentes etiã
9 † ſcientiam fideicommiſſi facti remittunt inuicé
in diuiſione omne ius quod habent uel habere
ſperant & poſſunt in bonis diuiſis, tunc ſane ſi
aliæ extant cauſæ de præſenti,ut puta ex contra
ctu aliquo præcedenti,ex quo fratres poterant
in dictis bonis aliquod ius prætendere,nunquã
intelliguntur fideic. renuntiaſſe, & illa remiſſio
ad contractus & actus alios præcedentes refer-
tur & in illis uerificatur Bart. d. l. qui Romę §.
duo fratres nu.19.& Alex.ibidem col.36.uerſic.
item in quantum Bart.hic in 6.quęſtione ubi di
cit op.Bart.eſſe communem & Iaſ. nu. 69. & ibi
Crot.nu. 127. & hanc eſſe communem op. di-
cit etiam Leon.in d.6.quęſtione Bart.num.456.
& eſt gloſ.in l.tres fratres.ff.de pact.ubi dicit, ſi
10 ſunt iura† competentia ex contractu uel alia cau
ſa, non dicitur remiſſum fideic.ut per Ripam d.
§.duo fratres.nu. 79. verſ. Item Bart. Bolognet.
num. 157.

Verum in diuiſione facta inter Ludouicũ,&
Sebaſtianum continentur etiam quędam bo-
na,quę proueniunt non ex hæreditate Bartholo
mæi neq; ex fideic.uel ſubſtitutione ab eo in ſuo
teſtamento facta,ſed quæ proueniunt aliunde,
nimirum ex contractibus emptionum factarũ
poſt morté Bartholomæi a dictis fratrib. & eius
filijs,ut patet ex 3.capite bonorum poſitorũ in
portione Ludouici, & in 2. capite bonorum aſ-
ſignatorũ d. Sebaſtiano,& ex inſtrumentis em-
ptionum in actis productis igitur illæ clauſulæ
11 † prægnantes,quæ ſolét inducere fideicommiſſi
remiſſionem,quando alia cauſa non ſubeſt,pro-
culdubio in tali caſu ad fideic.uel ſubſtitutioné
non referuntur, ſed in alijs illis bonis non ſubie
ctis fideicommiſſo ſeu non compræhenſis in
ſubſtitutione uerificantur.

Quibus ſic ſtabilitis, non obſtat, ſiquis obij-
12 ciat,fideicommiſſi † ſcientiam inter fratres diui
dentes hæreditatem inducere fideicommiſſi re-
nuntiationem & remiſſionem,ſecundũ op. ma-
gis communem Bart. d.§.duo fratres in 6.quæ-
ſtione. Atque ex aſſertione fratris aſſerentis
13 † ſe hæredem ex teſtamento,ut hic aſſeruit Seba
ſtianus in 21. poſitione primæ inſtantiæ, præſu-
mi ſcientiam omnium contentorum in ipſo te-
ſtamento,& conſequenter ipſius fideicómmiſ-
ſum iuxta tradita per Bart.in d §. duo fratres in
3.quęſtione.Quoniam reſpondetur, Bernardi-
num,ut ex actis patet,dictam poſitionem negaſ
ſe,& negationem ſuam non reuocaſſe, quo ca-
ſu dictus Bernardinus non poteſt uim facere in
14 aſſertione Sebaſtiani a ſe negata,quia † ex poſi-
tione negata quis ſe fundare nó poteſt Specul.
in titulo de poſition.§.octauo loco,uerſic.ſecũ-
dum præmiſſa,num.1.Bart.in l. poſt legatum. in
prin.num.10.& ſeqq.ff.de his quibus ut indign.
Alex.conſ.151.nu.3.uol.5. ex quibus patet,Ber-
nar.ex ea poſitione a ſe negata, non poſſe pro-
bare Sebaſtianum habuiſſe ſcientiã ſubſtitutio-
nis,quia imò illa præſumptio,quæ in dubio ha-
beret locum in hęredib.ſuis ſcd'm Bart.d.§.duo
fratres.d.3.quæſtione num.19. tollitur, & elidi-
tur per reſponſiones Sebaſtiani factas in 2. in-
ſtantia ad poſitiones Bernardin. dum pluries
Sebaſtianus reſpondit ſciuiſſe ſe eſſe hæredem,
ſed non habuiſſe notitiam fideicómiſſi ſeu ſub-
ſtitutionis,neque adiuuatur talis pręſumptio ex
dictis teſtium primæ inſtantiæ, quia ipſi non de
ponunt Sebaſtianum ex teſtamento ſe hęredé
aſſeruiſſe,ſed ſolum generaliter dicunt fuiſſe hę
redem ex teſtamento. Ex quorum generalibus
dictis nihil inferri poteſt ad ſpecialem notitiam
ſubſti-

ſubſtitutionis de qua nunc agitur arg.corū quę
dicit Bolognettus §. duo fratres l.qui Romæ.nu
me.116. ff. de uerborum oblig. Crauett, conſ.
193.num.8. 1.parte Quin etiam teſtes examina-
ti ſuper 19.poſitionem ſecundæ inſtantiæ non
dicunt Sebaſtianum habuiſſe notitiam ſubſtitu
tionis, ſed dicunt Sebaſtianum ſciuiſſe partem
dimidiam hæreditatis paternæ ſibi relictā fuiſ-
ſe in teſtamento,ſi ipſe redijſſet in gratiam Sere
niſſimi magni Ducis, quę ſcientia nō facit ad rē
noſtram,quia non diſputamus modo de parte
Sebaſtiani,ille enim iam eam obtinuit,ſed diſpu
tamus de parte quę ad eum pertinet uigore ſub
ſtitutionis,& de ſcientia ſuper ea, de qua nihil
eſt probatum,& quæ hic non præſumitur, unde
per diuiſionem non eſt facta remiſſio ſubſtitu-
tionis, uel fideicommiſſi & poſito & non dato,
ut Sebaſtianus ſciuiſſet ſubſtitutionem factam,
nihilominus remiſſiones & ceſſiones factæ in di
uiſionem prædicta,non referunt ſe ad ſubſtitu-
tionem,ſed ad alia,quæ proueniunt ex alijs con
tractib.ut ſupradixi & mox dicam.

15 Neque obſtat,ſi † obijciatur, per clauſulas pre
gnantes ſignificātes remiſſionem, ceſſionem &
facultatem alienandi, cenſeri remiſſum fideic.
Pariſ.conſ.71. nu.4.lib.3.cum conſocijs.Quoniā
reſpondetur per huiuſmodi clauſulas tunc non
cenſeri remiſſum fideic. quando tales clauſulæ
renuntiationem deſignantes poſſunt referri ad
alia iura quàm ad fideic.namque, ſi tales clau-
ſulæ ad alia iura referri poſſunt, tunc ſanè tales
clauſulæ quantumuis prægnantes nunquam re
feruntur ad fid. uel ſubſtitutionem, Bart.l.qui
Romæ §. duo fratres. 6.q.ad fi.nu.19.ff.de ver.
oblig. & Paul. Caſtrenſ. conſ.188. incip. Quia
dubia.nu.1.ad fi.ibi,& ſi nō ſit aliud ius,ad quod
prędicta uerba reſtringi poſſent. uol.2.& Alex.
conſ.68.num. 7.uol.5.ubi dicit per tales clauſu-
las eſſe remiſſum fideicōmiſsū niſi adſit alia cau
ſa ad quam referri poſſint,ut uerba aliquid ope
rentur. Et Pariſ.d.conſ.71.num.15.uolu.3. dicit
per dictas clauſulas eſſe remiſſum fideicommiſ-
ſum,niſi ad ſit alia cauſa,ex qua diuidentes poſ-
ſint prætendere ius in bonis,ſecundum Bart.d.
quæſtione 6.quem dicit ibi Pariſ. in hoc com-
muniter approbari.Atqui hic extant aliæ cauſæ,
ut ſupra dixi,& patet ex actis; ergo in caſu no-
ſtro clauſulæ pręgnantes non referuntur ad re-
miſſionē ſubſtitutionis.& idem tenet Ruy. cōſi.
92.nu.19.& nu.23.uol.3. ubi dicit per eas clau
ſulas fideicomm. renuntiari, ſi non poſſunt, di-
cta uerba referri ad aliud ius; & Io. Bolognet. d.
§.duo fratres num.172.ubi dicit clauſulas prędi
ctas ſufficere ad fideicommiſſi remiſſionē,quan
do nō adeſt niſi fideicommiſſum,ſecus ſi adeſt
alia cauſa,ad quam dictæ clauſulæ referri poſ-
ſunt.

16 Non obſtat etiam ſi diceretur,pendente con
ditione ſubſtitutionis ſeu fideicommiſſi inte-
rim d. bona ſubiecta reſtitutioni ſeu poſita in d.
ſubſtitu. conditionali potuiſſe alienari,l. fin. §.
quia noſtra,ubi Alb.& Bal.C.de legat. quoniam

17 reſpondetur alienationem in † irritum reuocari
impleta cōditione ſubſtitutionis,d.l.fi.§.ſin au-
tem ſub conditionem.uerſic. ſin autem auaritiæ
C.comum.de legat.Tiraq.de retr.conuenti.§.1.
gloſa 7. numero 10. uerſicul. ad hæc, nec me
mouet, ſi dicatur, ualere alienationem quo

18 ad tertios poſſeſſores, quando † diuidentes
apponunt clauſulam,ad habendum neque poſ-
ſe tertios poſſeſſores moleſtari a fideicommiſ-
ſarijs,vt per Bar.d.§. duo fratres, quæſt. 8. quia
reſpondetur,doctrinam Bartoli in dicta octaua
quæſtione procedere, quando non extarēt aliæ
cauſæ,ad quas dicta clauſula referri poſſet, ut di
cit Ruy.d.conſ.92.num.24.uel 3.& alij ſupra ci-
tati, ſecundum communem op.

Non obſtat quoque,ſi obijceretur, donatio-
nem ſaltem ualuiſſe pro quantitate trebelliani-
cę & legitimę,quę uidebatur eſſe debita Ludoui
co in bonis Bartolomęi,ſui patris, de qua ſaltem
ſumma uidebatur poſſe diſponere.l.quoniā in
prioribus.C.de inoff.teſtam.

Quoniam reſpondetur quod attinet ad tre-
bellianicam nihil modo pro trebellianica dedu-
cendum eſſe,nam teſtator hic prohibuit omnē

19 detractionem.Et † licet liberis primi gradus tre-
bellianicam pater prohibere non poſſit, ſecun-
dum opin. quam aliqui dicunt magis commu-
nem,ut per Pariſi. conſi. 30. colum.3.volum.3.
Tamen liberi primi gradus,quando ipſi grauan
tur reſtituere alteri ex liberis deſcendentibus
dicti teſtatoris grauantis,ut hic euenit, trebellia
nica prohiberi poteſt,& ita communiter limita-
tur ſupradicta magis communis aſſerta ſenten-
tia iuxta terminos l.libermus.C.ad S.C. Trebel.
& Io.Anto.Alexandrin.conſ.2. columna fin.Iul.
Cla.lib.3.ſen.§.teſtamentum. quęſt.63. uerſicu.
non poteſt negari. Quod uero pertinet ad legi-
timam, firmandum eſt in caſu propoſito,Ludo-
uicum non potuiſſe deducere legitimam por-
tionem, quia ipſe fuit inſtitutus in iure uniuer-
ſali,& adiuit hæreditatem,quo caſu legitima nō
debetur filio, qui fuit hæres inſtitutus, & adiuit
hæreditatem.l.hęres inſtituta.vbi Saly.Bald.Ale
xand.& Decius.C.de impub. & alijs ſubſti utio-
nib.& Alex.l.quia poterat.colum.pen.ff.ad S.C.
Trebel.Bero.in q.87.nu.10.

Ideo autem potiſſimum dixi, Fabritium non
teneri ad reſtituendum dictam petiam terræ,
quoniam dicta bona non fuerunt reperta in hæ
reditate Bartholomæi, ſed fuerunt empta & ac-
quiſita per Ludouicum poſt mortem Bartholo-
mæi eorū patris,ut patet ex inſtrumēto emptio-
nis celebratæ die 24 maij 1553; & ex poſitioni
bus Sebaſtiani & actis factis in prima inſtantia.
Vnde non comprehenduntur in ſubſtitutione,
neque pertinent ad Sebaſtianum ſubſtitutū, ſed
tanquam Ludouici propria, conſiderato maxi-
mè modico precio,quo empta fuerunt, potue-
runt ab ipſo Ludouico alienari Siue.n. ſubſtitu-
tio,per quam admittitur Sebaſtianus,ſit fideicō
miſſaria,ſiue uulgaris directa comprehenſa ſub
compendioſa, nullo modo ſubſtitutis admitti
poteſt

poteſt ad bona non hæreditaria Bartholomæi
20 quia † in fideicommiſſaria ſucceditur teſtatori
in bonis teſtatoris ſolùm. l. cohæredi. §. cum
filiæ. ff. de uulga. Quemadmodum etiam per vul
garem ſucceditur teſtatori in bonis eius, non au
tem in bonis inſtituti, cui facta eſt ſubſtitutio,
Bart. de Huc. tract. de ſubſtitutione. in 4. effectu
uulgaris. nu. 19. & Bal. in tract. de uulgari, nu. 28,
cum conſocijs.

21 Preterea dixi † non debuiſſe fieri compromiſ
ſum; quia in ſtatuto Corto, ſub rub. 26. In quib.
caſib. quis poſſit cogi ad compromittendum, ca
uetur non eſſe locum dicto ſtatuto quando ap-
paret ultima uoluntas & cõtractus donationis.
Quapropter cum de his duobus principaliter
22 partes hic controuertentur, & † uerba ſtatuti
huic caſui non conueniant, ſequitur, ut non con
ueniat etiam diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de dam.
infecto.

In expenſis autem modo quo ſupra partes
condemnandas dixi, per ea quę tradit Imola in
l. qui ſolidum uerſic. item nota. ff. de leg. 2. Iaſ. in
l. properandum. §. ſinautem col. 7. nu. 15. uerſic.
quarto quęro C. de iudicijs. Boerius deciſ. 74.
num. 1. parte 1. cum ſimilib.

Atque ex his & alijs, quę breuitatis cauſa nõ
proſequor, ſtabiliuntur prędicta. Idcirco, ut ſu
pra firmaui, ita iuris eſſe arbitror, & ita dico refe
ro & cõſulo omni meliori modo, ad laudẽ Dei.

Antonius Cioffus Iuriſc.

Abſolui & expediui ſupradicta omnia die 20
Aug. 1573.

Idem Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio facta contra formam ſtatuti non tenet.*
2 *Intentio negatiua probatur per actorum inſpectio-nem.*
3 *Teſtes de auditu deponentes an probent conſanguini tatem. num. 4.*
4 *Agnatio quomodo dicatur concludenter probata.*
5 *Conſanguinitatem probare difficile eſt.*
6 *Conſanguinitas, deficiente fundamento & origine parentelæ, non videtur poſſe probari.*
7 *Conſanguinitas ſi probetur, a quo ſtipite ſit inchoan dum.*
8 *Teſtimonium de ſecundo uel tertio gradu conſangui nitatis, omiſſo primo gradu, non valet, quoniam a capite edenda eſt ratio.*
9 *Affines pro affinib. an ſint teſtes idonei.*
10 *Teſtis dictum minus idonei, iuuatur dicto alterius idonei.*
11 *Controuerſia ſi verſatur inter duos conſanguineos, quis habeat probare ſe proximiorem.*
Et quid ſi inter extraneum & conſanguineũ. nu. 12.
13 *Cõtractum eſſe ſimulatum quomodo cognoſci poſſit.*
14 *Simulatio poteſt probari per teſtes, & coniecturas, & per partis confeſſionem. nu. ſeq.*
16 *Conſanguineus in retractu an ſibi praiudicet, ſi eo praſente res ſit uendita.*
17 *Inſtantia quo caſu dicatur perempta.*
18 *Verba ſi ſunt collata in iudicem, & ſint inſtructo-ria, vt iudex terminet, expediat, & ſim. an actus in contrarium facti valeant.*
19 *Iudex ſi in tempore non poteſt habere conſilium ſa-pientis, an poſſit iudicare ſecundum conſilium red dendum.*
20 *Inſtantia non currit, ſi cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis.*
21 *Reſeruationes in ſententia circa probationes facien das quando concedantur.*
22 *Permutatio quando retractari nequeat.*
23 *Permutatio facta poſt venditionem cenſetur ſimula tè facta, quo caſu non impeditur retractus.*
24 *Venditio retrahitur ut ex nunc, id eſt ex tempore ip ſius retractus.*
25 *Succumbens in expenſis condemnatur.*

CONSILIVM XXVI.

Diuino nomine Implorato.

SPectabiles domini conſules, & Poteſtas montium Blancorum. In cauſa, quę coram nobis uertitur inter Ioan. Leonardũ olim Mattęi de Mezzana agentem ex parte una, & Ioannem Antonij de Equio reum conuentum ex alia, mihi conſulenda commiſſa. Vidi & diligenter conſiderari petitionem dicti Ioan. Leonardi factam tam in primo quam in 2. proceſſu, cum replicationibus & atteſtationib. utriuſq; proceſſus uidi etiã reſponſiones, & exceptiones utrobique propoſitas per dictum Ioannem ſe defendentem; cum omnibus ſtatutis, inſtrumẽtis, ſcripturis, iuris allegationibus, alijſque omnibus ab utraque parte deductis & ad me tranſmiſſis. Id circo Diuino nomine repetito conſulo, dico & refero partes magnificentiarum ueſtrarum fuiſſe & eſſe, ut decernant, pronuntient & declarent, dictum Ioan. Leonardum actorẽ recte agere ſeu egiſſe ad retrahendam reuocandam, & redimendam dictã petiã terrę poſitam in loco, qui dicitur alla guardia, de qua in petitionibus ſupradictis; Et propterea dictum Ioannonem reum conuentũ condemnandum fuiſſe & eſſe ad uendendum, dimittendum & relaxandum dicto actori liberam prędictam petiam terræ, & ad fructus ex ea perceptos poſt litem conteſtatam eidem ſoluendum, dummodo Ioan. Leonardus actor ſoluat dicto Ioannoni reo conuento pręciũ & ſummã quinquaginta aureorũ dicti retractus nomine depoſitorum facta compenſatione dictorum fructuum, & dummodo d. Ioan. Leonardus reficiat Ioanni reo prædicto impẽdia & ſumptus factos gratia culturę & fructuum collectorum. Quod uero ad expenſas litis attinet in expenſis primi proceſſus ambas partes liberent, & abſoluet, ſed in expenſis factis in ſecundo proceſſu condemnent

demnent

condemnent dictum Ioannem reum conuentum omni meliori modo.

Ad hæc autem dicendum atque ita reſpondendum inducor præcipue rationibus infraſcriptis,uidelicet.

Quia ſtatuto montium Blancorum ſub rubrica de pœna uendentium poſſeſſiones forenſib. lib.2,cap.80.cauetur,ſiquis uendere uoluerit ali quam rem immobilem teneatur & debeat eam quam vendere uoluerit,prius notificare,& denuntiare ſuis affinibus proximioribus, qui ſint &c.Poſtea dicit,& ſi dicta uenditio facta fuiſſet non ſeruatis præmiſſis, liceat primo affinibus, deinde confinantibus,demum communi montium,aut hominibus dicti communis contra talem emptorem agere,reſtituto iuſto precio intra duos mẽſes a die ſcientię dictę vẽditionis. At

1 in caſu propoſito † uenditio facta per Ioſephum Magiſtri Ioan. Marci uenditorem non fuit celebrata ſecundum formam a ſtatuto traditam, igitur licuit ,& licet dicto Ioan. Leonardo tanquam conſanguineo, & agnato dicti Ioſephi venditoris agere contra prædictum Ioannonem extraneum reum conuentum. Non fuiſſe uerò ſeruatam ſtatuti formam, acta ipſa iudicant, vbi non apparet proceſſiſſe denũtiationes ſeu notificationes prædictas,quo caſu

2 dici poteſt eas minimè interceſſiſſe,quia† intentio negatiua probari rectè dicitur per actorum inſpectionem,gloſſa 1.Panormit.& Decius in c. quoniam contra.num.74.de probatio.& ibi Beroius num.65. qui dicit,ubi negatur aliquid actum eſſe, ſatis dicitur negatiua probari, ſi edantur acta,in quibus id non reperiatur,ut per Bar. in l.qui ad ciuilia.num.4.C.de appellatio.Quod vero Ioan.Leonardus ſit cõſanguineus & agnatus dicti Ioſephi uenditoris demonſtrant teſtes tam in primo quam in 2. proceſſu examinati. Nã tertius,quartus,quintus,ſextus, & ſeptimus teſtes examinati ſuper ſeptimo capitulo primi proceſſus omnes fermè dicunt, Franciſcum,& Baptiſtam fuiſſe filios Magiſt. Andreæ,& fratres inter ſe,& quartus teſtis dicit, Franciſcum procreaſſe magiſtrum Ioan. Marchum. Ex magiſtro Ioan.Marco natum eſſe Ioſephum nenditorem. Baptiſtam uero,procreaſſe, Dominam Angelicam,ex Angelica vero natum fuiſſe Ioan. Leonardum,atque ita dicit,Ioſeph. & Ioan. Leonardus ſunt conſobrini,Quam quidem genealogiã refert etiam tertius teſtis ſupra 7.cap.examinatus quæ omnia pluſque manifeſtè indicant. d. Ioan.Leonardum & Ioſephum eſſe conſanguineos cognatos ſeu affines atque agnatos.

3 Nec me mouet † iſtos de auditu deponere. & non exprimere gradum agnationis vel conſanguinitatis, quo caſu conſanguinitas non dicitur probata,ut per Decium in cõſ. 321.& 531. cum ſimilib, Quoniam reſpondetur quod regula,quę habet,teſtes probantes conſanguinitatem debere exprimere gradum, procedit niſi doceant & oſtendant aliqua alia equipollenti ratione & uia,quomodo & quò nam pacto affines & cõſanguinei ſint :tunc enim licet gradum non exprimãt,tamen dicuntur probare. Ratio adfertur,quia tunc eorum probatio eſt concludens,& tunc ceſſat ratio propter quam regulariter teſtis non exprimens gradum reijcitur, Decius d.conſ. 321. Nam licet teſtis non dicat, illi ſunt in tertio vel 4.gradu de iure ciuili,vel ca

4 nico,†tamen ſi declarat,quomodo ſint conſanguinei,exponendo modum, qualitatem nexuſq; cognationis,& enarrando genealogiam, vt faciunt iſti teſtes in caſu noſtro,vbi recenſent generationem dictorum fratrum,vtique cognatio dicitur eſſe concludenter probata,quia ut fatetur ipſemet Dec.d.conſ.321.nume.6.eo caſu,ex dictis huiuſmodi teſtium in ea cognatione explicanda ipſe iudex deinde poteſt elicere & intelligere conſanguinitatem,Panorm.in cap.licet ex quadam.colum.fin.de teſtib.Et licet regulariter teſtes de auditu non probent,l.teſtium.C.de teſtib.Cor. conſ. 146.volum.3 tamen ſpeciale eſt,

5 ut ad†probandam conſanguinitatem, quæ difficilis eſt probationis,ſufficiat teſtimonium de auditu,quãdo teſtes id audiuerunt a perſonis grauibus & ſenioribus, & ante litem motam, iuxta id quod requirit textus in c. licet ex quadam. de teſtib.& Paul.Caſtrenſ.conſi.56.num.4. parte 1. & Crauetta de antiquitate temp.parte 1. lectione,uiſo de fama.nu.3.& num.6.Quare cum dicta requiſita neceſſaria concurrant in caſu noſtro, vbi teſtes audiuerũt id quod deponũt a parentibus ſuis,ab hominibus communis,& publicè ab omnibus, & nõ nuper,ſed ante 40. annos, & ab eo tempore quo notitiam rerum habere cęperunt, abſque dubio dici poteſt, ſatis apertè probatam fuiſſe conſanguinitatem.

Preterea dicta conſanguinitas uidetur etiam probari ex ſecundo proceſſu,vbi teſtes examinati ſuper primo capitulo dicunt Franciſcum & Baptiſtam magiſtri Andreæ,fuiſſe fratres, & examinati ſupra 2.3.4.5.6.& 7. capitulis repetunt,& exponunt eandem geneſim,de qua ſupra, & dicunt ſe id audiuiſſe ab antiquioribus, & ante litem motã, uidelicet iã ſunt circiter anni quinquaginta ex quibus apparet dictam conſanguinitatem re uera remotis cauillationibus probatam fuiſſe.

Quo ſtante,non obſtat, quòd uel in 1. vel in 2. proceſſu teſtes non inceperint dinumerare conſanguinitatem a communi ſtipite, qui in caſu noſtro erat magiſter. Andreas pater Baptiſtæ & Franciſci ſicut facere oportuerat, ut per Antonium de Butrio in d.c.tua nos.de teſtibus, ſed inceperunt primo gradu, & per conſequens a dictis fratribus,videlicet a Franc. & Baptiſta quo

6 caſu deficiente† quodammodo fundamento & origine parentelæ non videtur poſſe probari dicta conſanguinitas ſeu parentela.Quia Reſpon

7 detur,in†probanda conſanguinitate ſatis eſſe, ſi inchoetur,uel a communi ſtipite vel etiam a germanis, ideſt , a fratribus,a quibus alij ſucceſſiuè deſcenderunt,Dec.d.conſ.321.num. 6.incip. in cauſa Alexandriæ.verſ.venio ad ſecundum. & num.

num.10. ubi dicit non eſſe opus incipere a pri-
mo ſtipite,ſed ſatis eſt incipere a fratribus vel ſo
roribus,vt expreſſe dicit tex.in d. c. tua nos. de
conſang. & affi.Et propterea dicit Zabarella. d.
c.tua nos,in 2.not.nu.1.de conſang.& affi.quod
deponentes ſuper conſanguinitate,neceſſe ha-
bent incipere ſaltem a primo gradu, vt a fratri-
bus,quod etiam ſequitur Panormitanus d.capi.
tua nos. in 2.not. ubi dicit non ualere teſtimo-
nium: niſi teſtes incipiant dinumerare gradum
a communi parente uel germanis, ideſt fratrib.
quod ante ipſum tenuit etiam ibi Abbas anti-
quus,& ſecutus eſt etiam ibidem Ancharan.nu.
3.dicens,qui probare uult parentelam,debet in
cipere a princ.ſiue primo gradu,omiſſo enim 1.
8 gradu † non uidetur valere teſtimonium de ſe-
cundo uel 3. uel ulteriori; quia a capite edenda
eſt ratio,& quod ſat ſit incipere a fratribus,aper
tè docuit etiam Lanfranc.in c.quoniam contra.
in c.8. de teſtib.num.99.de probationib. Quare
cũ teſtes ſuper hac cauſa examinati,oẽs incipiãt
dinumerare a fratribus,& ante oculos quaſi po
nant arborem deſcendentię dicti Magiſtri An-
dreæ, ex quo neceſſario elucet origo & funda-
mentum conſanguinitatis perſonarum articula
tarum, de quibus nunc agitur, conſequens eſt,
ut rectè dicantur conſanguinitatem probaſſe.

Nec ob.quòd Alexander ſecũdus teſtis exami
natus ſuper 2.proceſſu, ſit conſanguineus dicti
Ioan.Leonardi inducentis vt ipſemet fatetur:
9 quoniam reſpondeo,quòd † licet affines pro af
finibus non ſint teſtes idonei aut integri,ut per
Alexand.conſ.18.num.5.vol.4.& conſ.90.num.
7.uol.2.& Ruy.conſ.68.uol.1. Tamen commu-
nis eſt opinio,ut affines non repellantur a dicẽ
do teſtimonio pro affinibus,gloſſa & doct. in c.
accedens.ut lite non conteſt.Bart. in l. qui teſta
mento.§.per contrarium.ff.de teſtib.Lanfranc.
in tract. de depoſit.teſtium in 1. cã teſtim. uer-
ſic.capio itaque primam.num.73.ubi dicit eſſe
communem.Quamobrem dictus teſtis & alij ſi
qui ſunt,non omni exceptione maiores,cũ pur-
gẽtur per alios,qui non ſunt affines, ſed omni
exceptione maiores,ut per Curtium in tract.de
teſtib.concluſione prima nume.5. proculdubio
adiuuãtur ex depoſitionibus aliorum teſtiũ ido
10 neorum, quandoquidem † dictum teſtis minus
idonei,iuuatur dicto alterius idonei, Soci.conſ.
149.nu.7.vol.1.& cõſ.235.nu.9. li.2.&Soc.iun.
conſ.29.nu.17.vol.2.& conſ.146.nu.12.eo.vol.

Non obſtat quoque quod in 1. proceſſu di-
ctus Ioan.Leonardus nõ probauit ſe proximio-
rem; ſicut requirere uidetur dictum ſtatutum
Montium Blancorũ,& ſicut tradit Bart. in l. hoc
iure.ff.de uerborum obligat.Nam pręterquam
quòd de iſta proximitate probat teſtis ſecũdus,
& tertius examinati ſuper 7.& 8. capitulo ſecun
di proceſſus,reſpondetur etiam in caſu propoſi
to non eſſe neceſſarium probare Ioan. Leonar
dum eſſe conſanguineum proximiorem dicti Io
ſephi uenditoris. Namque diſtinguendum eſt.
11 Aut uertitur † controuerſia inter duos cõſangui
neos, & tunc is qui agit aduerſus poſſidentem,
debet probare ſe proximiorem, cum id ſit fun-
damentum ſuæ intentionis. Dec. d. conſ. 321.
col.2.uerſic.ulterius aduertendum eſt.aut uero
12 lis eſt † inter extraneum, & conſanguineum, &
tunc ei qui ſe conſanguineum dicit, ſat erit pro
bare ſimpliciter ſe eſſe conſanguineum, aut ali-
ter coniunctum dico uenditori,ut per Cuman.
Alex.Iaſ. in l.15.poteſt.ff.de acquir.hæred. & Ti
raq.de retrac.gentilitio.§.11.gl.1.nu.5,& nu.6.

At in caſu propoſito lis eſt inter Ioan.Leo-
nardum conſanguineum venditoris ex vna, &
inter Ioannonem eidem extraneũ ex altera par
te,ergo nõ eſt opus in caſu noſtro ut ipſe actor
oſtendat ſe eſſe proximiorem,prout opus eſſet,
quando lis verteretur inter duos conſangui-
neos;ſicut intelligi poteſt dictum ſtatutum dũ
habet mentionem proximiorũ. ſed ſat eſt eum
probare ſimpliciter ſe eſſe conſanguineum di-
cti venditoris Ioſephi, quemadmodũ ipſe actor
plusquam manifeſtè probauit iuxta prædicta.

Nec obſtat,ſiquis obijciat, quod imò huiuſ-
modi quæſtio uertitur inter conſanguineos,ui-
delicet inter Tognettum ſeu Togninum bapti-
ſtæ de mezana, quem Togninum in inſtrumen
to vendirionis emptorem appellari dicunt,& in
ter Ioan.Leonardum, qui vult redimere, & pro
pterea iuxta prædicta uidetur eſſe probãda pro
ximitas.Quoniam reſpondetur,quòd licet in di
cto inſtrumẽto nominatus ſit Togninus in em
ptorem, tamen reuera emit ipſe Ioannonus.
Nam vt dicit tertius, quartus,quintus, & ſepti-
mus teſtis examinati ſuper 1,& 3. cap. & ſextus
ſuper ſexto primi proceſſus,Ioſeph. in inſtrumẽ
to nominauit in emptorem Tognettum & non
Ioannonem,quia prouidere voluerunt, ne quis
dictam petiam terræ a Ioannone retraheret.ſed
reuera emit Ioannonus,& Ioannonus ſoluit prę
cium de ſua pecunia,& ipſe accepit poſſeſſionẽ
prędij,ipſumque deinde coluit, & ita faſſus eſt
pluries idem Tognettus ſeu Togninus, ut depo
nit 3.4.& quintus teſtis examinati ſuper quinto
cap.eiuſdem primi proceſſus.ex quibus colligi-
tur, quòd licet inſtrumentum loqueretur de
Tognetto tamen dictum inſtrumentum erat ſi
mulatum, & perinde,& acſi loqueretur de ipſo
Ioannono.Inde autem conſtat dictum contra-
13 ctum fuiſſe † ſimulatum, quòd ſimulatio ex eo
fit,quòd prouident aliqui,ut inſtrumenta confi
ciantur in perſonam alterius,vt tradit Zaberel.
in c.ad noſtram,col.fi.num.2.uerſ. quæro gene-
raliter de empt.& uendit. & Pariſ. conſ. 55. nu.
17.vol.1.at in caſu propoſito partes prouiderũt,
vt in perſonam Tognetti fieret inſtrumentum
ut dicũt teſtes ſupra citati,ergo apparet interceſ
14 ſiſſe ſimulationem. Secundò facit, quia † ſimula
tio probatur per teſtes.Bart.in l. generaliter.co
lum.2.num.12.C.de non num. pecun. Imola in
c.ad noſtram num.6.verſic.& nota etiam.col.3.
de empt.& uend.gloſſa in §.ſi uero aliquid tale.
in Auth.de fide inſtrum.& caut. Cæpol.in tract.
de ſimulat.contr.in 3.caſu princi. num.14. Ter-
tio

tio probatur ſimulatio ex conie&ctuuris,ut per Deci.conſ.587.num. 3.coram Mag.parte 4 & conſ. 644. Viſo & perlecto parte 5.nu.4.& conſ. 543. nu.decimotertio.& decimoquarto.d. part.4. & Ambroſ.de Vignat.in tract.de uſuris num.120. & Matth.de Afflictis tract.de inre prothom.uerſic.ſecundo dico num.9.& nume. 10. At in caſu noſtro adeſt coniectura ſolutionis, & culturæ factæ à Ioannono,ergo præſumitur contractus ſi-
15 mulatus. Accedat etiam †quod ſimulatio probatur per confeſſionem partis, ut per Cepollã d.tract.de ſimulat.contr. in 3. caſu prin. nu. 13 & 14.quare cum dictus Tognetus, qui ſimulate emit, id ipſum ſponte fateatur, ut dicit dictus tertius quartus & quintus teſtis examinatus ſupra 5.cap.nulli dubium eſſe poteſt, quin contractus fuerit ſimulatus,& quin Ioannonus reuera emerit,& propterea liceat Ioan.Leonardo ad retractum dictæ terræ uenditæ agere contra Ioannonem extraneum,cui venditio eſt facta præter formam dicti ſtatuti quo cauetur, vt conſanguineus agere poſſit contra emptorem, vt tradit etiam Caſtrenſ. in conſ. 74. In cauſa mota per d.Dorotheam 2.volum.

Nec obſtat, quod tempore, quo facta fuit dicta venditio, Io. Leonardus fuerit præſens, ut dicit primus teſtis ſupra 1.capitul. 1. proceſſus, & propterea ſibi præiudicarit; quoniam cõſan-
16 guineus †in retractu ſibi non præiudicat, ſi eo præſente res vendita eſt, ideo enim paſſus eſt rem vendi,quod ſciret ius retrahendi ſibi competere & durare, Tiraq.de retr.§. 1. gloſ. nona num. 148.& 150.& 115.

Quibus ita ſtantibus,non obſtat dum dicitur inſtantiam eſſe peremptam, quia licet trãſierint 55.dies aſſignati per ſtatutum li. 3.cap.2. de modo obſeruando a conſulib.quod inſtantiæ tempus currere dicunt ſecũdum dicta ſtatuta a die porrecti libelli,ut habetur in 3.lib. dictorum ſtatutorum montium Blancorum,cap.9.de appel-
17 lationib.& earum inſtantia.Tamen †in caſu propoſito inſtantia non dicitur perẽpta, quia quan
18 do †uerba collata ſunt in iudicem,& ſunt uerba inſtructoria & quaſi ſui officij excitatoria, ut iudex expediat terminet, & ſimilia, tunc actus in contrarium facti ualent, quamuis decurſum ſit tempus a ſtatuto præfixum,ut per Pau.Caſtren. in conſ.184.colu.2, lib.1, & Alex. conſ.72.lib.6. Vantius de nullit.ex defectu iuriſdict.num.123. Franc.Marcus deciſionem Delphin.917. num.1. parte 2.Pariſi,conſ.48.nume. 16.uolu. 1.& conſ. 158.num.2.uol.4. At in caſu noſtro uerba collata ſunt in iudicem,quia dicit dictum ſtatutum li. 3.cap. 2.de modo obſeruando &c. quam quidẽ cauſam ijdem cõſules infra quinquaginta quinque dies terminare & decidere debeant, ex quibus ſane uerbis uidetur excitari eorum officiũ, ergo acta facta poſt dictum tempus non pereũt iuxta prædicta.

Nec ob.ſententiam dici latam ſecundum cõſilium ferendum,& conſilium fuiſſe relatum ex
19 tra tempus,quia imo reſpondetur quod ſi †iudex in tempore non poteſt habere conſilium ſapientis,poteſt iudicare ſecundum conſiliũ reddendum,Soci.iun.in conſ.124. nume.9. uolu.1.
20 Nec †currit inſtantia,quando cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis,Ruy.conſ.77.nu.1.uol. quinto Rebuff. tract.de appellat.gloſ.un.nu.8. articulo 14.Maranta in tract.Iud.parte 5.nu.41.
21 Nec obſtat,quod † in 1. ſententia fuerint factæ reſeruationes circa probationem faciendã, quæ non uidebantur poſſe concedi, quoniam reſpondetur, quòd quando reſeruationes in non reddunt ſententiam incertam,ſed illis non obſtantibus deciſum eſt totum negotium, ut hic accidit tunc reſeruationes in ſententia fieri conceduntur, Bald. conſil. 101. volum.primo, gloſ. in l. item Labeo verſicul. ſed ſi purè. ff. famil.erci. Bal.in l. 1.C.qui accuſ. non poſſunt nu. 77.Imola in l.iudex poſtquam colum.7.verſic. ſi euenit.ff.de re iudic.

Non obſtat quod Ioannonus dicatur habere dictam petiam terræ ex contractu permutationis factæ de quadam domo cum dicto Tognetto,quo caſu ſecundum ſtatutum lib. ſecundi de pœna volenti remou.permut.cap.81.quo diſpo-
22 nitur vt ſtatim vt †permutatio facta fuit, & pars ſtetit in poſſeſſione ſaltẽ p̃ vnũ diẽ, tũc dicta pmutatio retractari nequeant. Qm̃ rñdeꝰ illud ſtatutũ nõ procedere in caſu noſtro,in quo permu
23 tatio †facta paulo poſt dictam uenditionem cenſetur facta ſimulatè & in fraudẽ,quo caſu nõ impeditur retractus,iuxta ea quæ latè tradit Tiraq. in tract.de retractu gentilitio.§.duodecimo.Gl. 1.nu. 1.cum multis ſeqq.

Ideo uerò dixi condemnandũ eſſe Ioannonẽ ad uendendum & tradendum dictam petiam terræ cum fructib.tantum a die litis conteſtatæ, deductis tamen impendijs & ſumptibus factis
24 in cultura,& recollecta;quoniam retrahitur †uenditio vt ex nunc, ideſt ex tempore ipſius retractus,Alber.in 1.parte ſtat.q 97. & Tiraq. de retract.gentil.§. 15.gloſſ.2.num.tertio. Et quando aliquis conſequitur fructus,ſemper id intelligitur facere deductis huiuſmodi impenſis,gl. Bar. Ang.in l.in fundo.ff.de rei uen.& Tiraq.d. §.15. gl. 1.nu. 1.& nu.2. vbi multa cumulat.ſuo more.

Quod uero attinet ad expenſas, ambas partes ab expenſis primi proceſſus abſolui propter iuſtam cauſam litigãdi, quam habere videbantur.
25 In expenſis uero ſecundi †proceſsus ideo condẽnaui Ioannonem, quod in hoc proceſſu vltimo loco facto ſuccubuerit, quo caſu uictor uictori in dictis expenſis condemnari debet, iuxta not. in l.properandum.§.fin autem alterutram.C.de iudic.& c.finem litib.de dolo & contum. Corn. conſil. 205.nu.5.vol.2, Alex.conſil,83.num. 14. lib.6.cum ſim.

Et ex his,& nonnullis alijs, quæ prætereo, quoniam nuncius urget & inſtat,iuſtificantur prædicta,& ideo,vt ſupra firmatum eſt,ita iuris eſſe arbitror,& ita conſulo dico,& refero omni meliori modo,ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conditionalis, ſi filij deceſſerint ſine liberis, an ſubintelligatur, ſi teſtator ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per fideicom.*

2 *Clauſula, ſine liberis, aquipollet clauſula, ſi ſine filijs deceſſerit.*

3 *Conditio tacite ſubintellecta, ſi deceſſerit ſine filijs, continet tam maſculos quam fœminas.*

4 *Filiorum appellatione quo caſu contineantur fœminæ.*

5 *Verbum, continetur, proprietatem ſignificat, non interpretationem.*

6 *Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, appoſita in ſubſtitutione uel fideicommiſſo, quos comprahendat, & an comprahendat filias eius, cui facta eſt ſubſtitutio.*

7 *Neptis quo caſu appellatione filiorum non intelligatur comprahenſa.*

8 *Opinio aliarum conciliatrix cæteris eſt præferenda.*

9 *Fideicommiſſum induci poteſt ſub conditione, ſi ſequatur alienatio, & ſic in caſum contrauentionis.*

10 *Fideicommiſſum in caſu mortis an inducatur non ſecuta alienatione.*

11 *Res quo caſu transferatur de uno in alium per mortem poſſidentis eiuſdem familiæ.*

12 *Alienare prohibitu a teſtatore, prohibetur etiam alteri dare vſumfructum.*

CONSILIVM XXVII.

Diuino nomine inuocato.

PRINCIPALIS quæſtio, quæ oritur ex teſtamento Magiſtri Franciſci de Niccolis, uidetur eſſe, utrum expirauerit, an uero extiterit conditio fideicommiſſi ab eo iniuncti filijs & deſcentibus. Et prima quidem facie uideretur dicendum expirauiſſe fideicommiſſum, quod dictus Magiſter Franciſcus teſtator iniunxit filijs ſuis
1 inſtitutis, dum dixit, & †quemlibet eorum ad inuicem ſubſtituit vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum quia in huiuſmodi fideicommiſſis ſubintelligitur tacitè clauſula illa conditionalis, ſi deceſſerint ſine liberis l. generaliter. §. cum autem C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub cõd. fact. l. cum acutiſſimi C. de fideicom. l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. Paul. Caſtr. l. quoties. 1. C. de fideicommiſſis. Bero. conſ. 86. numer. 11.
2 vol. 2. Quæ †ſane clauſula, ſine liberis, quod ad hoc attinet æquipollet clauſulæ, ſi ſine filijs deceſſerint, ut per Corneum in l. 1. num. 16. C. de con-
3 dition. inſert. Atqui †conditio tacite ſubintellecta, ſi deceſſerint ſine filijs, continet tam maſculos quam fœminas, ita ut filij ipſius inſtituti filia quæ eſt neptis dicti teſtatoris, excludat patruos
4 ſubſtitutos, filiorumque †appellatione in dicto fideicommiſſo contineantur fœminæ l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutela idque ex proprietate, pon-
5 derato illo †uerbo continentur, quod proprietatem non interpretationem ſignificat, ſecundum Bartolum in l. cui. §. affinitatis. uerſic. 2. ff. de poſtulan. & indubitati iuris eſſe tradit Franciſcus Marzar. conſ. 7. pag. 82. & pag. 88. Igitur cũ Hieronymus, qui reſtituturus erat fideicommiſſum Chriſtophoro fratri ſuperſtiti, deceſſerit, ut mihi proponitur, ſola Lucretia filia fœmina ſuperſtite relicta, conſequens eſt ut dicamus uideri defeciſſe conditionem, ſi ſine filijs &c. quia reliquit dictam filiam, quæ filiorum appellatione uenit, dictumque ſubſtitutum Chriſtophorum eius patruum & filium teſtatoris excludere.

Verumtamen arbitror concludendum eſſe in propoſita ſpecie, huiuſmodi fideicommiſſum non expirauiſſe, neque excluſum eſſe ſubſtitutum a prædicta Lucretia nepte, ſed ipſam neptẽ per ſubſtitutum excludi; Quia cum diſputatur,
6 an †conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, appoſita in ſubſtitutione uel fideicommiſſo comprahẽdat filias eius, cui fit ſubſtitutio, uel cui iniungitur fideicommiſſum reſtituendum, & conſequenter an neptis excludat ſubſtitutum, an uero ſubſtitutus excludat neptem, diuerſæ reperiũtur op. Quidam enim dicunt excludi ſubſtitutum quidam uero tradunt excludi neptem, alij autem conciliantes prædictas diuerſas doctorum ſententias diſtinguẽdo dicunt, inſpiciendum eſſe, an ſubſtitutus ſit extraneus teſtatori, ſeu non ex deſcendentibus eius, & tunc fatentur filiam nomine filiorum in dicta conditione comprahendi, & cõſequenter ſubſtitutum per neptem excludi. Si uero ſubſtitutus ſit ex filijs & deſcendentib. teſtatoris, tunc concedunt ſubſtitutum ad fideicommiſſum admitti, ab eodemque ſubſtituto
7 †neptem excludi, quæ tunc appellatione filiorũ non uidetur eſſe comprahenſa in quam opin. uenit Paul. Caſtrenſ. l. 1. in fi. C. de condit. inſer. & in conſ. 409. incip. Caſus iſte frequenter. li. 2. Alex. conſ. 38. lib. ſexto. Curt. iun. conſ. 11. qui dicit eam opin. eſſe receptiorem, & Soci. iun. cõſ. 168. num. 94. uol. 2. & conſ. 96. lib. 3. & Io. Hierony. Alban. conſ. 31. nu. 11. & Iac. Aba conſ. 19. in principio & num. 11. vbi dicit illam conditionẽ, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligi debere tantum de maſculis, & eſſe op. magis communem, ut atteſtatur etiam Rubeus Alexandrin. conſ. 62. Atqui dictus Chriſtophorus, & fratres ſubſtituti, ut in facto proponitur, ſunt ex filijs & deſcendẽtibus teſtatoris, ergo non defecit ſed extitit conditio fideicommiſſi, & admittitur hoc caſu ſub-
8 ſtitutus, excluſa nepte, ſecundum prædictã †op. conciliatricem, quæ cæteris eſt præferenda, §. cũ ex aliena. Inſtit. de rerum diuiſ. Soci. conſ. 66. nũme. 28. lib. primo Pariſ. conſ. 92. primo uol. Neuiz. Sylua nuptiali lib. 5. num. 32.

Qua opinione ita ſtabilita, nõ obſtant ea, quæ in contrariam partem deducta fuerant, quia illa ſibi locum uendicant, quando ſubſtituti ſunt extranei, & non ex filijs & deſcendentibus teſtatoris, quo caſu neptis uincit ſubſtitutum iuxta diſtinctionem ſupra traditam per Soc. iunior. d.

conſ.168.nu.94.vol.2.& conſ.90. li.3.& Io.Hie
rony.Alban.d.conſ.21.num.11.cum ſimilib. in
eam ſententiam ſupra deductis.

Secundo præterea poſito & non dato, ut di-
cta opinio conciliatrix uera non eſſet, quę cer-
tè ſecundum doct.communiter uera eſt, & po-
ſito & non dato, ut d. Domina Lucretia neptis
excluſiſſet, quæ tamen non excludit Chriſtopho
rum patruum ſubſtitutum a fideicommiſſo iniũ
cto filijs a teſtatore per illa uerba, & ipſos & quẽ
libet eorum ad inuicem ſubſtituit vulgariter pu
pillariter & per fideicõmiſſum adhuc tamẽ exi-
ſtimarem in hoc teſtamento inferius a teſtatore
factum fuiſſe aliud fideicommiſſum, cuius con-
ditio extitit, & quod fideicõmiſſum iniunxit te-
ſtator alijs ſuis deſcendentibus, nimirum filijs,
& deſcendentibus ſuorum filiorum, ut expreſ-
ſe demonſtrant illa uerba teſtamenti, quæ dicũt
& quia uoluit dictus teſtator, quod dicta ſua bo
na & eius hæreditas ſemper maneat pœnes hæ
redes ſuos & filios hæredum ſuorum ſucceſſiue
de gradu in gradum, & non peruenire ad extra-
neos dictus teſtator prohibuit & uetauit ſupra-
ſcriptis ſuis hæredibus, & cuilibet eorum in per
petuum omnẽ alienationem & alienationis ſpe
ciem ac extraneorum hæredum inſtitutionem,
ſcilicet non deſcendentium ex dictis ſuis hęredi
bus, omnium & ſingulorum bonorum immobi
lium dictæ hæreditatis. Et caſu quo aliquis ex di
ctis hæredibus alienauerit aliqua bona immo-
bilia hæreditaria, ut ſupra, tunc & eo caſu ex tũc
prout ex nunc dictos eius hæredes & deſcendẽ
tes ex eis in perpetuum in dictis bonis alienatis
ſubſtituit hæredes per fideicommiſſum quę qui
dem bona etiam ſua propria authoritate appræ
hendat & eorum poſſeſſionem.

Quæ uerba manifeſte demonſtrant teſtatorẽ
in propoſita ſpecie induxiſſe in perſonam de-
ſcendentium inferiorum aliud fideicõmiſſum,
uel in caſum cõtrauentionis, ſi prohibiti alienaſ-
ſent, ut indicant illa uerba, & caſu quo aliquis ex
dictis hæredibus ſuis alienauerit &c. Vel ſaltem
in caſum mortis, etiam ſi non alienaſſent, ut ap-
paret ex illis uerbis, voluit ut dicta bona & eius
hæreditas ſemper maneat pœnes hęredes ſuos,
& filios hæredum ſuorum de gradu in gradum,
& non peruenire ad extraneos &c.

9 Etenim † certum eſt, induci poſſe fideicom-
miſſum ſub conditione ſi ſequatur alienatio, &
conſequenter in caſum contrauentionis; veluti
quando hæres eſt prohibitus alienare cũ expreſ
ſione cauſę & perſonę, in quam res deuenire 8
debeat, ſi contra uoluntatem teſtatoris res alie-
netur, ut colligitur ex l. filiusfa. §. diui. ibi, fideicõ
miſſarij. ff. de legat. 1. & l. cum ita. §. fi. in uerbo, fi-
deicommiſſi. & l. pater filium. §. 15. ff. de legat. 3.
l. peto. §. fratrer. ff. de legat. 2. cum ſimil. in quo
quidem fideicommiſſo præſupponitur prohi-
bitos alienare deueniſſe, ad actum alienandi, &
per conſequens ueniſſe contra uoluntatem te-
ſtatoris & propterea dicitur fideicommiſſum pę
nale, nimirum in pœnam alienationis factum,
Soci. d. l. qui Romæ. §. cohæredes num. 11. & nu.
16. ff. de uerb. oblig. Soci. iun. d. §. diui. num. 45.
Bero. conſ. 88. num. 4. uol. 2.

10 Rurſus & ſecundo † nõ dubitatur, induci poſ
ſe fideicommiſſum in caſum mortis, nulla etiam
alienatione ſecuta l. titia ſeia §. Seia libertis. ff. de
legat. 2. l. quod his. §. fi. ff. de lega. 3. Iaſ. in l. uel ſin
gulis. ff. de uulg. & pupill. & d. §. Diui in 2. lect.
nu. 31. Quo caſu quilibet cẽſetur grauatus poſt
mortem de reſtituendo alteri etiam ſi prohibi-
tus non contra fecerit & non alienauerit, nam
11 † tunc per mortem poſſidentis res transfertur de
uno in alium eiuſdem familię ſemperquè mo-
riens tenetur rem alteri ſuperſtiti reſtituere, &
ideo dicitur fideicommiſſum conſeruans rẽ in
familia, nullamque prę ſupponit alienationem,
uel contra factionem, Soci. d. §. cohæredes. num.
11, & num. 13. & nu. 18. & Pau. de Caſtro. l. quo-
ties. prima. C. de fideicom. & Bero. conſ. 41. nu.
4. uol. 2. & conſ. 86. num. 17. eod. 2. uolu. & conſ.
88. num. 4. & conſ. 81. num. 2. & num. 5. uol. 2. &
Soc. iun. d. §. diui num. 45. & Ioan. Bolognett. d.
§. diui num. 299. & num. 305. Atqui dicta domi-
na Lucretia neptis teſtatoris, quæ & ipſa prohi-
betur alienare per illa uerba, pęnes hęredes ſuos
& filios hæredum ſuorum ſucceſſiue de gradu
in gradum &c. & ibi, cuilibet eorum &c. omnẽ
alienationis ſpeciẽ, &c. uenit cõtra voluntatem
teſtatoris, & contra illius prohibitionem, dum
dicta domina Lucretia uſumfructum omnium
bonorum legauit, & reliquit Dominę Franci-
ſcæ matri, quæ teſtatori erat extranea; quod fa-
cere non poterat, quia alienare prohibitus a
teſtatore, prohibetur etiam dare alteri uſumfru
ctum, ut in ſpecie dicit tex. in l. fi. C. de reb. alien.
non alienand. ubi Ange. Salyc. & Ioan. Sichard.
num. 3. Bart. l. ea. leg. num. 1. C. de condic. ob cau
ſam. Iaſ. in l. poſſideri. §. ex contrario. num. 65. ff.
de acquir. poſſ. Io. Bolognet. d. §. diui. num. 238.
Itemque prohibitus alienare prohibetur in al-
terum poſſeſſionem transferre. Soci. iun. d. §. di
ui. col. 1. num. 2. per l. magis puto. ff. de reb. eorũ
igitur in caſu propoſito, ubi factum fuit aliud fi-
deicommiſſum ſub condictione ſi ſecuta fuerit
alienatio, & ubi dicta dommina Lucretia neptis
teſtatoris reliquens matri talem uſufructum di
citur rem alienaſſe, ſequitur ut debeamus firma
re extitiſſe cõditionem fideicommiſſi in caſum
dictæ contrauentionis: Vel ſaltem in caſum mor
tis per ſupradicta, eam proprie non alienauiſſe
& non uere contrafeciſſe uoluntati teſtatoris,
dum ipſi reliquit totum uſumfr. matri. Et con-
ſequenter dicere debemus extare ſaltem hoc ul
timum fideicommiſſum, poſito & non dato, ut
ſubſtituti in 1. fideic. neptem non excluderent,
quemadmodum certe excludunt ſecundum
prędicta.

Quibus ita ſtantibus, non obſtat, ſi dicũt fuiſ
ſe renuntiatam fideic. per diuiſionem factam in
ter filios Magiſtri Franciſci iuxta tradita in l. qui
Romę §. duo fratres. ff. de uerb. obl. Quoniam
præterquam quod illa verba, ex cauſa diuiſionis
appo-

appoſita in inſtrumento diuiſionis oſtendunt renuntiationem interceſſiſſe ſolum ex cauſa ſimplicis diuiſionis, nō autē ex cauſa fideicom. Et verba renuntiationis quæ dicūt, quaſi dictę partes haberent &c. referuntur ad tempus prę ſens, quibus caſibus non inducitur renuntiatio fideicomm. Bart.d.§.duo fratres.num. 18. ubi cæteri. Reſpondetur etiam renuntiationem illā pertinuiſſe ſolum ad primum fideicōmiſſum in ductum inter filios per illa uerba, eoſdemquè ſubſtituit vulgariter pupillariter & per fideic. non autem pertinere ad ſecundum fideic.inductum ultimo loco in caſum mortis vel cōtrauē tionis inter omnes deſcendentes in infinitum: in quo ſoli ipſi filij præiudicarę non potuerunt cæteris alijs deſcendentibus, ad quos res deinde pernentura erat. l.nihil.§.omnibus.ff.de leg. 1.Io.Bolognett.d.§.diui.nu.72.cum ſim.ex quibus omnib. ut ſupra dixi ita iuris eſſe arbitror, ſaniore ſententia ſemper Salua, ad DEI O.M. gloriam & honorem.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Remedio.l.2.C.de reſcin.vend.qui experitur, probare debet ſe læſum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretij, iuxta æſtimationem illius temporis quo contractus initus fuit.*

2 *Deceptus quòd quis ſit in precio inſpicitur tempus contractus, non autem tempus anterius, vel poſterius.*

3 *Precium iuſtum quale ſit, & quod inſpici debeat.*

4 *Contractus iuſtitia, & iniuſtitia attendenda eſt habito reſpectu temporis quo celebratur contractus.*

5 *Teſtes deponentes de precio, debent deponere de precio, quo æſtimabitur res tempore executionis, & non tempore quo deponunt.*

6 *Actore non probante reus debet abſolui.*

7 *Remedium reſciſsionis, quo vtitur maior aduerſus læſionem vltra dimidiam, tollitur per iuramentū quo idem maior iurauerit ſe contractum obſeruaturum.*

8 *Maior promittens cum iuramento omnia, & ſingula perpetuo firma, rata habere, tenetur attendere, & obſeruare, & in nullo contrafacere, dicere, & excipere, vel opponere.*

9 *Iuramentum an tollat remedium legis 2. C. de reſcind.vend.nu. 1 c*

10 *Contrauenire licèt quis poſsit ex capite enormiſsimæ læſionis non obſt.iuramento hoc non prodeſset, quando non eſt probata læſio enormiſsima.*

12 *Iuramentum mulieri an officiat, & an poſsit ſibi remitti, quia mulier eſt dolis obnoxia & fragilis & præſumitur ſexus imbecillitate iuraſſe.*

13 *Venditor ſi affirmat precium quod habuit, eſſe uerū & iuſtum precium, & ita eſſe iurat, utique contra proprium iuramentum non debet audiri.*

14 *Contractum qui vult reſcindere a ſe iuratum, in primis petere debet abſolutionē a iuramento alioquin non auditur.*

15 *Mulier, quæ iurauit non venire aduerſus contractū, ſi petat abſolutionem data enormi læſione, an debeat audiri.*

16 *Actus geminatus ex interuallo an auferat beneficium. l.2.C.de reſcin.vend.*

17 *Remedium.l. 2.C.de reſcin.vend. quib.proficiat.*

18 *Reſtitutio non aduerſus temporis lapſum, ſed aduerſus contractum peti debet infra quadriennium, & eo elapſo concedi non poteſt.*

Et quando incipiat currere hoc quadriennium.

19 *Reſtitutio in integ. non datur maiori niſi ex iuſtà cauſa: & ideo non datur negligentibus.*

20 *Ignorantia probabilis quæ dicatur.*

21 *Scientia propter matrimonium, & cohabitationem præſumi ſolet.*

22 *Mulier adulta ſi iurauit obſeruare contractum, an poſsit aduerſus contractum venire etiam ex capite beneficij reſt. in integ.*

23 *Minor propter iuramentum præſtitum reputatur maior, etiam ſi non fuerit certioratus de beneficio reſt. in integ.*

24 *Procurator ſi petit reſt. in integ. an neceſſario requiratur ſpeciale mandatum.*

25 *Abſenti non denegatur in integ. reſt. ſi fuit læſus in omittendo, ſecus in faciendo.*

CONSILIVM XXVIII.

Diuino nomine implorato.

PROPONITVR in primis D.Eliſabettam ſeruata forma ſtatuti Ferrarienſis anno 1553. uendidiſſe prædium ſcutatis quadringentis Egregio uiro ſer Nicolao Pugliæ: Mox autem eadē ſeruata ſolemnitate, dictam venditricem dum reciperet precium ratam habuiſſe & approbaſſa ſęprius vēditionem. Poſtea uero anno 1566. cum intelligeret prædium quàmplurimo æſtimari per aſſertum quēdam procuratorem qui propoſuit illam enormiter eſſe læſam ac deceptam vltra dimidiā iuſti pretij petijſſe vel prędiū libere ſibi reſtitui, vel prętium ſolui ſeque in integrum reſtitui debere aduerſus dictam venditionem. His ita pòſitis ex me quæritur vtrum potior ſit cauſa dominę Eliſabettæ cuius nomine agitur remedio reſtitutionis in integrum & remedio l.2.C.de reſcin. uēd.an vero Paſquini rei conuenti & filij dicti ſer Nicolai.

Et rem breuiter perſtringendo puto dictam Dominam Eliſabettam ſoccumbere de iure debere ſiue remedio d.l.2.ſiue benefitio reſtitutionis inhæreat; Quam quidē opinionem vltra ea quę ante me olim eruditè ſcrpſit clariſſ.iuris vtriuſque Doctor dominus Libertas Moriconus lucēſis nti frater honorandus cōprobo rōnibus & authoritatibus infraſcriptis uidelicet.

1 Primo† quoniam quod attinet ad caput reſciſſionis is, qui experitur remedio.l.ſecundæ.C.de reſcind.uendit.probare debet ſe læſum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretij iuxta æſtimationem illius temporis quo contractus initus fuit & non

alterius quod aut præceſſerit aut poſtea conſe-
cutum fuerit.l.ſi voluntate in fin. ibi niſi minus
dimidia iuſti pretij quod fuerat tempore vendi-
tionis &c.C.de reſcin.vend.& l.3.§.diui. ff.de iu
re fiſci.c.cum cauſa.de empt.& uend.Bal.in con
ſil.475.incip quidam.Ioan.Abb.col.fi. nu.12. li-
bro 1. ubi dicit quantitatem precij, vel merce-
dis in locatione conſiderari tempore facti con-
tractus.Ang.in l.2.col.fi.nu.7. uerſ.& adde,quia
ſemper.C.de reſcin.vend. quo in loco firmat o-
portere, vt res valeat pluris dimidio iuſti prætij
tempore contractus,& idem Ang. in conſ.312.
incip.prout patet.col.3.nu.5. verſ. ad illud auté
2 qui dicit,an quis ſit † deceptus in pretio inſpici
tempus contractus nõ autem tempus anterius,
vel poſterius,cum pretia rerum varientur, & aſ-
ſerens ſe læſum in pretio, & deceptum ſemper
ad tempus contractus debet ſe referre,& aduo-
catos debere eſſe cautos, vt ad illud tempus ſe
referant,& reſtringant,aliàs non probatur dece
3 ptio, & Soc.conſ.48.nu.3. uol.4. dicens † iuſtũ
precium appellari etiam eſſe illud quod appa-
ret tempore contractus,& non poſtea etiã pro-
pterea ſi poſt emptionem contractam inuenia-
niatur theſaurus in fundo vendito ob id tamen
non poterit venditor contractum reſcindere.
Are.in l.ſiquis cum aliter.ff.de uerb.oblig. Iaſ. l.
3.§.Neratius. col.pen.ff. de acq.poſſ. Pari.conſ.
16.uol.2.Et Corneus conſ.181.nu.65.verſic.ex
quo demonſtratur.vol.2.& conſ.201. nu.14.uo
lum.3.& conſ.15.nu.9.verſ.nec ob.tertium.uol.
4 4.vbi dicit attendendam eſſe † iuſtitiam,vel in-
iuſtitiam contractus habito reſpectu temporis
quo celebratur contractus, non autem habita
conſideratione proſperi,vel non proſperi euen
tus.Bertrand.conſ.164.n.4.3.uolum. par.1. ubi
dicit in probanda læſione in l.2.C.de reſcinden.
5 uend.teſtes † deponere debere de precio quo
res æſtimabatur tempore executionis,& non tẽ
pore quo deponunt.Et quod ſpectetur tempus
celebrati contractus tenet etiam Iaſo. conſ. 54.
nu.4.1.uol.&Guid.Pap.deciſ.157.inc.notanter.
ubi etiam additio in uerbo,tempus.& deciſ. 170.
incip.alia deciſio,& Cagn.in d.l.2.C.de reſcind.
vend.nu.213.& nu. 169.ubi atteſtatur hanc eſſe
communem opinionem. & idem Cag.in l.2.nu.
58.C.de pactis inter emp.& uend. Et Alc.conſ.
110.nu.4. ubi dicit an ſubſit læſio ſufficiens re-
ſciſſioni contractus conſiderari tempus contra-
ctus.Crauet.conſ.188.nu.4.& conſ.114.nu.16.
& conſ.151.nu.7.Pariſ.conſ.16. nu.33.lib.2. Ro-
land.a Val.conſ.59.nu.31.lib.1.& Boe.conſ.30.
nu.1.Dec.conſ.341.nu.1.Quibus quidem omni
bus autoritatibus concluditur ſecundum doct.
commu, eum, qui vult impetrare reſciſſionem
de qua in l.1. C. de reſcin.uend. docere debere
ſe læſum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretij conſi-
derata æſtimatione illius temporis quo celebra
tus fuit contractus non autem inſpecta æſtima-
tione anterioris temporis, vel poſterioris, quo
ſcilicet ſupra ea re teſtes deponunt.

At in caſu propoſito d.Domina Eliſabetta a-
ctrix teſtimonijs non oſtendit prædium de quo
agitur tantum valuiſſe tempore contractus, vt
ei de iure tanquam enormiter læſæ,atque dece-
ptæ ultra dimidiam iuſti pretij nunc liceat expe
riri dicto remedio reſciſſorio, igitur certiſſimi
iuris eſt prædictam actricem quæ non probauit
intentionem ſuam debere ſuccumbere,Paſqui-
num uerò reum conuentum a petitis abſoluen-
6 dum eſſe, quoniam actore † non probante reus
abſolui debet.l.qui accuſare.C.de eden. l.actor,
qui aſſeuerat.C.de proba. c.cum eccleſia Sutri-
na.in fi.de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.& cap.dile-
ctos.de fid.inſtrum.Corn.conſ.146.num.3. uol.
3. Quod quidem adeo verum eſt,ut non ab ob-
ſeruatione iudicij, ſed a petitis, & diffinitiuè de
beat reus abſolui,vt per Ioan.Andr.Card.& Pa-
normita.in c.paſtoralis.§.quia vero. de off.iud.
deleg.Imol.in c.1.de off.ord. Bar.in l.properan-
dum.§.vt ſiquidem.C.de iud. cum ſimi.

Non docuiſſe verò actricem de læſione ex pro-
ceſſu liquido conſtat. Nanq; Sebaſtianus Ioan-
nonis examinatus ad inſtantiam dictæ actricis
ſuper quarto,quinto,ſexto, & ſeptimo capitulis
dicit ſe neſcire utrum prædium eo tẽpore quo
venditum fuit tanti eſſet, tantusq; fructus inde
caperetur quanti nunc eſt,& quantus modo ca-
pitur.Et Cecchinus Bernardini ſupra eiſdem ca
pitul.dicit, dictum prædium non fuiſſe eiuſdem
bonitatis cuius nunc eſt. Rodulphus Chriſto-
phori dicit parum intereſſe inter illius, & huius
temporis fructus. putatque nunc pluris addici
& uendi poſſe milla quadringentis, & amplius.
Stephanus olim Marci ſuper eiſdem cap. inter-
rogatus eſſent ne tum ea bona illa qualitate, bo
nitate, & fructu quibus nunc ſunt,ea de re ſe ni-
hil ſcire reſpondit, quia ea poſſeſſio minus ſibi
nota fuerat. Ioſephus verò Ioannonis dicit quo
tempore de Domina Eliſabetta emptum fuit,
non fuiſſe prædium eiuſdem bonitatis, cuius
nunc eſt. Ambroſius Benedicti dicit ſe ignora-
te vtrum tempore factæ venditionis, ager eſſet
ea bonitate qua nunc reperitur, vt deponit etiã
Sebaſtianus Angelini, & Peregrinus. Quin-
etiam Ioan.Picchius ſupra dictis capitulis exami
natus dicit dictum prædium tunc ualuiſſe qua-
dringentis, ſeu quadringentis quinquaginta,
aut ſummum quingentis.

Præterea ſuper octauo, & nono capitulo vbi
actrix aſſerebat tempore quo ſer Nicolaus emit
dicta bona potuiſſe vendi mille quadringentis,
& amplius, teſtes ad eiuſdem actricis inſtan-
tiam examinati dicunt de his rebus ſe nihil ſci-
re, & idem Sebaſtianus Angelini dicit ſe non
credere, tum vendi potuiſſe mille quadringen-
tis. Et Marcus Antonius ſupradicto octauo ca
pitulo dicit fieri non potuiſſe, vt in tam magna
emptorum paucitate, mille quadringentis tum
venderentur. & ſupra nono dicit ne dimidio
quidem propoſitæ ſummæ nimirum mille qua-
dringentorum vendi potuiſſe. Ex quorum
omnium atteſtationibus pluſquam manife-
ſtè colligitur, actricem incumbentia non
probaſſe,

probaſſe,& per conſequens non poſſe in cauſa
obtinere.
Secundo principaliter, actricem malam ha-
7 bere cauſam inde probatur† quòd remedium re
ſciſſionis quo vti ſolet maior aduerſus læſionem
vltra dimidiam tollitur per iuramentum, quo
idem maior iurauerit ſe contractum obſeruatu-
rum.l.2.C.de reſcind.vend.vbi Odoffred. num.
3.Bart.& Alberic.num.9.Salyc.num.14.Paulus
Caſtrenſ.nu.15.Alex.conſi.125.colum.4.1.vol.
& idē Alex. in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.in
3.limitat.ff.de uerbo.obligat.ubi dicit hanc eſſe
communem opinio.& Imola in cap.cum contin
gat.colum.58.in pen.charta tertij mēbri nume.
52.& num.54. verſicu. ſed aduerte quia contra
iſtam.de iureiurando.ubi dicit maiorem quo ad
priuilegium dictæ l.ſecundæ ſibi omnino præiu
dicare ſi iuret non contrauenire,& atteſtatur ibi
hanc opin.eſſe communem. Eamque ſequitur
Soci.conſi.48.ad finem lib.4.& conſi.155.num.
14.colum.fi.vol.2.& Corneus conſ.147.colum.
2.& conſi.179.col.2.vol.4.Et Bertrand.conſi.1.
num.18.volum.4.Ruyn.conſi. 16.num.3.volu.
8 4.vbi dicit † maiorem qui promittit cum iura-
mento omnia & ſingula perpetuo firma rata
habere tenere attendere & obſeruare & in
nullo contrafacere dicere & excipere vel op-
ponere &c.illum quidem minimè audiri debe-
re ſi petat tanquam deceptus ultra dimidiā iuſti
pretij contractum reſcindi.Quam opinio.ſequi-
tur etiam Cagnolus in d.l.2.C.de reſcind.uend.
num.91.& Iac.Alba.conſi.81.nume.45.& Cra-
uetta conſi.114.num.9.volum.1.& Ioann.Ceph.
conſi.137.num.37.cum ſimilibus.At in propoſi
ta ſpecie quamquam in inſtrumento uenditio-
nis factæ per d. Eliſabettam anno 1553.die 20.
Maij appoſitum non eſt iuramentum, tamen in
inſtrumentis poſtea factis in quibus dom. Eli-
ſabetta venditrix fatetur ſe recepiſſe integras ſo
lutiones; ſemper & ubique fuit appoſitum hu-
iuſmodi iuramentum,ut ex inſtrumentorum in
ſpectione patet;ergo dicta Domina venditrix v-
ti maior quæ iurauerit excluſa eſt a beneficio.d.
l.ſecundæ.C.de reſc.uend.
9 Quod ſi† aduerſus hanc ſecundam rationem
obijcies iuramentum tollere quidem conſueuiſ
ſe remedium.d.l.ſecundæ.ſecundum doct.com-
muniter;ueruntamen hanc doctorum commu-
nem op.limitari atque reſtringi debere ut pro-
cedat ſolummodo eo caſu quo læſio vltra dimi-
diam mediocris eſt, ſed non habeat locum ubi
læſio eſt enormiſſima & exceſſus ultra dimidiā
grauiſſimus eſt;quæ ſanè grauiſſima læſio nō tol-
litur per iuramentū.Cur.iun.conſ.53.nu.10.par.
1.Iacob.Alba.conſi.81.num.54.Crauetta conſi.
192.nu.8.1.vol.Cou.l.2.c.4. nu.5.var.reſolut.
Reſpondetur hanc oppoſitionem nihil obeſ
ſe,quoniam dicta actrix non docuit de enormi
læſione nedum de enormiſſima; quo fit ut ad-
huc per tale iuramentum auferatur remedium
reſciſſionis, vt in ſpecie tradit Bertrand. conſi.
10 258.num.5.uolum.4. ubi dicit† poſito ut ex capi
te enormiſſimæ læſionis quis poſſit contraueni-
re non obſtante iuramento, proculdubio hoc
non prodeſſet quando non eſt probata læſio e-
normiſſima.
11 Rurſus† ſi fatearis per iurm̄ tolli quidē poſſe
remedium.d.l.ſecundæ, dixeris tñ iſtud limitari
ut non procedat in muliere, quæ non obſtante
iur̄o vr̄ poſſe uti beneficio.d. l. reſciſsionis,ut p
Bal.in l.2.C.de reſcin.uen.nu.7.q.4.& nu. 12. q.
9.& Panor.in c.cum cauſa.de emp.& uen. col.fi.
ver.in ea.gl.ibi.Crau.conſ.142.nu.28.uol.1.
Rn̄det mulierē ēt ſi iurauerit, ex piri poſſe actio
ne.d.l.2.tamē id nō hēt locū in ea quæ iurans cō
tractu cū cōſenſu & præſentia cōſanguineorū ſe
cūdū formā ſtatuti Ferrariēſis in rub.de indem-
nitatib. mulier.& earum contractibus. Ea enim
12 mulier † quæ tali forma ſeruata iurauit,ſtare om
nino iur̄o tenetur;ideo.n.mulieri iurm̄ non offi
cit,ſed ei remittitur,quia cum mulier ſexus fragi
litate dolis obnoxia ſit,utiq; p̄ſumit̄ ſexus imbe-
cillitate iuraſſe,vt p Bal.in rub.C.de rer.pmuta.
q.4.ver.item quare.& Nat.cōſ.10.nu.3.par.1. At
hæc rō deficit in caſu noſtro,in quo vēditio, vt
patet ex inſt̄ro,fuit facta cum præſentia, & con-
ſenſu uiri,& cum conſenſu,præſenti,a uoluntate,
licentia,& autoritate cōſanguineorū iux.formā
d.ſtat.Fer.cuius præcipuè intentio fuit proſpice
re indemnitati mulierum,quæ alioquin facile
decipi potuiſſet ut per Bal.in d.l.2.nu.12.uerſic.
nono quæro.C.de reſcind.uendit.Alciat. lib. 3.
Axiomate quinto.uerſic.lege municipij.de uer-
borū ſignif.Rube.Alexādri.conſ.27.col.fi.num.
11.uerſic.concludo ergo.Riminal.Inſtitut.de do
nation.in princ.nu. 593. Igitur prædicta actrix
quāquā eſt mulier,nihilominus in propoſita ſpe
cie ubi eius indemnitati per formā a ſtatuto in-
ductā abūdē conſultum fuit, dubio procul per
ipſius iuramentū excluſa dicitur a dicto benefi-
13 tio reſciſſionis. Reſpondetur †& ſecundo quan
do uenditor affirmat precium quod ipſe rece-
pit, ēē verū & iuſtū pretiū,deinde ita eſſe iurat.
utique contra propriū iuramentū nō debet au
diri allegando præcium eſſe iniuſtum.Bal. in l.fi.
C.de nō num.pec.Imola in l.nemo poteſt. ff. de
legat.1.Soci.conſ.48.num.9.col.fi.uol. 4. Iacob.
Filipp.Portius concl.lib. 1.reg.36.in limit.26.At
in inſtrumento prædictæ uenditionis Domina
Eliſabetta dixit ſe tale prædium uendidiſſe pre-
tio & nomine ueri atque iuſti prætij ſcutatorū
quadringentorum,igitur non poteſt nunc alle-
gare illud iuſtū prætium non fuiſſe.
14 Tertiò principaliter† obtinere nō poſſe actionē
oſtenditur,quia ubi nō probatur læſio enormiſ-
ſima, is qui reſcindere vult contractū a ſe iura-
tū,in primis petere debet abſolutionem a iura-
mento,alioquin non auditur quando læſio ultra
dimidiā mediocris reperitur,vt p Alex.cōſ.41.in
ci.ſuper p̄miſſo themate col.2.ver.quinto 1.vol.
& Cagnol. in d.l.2.num.98.uerſic.quando tamē
C.de reſcin.uend.Bertr.conſ.258. nu.5. uolu.4.
ubi in ſimili læſionis caſu propter quam ageba-
tur ad reſcindendum contractum iuratum, con

cluduur de iure aduerſus conuentionem iura-
tam iri non potuiſſe niſi impetrata prius abſolu
tione a iuramẽto, ut tenet etiam Ruy. conſ. 107.
uol. 1. nu. 17. & Iac. Alba conſ. 81. nu. 54. & Ioan.
Baptiſt. Ferret. conſ. 148. nu. 4. ubi amplius dicit,
15 † mulierem; ſcilicet quæ iurauit non uenire ad-
uerſus contractum audiri non debere ſi petat
abſolutionem data etiam læſione enormi ultra
dimidiam, & atteſtatur hanc eſſe com. opi. At
in propoſito caſu D. Eliſabettæ, uel eius procu-
rator non petierunt abſolutionem a iuramento
ſed ea nec petita, nec impetrata ut acta demon
ſtrant egerunt ad reſcindendum, eſt igitur cer-
tò certius, d. Dò. Eliſabettam obtinere de iure
16 non poſſe. Quartò principaliter † infringitur
actricis intentio, quia actus, ſeu conſenſus gemi
natus ex interuallo, & iteratus auferre ſolet be-
neficium l. 2. C. de reſcin. uend. ut uoluit Caſtr.
in conſ. 386. col. 2. uol. 2. Et Panor. in conſ. 71. co
lum. pen. in 2. dub. uol. 1. Et Dec. in conſ. 181. col.
2. in fi. & conſ. 216. col. fi. & Rub. Alex. conſ. 139.
& conſ. 143. col. 3. & conſ. 147. col. 5. & Roland.
a Val. conſ. 59. nu. 3. uol. 1. ubi dicit non compe-
tere remedium d. l. 2. cum ultra contractum uẽ-
ditionis interuenit etiam eius confirmatio ex in
teruallo cum iuramento. & Iac. Phil. Portius cõ
cluſ. lib. 1. reg. 36. lim. 29. Et quanquam aliqui re
periuntur qui firmarunt actum geminatum nõ
adimere uẽditori remedium, d. l. 2. quorum opi
nionem tenuit Soc. cõſ. 86. col. 4. uol. 1. & Corn.
conſ. 140. libr. 3. Roma. conſ. 53. uiſis circa id, &
Dec. hac in re ſibi non conſtans in conſil. 60. &
Cag. d. l. 2. nu. 71. uerſ. nec prædictis refertur. C.
de reſcind. uend. tamen eorum opi. reſtringitur
ut tunc demum geminatus actus, non auferat
beneficium reſciſſionis quando probatum erit,
dolum in uenditore ex propoſito interueniſſe,
& ita declarat Cran. conſ. 151. nu. 32. uol. 1. & Ia
cob. Phil. Por. d. limi. 29.

At in caſu noſtro, ultra contractum uenditio
nis interceſſerunt etiam poſtea ex interuallo
iteratæ, & iuratæ confirmationes dicti contra-
ctus uenditionis, ut colligitur ex inſtrumentis
ſolutionum, neque præterea probatum fuit do-
lum uenditoris interueniſſe, ut in proceſſu uide
re licet; igitur utramuis ſequaris ex ſupradictis
opinionibus; audacter potes affirmare dictæ a-
ctrici non competere remedium. d. l. 2. C. de re-
17 ſcin. uend. Quinto † non iuuari uenditricem be-
neficio d. l. 2. probatur quia huiuſmodi reme-
dium, non proficit illis qui in contractu uendi-
tionis longo tempore perſeuerarunt. Nanque
ex huiuſmodi perſeuerãtia colligitur ratificatio
& approbatio dicti contractus ut per Decium
in conſ. 583. nu. 5. & nu. 6. & idem Iac. phul. port.
præallegata reg. 36. limit. 21. At dicta venditrix
diu tollerauit venditionem olim à ſe factã quan
doquidem ut ex actis conſtat annis circiter tre
decim in eadem uoluntate permanſit antequã
ſe læſam aſſereret. ergo propter præſumptã ap-
probationem, deſtituta cenſetur a dicto reme-
dio. l. 2. C. de reſcin. uend.

Quod autem pertinet ad caput reſtitutionis
in integrum itidem arbitror illud prędictæ actri
18 ci minime prodeſſe. Primò quoniã † reſtitutio
quam quis non aduerſus temporis lapſum, ſed
aduerſus contractum impetrare uult, eã peti de
bet intra quadriennium, & eo elapſo concedi
non poteſt. Bartol. in l. ab hoſtibus. §. ſed quid ſi
ſimpliciter. col. pen. nu. 12. ff. ex quib. cauſ. maio.
& l. fi. C. de tempor. in integ. reſt. l. fi. C. de repu.
hæred. Dec. conſ. 526. in fi. Rota deciſ. 558. In an
tiquis. Frã. Balb. in trac. de præſcr. in 1. par. 6. par.
prin. in 12. caſu. n. 27. & n. 28. & Bapt. de S. Bla. in
trac. de act. & eius nat. Centuria 1. act. 4. nu. 25.
Hoc autem quadriennium currere incipit, & cõ
putatur a die intercedentis læſionis, & initi con
tractus, & non antea. l. pen. de ẽin fi. C. de temp.
in integ. reſt. & c. 1. de in integ. reſt. lib. 6. vbi Ar-
chid. n. 2. verſ. elapſum, & Fran. Balb. trac. præſcr.
d. caſu 22. nu. 27. & Dominicus Sangeminianen.
d. c. 1. de in integ. reſt. lib. 6. nu. 7. verſ. ſed quan-
do incipiet. vbi dicit quadriẽnium incipere poſt
celebrationem contractus; ſi de contractu lo-
quamur: ut firmat ibidem Anch. num. 2. uerſ. 4.
rio. vbi inquit iſtud quadriennium incipere cur
rere ſtatim poſt contractum quam ſententiam
tenet ibi quoque Philip. Fran. nu. 2. verſ. 3. noto
dicens quod quadriennium currit immediate
poſt contractum, vel ſententiam, uel a tempore
cuiuslibet alterius læſionis, & hoc idem ſequi-
tur Roder. Suares alleg. 21. nu. 3. & Did. Couar.
lib. 1. varia. reſol. c. 3. nu. 13. & num. 14. At in caſu
propoſito, in quo petita fuit reſtitutio in integr.
aduerſus venditionem; & non aduerſus lapſum
temporis procurator d. Do. Eliſabettæ venditri-
cis, & actricis, eã reſtitui petijt poſt lapſum qua-
driennij a die læſionis, & celebrati contractus,
quoniam ut apparet in proceſſu venditio facta
fuit anno 1553. die 20. Maij. reſtitutio vero pe-
tita fuit anno 1566. die 25. Martij. igitur d. actri-
ci reſtitutio in integrum concedi non debet.
19 Secundò † quia reſtitutio in integrũ nõ datur
maiori niſi ex cauſa iuſta. l. 1. §. fi. ff. ex quib. cauſ.
maior. & propterea non datur reſtitutio negli-
gentibus. l. non enim. l. 1. ubi Alex. ff. eod. nec ei
conceditur reſtitutio, niſi ex probabili cã igno-
rantię, Crau. conſ. 225. n. 7. & 8. vol. 2. At in ꝑpo
ſita ſpecie non ſubeſt aliqua iuſta cã reſt. dandę,
quia ut colligitur ex actis, probata non fuit ali-
qua lęſio, cum tamen ad obtinendam reſtitutio
nem non ſufficiat lęſio minima. l. Scio. ff. de in in
teg. reſt. min. ſed requiritur enormis lęſio. c. ad
noſtram. de reb. eccl. non alie. Suares d. alleg. 21.
20 n. 3. Itemq; † non dicitur probabilis ignorantia
illius qui aſſerit ſe uires ſui patrimonij ignoraſſe
l. quanquam. ff. ad Velle. Litem quęritur. §. quar
tus. ff. loc. l. quiſquis. ubi etiam Odof. nu. 1. C. de
reſcin. uen. Atque hęc quidem allegatio ignorã
tię ęſtimationis bonorũ ex eo ẽt reijciẽda vr̃, qđ
teſtes examinati ad inſtãtiã d. Paſquini ſuꝑ 1. &
2. c. ult. poſitio. dñt t.pe quo ſer Nic. emit d. ꝑdiũ
ualuiſſe 400. & Bartolomęus Nic. ſup. eiſdẽ c. exa
minatis deponit maritum Dom. Eliſabettę ſibi
teſti

teſti obtuliſſe paratum uendere idem prædium
quadringentis ſcutatis antequam venderetur
ſer Nicolao pugliæ. Quamobrem ſi rei ęſtimatio
non erat viro ignota, ueriſimile eſt non fuiſſe &
21 ignotam vxori, quia † propter matrimonium,
& cohabitationem ſcientia præſumi ſolet. arg.
gl. in c. cum oportet. de accuſ. Bar. in l. poſt con-
tractum. ff. de donationib. Aretin. conſ. 65. in fi.
Dec. conſ. 583. nu. 4. Igitur ex prędictis patet di-
ctæ uenditrici quæ ut pręſupponitur eſt maior
reſtitutionem in integrum non eſſe cōcedēdā.
22 Tertio † quando mulier adulta iurauit obſer
uare contractum tunc dicta mulier non poteſt
aduerſus contractum uenire etiam ex capite be
neficij reſtitutionis in integrum, quia cum mi-
23 nor † propter iuramentum pręſtitum, repute-
tur maior dicitur ei ademptum beneficiū reſti-
tutionis. Id quod procedit non ſolū quando mi
nor fuit redditus certus de benefitio reſtitutio
nis, ſed etiam quando non fuit certioratus que
madmodum ſecundū op. magis communem
opinionem refert et firmat in ſpecie reſtitutio-
nis petitum propter læſionem Stephanus Ber-
trand. conſ. 258. nu. 3. uol. 4. Quapropter cum di
cta uenditrix dictum iuramentum ſæpius itera-
uerit conſequens eſt ut exclusa ſit à beneficio re
ſtitutionis.
24 Quarto † ad hanc op. cōprobandam accedat.
illud uidelicet quando procurator petit reſtitu-
tionē in integrum principaliter tunc neceſſariò
requiritur ſpeciale mandatum ad hoc, vt reſtitu
tio dicatur rectè petita. l. illud. §. fi. ff. de minor.
Dec. in c. præterea. nu. 31. de off. delegati. Crau.
conſ. 238. nu. 3. uer. & tamen reſtitutio. uol. 2. At
in caſu noſtro D. Io. Andr. Caſtellarius procura-
tor d. D. Eliſabettæ in hac cauſa reſciſſionis & re
ſtitutionis non habuit ſpeciale mādatum ad pe
tendam reſtitutionem, ſed ſolummodo fuit con
ſtitutus procurator generaliter ad agendum, ut
patet ex inſtrumento mandati facto die 24. Maij
1566. & quemadmodum colligitur ex proceſſu
dicta reſtitutio non fuit petita per Dom. Eliſa-
bettam, ſed per d. Io. Andream Caſtellariū pro-
curatorem qui eam reſtitui petijt non per uiam
exceptionis incidenter, & in conſequentiam,
ſed per viam petitionis, & expreſſe, & principa-
liter argumento eorum quæ dicit Bar. in l. qui-
dam in ſuo. nu. 4. ff. de cond. inſt. & Bar. in l. natu
raliter. §. nihil commune. nu. 4. ubi etiam Socy.
nu. 7. fi. de acq. poſ. Conſequens igitur eſt ut cō-
cludamus dictam reſtitutionem non fuiſſe re-
ctè petitam, & propterea D. Eliſabettam de iure
non eſſe reſtituendam. Quibus ita ſtabilitis ni-
hil obſtat dum in replicationibus d. venditricis
dicitur ei adhuc competere debere reſtitutio-
nem quaſi ipſa fuerit impedita facti impedimen
25 to cuiuſmodi eſt † abſentia quo caſu reſtitutio
non denegatur, ut per Io. Fr. Balb. d. trac. præſcr.
in præalleg. caſu 22. nu. 26. Nam præterquā qđ
in d. num. 26. agitur de abſentia exorta ex cauſa
reip. cuiuſmodi non eſt iſta; reſpondetur etiam
tunc demum abſenti concedi reſtitutionem ad-
uerſus læſionem quando quis læſus fuit in omit
tendo ſecus in faciendo. l. quæ a parte. ubi Paul.
Caſtr. C. de reſt. mil. & Dec. in l. abſentia. nu. 2. ff.
de reg. iur. Quamobrem cum læſio de qua hic
agitur prouenire dicatur non ab eo quod ipſa
D. Eliſabetta omiſerit, ſed ab eo quod ipſa fecit,
nimirum quia contraxit, & uendidit; proculdu-
bio concludendum eſt, illi non competere hu-
iuſmodi reſtitutionem, neque poſſe illam aduer
ſus Paſquinum ullo de prædictis capitibus obti-
nere. Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſenten-
tia ſemper ſalua ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM

1 *Quicquid eſt intra fines alicuius priuati poſitum, præſumitur eſſe illius.*
2 *Dictio, vſque quomodo ſumatur.*
3 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
4 *Iudex etiam occaſione rei communis, non poteſt apponere manus in res non communes.*
5 *Diuiſio facta præſumitur inter conſortes. ſi ſaltem per decem annos ſeparatim diuiſimque bona poſſederunt.*
6 *Poſſeſſione longi temporis præſumitur titulus diuiſorius.*
7 *Iudex electus, inſolidum poteſt vel pro parte aſſignare res ſingulis, quemadmodum vtilitati partium viderit expedire.*
8 *Iudici in actione comm. diuid. permittitur rem uni tantum ex litigantib. adiudicare, & ſi vnius pars prægrauari, uideatur, eum inuicem certa pecunia condemnare.*
9 *In iudicio comm. diuid. ueniunt expenſæ & damna data in reb. communib.*

CONSILIVM XXIX.

Diuino implorato præſidio.

IN bonorum diuiſione de qua agitur
inter D. Scaramucciam de Attolinis
ex una, & Ioſephum & Nicolaum ex
altera parte. duplex eſt inſpectio. Pri-
ma uerſatur circa bona quæ propria ſunt D. Sca
rammucciæ & quæ non ueniunt in diuiſionem.
Secunda inſpectio pertinet ad bona quæ cum
ſint communia, nunc inter dictas partes diui-
denda ſunt.
Et quod attinet ad primam, in qua ſcilicet
agitur de bonis proprijs D. Scaramucciæ cuiuſ-
modi eſſe dicitur porticus & reliquæ eius par-
tes ſuperiores, licet dictę porticus vſus hacte-
nus communis fuerit; nihilominus eius pro-
prietas ideo pertinere uidetur ad D. Scaramuc
1 ciam, quia quicquid † eſt intra fines alicuius pri
uati hominis poſitum, præſumitur eſſe illius Bal.
in rub. C. de contrah. empt. in 11. q. uerſi. in con
trarium uidetur. Soc. in l. 1. col. 4. in fi. ff. de acq.
poſſ. & in conſ. 15. uolu. 3. & Ioan. Fab. in l. cun-
ctos populos. columna ſecunda. C. de ſumma
trinita. & fid. cathol. Alber. Brun. conſilio 34.

colum.a.Goz.conſ.50.col.fi.Rui.conſ.26.col.3.
vol.3.& conſ.92.col.5.uol.4. Pariſ. conſ.27.col.
2.uo.1.Atqui dicta porticus concluditur cancel
lis,ſeu finibus aſſignatis autoribus D.Scaramuc
ciæ,ut conſtat ex inſtrumento diuiſionis ubi dici
tur autoribus Scaramucciæ aſſignatam fuiſſe,
eam partem domus prædictæ a Scalis ſupra uer
ſus Septentrionem, a ſummo uſque deorſum,
2 Quæ † dictio vſque cum ponatur ibi ad deſignã
da,loca, vel diuerſa.& diſcontinua, uel unum lo
cum continuum, utique quo ad loca inferiora,
ponitur incluſiuè,Bar.in l.patronus.§.Sempro-
nio.ff. de leg.3. & conſequenter ſignificat loca
inferiora eſſe in dominio D. Scaramucciæ. Id
quod probare etiam videntur alia uerba d. in-
ſtrumenti diuiſionis,cum pacto,ut ingreſſus ma
ioris portæ ſpectet ad d. partes pro vſu commu
ni quæ uerba nihil aliud ſignificare uidentur,
quàm quod licet dictę porticus vſus,&illius por
tæ ingreſſus communis ſit non tamen eſt cōmu
3 nis eius proprietas,quia † incluſio vnius eſt alte
rius excluſio.l.cum pretor.ff.de iud.c.nonne.de
præſump.ubi Fel. Dec. conſ.574.nu.7. & Pariſ.
conſ.11.nu.15.uol.3.Igitur patet ex prædictis di
ctum porticum, & eius partes ſuperiores quod
pertinet ad proprietatem eſſe D. Scaramucciæ
4 neq; uenire debere in diuiſionem, quia † iudex
etiam occaſione rei communis non poteſt ap-
ponere manum in res non communes. l.arbor.
§.de ueſtibulo ubi Flo.ff. de com.diuid.

Secundo verò quod attinet ad paruum cubi
culum, quod dicit appellari il Camerino conclu
dendum puto, iure proprietatis illud pertinere
ad D.Scaramucciam neque uenire debere in di
5 uiſionem. Quoniam † inter conſortes præſumi-
tur facta diuiſio ſi ipſi ſaltem per decem annos
ſeparatim, diuiſimque bona poſſederint. l. ſi
certis annis.C.de pact.Glo.com.approbata in l.
pen. C. commun.diuid.quam ibi ſequitur bart
Bal.& Salyc.& idem Bal.in l.1.C.de fideic.&in l.
2.C.qui adm.Bar.Bal.& Ang.in l.qui alienam,ff.
de acq.hær.Bar.in l.cū de in rem verſo.de uſur.
Ant.de Butr.in c.peruenit.de cenſib.Rim.conſ.
367.nu.1.& 2.& conſ.292.n.70.71.& conſ.300.
nu.63.& conſ.331.nu.2. uol.2.& Ruy. conſ.29.
nu.8.vol.4.& conſ.162.nu.5.vol.3.& Soc.iunio.
conſ.149.nu.2.uol.3.Iacob.Alba conſ.11.n.24.
Io.Ant.a Trigona ſingul.123.incip.liga tibi. nu.
1.& nu.2.Quę concluſio adeo vera eſt,ut proce-
dat etiam quamuis inæqualiter poſſediſſent bo
na, nimirum quia vnus maiorem alter uero mi-
norem partem bonorum detinuiſſet Salyc. d.l.
pen.C.com.diuid.Butr.d.c.peruenit. Alex.con-
ſil.92.uol.2.Quod abſque dubio locum ſibi ven
dicaret quando eſſet parua inequalitas,veluti ſi
vnus poſſediſſet prædium mille aureorum,alter
6 uero noningentorum,tunc enim ex † poſſeſſio-
ne longi temporis certè præſumitur titulus diui
ſorius.Odoff.& Bar.& Bal.in l.pen.nu.3.C.com.
utriuſque iud. Atqui in ſupradicta ſpecie propo
nitur authores Scharamucciæ, & D.Scharamuc
ciam longiſſimo tempore poſt diuiſionem fa-
ctam ſeparatim vti ſuum ſemper poſſediſſe di-
ctum paruum cubiculum cognomento il Came
rino,ergo ex prædicta poſſeſſione præſumitur ti
tulus diuiſorius per quam fieri ſolet alienatio,&
translatio dominij rerum diuiſarum,l.ſi pupillo
rum.in prin.ff.de reb.eorum. l. de diuiſione. C.
commu,utriuſque iud.Alex.conſ.93.uol.4.& Pa
riſ.conſ.34.nu.29.uol.2.Secunda ſuccedit inſpe
ctio de diuidendis rebus communib.In qua bre
uiter concludendum arbitror Scalas, & com-
munem Aulam veterem, quę omnia hactenus
communi uſui expoſita fuerunt, adiudicari de-
bere per iudicem,uel arbitrum D.Scaramucciæ
potius quàm Ioſepho, uel Nicolao. quia poteſt
7 iudex electus, inſolidum, uel pro parte ſingulis
aſſignare res, quemadmodum utilitati partium
uiſerit expedire.l.iudicem. ff. communi diuid.l.
actione.§.Labeò.ff.pro ſoc.& §.eadem interue-
8 niunt. Inſt.de off.iud. Quinetiam † permittitur
iudici in actione commu.diuid.rem uni tantum
ex litigatoribus adiudicare, & ſi unius pars præ-
grauari uidebitur, cum inuicem certa pecunia
condemnare.d.§.eadem interueniunt. Et Inſtit.
de actionibus.§.quędam actiones.l.2.& l.ad of-
ficium.C.commu.diuid.Atqui dictæ Scalæ,& di
cta aula uetus conueniunt potius portioni Do.
Scaramucciæ,tum quia d. Scalę parti domus D.
Scaramucciæ magis quadrant quàm parti Ioſe-
phi,uel Nicolai, quorum domus nulla fermè lo
ca ad dictā aulam ueterem accēdunt cum tamē
ſingulæ propemodum domus partes D. Scara-
mucciæ in eandem ueterem aulam, uel proten-
dantur,uel huiuſmodi ſint ex quibus in eandem
aulam exitus ſit, ad quas quidem non niſi per
eandem aulam ueterem dari poteſt acceſſus, ut
eſt notorium. Tum etiam quia maior dicitur eſ-
ſe ęſtimatio portionis domus Do. Scaramucciæ
quàm aliorum quo caſu certum eſt utiliorem ędi
ficij partem cedere debere nobiliori non con-
tra arg.l.1.C.ut digni.ord.ſer.ergo prædicta om
nia potius D. Scaramucciæ quam Ioſepho, uel
Nicolao debent adiudicari. Quod ſi aliqua for-
te de cauſa, quam modo non uideo ſtatueret iu
dex Scalas aſſignandas eſſe Ioſepho,& Nicolao
Profectò oporteret omnino eundem iudicem
ſeu arbitrum condemnare d.Ioſephum, uel Ni-
colaum adſoluendum,& reficiendum D.Scara-
mucciæ damnum quod ipſe pateretur dum in
ædificandis nouis ſcalis aliquas domus ſuę par-
9 tes cogeretur facere deteriores; quia † in hoc
iudicio commmun.diuidun.veniunt expenſæ &
damna data in rebus communibus. §.ſi familiæ.
Inſtitut.de offi.iud.ubi gloſſ.l.3.ff.commun. di-
uidun.l.& ſi non. §. uenit, ff. eodem. l. ſed & eo
nomine. ff. de noxal. action. l. ſi is cum quo.
ff. commun. diuidund. l. communis ſeruus. ff.
eodem. Atque in actione commun. diuidun.
uenire expenſas & damna data, & propte-
rea dici actiones mixtas. dicto §. quidam in-
ſtitut.de actionib. tenet Roffred. in tract. libel.
in rubr.de actione commun.diuid.part. quarta,
nu.7.ver.ſed nunquid in hoc libello. & Io. Petr.
de Fer-

de Ferrar.in praxi. In forma libel. pro hæredit. uel re ſingul. diuid. in act. communi diuid. in uerſ.de damnis, & intereſſe ergo ſi in hoc iudicio uenirent damna data in re communi utique multo magis uenient damna data a ſocio in re alterius ſocij propria auth.multomagis.C.de ſacroſan.eccleſ. Er ita de iure reſpondendum arbitror meliore ſententia ſemper ſalua ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Regula l.pen C.comm.diuid.quando procedat.*
2 *Negatiua probatur ex inſpectione actorum.*
3 *Iura codicis intelliguntur ſecundum facti contingentiam.*
4 *Determinatio una reſpiciens plura determinabilia debet omnia pariformiter determinare fallit, ut num.6.*
5 *Verbum, uſu, proprietatem ſignificat.*
7 *Ratio eorum quæ determinantur quando eſt diuerſa, tunc non eſt eadem omnium determinatio.*
8 *Venditio ſui natura facit rem emptoris, ſi is qui uendit dominus eſt.*
9 *Legatum recta uia transfert dominium in legatarium.*
10 *Verbum, pertinet, ad dominium propriè non refertur. Sic uerbum ſpectare.*
11 *Contrarietas ſi non eſt in ſtatuto, cogimur a finib. ſtatuti non recedere.*
12 *Iudex ſecundum acta & probata iudicare tenetur.*
13 *Illatio non fit ex diuerſis.*

CONSILIVM XXX.

Dei nomine inuocato.

QVANQVAM dubia excitata cōtra Do.Scaramucciam Attolinū ſubtilia ſunt nihilominus non uidentur mihi eiuſmodi, quæ è ſententia in quam prius iueram me deijciant.

1 Et quòd attinet ad primum non obſtat dum dicebatur regulam l.pen.C.commu. diuid. limitari, ot procedat tātum quando diuiſio fit ſecretò, ſine teſtib.& ſcriptura, & ſocij portiones ſuas poſſederunt per decennium & vltra quia tunc diuiſio præſumitur; ſecus quando apparet per inſtrumenta uel teſtes diuiſionem fuiſſe factam & rem aliquam indiuiſam remanſiſſe. Quemadmodū d.gl. declarare uidetur Bar. Bal. & Caſtr. in d.l.pen.& alij doct.com. Et propterea cum in caſu noſtro ex inſpectione ſcripturarum appare re dicatur, dictum paruum cubiculum non fuiſ-
2 ſe diuiſum ſicut † regulariter ex ipſa inſpectione actorum negatiua probari ſolet. Bart.l.hi qui ad ciuilia. nu.4. de appel. conſequens eſſe uidetur, ut dictum cubiculum paruum nūc inter partes diuidi debeat. Quoniam reſpondetur licet Bar. Bal. Paul. & alij præſupponunt in facti ſpecie quam ponit gl.in d.l.pen.C.com.diuid. de diuiſione non conſtare, nullumq; confectum fuiſſe inſtrumentum, nullosque teſtes interceſſiſſe. Nullus tamen eorum eſt qui dixerit eam regulā limitari, atque reſtringi debere ſolummodo ad illum caſum, quo non conſtat de diuiſione, & quo nullum confectum fuit inſtrumentum. Sed ideo dicunt de diuiſione non conſtare per inſtrumenta, quia ita ex facto contigiſſe fingit accurſius, ſumpta occaſione ex d.l.pen. ubi ſecundum ea quæ ibi proponebantur, non interuenerunt inſtrumenta, quod non eſt mirum cum iu-
3 ra † codicis intelligantur ſecundum facti contingentiam. Iaſ.Rub.C. de mili.teſta.non autem ideo format q.gl.& doct.qui eam ſequuntur eo modo, quia tam anguſtis cancellis dictam q. limitari ac concludi velint, vel quia non poſſit ad alios caſus extendi, ſed ex facto eueniſſe dicunt ut inſtrumenta deficerent & teſtes, vel adfuerunt quidem teſtes, ſed poſtea mortui ſunt quia fortaſſis duo diuiſerunt ſecretò uti fit cum cupiunt res eſſe tacitas, ut dicit Io. Sychardus d.l. pen.nu.3.C.com.diuid.& locum eſſe dictæ quæſtioni quando interceſſerunt probationes teſtium, ſed poſtea teſtes mortui ſunt, tenet etiam Petrus Bellaperticenſis d.l.pen. in princ. & non eſſe reſtituendam illam regulam ad caſum quo teſtes, & probationes deficiunt tenet etiam Butrigarius d.l. pe. dicens diuiſionem probari per teſtes, vel etiam per poſſeſſionem decem annorum. Atque ita declarari debere hanc regulam, tradit expreſſe Corn.conſ.37.col.1.nu.3. uol.3. vbi argumentando a maiori dicitur ſi ex poſſeſſione ſeptem annorum præſumitur præceſſiſſe diuiſio, gl.d.pe.multo facilius interpectabimur diuiſionem factam trahi poſſe ad bona pro diuiſo poſſeſſa. Et quod d.gl.procedat etiam multo magis quando diuiſio facta eſt, uel de diuiſione facienda tractatum fuit tenet etiam nominatim Iacob. Alba in conſ.11.num.24.dicens ſi procedit illa gl.quando aliunde non conſtat factā fuiſſe aliquam diuiſionem multo magis procedere debet quando de diuiſione tractatum eſt. Vnde licet in caſu noſtro ex inſtrumētorum inſpectione nominatim expreſſimq; non appareat paruū cubiculū uere in diuiſionē ueniſſe, ſed ſolūmō bona quorum expreſſa mentio facta fuit.tamen ex d.poſſeſ.10.an. præſumitur, & ipſum quoque diuiſim pertinuiſſe ad illos qui poſſederunt iux. præd. Quod vero pertinet ad 2.dubitationē, in qua obijciebatur, ingreſſum d.portæ, non uideri D.Scaramucciæ quoad proprietatē, ſed cenſeri
4 cōem inter oēs cōſortes, & ſocios, quia † una determinatio reſpiciens plura determinabilia debet omnia pariformiter determinare. l.iam hoc hoc iure.ff.de vulg.& pup.l.quamuis.C.de imp. Atqui ſub vna ſola determinatione eademq; copulatiua cōe, ponitur ingreſſus maioris potæ, & ponuntur aliæ res inter omnes ſocios cōes quo ad proprietatem, ut paret ex inſtrumāto diuiſionis in quo dicitur; ingreſſus maioris portæ

cum curte, & ſala veteri ſint, & ad dictas partes
ſpectent pro vſu communi, ergo ne res diffor-
miter determinentur, dicendum uidetur, etiam
portę ingreſſum inter omnes partes videri com
munem, non autem proprium D. Scaramucciæ
5 pręſertim; quia nouum non eſt, verbum † vſus ꝓ
prietatem ſiguificare Fran. Crem. ſing. 34. incip.
lego vxori vbi ſi venditur fundus ad vſum em-
ptoris intelligitur libera uenditio, quia uerbũ il
lud ad vsũ ponitur demonſtratiuè nõ taxatiuè.
6 Reſpondetur † pędictam obiectionem mini
me obſtare. Namdum dicitur, unam determina
tionem omnia pariformiter determinare debe
re, hoc quidem ueriſſimum eſt, ſi regulam inſpe
xerimus. d. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. ſubſt.
Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſt
hu. & in conſ. 175. nu. 13. lib. 6. Ruy. conſ. 166. nu.
7. par. 2. Veruntamen in multis caſibus hæc re-
gula vim ſuã amittit, atq; reſtringitur, & præſer-
tim quod attinet ad rem noſtrã limitatur, quan
do diuerſa difformiſq; reperitur ratio determi-
7 nandi, nã quando diuerſa eſt † rõ eorum quæ de
terminantur tunc nõ eſt eadem omnium deter
minatio. l. Caius ff. ſol. matr. l. 2. iun. gl. ff. de offic.
procon. §. hinc nobis. ubi Ang. in Auth. de here.
& falc. Soc. in tract. reg. adiunctarum. nu. 99. uer
ſic. una determinatio. Pariſ. conſ. 45. n. 77. par. 1.
Atqui in caſu propoſito diuerſa apparet rõ
inter ingreſſum, & aulam, & curtẽ, quę ſimul ſub
vnica determinatione comprehenduntur in d.
inſtrõ diuiſionis in ver. hoc tamen pacto &c. qa
aula vetus, & curtes non eſt concluſa intra fines
D. Scaramucciæ, & propterea non negatur di-
ctam aulam veterem, & curtem dici communes
etiam reſpectu proprietatis. Sed diuerſa rõ eſt
ingreſſus d. portę, & porticus, & aliarum domus
partium ſuperiorum, quia iſta omnia poſita ſunt
intra fines aſſignatos d. Scaramuccię ob idque
hæc dicuntur eſſe illius propria non autem com
munia cum alijs. Ergo nemini mirum videri de
bet, ſi inter prædicta in quibus diuerſa ratio aſſi
gnatur ſit etiam diuerſa rerum determinatio iu
xta ea quæ diximus ſup. Nec quicquam obeſt au
thoritas Crem. d. ſingu. 24. quia ſi vendo tibi ad
uſum tuum rem aliquam, vel ad vſum tuum le-
go aliquid, ideo ſignificatur libera translatio,
8 quia † venditio ſui natura, ſi is qui vendit domi
nus eſt, facit rem emptoris. l. ex empto. in prin. ff.
9 de act. empt. † legatum quoq; recta via transfert
dominium in legatarium. l. a Titio. ff. de fur. l. ita
legatum. 82. ff. de leg. 2. Secus autem eſt ſi dica-
tur. Hæc pertinent, & ſpectant ad illum pro vſu
10 communi, quia † verbum pertinet ad dominiũ
neceſſariò non refertur, ſed latius etiam patet. l.
uerbum illud pertinere. ff. de verb. ſig. ſicut etiã
latè patet verbum ſpectare. c. cum ueniſſent. de
inſt. in prin. & c. cũ ad ſedem. de reſt. ſpo. in prin.
cũ ſimi. merito dicendum eſt ex diuerſis non ua
lidam ſummi argumentationem. l. naturaliter. §.
nihil commune. ff. de acq. poſ. l. Papinianus exu-
li. ff. de mino.
Ad 3. dubitationem in qua dicebatur in in-
ſtrumento diuiſionis adeſſe clauſulam, ſaluis ue
rioribus finibus, ſeu vel ſi veriores fines repe-
riantur, quæ clauſula arguit, non eſſe ſemper at-
tendendum illud quod intra confines deſigna-
tos poſitum eſt, ſed quandoque numerum ex-
preſſum qui propter ralem clauſulã videtur po-
ſitus taxatiue, vt per Alex. conſ. 8. col. 3. uer. 6. n.
8. vol. 4. & Pariſ. conſ. 64. nu. 28. vol. 1, Hiero. de
Mon. in tract. de fin. reg. c. 88. nu. 9. ad fi, Et pro-
pterea dicendum videri porticum non eſſe d.
Scaramucciæ licet ſit intra illius fines præſer-
tim cum magna diſparitas reperiretur inter par
tes dictorum ſociorum, ex quarum partium eſti
matione declarari ſolet pars dubia, ut pulcher-
rime docet Soc. in l. 1. in 4. no. ff. de reb. dub.
Reſpondetur non obſtare clauſulam, ſaluis,
quia manifeſta diuerſitatis ratio reperitur inter
caſum de quo diſputat Alex. d. conſ. 8. & ſequun
tur cæteri præallegati, & inter caſum noſtrum,
quia in caſu Alexandri in quo concedens dixe-
rat, concedo tibi prædium illud vſque ad Vallẽ
& poſtea dixit cum omnibus quæ intra dictos
confines continentur, uel ſiqui ſunt ueriores,
per quam clauſulam, vel ſiqui ſunt veriores, di-
cit Alex. non eſſe attendendos fines primo lo-
co poſitos: proculdubio conſtabat de mente
concedentis qui uolebat comprehendi partem
uallis, ut indicabant illa uerba partem uallicani,
&c. & conſtabat concedentem recedere noluiſ-
ſe a finibus ſupra deſignatis, ne ſibi uideretur cõ
trarius, & propterea licet ſupra dixerit uſque ad
uallem, tamen cum de dicta uoluntate conſtaret
merito dicit Alex. ex dicta clauſula ſaluis, uel ſi-
qui ſunt &c. demonſtrari non eſſe attendẽdos
fines ab initio deſignatos, ut ipſemet Alexand.
declarat in d. conſil. 8. num. 8. uerſ. 6. in omni di-
ſpoſitione, uolum. 4. At in caſu noſtro non con
ſtet diuidentes uoluiſſe per illam clauſulam re-
cedere a finibus deſignatis, neque in propoſito
11 caſu reſultat aliqua † contrarietas merito in ca-
ſu noſtro non cogimur a finibus ſtatutis recede
re, ſed illos debemus attendere, præſertim cum
diſparitas portionum, non ſit probata, neq; for-
12 te legitimè allegata † certumque ſit iudicantem
ſecundum acta & probata iudicare debere. l. illi
citas, §. ueritas, ff. de off. præſid, cum ſimilib. Quã
propter cum Alex. & alij, qui eum ſequuntur in
locis citatis loquantur in diuerſis caſibus con-
cludendum uidetur eorum autoritates nihil af-
13 ficere cum ex † diuerſis non inferatur. d. l. Papi-
nianus ex. ff. de min. cum ſim. Atque ita arbitror
tolli poſſe dubitationes accutiſſ. excitatas per
excel. Dom. Iudicem meliore ſententia ſemper
ſalua.

Excellentiæ ueſtræ mirificè deditus,

Idem Antonius Cioſius I. C. Floren.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cadit a iure ſuo, ſi per biennium ceſſauerit a ſolutione partis ipſius canonis.*
2 *Emphyteuta iurans ſoluere ſingulo quoque anno, ſi per annum non ſoluit, tanquã periurus an cadat a iure ſuo.*
3 *Emphyteuta, qui venit contra facta in contractu appoſita an priuetur iure ſuo, & ſua emphyteuſi.*
4 *Paupertas an excuſet emphyteutam, vt non perdat emphyteuſim.*
5 *Emphyteuta, qui magnam penſionem ſoluit, an dicatur cadere a ſuo iure per ceſſationem unius anni*
6 *Ceſſans in modico emphyteuta, uidetur dominũ contemnere.*
7 *Solucio quando cenſeatur facta in cauſam grauiorem & duriorem & antiquiorem.*
8 *Interpretatio ſemper fieri debet in fauorem ſoluentis.*
9 *Probatio nulla certior, quam partis aduerſa confeſſio.*
10 *Arbores ceduas qui incidit, uel etiam fructiferas, & alias ſubſtituit aquè idoneas non dicitur fundum deterioraſſe.*

CONSILIVM XXXI.

In Dei nomine.

CIRCA propoſitam ſpeciem in qua
Magnificus D.Ioannes Aiolenſis aſ
ſerit Sebaſtianum eius emphyteutã
cecidiſſe a iure liuelli; Tria præcipue
prima facie uidentur iuuare dicti Domini Ioan-
nis opinionem,
1 Primum eſt †quia Sebaſtianus uidetur cecidiſſe
a iure emphyteutico, cum per triennium ceſſa-
uerit a ſolutione partis ipſius canonis quo ca-
ſu emphyteuta qui partẽ canonis ſoluit & par-
tẽ ſoluere ceſſat utique in totũ cadit a iure ſuo.
ut per Iaſ.in l.2.C.de iure emphy.col.46.uerſic,
ſexto decimo,& per Alex.in conſ. 11. col.fi. nu.
5.uol.5.& Alber.Brun.in conſil.feud.conſ.41.nu
me.16.Petr.de Bellapert. in l. ſi ſeruus §. ſi plu-
rium.ff.ſi quis caution,nu.decimooctauo & nu,
19.& Crot.in l.4.§.cato num.29.ff. de uerb, ob-
lig.Hier.Gig. tract. de penſ. §.9. nume.decimo,
Paul.a mõte pic.in auth.præterea C.unde uir,&
uxor.numer.11.& 12.& Gozad. conſ.57.nu. 10.
& 15.& conſ.69.num.8.& 9.in l.2.C.de pactis in
ter empt.& uendi.num.69. Quod procedit etiã
ſi eſſet ceſſatum in minima parte, ut per Bal.in
Rub.C.de contrah.empt, & Iaſ.in Auth. qui rẽ.
C.de ſacroſ.eccl.
2 Secundum†eſt quod .Sebaſtianus iurauit ſe
ſingulo quoque anno canonem integre ſolutu
rum,& tamen anno 1559.non ſoluit id circo tã-
quam periurus cadere uidetur a iure ſuo,nõ ex
peccato ẽt biennio quia emphiteuta qui iurauit
ſoluere ſingulis annis & deide nõ ſoluit ſed ceſ
ſat ia ſolutione per annum tantum,dicitur amit
tere emphyteuſim,etiam non expectato biẽnio
vel triẽnio ut per Alex.conſ.85.lib.1.& conſ.105
nu.15.ad finẽ lib.3.& Bauer. in tractatu de uir-
tute iuramenti in decimo effectu nu.22.& An-
ton.de Petrut.in l.1.ff. de iureiur. in 24. effectu
num.236.& Hyppo.de Marſ.in ſingu.226.Inci-
piente emphyteuta & Iaſ. l. ſiquis maior. C. de
tranſact.col.2.& Gozad.d.conſ.57.nume.10. &
15.& conſ.69.Curt.in l.lecta nu.25.ff.ſi cer. pet.
Cagnol.num.32.33. Parpal.nu.11.54. Curtius.
d.l.ſiquis maior num.18.& 19.Grat.conſ.81.nu
4.1. uolu. Cathel.cotta in ſuis memoralibus in
ver.emp. priuati uer.ſingulariter declaratur Ri
pa c. ex parte de reſcr.uerſic.20.
3 Tertium†adſertur,quia ipſe Sebaſtianus ui-
detur ueniſſe contra pacta appoſita in ipſo con
tractu emphyteutico quo caſu certum eſt em-
phyteutam priuari ſua emphiteuſi ut per Iaſ.in
l.1.col.3.uerſic.4.not.& l.2.col.2.uerſic. nota 1.
C.de iure emphy.& Grat.conſ.55.num. 25.uol.
primo.

Verumtamen ſi res diligentius conſidere-
tur, his minime obſtantibus defendi poterit, ip
ſum Sebaſtianum a iure ſuæ emphyteuſis non
cecidiſſe.

Nam quod ad primum attinet reſpondetur,
quod ipſe Sebaſtianus poteſt coniungere ſolu-
tionem ſactã anno 1560, cum ſolutione partis
canonis facta anno 1559.ad hoc ut res non inci
dat in commiſſum quia iſtę particulares ſolutio
nes habent uim ſolutionis perfectę & ſic res nõ
incidit in commiſſum quaſi ſolutio cedat in cau
ſam grauiorem l.1.cum.l, ſeq.ff. de ſolut. Quam
op.tenuit Gul.de Cu.in l.ſi neceſſarias.§.ſi vnus
ff.de pignor.act.& ſequitur Bart.in l. ſi fraudati
num.3.ff.de publi.& uectig.& Alexander l.4. §.
cato col.4.uerſic.& prædicta faciunt.ff.de uerb.
obligat.& hanc eandem opin. tenet Dominus
And.in c.ex parte de feud.col.7.& ſequitur Do
minus Ant.Corſet.in ſingulari ſuo emphyteu-
ſis 4.licet Io.And.titul. de loc.§. nunc. uero ali-
qua uerſic. 31.in add.ad Spec.& Iaſ.d.l.2.col.47
quadã ratione teneat contra Bart.quæ ratio Iaſ.
facile eſt tollere ut quilibet recte inſpiciens in-
telligere poterit.
4 Prętereа † etiam animaduertere iudex debet
an Sebaſtianus de ſua paupertate docuerit:quia
paupertas eum excuſaret,ut d.Bal.in c. quærelã.
de iure iur.& Iaſ.d.l.2.col.46.& Ioan.Ant. Trig.
ſingul.33.num. 3.& Ioan. de Arnon.ſing.62.&
Petr. Reb. in l. vn. C. de ſententi. quæ pro eo
quod inter. nu. 114.

Rurſus videndum eſſet an iſta ſolutio annua
ſtariorum 18. tritici, tempore contractus reſpe
ctu prædij de quo agitur,magna penſio dici poſ
5 ſet;quia†is qui magnam penſionem ſoluit non
dicitur cadere a iure ſuo per ceſſationem unius
anni,quinimmò nec amittit melioramenta.Nã
quando emphyteuta accipit rem magnę ęſtima
tionis & ſoluit annuatim aliquid modicum: tũc
ſi ceſſat a ſolutione iurans ſoluere, dicitur cade-
6 re a ſuo iure,quia ceſſans†in modico uidetur do
minum

minũ directum contemnere. Quod ſi fictum & penſionem notabilem ipſe emphyteuta ſolueret(cuiuſmodi uidetur iſta)quæ eſt fructib. propemodum correſpondens,tunc emphyteuſi nõ priuaretur ſed potius cõductori perpetuo æquipararetur nec melioramẽta amitteret ut per Paulum a Monte Pic.in Auth.præterea.C.unde uir. & vx.& Ioannes Antonius Rube. in l. Gallus. §. quidam rectè.colum.pen.num.207. ff. de liber. & poſthum.

Ad ſecundum uero reſpondetur Sebaſtianũ nec per annum quidem a ſolutione canonis ceſſauiſſe quia cum in ſolutione facta anno 1560. neque dominus Iohannes creditor, neque etiã Sebaſtianus debitor elegerit ſtatim tempore ſolutionis in quam cauſam ſolutum eſſe nolebant quod facere poterant iuxta tradita per Bart. d.l. 1.ff.de ſolutionibus conſequens eſt ut præſumptio ſit in fauorem d.Sebaſtiani uidelicet ut præſumatur,& intelligatur ſoluiſſe tria ſtaria ex illis.decem & octo:pro canone anni 1559. argumento eorum quę tradit Alex.conſi. 39. nume.
7 2.uol.7.& Soci.conſ.24.volum.3.†Nam quãdo, neq; debitor,neq; creditor eligit,tunc cenſetur fieri ſolutio in cauſam grauiorem & duriorem. & antiquiorem,d.l.1.ff. de ſol. cum duab. ſeqq. & Corn.conſi,91.nu.25.volum.1. & Grat.conſi. 54.nu.58.& num.60.volum.1.Atq; idem in terminis emphyteuſis tradit Iaſ.d.l.2.col. 47. verſi.
8 limita tamen mirabiliter. Id quod etiam†cõprobatur;quia ea debet fieri interpretatio, vt ſolutio ſemper videatur facta in fauorem ſoluentis, vt per Dec.conſ.348.nu.2.parte 3. Quare cum Sebaſtianus, hoc modo conſiderando integrè dicatur ſoluiſſe canonem dicti anni 1559.deinde uero anno 1561. obtulerit ſtaria 18. & præterea etiam ſtaria tria quæ ſupererant & plenam ſolutionem omnium annorum decurſorũ efficiebãt;ſequitur vt concludendũ ſit eum nõ cecidiſſe a iure dicti liuelli.

Accedit etiam quod quamuis emphyteuta ſurans ſoluere cadat a iure ſi per annum ceſſat, ut ſupra dixi ſecundum doct.communiter iuxta ſuperius allegata & per Catell. Cottam in ſuis memorabilib.in ver.emphyteuſis priuati. Et Ioan.Antonius Trigon.ſing. 33. Tamen nõ defuerunt qui exiſtimauerint hanc communem op. non eſſe ueram neque cadere emphyteutam a iure per annum; etiã ſi iurauerit ut tenuit olim Iaſ.d.l.2.col. 47. C. de iure emphyt. licet poſtea in l.ſiquis maior.C.de tranſ.ab ea op. receſſerit item nonnulli etiam ut Roch.de Curte dixerint hãc communem op.non eſſe abſolute uerã, ſed eſſe diſtinguendum utrum emphyteuta ſimpliciter iuraſſet ſtare contractui, aut uerò explicite iurauerit ut refert Ripa in c. ex parte nume. 20. de reſcriptis. Quinetiam expreſſe hanc communem op.impugnauit ſubtiliter. Auguſt. Beroius in c.potuit,extra locati num.55.& ſeqq. ubi dicit ita etiam ſenſiſſe gloſ.in d.c. querelam de iureiurã.ibique Beroius reſpondit ad l.ſi quis maior,C.de tranſact. Quo fit ut iſta communis op. non ſit abſque controuerſia, ſed poſita etiam ea pro uera,tollitur hoc ſecundum fundamentũ ex prima ſolutione ſuperius aſſignata.

Ad 3.autem facile reſpondetur quia imo negatur, ipſum Sebaſtianum ueniſſe contra pacta appoſita in contractu, uel deterioraſſe ipſum, prædium, quod non eundo per mendicata ſuffragia probatur manifeſtiſſime ex cõfeſſione d. D.Io.dum in quodam inſtrumẽto in quo Sebaſtianus renuntiauit dictum liuellum dicto Do. Iohanni promittit dictus dominus Io. ſoluere, & reſarcire d.emphyteutę omnia melioramenta facta per emphyteutam in d.prædio emphyteutico, quod certe dominus Ioãnes non promiſiſſet ſi prædium eſſet deterioratum: Vnde
9 † cum hoc D. Io.fateri uideatur nulla poteſt haberi certior probatio quam partis aduerſę confeſſio.l.generaliter C.de conſtit. pecun.
10 Adde quod qui †incidit arbores ceduas,uel etiã fructiferas & alias ſubſtituit æque idoneas, non dicitur fundum deteriorare ut per Paul.de Caſtr. in l.diuortio §.ſi fundum.ff.ſol. matrimonio & Ang.in l.ſi colonus.ff.arb.fur.Cęſarum,& Iaſ.in l.1.col.fi.C.de iure emphy.Et Alber.Brun. in tract. de augumento concluſione uigeſima ſecunda primi num.2. cum ſimilib. quapropter licet quaſdam arbores ceduas Sebaſtianus incidit tamen iure ſuo non dicitur eſſe priuatus.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 Confeſſio mariti de dote recepta, an probet uere dotem fuiſſe muneratam.num 3.

2 Res empta &c. pecunijs dotalibus an efficiantur mulieris & dotales, ita ut vendicari poſſint a muliere vel eius heredibus.

4 Fraudis ſuſpitio ceſſat inter uirum & patrem ſeu fratrem mulieris, qui debitores dotis erant, cum inter eos non ſit donatio prohibita.

5 Vir ſi emit fundum pro uxore, & fatetur ſe ſoluere de pecunia uxoris præſumitur donare, niſi appareat ex alia veriſimili præſumptione uxorem non potuiſſe habere pecuniam aliunde.

6 Confeſſio mariti in fauorem uxoris licet ſuſpecta ex coniecturis iuſtificatur.

7 Liber rationum pro tertio contra tertium facit ſemiplenam probationem.

8 Res empta ex pecunia dotali fiunt ementis, non autem mulieris.

9 Maritus ſi non eſt ſoluendo, mulier non ſolum petere poteſt pecuniam dictam in dotem, ſed etiam in ſubſidium poterit uendicare res emptas ex d. pecunia dotali.

Et quando dicatur maritus non eſſe ſoluendo.

10 Actio hypothecaria quo caſu competat.

11 Mulier in bonis uiri habet tacitam hypothecam inductam ex legis diſpoſitione, & ſi mulier ſibi non cauerit.

12 Mulier in hypothecaria actione præfertur poſterioribus creditorib.& habet priuilegium præſtationis;

& qui l

& quid in anteriorib.creditorib.
Et an præferatur creditorib.habentib.expreſſam an teriorem.
13 *Priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet mulier competit actioni de dote, quod tranſit ad quemcumque tranſit actio de dote.*
14 *Priuilegium præſtationis quod habet mulier, an trā ſeat ad ſucceſſores extraneos; & an ad filios.*

CONSILIVM XXXII.

Diuino nomine implorato.

REI ſeries quæ proponitur talis eſt. Iulianus Cremonenſis duxit in vxorem D. Mariettam filiam Andreæ de Certaldo tunc commorantis in caſtro S. Miniatis cū dote ſcilicet &c. Pro cuius dotis ſeu partis illius ſecuritate & ſatisfactione in primis dicto iuramento conſignata fuerunt quędam bona per D. Andream patrem, & per Alex. fratrem dictæ D. Mariettæ. Quo facto dictus Iulius die. 5. Octobris 1520. emit a Bartolomæo ſer Stefani de S. Miniate quandam domū cum omnibus ſuis pertinentijs & habituris pro pretio floren. 45. ſoluendorum partium per totum dictū menſem Octobris partim uero infra ſex menſes tunc proxime futuros, & conuenerunt ut tota dicta ſumma in bonis immobilibus expenderetur, quæ ſtarent pro ſecuritate d. Iul. Poſtea uerò die 20. Octobris 1520. conuenerūt dictæ partes vt dictus Andreas, & Alex. ſoluerēt d. Iul. intra duos ann. ſcilicet 35. nomine dotis dictæ Mariettæ & tamen interim fructus perſoluerentur, & de his omnibus dati ſunt fideiuſſores ad hoc ut his peractis bona olim aſſignata, libera remanerēt dicto Andreæ & Alex. & ſolemni interpoſita ſtipulatione conuenerunt, ut dicti floreni 35. prędictus Iulianus expendere teneretur in tot bonis immobilibus quę ſtarent pro fundo dotali dictæ D. Mariettæ Deinde uero die 27. Decembris 1520. idem Iulius narrando ſe emiſſe dictam domum & uolens agnoſcere bonam fidem in quoddam inſtrumēto publico declarauit & dixit ſe domū prędictā emiſſe de denarijs & pecunijs habitis de dote d. Do. Mariettæ vxoris ſuę. Poſtremo die 18. Martij 1521 dictus Iulius uendidit Prędictam domum ſer Alex. de iuris de S. Miniate pro pręcio florenor. 60. expendendorum per d. Iulium in bonis immobilibus quę ſint obligata dict. ſer Alex. pro generali euictione dictorum bonorum priuſquam alicui creditori dicti Iuliani cum clauſulis
1 in ſimilib. apponi ſolitis. His ita † ſtantibus 1. quęritur an ex d. declaratione, & confeſſione facta per Iulium die 27. Decēb. 1520, conſtet dotē
2 uere datam eſſe † ſecūdo quæritur an res emptę ex dictis pecunijs dotalibus efficiantur mulieris & dotales, ita ut uendicari poſſint a muliere, uel eius hæredibus, uel ſaltem, mulier, uel eius hæredes habeāt priuilegium prælationis in tacita hypoteca rerū emptarum ex pecunia dotali.

Prædicta igitur facti ſerie præſuppoſita pro declaratione primæ dubitationis animaduertēdum puto regulariter confeſſionem dotis receptæ, conſtante matrimonio factam ſecundū magis communem op. præſumi ſimulatam & factā in fraudem neque probare dotem datam fuiſſe Cyn. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. col. fi. numer. 14. verſi. ſed pone quod teſtator Bal. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. Angel. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Panormit. in c. & ſi neceſſe de donat. inter uir. & vxorem Soc. in l. 1. nu. 101. ver. quinta concluſio. & verſi. ex quib. & alijs. ff. ſol. matr. Dec. conſi. 202. num. 2. parte 1. Iaſ. conſil. 32. In tertio vol. & Grat. conſi. 55. num. 42. lib. 1. Ruy. conſi. 49. num. 9. uerſic. ſed iſtis etiam volum. 2. & conſi. 137. num. 3. uolum. 4. & conſi. 56. num. 4. & 5. uolum. 5. Pariſi. conſi. 62. nu. 9. uolum. 1.

Sed reſpōdetur primo quod cōcluſio quę ha-
3 bet † huiuſmodi confeſſionem non probare dotem eſſe datam procedit quando mulier ipſa promiſit dotem, & propter præcedentem mulieris promiſſionem vir cōfeſſus deinde fuit dotem a muliere recepiſſe tunc enim præſumitur cōfeſſio ſimulata, vt modo pręallegati doctores loquuntur. Verū quando pater mulieris vel frater dotem uiro promiſit vel conſignauit, & ipſe uir confitetur ſe a patre uel fratre mulieris dotē recepiſſe tunc ſanè prędicta concluſio limitatur quoniam tunc confeſſio dotem probat & non
4 dr̄ ſimulata † quia inter uirū & patrem, ſeu fratrē mulieris q̃ dotis debitores erāt ceſſat ſuſpō fraudis cum inter eos donatio non ſit prohibita, vt per Dec. conſi. 536. colum. 3. num. 9. ver. ad hoc etiam reſpondetur parte 4. & copioſius tradit Ruy. conſi. 183. nu. 4. & 5. volum. 1. Quare cum in caſu propoſito præceſſerit dotis promiſſio facta per patrem & fratrem dictæ Dom. Mariettę ut indicat dictum inſtrumētum factum die 28. Octobris 1520. & ex eo etiam conſtet, prędictū patrem, & fratrem mulieris ſoluiſſe Iul. uiro prædicto. f. 35 pro parte dotis, conſequens eſt, vt ſtante prædicta promiſſione & ſolutione facta ante confeſſionem mariti, optimè ex eadem cōfeſſione probetur, dotem Iul. datam fuiſſe.

Secundo reſpondetur, doctores qui dicunt præſumi donationem ex confeſſione mariti qui fateatur ſe recepiſſe dotem non loqui in eo caſu in quo ultra confeſſionem concurrunt etiā alia inditia ſeu aliæ coniecturæ ex quibus ueritas confeſſionis coadiuuetur, veluti quando maritus uxorem retinuit pęnes ſe, & ei tāquam dotatæ exhibuit alimenta. arg. l. cum ultra. C. de non nume. pec. & Bal. in l. 1. C. de priuil. dot. colum. 3. ver. vnde quæritur, pone Soc. ſen. conſil. 122. colum. 4. num. 7. verſic. tertio etiam volum. 3. vbi dicit hanc opin. eſſe communem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando. Et Dec. cōſi. 536. uolum. 4. nu. 10. verſi. & ad hoc etiam facit parte 4. & Goza. conſi. 42. colum. 3. num. 13. vbi atteſtatur hanc opinio. eſſe communem & Crauetta conſil. 40. colum. 2. nume. 4. uolum. 1.

Et

Et comprobatur hoc per Saly. in l.ſi mater uer,
& ultra.C.de contrah.empt. ubi dicit quid ſi uir
5 † emit fundum pro uxore & fatetur ſe ſoluere
ex pecunia uxoris præſumitur donare niſi appa
reat ex alia uerisimili præſumptione uxorem nõ
potuiſſe habere pecuniam aliunde.Et Soc.con-
ſi.65.num.7.colum.4.uolum. 1. Et Dec. conſil.
6 202.num.6.ubi dicit † confeſſionem mariti fa-
ctam in fauorem uxoris licet ſuſpecta uideatur
ex coniecturis iuſtificari, ut tenet etiam Gratus
in conſi.55.num.38.& num.45. uolum. 1. Qua-
mob rem cum in caſu noſtro dictus Iulianus lõ-
go tempore & ſemper dum uixit d. Mariettam
uxorẽ ſuã pęnes ſe retinuerit eiq; aſſiduè alimẽ
ta præſtiterit certa ſumi poteſt inde coniectura
per quam ſubſtineatur confeſſio facta per d.Iu-
lianum eius maritum. Adſunt & aliæ coniectu-
ræ quæ pręedictam confeſſionem adiuuant. Nã
in libro Viualdi, legitur eum pro Andrea patre
& Alexandro fratre dict. Dom. Mariettæ ſoluiſ-
ſe die 24. Maij 1524. dicto Iuliano ſcutatos 42.
nomine dotis eiuſdem dominæ Mariettæ.& cer
7 tum eſt † librum rationis pro tertio contra tertiũ
facere ſemiplenam probationem Iaſ. in l.admo-
nendi num.108.verſi.tertio caſu princ.ff.de iur.
iurando. Rurſus,idem Alex.frater dominę Ma-
riettæ qui deceſſit annis circiter ab hinc 20, in
quoddam ſuo libro ſcriptũ reliquit anno 1537.
numeratos fuiſſe uſque ab anno 1517. dicto Iu-
liano Cremonẽſi ſcutatos 76. nomine dotis D.
Mariettę;quæ ſanè ſcriptura & ipſa quoque cõ-
probat cõfeſſionẽ ſupradictam idem quandoq;
ſecundum doct,communiter libri rationum eo
rum qui mortui ſunt ſemiplenam faciunt proba
tionem. Bart.Paul.Caſtren.in l. admonendi. ff.
de iure iur.Alex.conſi.62.num.1.volum.5.& l.ra
tiones.C.de probat.

Et ex his concludo,quòd ex pręedicta uiri cõ-
feſſione his additis cõiecturis probatur dotem
eidem datam fuiſſe, & per conſequens apparet
reſponſio ad primam dubitationem.

8 Quod uerò † attinet ad ſecundam dubitatio-
nem,certum eſt,res emptas, ex dotali pecunia,
ementis fieri non autem fieri dotales ſeu mulię
ris.l.ſi ea pecunia. C. de rei uendicatio. l. ex pe-
cunia. C. de iure dotium. vbi Petr. de Bel-
lapertica, Odoffred. Ioann. Fab. Barto. Albe-
ric. Salycet. & Angel. Id quod tenet etiam
Cyn. Bartol. Salycet. Paul. Caſtrenſ. in l. ſi ut
proponis.C.de rei uendicat.& Socin. in conſil.
224.nu.1,volum.2.Corn.conſi.41. uol.3. in hac
conſultatione Bal.nouell. in tract de dote parte
2.§.nunc reſtat num.5.uerſic. pone enim quod
maritus,& Petrus de Rauen.ſing.601.quamquã
ſecuto conſenſu dotales efficiantur Campegg.
tract.de dot.& priuileg.nu.5. uerſic.15.fol.121.
Ideoque cum prædictæ res emptæ ex pecunia
dotali non efficiantur mulieris,ſoluto matrimo
nio,mulier non poterit petere res ex dicta pecu
nia emptas ſed petet quantitatẽ & pecuniã quæ
data fuit in dotẽ, ſicut firmat Odoffred. Angel.
Salyc.d.l.ex pecunia C.de iure dot. & Angel.&
Saly.& Paul.Caſtrẽſ.d.l.ſi ut proponis C.de rei
uend.& Bal.in conſ.226.incipiente iſta confeſ-
ſio uolumine 4.

Verum licet pręedicta regulariter uera ſint ni-
9 hilominus limitatur † non habere locum quan-
do maritus non eſt ſoluendo,quoniam eo caſu,
mulier non ſolum petere poteſt pecuniam datã
in dotem ut dixi ſed etiam in ſubſidium poterit
uẽdicare res emptas ex d.pecunia dotali.Quod
autem in ſubſidium res emptas eo caſu mulier
uendicare poſſit tenet Cynus Bart.Angel. Saly.
d.l.ſi ut proponis C.de rei uend.& Petr. de Bel-
la pertica Bart.Alberic.Saly.Angel.d.l. ſi ut pro
ponis C.de rei uendic. & Bal. in l. in rebus in 5.
not.C.de iure dotium, & in d. conſ. 226. incip.
iſta confeſſio volumine 4. & Bapt. de S. Blaſ. in
tracta.de priuileg.dot.in 2. Centuria num.6. Et
quamuis Soci.d.conſ.224.num.1. uolumine 2.
dicat quod cum dictæ res ſint hypothecatæ ui-
ro,non uidetur poſſe dari caſus in quo in ſubſi-
dium competere debeat utilis rei uendicatio,
& ſtante hypothecaria non uideatur eſſe locus
actioni ſubſidiariæ tamen quando aliæ faculta-
tes uiri non ſufficiunt illis debitis quibus mari
tus eſt obligatus alijs creditoribus,tunc maritus
dicitur non eſſe ſoluendo,& per conſequens in
ſubſidium datur mulieri rei uendicatio pro re-
bus emptis ex dicta pecunia, ſtante etiam actio
ne hypothecaria ſed ſi aliæ facultates ſufficiunt
non poteſt agi ad rem æſtimatam datam in do-
tem, niſi per hypothecariam. Atque hanc op.
videlicet mulierem in ſubſidium uendicare quã
do uir ſoluendo non eſt tenet Cyn. d.l.ſi ut pro
ponis, & Bald. dicta. l. in reb.C. de iure dot. &
late explicat firmeque tenet Anton. Neguſan.
Fan. in tractat.de pignor.et hypoth.part.quarta
in primo membro nume. 39. & nume. 40. quo
in loco improbat ac reprehendit ea in re pręal-
legatum conſilium Socini 224.volumine 2.

Quamobrẽ ſequitur ex prædictis ut ipſa mu-
lier vel eius hæredes petere poſſit pecuniã da-
tã in dote, Vel ſi præſupponatur ut mihi propo
nitur uirum non habuiſſe tot bona quæ ſuffice
rent alijs creditoribus,tũc certe mulier uel eius
hæredes in ſubſidium uendicare poterunt res
emptas ex dicta pecunia dotali ſecundum pręedi
cta, ſi uero illius facultates alijs creditoribus ſa-
tis erant eo caſu mulier ad dictas res emptas
10 agere poterit hypothecaria. Quæ † ſane actio
oritur ex hypotheca quam habet creditor in re
quæ ſibi iure pignoris uel hypothecæ obligata ẽ
ut per doct. in §. item ſeruiana inſti. de action.

11 Neque uero † ignotum eſt, mulierem in bo-
nis mariti habere tacitam hypothecam inductã
ex legis diſpoſitione quamuis mulier ſibi nõ ca-
uerit, Iaſ. d.§.item ſeruiana nu.71. col.11. inſtit.
de action.l.un.§.& ut plenius C.de rei uxor.act.
l.aſſiduis.C.qui potior.in pign. hab.l.ubi ad huc
l.in reb. C.de iure dot. §.fuerat inſtit.de action.
c.ex literis de pignor.Bart.in l.1.ff.ſolu.matrimo
nio Bal.nouell.in tract.de dote parte 6.in 7. pri-
uil.& Campegius in tract.de dote quęſtione 80.

Tom·

Tom. Gramat. deciſ. 103. num. 16. & num. 17.

12 In hac autem † hypothecaria actione mulier non ſolum præfertur creditoribus poſterioribus ut habetur in d. l. ubi adhuc. C. de iure dot. qua cautum eſt mulieres in hypothecaria creditoribus poſterioribus anteferri, ſed etiã habet mulier in hypothecaria priuilegiũ prelationis, quo tacita hyphotheca mulieris præfertur creditoribus habentibus tacitam hypothecam anteriorẽ licet tacita hypotheca mulieris regulariter, non præferatur creditoribus habentibus expreſſam anteriorem ſecundum op. communem doctorum in l. 1. ff. ſol. matrimonio & in d. l. aſſiduis. C. qui pot. in pignor. hab. ut per Bart. & Bulgarin. num. 34. & Bal. de Bartol. numer. 190. d. l. 1. ff. ſol. matrimonio, & doct. in c. ex literis de pignor. quin immo ſecundum op. Vltramontanorum mulier in tacita hypotheca præfertur creditoribus habentibus expreſſam anteriorem, d. l. 1. & d. l. aſſiduis, & quamuis me non lateat hanc opinionem Vltramontanorum eſſe contra cõmunem opinionem antiquorum citramontanorum tamen, non deſunt qui aſſerant hanc op. citramontanorum & ipſam quoque hodie communem eſſe, qua in re non inſiſto ſed me refero ad ea quæ dicunt doct. in d. l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab.

13 Hoc autem † priuilegium tacitæ hypothecę quod habet mulier, competit actioni de dote, ſec. Bart. in l. 1. & in l. poſt dotem. ff. ſol. matrimonio & in d. l. aſſiduis in 2. not. & Bal. in tract. de dote parte 12. in 2. priuileg. numer. 6. & 7. & eſt communis opinio, ut atteſtatur Pontanus nume. 26. d. l. 1. ff. ſol mat. & Parpalia ibidem num. 3. & Antonius Neguſant. fan. in tract. de pigno. in 4. membro ſecundæ partis nu. 29.

Quo fit ut tale priuilegium tranſeat ad quem cunque tranſit actio de dote, §. fuerat inſtit. de action. & l. un. §. & ut plenius C. de rei vxor. act.

14 Præterea † priuilegiũ prelationis quo mulier præfertur in hypotheca licet ad ſucceſſores extraneos non tranſeat ſecundum communẽ op. ut per Rip. nu. 33. d. l. 1. ff. ſol. matrimonio tamẽ tale priuilegium trãſit ad filios l. aſſiduis §. exceptis C. qui potiores in pig. hab. & Glo. in §. fuerat inſti. de action. ubi Iaſ. num. 94.

Quapropter Carolus filius d. Dominæ Mariettę admittetur ad hæc omnia priuilegia, quãdoquidem manifeſti iuris eſt, filios matri ſuę defunctæ in dote ſuccedere ſoluto matrimonio gloſ. in l. 1. C. de priuileg. dot. Bart. in l. ſi mora uerſic. quod tamen intelligo uerũ, & ibi Alex. in fi. ff. ſolu. matrimonio & Corneus conſ. 66. nume. 6. uolumine 4.

Ex quibus explicata uidetur ſecunda dubitatio ſupra propoſita, & firmari de iure poſſe d. Carolum filium dominæ Mariettæ obtinere in hac cauſa debere præſertim cum non proponatur eos qui emerunt domum a prædicto Iulio eius patre non ſoluiſſe præcium conuentum in prædicta uenditione, ut facile poterit demonſtrari.

Et ita eſſe iuris arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Cioſius Iuriſconſ. Flor. in Piſano Gymnaſio ordin. lect. iuris ciuilis Veſpertinus profeſſor. Idcirco huius rei fid. faciendæ gratia ſubſcripſi & ſubſignaui ad laudem Dei.

SVMMARIVM.

1. *Sententia contra ſtatuta non eſt ferenda.*
2. *Rei vendicatione ſi quis agat, an neceſſario oporteat, quòd præcedat contractus precarij, ex quo oritur perſonalis actio.*
3. *Actiones plures habere omnium intereſt.*
4. *Rei vendicatio competit non ſolum pro commodato verumetiam pro precario.*
5. *Agens rei vend. pro re non manſura in loco vbi agitur, an repelli poſſit.*
6. *Reſpondere quis tenetur in loco, vbi diu permanet res, ratione cuius agitur. ſecus in rebus non dici ibi manſuris.*
7. *Priuilegiatus litigans cum alio priuilegiato, contra eum vti non poteſt ſuo priuilegio.*

CONSILIVM XXXIII.

In Dei nomine.

DOMINVS Vincentius qui libros in oppido Sancti Remi commodati vel precarij titulo accepiſſe dicitur a Domino Alexandro qui egit rei uẽdicatione ſententiæ contra ſe latæ opponens dicit eã fuiſſe latã cõtra ſtatuta vniuerſitatis in rub. de iuriſd. rect. cap. 12. lib. 1. & Rub. de priuileg. cap. 65.
1 lib. 3. † ubi dicitur nullus ex iam dictis poſſit perſonaliter aut in rebus moleſtari pro debito alibi quàm Piſis aut in agro Piſano contracto etiam ſi tempore contractus talis debitor renuntiauerit ſtatuto. Quo ſic ſtante quæritur an ſententia in propoſita ſpecie ſit lata contra ſtatuta. Ego quoniam ambo mei auditores ſunt inuitus quidem, ſed tamen ne cauſę deſim quam puto potiorem reſpondeo ſententiam non fuiſſe latam contra ſtatuta uniuerſitatis; quia ſtatutũ quo cauetur ne quis moleſtetur pro debito prohibet aliquem (vt ſignificant illa uerba, pro debito alibi contracto experiri actione perſonali quæ prȩſupponit perſonam obligatam & litigantium perſonis infigitur. §. omniũ ubi Iaſ. inſt. de act. non autem prohibet ſtatutum aliquẽ agere actione reali per quã petamus rem noſtram. l. in rem. ff. de rei uendic. quę res noſtra nobis propriè nõ debetur. l. quintus §. argento & l. ſcribit. ff. de aur. & arg. leg. quo fit ut dicta ſententia lata in fauorem domini Alexandri qui actione reali rem ſuam ſibi reſtitui intendit ut ex ius libello colligitur non dicatur lata contra ſtatuta.

2 Quo ſic † ſtabilito non ob. ſi quis obijciat, quamquam agitur rei uendicatione tamen prȩceſſerit

oportet

oportet contractus præambulus præcarij uel cō-
modati. Reſpondetur enim, licet præceſſerit con
tractus prçcarij ex quo oritur perſonalis actio ex
interdicto. l. interdictum, ff. de præcar. Roffred.
de libell. rub. dç interd. de præcario, nume. 6. non
propterea tamen neceſſario infertur intentari o-
portuiſſet actionem perſonalem ex eo interdicto
3 †ſed qm̄ noſtra intereſt plures actiones hēre. l. cū
filius. §. varijs. ff. de legat. 2. & c. ſolicitudinem. pri-
mo, de appellationibus. potuit dominus Alexan.
ex plurib; actionib. ſibi competentib. omittere
4 perſonalem. & intentare. † ſicuti fecit realem rei
uendicationem, quç competit etiam non ſolum
pro commodato l. ſi culpa. ff. de rei uendic. & l. of
ficium. ubi Bart. num. 2. ff. eo. ſed competit etiam
pro præcar. l. pomponius. §. ſi is. qui præcario. ubi
Bart. & Alexander. ff. de acquir. poſſ.
5 Nec †ob. etiam ſiquis opponat agentē rei uē-
dicatione pro re non manſura in loco ubi agi-
tur, repelli poſſe. l. ultima. ubi doct. C. ubi in rem
actio. exct. deb. Panorm. c. ultimo nu. 43. de foro
compet.
Quoniā reſpondetur, libros allatos Piſas ſtu-
diorum gratia connumerari inter res manſuras
Piſis toto tempore ſtudiorum; huic in ſimili. ſu-
pellectilia coloni conducentis in çdes conductas
illata cenſentur manſura ibidem toto tēpore ha-
bitationis; quo argumento utuntur doct. in d. l.
ult. C. ubi in rem actio. & fuse explicat ibi Io. Si-
6 chard. num. 3. idcirco †ratione rei in aliquo loco
ſitæ, ut ibi dici permaneat, quis tenetur reſpon-
dere in loco in quo res ſita eſt: quamuis ſecus eſ-
ſet in rebus non diu ibi manſuris ut tenet Petrus
Bellapert. Cyn. & Bart. poſt Azonem d. l. ult. ubi
Ioan. Sichard. d. num. 3.
7 Præſertim †cū priuilegiatus litigat cū alio priui
legiato cōtra quē uti non poteſt ſuo priuilegio l.
aſſiduis. C. qui potiores in pigno. hab. & l. lucrum
ff. de minor. & ita iuris eſſe puto ſaniore ſentētia
ſemper ſalua, ad Dei gloriam & laudem.

Excellentiç veſtrç mirificè deditus,

Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus locationis extingitur ipſo iure morte prælati locatoris, qui ultra uitam ſuam non potuit obligare ſucceſſorem.*
2 *Proteſtatio neceſſario facienda eſt congruo tempore, & inhibitoria debet fieri ante actum celebratum.*
3 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
4 *Relatio eſt facienda ad proxima.*
5 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
6 *Res ſubſtituta in locum alterius neceſſario præſupponit extinctionem, & per emptionem prima res, in cuius locum res ſubſtituta eſt.*
7 *Prælatus in beneficio non ſuccedit in tit. ſiue locum primi Prælati, ſed ex nouo titulo ſiue ex nouo iure.*
8 *Dictio, ea, eſt repetitiua ſupradictorum.*
9 *Quod dicitur ſecundum quid tale, non dicitur abſolute tale.*
10 *Diſpoſitionis ratio quando eſt finalis & indubitata, quamuis non fuerit expreſſa, nihilominus ab ea licet argumentari.*
11 *Ratio ubi eſt eadem, ibi idem ius ſtatui debet.*
12 *Factum ſi eſt aliquid contra bonam fidem, & non arbitrio boni uiri in locatione, damnum reſeruari debet.*
13 *Locatio eſt contractus bonæ fidei.*

C O N S I L I V M XXXIIII.

In Dei nomine.

NOS Antonius Cioſius Iuriſc. & ciuis Flor. ordinarium ius ciuile publice in almo Piſano Gymnaſio in 1. loco, ueſpere docens, electus tertius cocorditer in euentum quo alij duo arbitri concordes non eſſent, a multum Reue. D. Franc. Cerotio Vicario Piſ. digniſſimo, procuratorio nomine Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. moderni Archiep. ex parte una, & a D. Raynerio olim Franciſci del torto ciue Piſano, ex alia; occaſione litis & differentiæ uertentis inter eaſdem partes ut latius cōſtat ex compromiſſo rogato a ſer Alex. Monticello die 23. Aprilis. 1575. Viſo dicto compromiſſo, & eius prorogatione, & uiſis proteſtationibus factis ex parte dict. Archiepiſcopi, & reſponſionib. d. Raynerij, & inſtrumēto locationis factæ d. Raynerio per procuratores Illuſtriſſimi ac Reuer. D. Cardinalis Politiani olim Archiep. Piſ. Viſis deinde laudis Reuer. D. Donati Malegonnellç cācel. Piſ. & Mag. D. Camilli Capitanei I. V. doctoris arbitrorum; qui inter ſe penitus diſſentiebāt, uiſiſque omnibus ſcripturis nobis oblatis, & audita ſçpius uoce ſupradicta cauſa, tum procuratoris dicti Illuſtriſſimi & Reueren. Archiep. tum etiam dicti D. Raynerij, & conſideratis cōſiderādis, pro tribunali ſedentes in infraſcriptio loco, quē pro idoneo deputauimus; tale in dicta cauſa, & inter partes prædictas laudum damus, uidelicet quia repetito diuino nomine, laudamus, decernimus & declaramus, locationem factam per Illuſtriſſimum ac Reuer. D. Cardinalem Politiannm olim Piſ. Archiep. ſeu eius procuratores, Domino Raynerio del torto ciui Piſano extinctam ac reſolutā fuiſſe & eſſe, & propterea dictum Raynerium del Torto finito præſenti anno de quo in proteſtatione in actis exhibita, cogi, & compelli debere ad relinquenda & dimittenda bona de quib. agitur; nec potuiſſe dictum Raynerium ſeminare, uel ſeminari facere in pluribus terris ſtipularum plenis, & ut vulgo dicitur in piu ſeccie, quam ſeminauiſſent, ſeu ſeminari feciſſet Saluiati ultimi conductores dictarum terrarum. Pro quò eo pluri quod ſeminatum uel ſeminari factū ab eo fuiſſet, contra bonam fidem & naturam loci & uſum ultimorum conductorum teneri, & obligatum eſſe eundem Raynerium del Torto Illuſtriſimo

ac Re-

ac Reuerendiſsimo Moderno Arch. Piſano ad
damnum reſarciendum atque ſoluendū quod
ipſe Illuſtriſimus ac Reuer. D. Archiep. paſſus eſ
ſet propter dictam ſementem & ſationem quæ
contra bonā fidem ut ſupra facta fuiſſet. ambas
partes ex rationib. & cauſis quę animum noſtrū
mouerunt & mouere debuerunt ab expenſis
hucuſquè in hac controuerſia factis abſoluen-
tes & ita dicimus laudamus & pronunciamus
omni meliori modo.

1 In hanc † autem ſententiam potiſſimū iuimus
quia contractus locationis extinguitur ipſo iu-
re, morte prælati locatoris qui vltra uitam ſuam
non potuit obligare ſucceſſorem deciſ. Rotę pri
ma num. 2. de loca. & condu. in nouis Ancharā.
conſ. 116. incip. ſecundum ordinem dubiorum.
nu. 2. & 3. vbi dicit locationem a prælato factam
de rebus eccleſiæ reſolui extincto iure prælati,
quod morte finitur, neque durare locationem
annis ſequētib. cum ius illud peremptum ſit. At
qui ante finitum tempus locationis deceſſit Illu
ſtriſſimus Reuerēdiſſimus D. Cardinalis Politia
nus olim Piſanus Archiepiſcopus. Igitur Illuſtriſ
ſimus ac Reuerēdiſſimus D. Modernus Archie-
piſcopus Piſanus nō tenetur ſtare dictæ locatio
ni, cuius ſubſtantia & eſſentia per mortem ante-
ceſſoris ipſo iure extincta eſt. Quinetiam non ſo
lum dicta locatio eſt ipſo iure nulla, ſed etiā eius
executio & effectus euaneſcit & impeditur ſta-
tim poſt proteſtationē quam fecit procurator
d. D. Archiepiſcopi Piſ. die 17 Nouēbris in qua
proteſtatione declarauit uoluntatē dicti Archie
piſcopi dicens eum eſſe contentum vt d. Rayne-
rius perſeueret in ea locatione pro hoc tantum
anno pręſenti quo finito teneatur dicta bona re
laxare. Igit̄ a die proteſtationis ceſsat effectus &
facultas d. primę locationis & remāſit Raynerio
poteſtas retinēdi bona, ſolūmodo d. anno præ-
ſenti quo finito tenetur ea dimittere. Verum
ante proteſtationem quamuis locationis ſub-
ſtantia ipſo iure extincta eſſet, tamē effectus, pro
pter hoc adhuc non euanuerat, & iuſtè geſta
2 ab eo tenebāt quia † proteſtatio fieri debet con
gruo tempore Bart. l. non ſolum. §. morte. ff. de
op. no. nunt. Ruynus conſi. 32. nu. 6. & 7. part. 5.
fierique debet proteſtatio inhibitoria ante actū
celebratum, nec tollit proteſtatio actum præce-
dētē perfectū legitimè factū Pari. cōſ. 5. nu. 196.
& nu. 197. vol. 4. Rim. l. ſi maior nu. 1. C. de tranſ.
Ideo autē dixi non licuiſſe Raynerio ſeminari
facere in plurib. ſtipulis ſeu in pluribus ſtipula-
rum terris quàm ſeminauiſſent Saluiati, quia in
contractu locationis factæ inter procuratores
Cardinalis Politiani & dictum Rayneriū, nomi-
natim habetur, d. conductorē non poſſe facere
ſeminari in ſtipulis in Plaga vel Vadę vel Leccia
liæ vltimo anno; ſed poſſe quidem ſeminare illā
quātitatem ſingulis quibuſque locis reſpectiuè
quæ ipſe inuenerit ſeminata à Saluiatis moder
nis conductoribus præſenti tempore quæ ſanè
verba ſignificant conductorē non poſſe vltimo
anno ſeminare in omnibus ſtipulis ſed tantum
eam quantitatem ſtipularum quam ſeminaſſent
Saluiati. & cōſequenter non plures ſtipulas. Nā
3 què illa † dictio (in ſtipulis) cū ſit indefinita æqui
pollet vniuerſali Bart. in l. ſi plurib. ff. de lega. 2.
& in l. ſi plures ff. de legat. 3. & illa dictio eam
4 quantitatem refertur ad uerbum ſtipulas, † cū
relatio debeat fieri ad proxima. l. ſi idem cum
eodem §. fi. vbi gloſſ. ff. de iuriſd. omni. iudicum
in uerbo eorum & idem Bart. in l. ſanctio legum
num. 7. ff. de pen. Ruyn. conſ. 66. num. 28. vol. 3.
Atqui annus conceſſus dicto Rayn. del Torto
per Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum D. Mo-
dernum Archiep. Piſ. cēſeri debet vltimus prio
ris conductionis quia propter declarationem
factam à d. Domino Archiep. nullus alius annus
ſequitur in quo Raynerij locatio perpetuetur,
ergo dicetur vltimus, quia ultimus ſeu ſupre-
mus dicitur quem nemo ſequitur. l. proximus.
in vltimo reſponſio ff. de uerb. ſignific. & l. qui
duos. §. 1. ff. de reb. dub. Vnde ſequitur ut Rayn.
ſeminare non liceat plures ſtipulas quàm vlti-
mo anno ſeminare licuerit Saluiatis modernis
conductoribus alioquin pactum dictæ locatio-
nis ſibi ipſi aduerſaretur niſi ita intelligeretur
quod non eſt dicendum arg. l. t. C. de furt.

Nec ob. ſiquis obijciat annū conceſſum Ray
nerio non eſſe ultimū ſed primum quaſi dictus
annus præſens Rayn. conceſſus ſubſtituatur,
& ſubrogetur in locū primi & ſecūdi anni prio-
5 ris conductionis & ſubrogatus † tactus ſapiat na
turam eius in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum
§. qui iniuriarum ff. ſiquis caution. c. eccleſia ut
lite penden. Roma. l. ſi uero. §. de uiro num. 92.
in repet. ff. ſoluto matrimonio. Atqui in 1. & 2.
anno licebat Rayn. ſeminare ad libitū quæ uo-
luiſſet ut patet ex conuentione primæ locatio-
nis ergo &c.

Quoniā reſpondetur annū cōceſſum Rayn.
6 non cenſeri primum quia † res ſubſtituta in locū
alterius, neceſſario præſupponit extinctionem
& per emptionem primæ rei in cuius locum res
ſubſtituta & ſubrogata ſuccedit l. 3. §. fin. ff. de li
ber. & poſth. l. actione §. publicatione. ff. pro ſoc.
Pert. Bellapertic. in l. fruſtra C. de non num. pe-
cun. Quamobrem cum annus Rayn. conceſſus
dici primus non poſſit niſi propter ſubrogatio-
nem, ipſa autem ſubſtit. præſupponat extinctio
nem primę rei in cuius locum ſit ſubſtitutio, cō-
ſequens eſt ut primus ipſe annus dicatur extin-
ctus. Quin etiam iura libere colendi quę condu
ctori primo & 2. anno competebāt omnia pror
ſus in eo præſenti anno extincta ſunt propter
expreſſam declarationem factam in dicta pro-
7 teſtatione. Et ſicut † pręlatus in beneficio non
ſuccedit in titulum ſiue locum primi pręlati ſed
ex nouo tit. ſiue ex nouo iure c. 2. de conceſſ.
præb. & d. Rotæ Deciſ. 1. de locato & conduc.
ad finem in nou. ita etiam conceſſio annalis fa-
cta Rayn. cenſeri debet emanaſſe non ex ueteri
locatione ſed ex ultima noua permiſſione in
qua tamē cōductor procedere dēt arbitrio bo-
ni uiri ex bono & æquo. l. 2. in fi. ff. de action. &
obligat.

obligat in cuius manu non eſt ius alteri queſitũ
tollere argumento l.uenditor §.ſi conſtat.ff. cõ
mun.prę.d.Crauetta conſ.5.num.5.et conſ.7.nu
me.10.cum ſimil.quæ poſſent adduci.

Nec ob.etiam ſiquis dixerit Rayn.non in no
ua ſed in prima ueteri adhuc locatione uerſari
ad quam ſe referre uidetur declaratio dict.D.
Archiep.ut indicare uidẽtur illa uerba proteſta
tionis perſeuerare &c.quæ ſignificant eiuſdem
rei continuationem arg.l.diffamari.C. de ingẽ.
manumiſ.& c.diuortium de poenit.1. diſtinct.&
demonſtrant etiam illa uerba in ea &c. quæ di-
8 ctio †ea, eſt repetitiua ſupradictorũ Ruyn. cõſ.
101.num.9.parte 2.Pariſi.conſ.103.num.14.par
te 1.Quoniam reſpondetur annum conceſſum
Rayn.emanaſſe non ex ueteri ſed ex noua per-
miſſione moderni Archiep. qui in ſua declara-
tione non ſe refert ad primam locationem ſpe-
cialiter neque ei abſolute uel indiſtincte acquie
ſcit ſed limitate & reſtrinctim in d. pręſenti an-
no eam ſolummodo ratã habet. neque eam in
uniuerſum approbat. imo aperte declarat eam
eſſe nullam & uocat illam non ſimpliciter loca-
tionem ſed locationem aſſertam ſcilicet ab ad-
uerſario non à ſe arg.c.1.de reſtitut. ſpoliat. lib.
6.& cap. ſi propter de priuileg. eodem lib. 6.&
9 † quod dicitur ſecundum quid tale non dici-
tur abſolute tale l.hoc legatum.ff.de lega.3. De
ci.l.uelle non creditur nume.3.ff. de reg.iur. Et
quamuis dicat perſeueret tamen non ſe refert
ſpecifice ad locationem,ſed in genere arg. gloſ.
in uerbo eandem l.ſiue pro fratre C. de negoc.
geſt.dum dicit mulier damnauit quæ ſaluauit,
ubi dicitur facta relatio ſimpliciter,& in genere
non autem ſpecialiter.

Dixi præterea pro eo pluri quod ſeminatum
a dicto Rayn.fuiſſet contra bonam fidem & na-
turam loci & uſum vltimorũ conductorũ Ray-
nerium teneri Archiep. ad damnum reſarcien-
10 dum quod Archiep.paſſus fuiſſet quia † quando
diſpoſitionis ratio eſt finalis & indubitata tunc
quamuis non fuerit expreſſa nihilominus ab ea
licet argumentari, gloſſ. & doct. in l. quãuis C.
de fideicom. Roman. conſ. 411. incip. quatuor
ſunt per totum Decius conſ.227.& conſ.270.&
conſ.372.col. 3. Atqui ratio quare cõductores
in ultimo anno prohibentur omnes ſtipularum
terras ſeminare nulla alia poteſt probabilior aſ
ſignari niſi quia uoluerunt cõtrahentes ut poſt
ultimum annum quo tempore bona redderẽt
ad dominum locatorem terrę nõ ita macreſcãt
laſſentur ac deſugentur, ut poſtea propter aſſi-
duam defatigationem adeo ſteriles fiant ut no-
uus deinde conductor nihil aut parum ſequen-
ti anno ex illis colligere poſſit quapropter cum
ſupradicta ratio locum etiam ſibi uẽdicet in prę
ſenti iſto anno cõceſſo D.Raynerio ſiue dictus
annus debeat uocari ultimus ſiue primus,quod
hac ratione firmata non multum refert: conſe
quens eſſe debet ut plures ſtipulæ ſeu terrę ſti-
pularum plenæ ſeminari nõ potuerint in d. præ
ſenti anno iuxta prædicta quandoquidem ubi
11 † eſt eadem ratio ibi idem ius ſtatui debeat. l. il
12 lud.ff.ad l.aqui.Ideoque † ubi contra bonã fidem
aliquid factum eſſet & non arbitrio boni uiri in
locatione prędicta damnum reſarciri deberet
13 † cum locatio ſit contractus bonæ fidei Cur.iun.
conſ.217.num.24.lib.3.& Auguſt. Bero. conſil.
193.1.uolumine.Atque ex his ſtabiliuntur prędi
cta. idcirco ita iuris eſſe arbitror & ita pronun-
cio atque declaro omni meliori modo ſaniore
ſententia ſemper ſalua ad laudem & gloriã præ
potentis Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Ratio eadem in effectu militat in inſtitutione parti cuları, qua militat in uniuerſali. ſcilicet conſeruanda agnationis, qua per maſculos non per fæminas conſeruatur.*

2 *Inſtitutus in re certa, ſeu hæres particularis, uel ſingularis habetur loco legatarij, quando alius reperitur uniuerſaliter inſtitutus.*

3 *Inſtitutus ſingulariter non eſt omnino hæres uniuerſalis, nec omnino legatarius, ſed tertia quadam ſpecies.*

4 *Agnationis ius non poteſt conſeruari, ſi in conſeruatione conſiſtit fauor defuncti.*

5 *Agnatio non poteſt conſeruari per hæredes particulares.*

6 *Hæres particularis non eſt iuris ſucceſſor, nec repræſentat defunctum.*

7 *Maſculinum regulariter in ultimis uoluntatibus concipit fœmininum, ſecundum interpretationem extenſiuam, non autem ſecundum proprietatem ſermonis.*

8 *A uerborum proprietate non eſt recedendum.*

9 *Nomini ſeu termino generis maſculini ſi adijcitur nomen adiectiuum diſtributiuum duarum uocum, quarum una eſt communis maſculo, & fœminæ, non habet locum concluſio quòd maſculinum concipiat fœmininum.*

10 *Omnis, dictio communis eſt maſculo & fœmina.*

11 *Dictio, quicunque, uel quilibet an comprahendat fœmininum genus.*

12 *Dictio, ſi quis, quid operetur, & an ſub ea comprahendatur fœmina.*

13 *A verborum proprietate quo caſu liceat recedere.*

14 *Verba quando in proprio ſignificato nihil poſſet operari, an debeant trahi ad improprium intellectũ.*

15 *Teſtamenti una pars aliam declarat num. 19.*

16 *Teſtamenti ſi in aliqua parte aliquid exprimitur, quod deinde in alijs partibus non ſit expreſſum, an ſit dicendum diſponentes id exprimere noluiſſe.*

17 *Qualitas uni adiecta cenſetur alteri denegata.*

18 *Maſculorum expreſſio facta in una parte teſtamenti, an arguat mentionem filiorum factam ſimpliciter in alia parte non eſſe ad maſculos reſtringendam.*

20 *Teſtator non cenſetur habuiſſe rationem agnationis, cum omiſit expreſſionem maſculorum.*

21 Agnatio

21 Agnatio quomodo per fœminas poſſit conſeruari.
22 Teſtator cenſetur ſequi velle diſpoſitionem ſtatuti.
23 Coniecturis non eſt opus in claris.
24 Argumentum de cauſa inteſtati ad cauſam teſtati an valeat.
25 Maſculi ſunt melioris conditionis quàm fœminæ; & quo caſu fœminis ſit magis ſubueniendum, quam viris.

CONSILIVM XXXV.

Diuino nomine implorato.

ARBITRI electi per aſſertos procuratores D.Mariæ, & D.Ant. ex parte vna, & per Tommam Alliatam, ex alia, ſecuti conſilium doct. pronunciarunt, uerba teſtamenti Mariani Alliatæ quæ dicunt, & quando deficerent omnes filij legitimi, & naturales, &c. non comprehendere filias fœminas, & ſucceſſiue declararunt dictas filias, & hęredes dicti Franciſci teneri ad reſtitutionem dictorum bonorum exiſtentium in ciuitate, & comitatu Piſarum. Verum quia rationes quibus nitebatur prædictus Mag. doc. parum ualidę mihi uidentur, breuiter exponam inferius quę ſint ea, quæ me in contrariam ſententiam ducant. Etenim prima ratio qua conſiſtit opinio d. doc. eſt, quia in priori parte teſtamẽti ubi teſtátor inſtituit hæredes uniuerſales; ſubſtituẽdo poſtea filios, ſemper adiecit qualitatem maſculorũ eã-que ſæpius repetiuit quippe qui reſpexit ad cõſeruandam agnationem Alliatarum; ergo cum una pars teſtamenti aliam declaret; in inferiori quoque teſtamenti parte ubi poſita eſt inſtitutio particularis dum dicitur, & quando deficerent omnes filij &c. intelligi debet de maſculis
1 ut ſeruetur ius agnationis † quia effectu, eadem ratio militat in inſtitutione particulari quę militat in uniuerſali ratio ſcilicet conſeruandę agnationis quę per maſculos non per fœminas conſeruatur. Sed huic rationi reſpondeo quod etſi in uniuerſali inſtitutione, ideo ſępius habita cenſetur mentio maſculorum, quod ſeruari debeat ius agnationis l. 1. §. denuntiare. ff. de uentre inſpiciendo, & Bal. in l. ſi defunctus. nu. 4. C. de ſuis & legit. Oliuer. text. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. his igitur num. 6. & 7. & habetur in ſacra pagina Numer. cap. vltimo. Non propterea tamen ſequitur in ea quoq; teſtamenti parte ubi ſit particularis inſtitutio appellatione filiorum, comprehendi debere ſolummodo maſculos ut ſeruetur ius agnationis. Quia certum eſt quod in particulari inſtitutione non oportuerat, neque poterat ius agnationis ſeruari. Nanque inſtitu-
2 tus in re certa, ſeu hæres particularis, vel ſingularis habetur loco legatarij Ruy. conſ. 190. nu. 6. vol. 2. Cur. iun. conſ. 55. nu. 11. par. 1. quando alius reperitur vniuerſaliter inſtitutus. Barto. in l. quoties. C. de hæred. inſt. Fulgoſ. conſ. 69. nu. 1. uic. punctum. Et hæres particularis quò ad effectum iuris, eſt legatarius. Bertran. conſ. 83. nu. 6.
3 vol. 5. Quinimo † ſingulariter inſtitutus, non eſt omnino hæres uniuerſalis, nec omnino legatarius, ſed eſt tertia quædam ſpecies. Hæres ſingularis, ſeu particularis inſtitutus in re certa, cuiuſmodi ſanè inſtitutio participat de natura inſtitutionis uniuerſalis quo ad extrinſeca nimirũ quo ad ius accreſcendi, & quo ad excludendam querelã, atque ſimilia, ſed quo ad ipſas res, ſeu quantitatem, & bona in quibus quis inſtituitur hęres particularis participat de natura legati. Bar. in d. l. quoties. nu. 1. C. de hære. inſt. & quod ſit tertia ſpecies, tenet etiam Bald. in l. ex facto. 2. in 2. col. verſ. vlterius. n. 2. ff. de hær. inſt. & Iaſ. d. l. quoties n. 3. & 4. ubi dicit hanc doctr. eſſe com. approbatam quod atteſtatur etiam Corn. d. l. quoties. n. 9. & 10. in fi. At in caſu propoſito Franc. Tomas, & Ioã. vt in teſtõ Mariani dr̃ ſunt inſtituti hæredes particulares, de rebus exiſtentib. in ciuitate & comitatu Piſarum; igitur in dictis particularibus hæredibus qui ſanè quo ad quædam, vt dixi loco legatariorum ſunt, neque neceſſe erat,
4 neque etiam poterat † conſeruari ius agnationis, in qua agnationis conſeruatione conſiſtit fauor defunctj. Ruy. conſ. 22. nu. 6. uol. 3. Quod
5 autem agnatio † nõ potuerit conſeruari per hæredes particulares inde probatur, quod legata non relinquuntur propter conſeruationem iuris, & honoris agnationum, ſed relinquũtur ꝓp benemerita. l. nec adiecit. ff. pro ſoc. & ius agnationis quod conſiſtit in hęreditatib. ut per gl. 1. in §. ſed agnationis. inſt. de legitima agna. tutel. & inſt. de cap. dim. §. quod autem dictum. ubi gl. in uerbo, ſi manumiſſus, & in uerbo cognationis non congruit, neque conuenit dictis hæredibus
6 particularibus, qui non ſunt † proprie hæredes, neque ſunt iuris ſucceſſores, neque huiuſmodi in quos tranſeant iura hæreditaria, neque repręſentarit defunctum. §. legatarijs. inſt. de reſt. Bar. & Iaſ. in d. l. quoties. n. 3. ver. item in anis. & n. 4. ver. ult. nota. C. de hæred. inſt. l. quædam. §. nihil. intereſt. ff. de eden. Bertr. conſ. 129. n. 24. uolu. 8. ubi dicit inſtitutum in re certa non eſſe propriè hæredẽ, neque tranſire in eum iura hæreditaria neque iuris ſucceſſorem dici. Quod uero neceſſe non fuerit conſeruari ius agnationis per d. hæredes ſingulares probatur, quia cũ d. Marianus teſtator, antea in eodem teſtõ inſtituiſſet hæredes uniuerſales Gerardum, & Ludouicum iã ſatis ſuperq; conſuluerat conſeruationi agnationis. Et propterea non oportet illa uerba ſi defecerint oẽs filij, interpretari. i. filij maſculi, ut ſeruetur agnatio, ſed debemus intelligere filios nõ ſolum maſculos, ſed etiam fęminas ſicut in caſu propoſito ſignificat dictio, filij. Nã regulariter ĩ
7 in ultimis † uoluntatibus, maſculinum concipit fęmininum. l. qui duos. ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis. ff. eo. l. ſi ita ſcriptum. in princ. ff. de leg. 2. l. ſi quis ita. ff. de teſt. tut. & in Auth. de non eligen. §. 1. ibi duos filios, &c. Anch. in conſ. 120. in c. pro clariori Bar. in l. 1. ff. de verb. ſig. & in l. 1. ff. de pecul. Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. Rim. cõſ. 186

uol.3.Io.de Neuizan. conſ.12.nu.14. Deci. in l.
fœminæ.nu.109.& nu.103.& 104. ff.de reg.iur.
& in conſ.569.nu.7. quibus in locis Dec.atteſta
tur hanc eſſe communem opi. ut ſcilicet in ulti-
mis uoluntatibus maſculinum concipiat fœmi-
ninũ.Quo ſtante corruit tẽdum alio loco con-
cedebat maſculinum quidem comprehendere
fœmininum, ſed dicebat hoc eſſe uerum ſecun-
dum interpretationem extenſiuam non autem
ſecundum proprietatem ſermonis, ut per Bart.
in l.1.ff.de uerb.ſig.Ruy.conſ.42.nu.9.uolu.2.&
conſ.15.nu.9.uol.3.Iac.Alba conſ.19.nu.4.&pro
8 pterea † cum a uerborum proprietate non ſit
recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.appellatio-
ne filiorum in caſu noſtro non poſſe contineri
filias. Reſpondetur enim primo concluſionem
in qua dicitur maſculinum comprehendere fœ
mininum improprię non procedere & non ha-
9 bere locum,quando † nomini,ſeu termino gene
ris maſculini, adijcitur nomen adiectiuum diſtri
butiuum affirmatiuum uniuerſale duarum uo-
cum,quarum una eſt communis maſculo, & fœ
minæ,ut hic & hęc omnis,& hoc omne quod eſt
diſtributiuum.ut per Alc.in l.Lucius.n.41. ff. de
uulg.& pup.& Parerg.lib.12.c.1.& eſt duarũ uo-
cum,& commune ut docet Priſcian.ad primum
uer. lib.2.Aeneid.Tunc enim ſine dubio maſcu
linum concipit fœmininum ex propria ſignifi-
catione,& uere,& ex ui ſermonis, & non ex im-
proprietate,ſeu ex interpretatione. l.hoĩs.ff.de
uerb.ſig.ut in ſpecie tradit Bartolom.Cæpol. in
l.1.num.22.uer.in 1.caſu.& nu.26.uerſ.4.caſu.ff.
de uerb.ſig. ubi citat etiam Gram.& aſſignat ra-
tionem dicens,ideo tunc maſculinum concipe-
10 re fœmininum propriè,quia illa uox † omnis eſt
communis maſculo, & fœminæ ſicut eſt homo
& ſimilia. At in caſu noſtro adeſt dictio commu
nis maſculo,& fœminæ, uidelicet omnes, quia
Marianus in teſtamento dixit, & quando defice
rent omnes filij legitimi, & naturales dictorum
fratrum ſuccedant filij dicti Nicolai,ergo in ca-
ſu prædicto dum dixit (omnes filios) compreh̃e-
duntur etiã fœminæ ex proprietate,& ex ui ſer-
monis,quia illa uox (omnis) ita propriè cõuenit
fœminis ſicut maſculis,ſecus uerò ſi adeſſet ad-
iectiuum relatiuum trium uocum, ut eſt dictio,
11 † quicunque,uel adeſſet nomen partitiuum par
ticulare,ut quilibet tunc enim quia dictio, qui-
cunque, uel dictio, quilibet, maſculini generis
non æque proprie conuenit fœminis ſicut di-
ctio, quicunque, & dictio, quælibet, fœminini
generis dicendum eſſet ſub dicta uoce,quilibet
& quicunque fœminas non propriè contineri,
ſed per extenſionem Bar.Cæp.d.l.1.nu.26. uerſ.
4.caſu.ff.de uerb.ſig.atque ita procedit id quod
dixit Soc.iun.conſ.1.nu.97.uol.1.ubi refert no
men generis maſculini non ſignificare propriè
fœminas etiam ſi determinetur a nomine com
munis generis, utputa homo, & dicatur ſiquis
12 homo.illa enim dictio,ſiquis, † impedit quominus
nus propriè ad fœminas pertineant. Præterea
dum dicebatur maſculinum in caſu noſtro non

poſſe comprehendere fœmininum, quia cõpre
henderetur ex improprietate cum tamẽ in ma-
teria noſtra uerba propriè capi debeant. Reſpõ
13 detur ſecundo in caſu † propoſito licitũ eſſe re-
cedere a proprietate uerborum, quia licet regu
lariter uerba propriè capiantur. l.non aliter. ff.
de leg.3. tamen illa regula limitatur non proce
14 dere, quando verba in proprio ſignificatu nihil
poſſent operari,tunc enim trahuntur ad intelle
ctum improprium.Ange.in l.ſi cum antea.C.de
dona.ante nup.Bar.Soc.in reg.441.n.4.inc. uer
borum propriæ ſignificationi, & hæc ſolutio ꝓ-
cedit poſito,ut in caſu noſtro maſculinum con-
cipiat fęmininum ex improprietate, quod tamẽ
per ſupradicta negamus.At uerbum (omnes) po
ſitum in d. teſtõ ſi ad fęminas non referretur ni
hil fermè operaretur,ſed ſuperuacuè eſſet adie-
ctum,ergo non eſt mirum ſi tolleratur, ut in ca-
ſu noſtro maſculinum concipiat fęmininum ex
improprietate quandoquidem certum eſt uer-
ba illa intelligi debere,ut aliquid operentur. l.ſi
quando.ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priu.in 6.Rom.
conſ.485. nu.2.inc. in caſu propoſitæ conſulta-
tionis quo ad Alex.conſ.195.nu.2.lib.6.& Grat.
15 conſ.117.nu.5.lib.2. Non ob.ſt † quod particu
laris inſtitutio,ubi ſimpliciter hſ mentio filiorũ,
debeat intelligi ſecundũ inſtitutionem uniuer-
ſalem, ubi in alia parte teſtamenti loquitur de fi
lijs maſculis,quaſi una pars teſtamenti declaret
aliam.Bar.in l.qui filiab.ff.de leg.1.Quoniam re
ſpondetur primo, hoc arg.incontrarium retor-
queri. Nã in prima parte teſtamenti,ſeu in uni-
uerſali inſtitutione,ideo dicimus teſtatorem uo
luiſſe in ea ſeruare ius agnationis,quia expreſsã
mentionem habuit maſculorũ, ergo hæc mẽtio
maſculorũ facta in uniuerſali inſtitutione decla-
rat quod in inſtitutione particulari,ubi ſimplici
ter locutus eſt de filijs, & non repetijt qualitatẽ
maſculorũ,teſtator non reſpexit ad conſeruatio
nẽ agnationis, uel maſculorum, ſed reſpexit ad
omnem eius deſcendentiam tam maſculinã q̃
fœmininam,ut in ſpecie dicit Soc. iun. conſ.29.
n.11.& 12.uol.1.ubi reſpondens ad regulã. d. l.
16 qui filiab. ff.de leg.1. dicit † quod ſi qua in parte
diſpoſitionis aliquis exprimitur, quod deĩde in
alijs partibus non ſit expreſſum,dicendum eſt,
diſponentes id exprimere noluiſſe,quia ſi noluiſ
ſent id expreſſiſſent.l.unica.§.ſin aũt deficientis.
C.de cad.tol.ubi Bal. & Iaſ.in d.l.qui filiab. ff.de
leg.1.Soc.iun.conſ.128.nu.97.uol.1.& Ceph.cõ
17 ſil.134.n.41.uol.1.& quia † qualitas uni adiecta
cenſetur alteri denegata.l.cum prętor.ff.de iud.
ut in ſpecie tradit Sylua in conſ.64.nu.18.par.2.
id quod cõprobat Soc.iun.d.conſ.29. uolu.1. &
Sylua d.conſ.64.ex deciſ.Io.de Ana.in conſ.22.
18 inc.ad approbandam,ubi uult, † quod expreſſio
maſculorũ facta in una parte teſtamenti,arguat
mentionem filiorum factam ſimpliciter in alia
parte non eſſe ad maſculos reſtringendã quam
opi.ſequitur Alex.conſ.38.uol.6.& conſ.17.uo.
7.& Soc.conſ.69.uiſo teſtamento.col.5.uolu.3.
Riminal.conſ.231.uol.2.nu.8. ubi dicit quando
ab ini-

ab initio expreſſit maſculos, & poſtea fecit men
tionem tamen filiorum uidetur uoluiſſe ibi cō-
prehendere fœminas, & idem Rimi. conſ. 224.
nu. 22. uolu. 2. quæ conſilia uidenda ſunt ad hoc
Pariſ. conſ. 31. nu. 7. uol. 2. Socy. iun. in repet. l.
cum filiofam. col. fi. ff. de leg. 1. & in conſ. 3. num.
41. uol. 1. ubi dicit ſi in una particula ſit mētio fi
liorum maſculorum, & in alia filiorum ſimplici-
ter, tunc continentur etiā fœminæ, Alc. conſ.
96. nu. 20. & alij complures quos citat Sylua d.
19 conſ. 64. Secundò reſpondetur † tunc eſſe ue-
rum, vt vna pars diſpoſitionis declaret aliam,
quando in utraq; parte eadem iuris ratio repe-
ritur: ſiue agatur de eiuſdem, ſiue de diuerſæ di
ſpoſitionis parte, argu. eorum quæ dicit Dec. in
conſ. 567. nu. 6. & nu. 7. par. 4. vbi propter diuerſi
tatem rationis aliud in una quàm in alia parte
diſpoſitionis ſtatuendum eſſe dicit, & Crauet. in
conſ. 62. nu. 11. uol. 1. ubi dicit unam partem aliā
declarare cum diuerſitatis ratio aſſignari nō po
teſt. l. 3. §. ſed etiam inter duos. ff de lib. & poſth.
At in propoſita ſpecie in uniuerſali inſtitutione,
ubi teſtator conſiderando maſculos, uoluit con
ſulere agnationi diuerſa ratio militat quā in par
ticulari inſtitutione, ubi non ad agnationem, ſed
ad omnem eius deſcendentiam teſtator reſpe-
xerit. arg. eorum quæ dicit Cur. iun. in conſ. 49.
nu. 7. par. 1. ergo in caſu de quo agitur una pars
diſpoſitionis non deber aliam declarare cum in
ter eas conſideretur ratio diuerſitatis.

Ex quo conſtat iure optimo negari poſſe dū
dicebatur eandem rationem cōſeruandę agna-
tionis militare in inſtitutione particulari quę mi
litat in uniuerſali, quia ut dictum eſt, non ualde
diuerſa eſt quandoquidem in uniuerſali inſtitu-
tione propter expreſſionem maſculorum atten
ditur ius agnationis. In particulari uerò inſtitu-
tione, quia maſculorum mentio omiſſa eſt con-
ſideratur ſolummodo ratio deſcendentiæ.

Negari etiam poteſt dum tertio loco diceba
tur conſtare quod in particulari inſtitutione te-
20 ſtator uoluerit conſulere agnationi † quia imò
contrarium conſtat teſtatorem, ſcilicet non ha-
buiſſe in particulari inſtitutione, rationem agna
tionis cum omiſerit expreſſionem maſculorum
iuxta ea quæ ſupradixi ex autoritate Soc. iun. d.
conſ. 49. uol. 1. & Syluæ d. conſ. 64. nu. 18. par. 2.
3. reſpondetur unam partem ſuperiorem diſpo
ſitionis aliam declarare, niſi ex illa parte ſupe-
riori, abſurdum aliquod reſultaret. Grat. conſil.
156. nu. 39. uol. 2. & ſi eam ſequeremur declara-
tionem, induceretur abſurdum nempe quia illa
dictio, omnes, nihil operaretur ergo in caſu pro
poſito pars ſuperior non debet declarare infe-
riorem præſertim contra præſumptam teſtato-
ris uoluntatem, ut oſtendi ſupra in prima reſpō
ſione ad hoc fundamentum. Bar. d. l. qui filiabus.
ff. de leg. 1. Nihil præterea obeſt agnationē per
maſculos, & non per fœminas conſeruari, & pro
terea d. D. Mariam, & D. Antoniam quippe quæ
non uidetur conſeruare. Allatarum agnationē

condemnandas fuiſſe ad reſtitutionem bonorū
de quibus agitur. Quia reſpondetur quod licet
in deſcendentes natos ex dictis fœminis agna-
tio non continuetur, tamen conſeruatur agna-
tio in perſona ipſarum fœminarum dum ipſæ ui
uunt, & per conſequens d. D. doctor declarare
ſaltē debuerat dicta bona pertinere ad illas mu
lieres toto tempore earum uitæ poſito, ut ad
eas & ad earum hęredes d. bona nō pertinerēt
quod tñ negamus per ſuprad. Ex q̃b. apparet
in caſu noſtro, filiorum appellatione filias quo-
21 que comprehendi. Quod † autem in perſonis ip
ſarum fœminarum agnatio duret & per conſe-
quens ſaltem dum in humanis ſunt debuerint
habere dicta bona probatur. quia licet fœ-
mina non procreet ſibi agnatos, & poſt earum
mortem agnatio in earum filijs non perſeueret.
l. pronuntiatio. ff. de uerbo. ſign. Bal. in l. ſi un. C.
quando non pet. partes. Tamen fœmina quæ ex
agnato maſculo naſcitur, agnata eſt & ex linea
maſculina eſſe dicitur Alex. conſi. 43. verſic. non
obſtat id quod volum. 3. Soc. iun. conſil. 30. nu.
51. parte prima, Itemque fœmina quo ad ipſa vi
uit conſeruat nomē familię & agnationis & cip-
pum domus & dum uiuat admitti debet ad ſuc-
ceſſionem, vt in ſpecie tradit Alex. conſi. 55. lib.
3. Iaſ. conſ. 142. col. 6. uol. 2. & in l. 2. colu. 108.
uer. uigeſimoprimo. C. de iure emph. Soci. iun.
conſ. 168. num. 21. & nu. 56. lib. 2. & conſi. 186.
num. 2. lib. 1. Et conſi. 1. nu. 58. lib. 1. & conſil. 2.
num. 14. volum. 2. Pariſius conſi. 47. num. 61. vo
lum. tertio Io. Cephal. conſi. 134. nume. 47. cum
ſimilib. 1. lib.

Nil etiam officit ſtatutum Piſanum ſub rubr.
de ſucceſſion. ab inteſtato. §. deſcendendo.
in princip. ubi dicitur ad ſucceſſionem fratris,
deſcendentibus nullis extantib. ſuccedat frater
cum filijs & nepotibus uirilis ſexus agnatis prę-
mortui fratris & ſic excluſis filiabus dicti fratris
prẹmortui. ex quibus ſtatuti verbis argumentū
ſumebatur, ut quemadmodum nullo facto te-
ſtamento ad omnem ſucceſſionem excluſis fi-
liabus admittendi fuiſſent fratres Mariani teſta
toris ita etiam pręſumendum ſit uoluiſſe teſtato
rem ut fœminę excludantur facto teſtamento
cum † cenſeatur teſtator ſequi uoluiſſe diſpoſi-
22 tionem dicti ſtatuti ut per Soci. iun. conſ. 168.
num. 53. volum. 2. cum ſim.
Ad hoc. n. reſpondetur ueram quidem eſſe iu-
ris regulam, qua cauetur, uideri teſtatorem id di
ſpoſuiſſe quod ab inteſtato ex diſpoſitione iuris
communis uel municipalis ſeruandum erat. l.
quidam cum filium. ff. de uerb. oblig. c. quanto.
de iureiur. & ibi notatur. Sed hæc regula primo
limitatur habere locū in dubio ut per Euerar.
in loco a cauſa inteſtati uel ubi clarum eſt teſta-
torem excludere fœminas Soc. d. conſ. 168. nu.
92. ſecus autem ſtatuendum eſt quando conſtat
teſtatorem admiſiſſe fęminas vt in caſu noſtro
vbi teſtator dicens omnes filios apertiſsimè de
23 fœminis locutus eſt iuxta prædicta quo caſu tñ,

claris non eſt opus coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Secundo dicta regula procedit quando in ſtatuto loquẽte. de ſuccelsione ab inteſtato reperitur ſimilis uel eadem ratio quæ inuenitur in ſuccesſione teſtati, Euerard. dicto loco a cauſa teſtati. At in caſu propoſito ratio conſeruandæ
24 agnationis quam † conſiderauit dictum ſtatutum in ſucceſſionibus vniuerſalibus ab inteſtato, non habet locum in hac ſucceſſione teſtati particulari, quia teſtator in ea ſolummodo conſiderauit ius deſcendentiæ non agnationis, ut ſupra dixi, Igitur non eſt mirum ſi in caſu noſtro non valet argumentatio de cauſa inteſtati ad cauſam teſtati.

24 Vltimo nõ ob. † quòd ſi filiæ mulieres ad ſucceſſionem admitterentur, ſequeretur, vt fœminæ eſſent melioris conditionis quàm maſculi, quod tamen negat. l. in multis. ff. de ſtatu homi. Nam præterquam quod hoc merito negari poteſt quandoquidem vniuerſalis hæreditas quæ continet bona exiſtentia in inſula Sicilia ad quæ aduerſarij admiſſi ſunt ualde locupletior eſt quã hæreditas particularis bonorum exiſtentium in ciuitate Piſarum, vel eius comitatu, vt eſt notorium. Reſpondetur etiam non eſſe inconueniẽs ut ſuccurratur mulierib. magis quàm viris quinimo hic dici poteſt caſus in quo permittitur, ut propter fragilitatem ſexus melioris conditionis ſint fœminæ quàm maſculi, ut tradit Dec. in l. fœminæ. nu. 83. ff. de reg. iur.

Atq; hęc ſunt quæ modo ſeſe mihi offerunt, & efficiunt, ut diſſentiam a prędicti doctoris opinione; atque ut ea quæ ſupra firmaui uera eſſe de iure arbitror ſaniore judicio ſemper ſaluo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

CONSILIVM XXXVI.

Diuino nomine implorato.

SVMMARIVM.

1 Exceptio præſcriptionis 30. annorum an excludat a iure redimendi.

2 Emptor licèt faciat pactum de retrouendendo venditori in perpetuum, & ſine temporis præfinitione nihilominus tali iuri præſcribitur triginta annis. fallit nu. 3.

4 Reſtitutio in integ. quib. competat, & quibus non. num. ſeq.

5 Minor ſi ſucceſſit alicui, contra quem cœpit præſcriptio, tunc contra eum dicta præſcriptio continuatur, neque eo caſu ſibi conceditur reſt. in integ.

6 Minori etiam pupillo currit præſcriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti.

7 Reſtitutio ad hoc vt competat, requiritur non ſolum quòd quis ſit minor, ſed etiam vt ſit læſus.
Item quòd ſit læſus ſua facilitate, vel dolo aduerſarij.

8 Præſcriptio contra pupillum dormit durante pupillari ætate.

QVANQVAM multa ſcribi poſſunt in fauorem excellentiſſimi D. Capponi. Nihilominus, quoniam & ego anguſtia temporis intercludor, & res agitur coram multæ eruditionis viro, attingam ea tantummodo in quibus vertitur cardo difficultatis. Itaque contra filios Angeli Capponij agentes ad redimendum vigore cuiuſdam laudi definientis eis licere redimere quotieſcunq;
1 ſoluerent precium; opponunt † hæredes Domini Ioannottij rei conuenti exceptionem præſcriptionis 30. annorum cuius quidem temporis lapſu prædicti actores excluſi dicuntur a iure redimendi. Quoniam pacto de retrouendendo ſeu iuri redimendi præſcribitur ſpacio triginta annorum. vt per Ange. in conſ. 55. incip. Gulielmus, & Franc. nu. 3. uerſ. hic tamen. & per Bal. in conſ. 303. incip. ad euidentiam præmittendum
2 eſt. num. 3. uol. 1. ubi dicit, licet † emptor faciat pactum de retrouendendo venditori in perpetuum, & ſine tẽporis præfinitione, nihilominus tali iuri præſcribitur triginta annis. Io. Fab. in l. cum notiſſimi. nu. 14. verſ. ſed quid ſiquis. C. de præſcr. 30. uel 40. anno. Alex. conſ. 228. lib. 6. Fel.
3 in rub. de præſcr. col. antepen. † uerſ. fallit quarto; ubi dicit emptorem qui promiſit retrouendere quoties ſibi præcium offerretur poſſe huic iuri quod ſolum triginta annis durat præſcribere. & Iaſ. in l. petens. num. 10. uerſ. circa iſta. C. de pact. & in l. 3. C. de inſt. & ſubſt. ſub condit. facta. nu. 5. Dec. conſ. 164. num. 4. uer. uenio ad aliud. Boer. deciſ. 182. par. 1. nu. 1. & nu. 4. & idẽ firmat etiam Cag. in l. 2. q. 8. num. 70. & ſeq. C. de pact. inter emp. & uend. Io. Ant. Rub. in conſ. 3. nu. 2. & nu. 6. & conſ. 75. nu. 3. Soc. iun. conſ. 149. n. 39 & ſeq. uol. 1, Ruy. in conſ. 167. nu. 15. lib. 1. Crau. conſ. 71. nu. 1. uol. 1. & quòd huic redimendi iuri præſcribi poſſit tenet etiam Io. Franc. Balb. in tract. de præſcr. in 4. par. quintæ partis princip. q. 3. nu. 4. ubi dicit hanc opinionem eſſe ueriorem, & communiorem, & in iudicando, & conſulendo tenendã. Crot. conſ. 61. nu. 3. & hanc eſſe communem omnium ſcribentium opinionem atteſtatur etiam Gozad. in l. 2. C. de pactis inter empt. & uend. num. 84. & num. 85. & num. 87. & num. 88. ubi eam defendit, & ſequitur, & dicit eã procedere etiam de iure canonico. Et quamuis Fabianus de Monte in tract. de emp. & vend. in tertia quæſt. ſeptimę quæſtionis principalis. & Caſſen. in commen. conſuet. Burg. rub. 5. §. 1. de reſt. nu. 10. teneat opinionem contrariam uidelicet quòd imò tali pacto de retrouendendo præſcribi non poſſit tamen eam opinionem impugnat Ioannes Franciſcus Balbus dicta quarta parte quintæ quæſtionis principalis. quæſtione tertia, numero quarto, & Gozadinus d. l. 2.

d.l.2.C. de pact. inter empt.locis citatis vbi etiã
Cagnol.nu.74.& Ioan.Antonius Rubeus d. con
ſi.3.Ex quibus apparet cum a die laudi lati iam
elapſi ſint anni triginta duo & plures, iuri redi-
mendi contra dictos actores fuiſſe præſcriptũ.
Nec ob.illa dictio quotieſcumque ſolueret pre
cium,uel alia uerba ſimilia uidelicet ſemper om
ni tempore perpetuo & quandocunq; & ad om
nem eius petitionem & voluntatem quia reſpõ
detur quod propter illa non cenſetur renuntia-
tum præſcriptioni & non videtur excluſa præ-
ſcriptio quæ alias curreret. l. in cognitione in
princ.vbi glo.in uerbo ſemper & ibi Roman. ff.
de Senat.Conſul.Syllan. & multa cumulat Ti-
raquel.tractat.de utroque retract. §.primo glo.
decima. num.trigeſimotertio,verſicu. ſed quid
ſi cum. & num.trigeſimoquarto, verſicul. quib.
adde quod &c. & Franciſcus Viuius opin. 205.
Incip.pactum de retrouendendo commun.opi
nio.libr. 2.& Iacob.Filipp.Port.concluſion. 38.
incip.pacto lib.3.Bero.conſ.155.num.10.vol. 1.
Rol.a Val.conſ.26.nu.1.par.2.Bertran.conſ.181.
uol.5.Soc.iun.conſ.145.nu.34.uol.1.Quo ita ſtã
te non obſtat, ſiquis obijciat currere quidẽ con
tra minorem adultum, dictam præſcriptionem
ſed tamen aduerſus illam dari reſtitutionem in
integrum iuxta comm.opi.Inno.Io.And. & An-
cha.in c.conſtitutus. de in integ.reſt.& Afflict.
in deciſ.370.Bar.in l.etiam.in fi.ff.de min.& De
4 cius conſ.557.nu.7.& nu.8. †Quoniam reſpon-
detur quod aut uolunt reſtitui illi qui tempore
laudi lati maiores erant, ſeque pro maioribus
geſſerant,& tunc certum eſt,in propoſita ſpecie
ubi ceſſat omnis probabilis cauſa,eos reſtitui nõ
debere etiã ex generali clauſula,ſiqua mihi &c.
quæ ſemper præſupponit adeſſe probabilẽ cau-
ſam,ut per Alex.conſ.162.nu.6. uol.2.& conſ.3.
lib.5.in fi.& in conſ. 169.nu. 14. 2.uol.Et Bertrã.
conſ.273.par.1.num.8.in corpore antiquiori,&
conſ. 139.par.2.cum multis conſocijs. Aut uero
reſtitui uolunt illi qui tempore laudi lati mino-
res erant, & tunc quoque arbitror eos non eſſe
reſtituendos. Nanque aut ijdem petunt ſe reſti
tui pro ea parte quæ ipſis accreuit ex mente a-
liorum fratrum Minorum, quibus ſucceſſerunt
& eo caſu pluſquam certum eſt, illos reſtitui nõ
5 debere, quoniam quando † minor ſucceſſit ali-
cui contra quem cępit præſcriptio tunc contra
eum dicta pręſcriptio continuatur,ut per Bar.in
l.naturaliter.in 7.q.ubi etiam Io.Hannib.n.248.
ff. de uſuc. Neque conceditur eo caſu minorib.
reſtitutio in integrum contra illam præſcriptio-
nem quæ initium habet a perſona defuncti dũ-
modo uerſemur in tempore,& pręſcriptione cõ
uentionali,ſeu in diſpoſitione,& contractu cum
minori geſto, non autem in diſpoſitione legati,
& quod in caſu prędicto non detur reſtitutio cõ
tra preſcriptionẽ inchoatam contra defunctum
tenet gloſ.& Bart.in l.cum filiusfa.§.in hac.ff.de
uerborum obligatio. & Salyc.in l. fi. col.1.C.in
quib.caſib. in integrum reſtit. non eſt neceſſa-
ria,& probatur in l.Emilius ubi Bart.& Bal.ff.de
minoribus. & Bal. in l. 1. C. ſi aduerſ. uſucap. &
gloſſa in l.ſi cum militarib. C. de reſtitut. mil.&
in l. ea quæ a patre C. eo. de reſtitutione militis
Paulus de monte pico in l.poſt contractum nu.
48.ubi etiam Iohanes hannib.nu.146.ff. de do-
nationib.& idem Iohann.in d.l.naturaliter in 7.
q. Bart.num.249.& 250.ubi aſſerit doctores ita
communiter tenere. Bernar.Diaz.in regu.466.
6 ubi dicit quod †minori etiam pupillo currit præ
ſcriptio conuentionalis procedens ex contra-
ctu defuncti ſi cucurriſſet contra defunctum ſi-
ne ſpe reſtitutionis. Quamobrem cum in caſu
propoſito agatur de diſpoſitione conuentiona
li deq; tempore aſſignato in laudo vigore dicti
compromiſſi manifeſtum eſſe puto dictam reſti
tutionem in integrum hoc caſu denegari de iu-
re debere quandoquidem compromiſſum nihil
aliud eſt quàm contractus partiſq; tranſactio.
Anch.in conſ.23.nu.6.Signorol.in conſ.88.nu.
10.& conſ.251.nu.2. Ang.de Peruſ.conſ.66.nu.
3.& Soc. iun.conſ.143. nu.25. lib.1. ubi ſenten-
tiam arbitratoris conuentionem partium eſſe
voluit.Quod ſi iſti minores petant ſe reſtitui ſal-
tem pro ea parte quaſi ipſi experiuntur proprio
iure ; ego identidem arbitror dictam reſtitutio
7 nem eis denegari poſſe,quoniã ad hoc ut † quis
reſtituatur ,non ſolum requiritur ut ſit minor ,
ſed etiam vt ſit læſus.l.nam poſtea.§.ſi minor.ff.
de iureiuran.Itemque requiritur neceſſario , ut
ſit læſus ſui facilitate , & dolo aduerſarij , ut per
Bar.in l.ſi.in fi.C.de in integ.reſt.& tradit Iaſ. in
l.nam poſtea.§.ſi minor quam ipſe coniungit cũ
l.ait prætor.2.ff.de min.& Bertr. conſ.169. col.
1.4.uol.Et Bello.conſ.18.nu.19. cum ſi.Quę qui-
dem omnia dolus,ſcilicet atq; læſio cũceſſent in
caſu noſtro ubi omnia geſta fuerunt cum auto-
ritate, iudicis pro quo pręſumitur , vt not. in c.
quoniam contra. de.prob. & propter cuius de-
cretum ceſſat minorum querela, vt per Bar.in l.
1.C. de prędijs decur. & Dec. in conſ.210. nu.8.
vbi dicit hanc opi.ſibi videri communem,& Ca
gnol.in l. 2.numero 157.& ſeq.C.de reſcin.uen.
proculdubio iure optimo firmari poteſt dictos
actores a iure redimendi excluſos eſſe,& contra
dictos dominos reos conuentos obtinere non
poſſe.

Nec obſtat ſiquis obijciat quod licet contra
adultum currat præſcriptio,& habeat locum re-
ſtitutio, tamen contra pupillum non currit di-
cta præſcriptio,ſed dormit,& propterea non eſ-
ſet opus reſtitutione,ut per gloſ.in uerbo,ſeruã-
da ſunt.in l.ſicut,vbi Salyc.num.6. C.de præſcri-
ptio.30. uel 40.ann. & Io.Hannib. in l.naturali-
ter.in 7.q.Bar.nu.257.ff.de uſucap. & Balbus in
trac.pręſcrip.par.2.nu.11.in 8.caſu.Quoniam re
8 ſpondetur † uerum quidem eſſe ſecundum do-
ctores dormire præſcriptionem contra pupillũ,
ſed hoc intelligitur procedere durante pupilla-
ri ætate.Bal.in d.l.ſicut.nu.16.c.de præſcript.30.
uel 40.ann.& Claud.Seyſel.in d.l.naturaliter.co
lum.fi.ff. de uſuc.& Balb.in trac.de præſcr.par.1.
ſextæ partis principalis.num.43. caſu vigeſimo-

Namq; reſpondetur diſpoſitionem, quæ pro
hibet, & irritat alienationem in qua non fuerit
ſeruata certa forma; non habere locum in alie-
natione quæ neceſſario fit, vt nuncupatim decla
6 rat Bal. in d. l. 1. §. fi. ff. de reb. eorum. † Etenim
alienatio neceſſaria non continetur ſub quauis
alienationis generali prohibitione. l. Diuus, ff.
de pet. hæred. l. peto. §. prædium. ubi Alber. ff. de
leg. 2. l. pater. in prin. ff. de leg. 3. l. alienationes. ff.
fam. ercisc. l. cum poſtulaſſem. §. 1. ff. de dam. in-
fect. Bar. & cæteri in l. Marcellus. §. res quę. ff. ad
Senatuſc. Treb. & in Auth. res quę. C. commun.
de leg. Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerbo-
rum oblig. Iaſ. in l. filiusfam. §. Diui. col. 4. verſ. 8.
& ult. vbi Ripa nu. 24. ff. de leg. 1. & idem Iaſ. in
l. fi. q. 7. C. de iur. emph. & in d. l. principalibus. ff.
7 ſi cer. peta. vbi † prohibitio facta ſimpliciter ne
alienetur intelligitur de alienatione voluntaria
non autem de neceſſaria, quam quidem aliena-
tionem ſtatutum prohibere poteſt ſecundum
communem opin. doctorum, vt atteſtatur Soc.
iun. d. §. Diui. num. 161. Prętere, ex quacunque
prohibitione etiam generali excipi, actus qui
fiunt propter neceſſitatem tenuit Caſtrenſ. in
conſ. 183. inc. in cauſa quę uertitur, lib. 1. & Soc.
conſ. 80. lib. 4. & Crau. conſ. 6. nu. 91. uol. 1.

Accedat etiam id quod ait Rom. in conſ. 394.
inc. prę ſuppoſito quod uiua uoce nu. 20. & Alc.
8 conſ. 215. col. 2. uol. 6. ubi dicēt ſtatutum † quod
prohibet alienationem fieri abſque certa ſolen
nitate, ueluti ſine conſenſu, & præſentia propin-
quorum non habere locum in alienatione quę
fit ex neceſſitate, id quod firmat etiam Odoffr.
in l. 1. ff. de fundo dotali, & Cut. ſen. conſ. 27. nu.
15. ver. corroborentur prędicta. & Matthęus de
Afflic. in trac. de iure prothomiſ. §. 3. incip. licet
autem. nu. 26. ver. ſed rurſus quęro quid. & Pe-
trus Gerard. Petraſan. in ſing. 100. & ult. inc. ne-
ceſſitatis nu. 30. vbi licet rerum eccleſiaſticarum
alienatio ſit prohibita imminente tamen neceſ-
ſitate firmat licere prçlato alienare rem eccleſia
ſticam inconſultulto ſuperiore.

At alienatio per quam conſules uendiderunt dicto Ludouico tabernam, erat alienatio neceſſaria, quia commune Bargenſium ex uetuſta cauſa primi contractus emptionis retrouendere tenebatur, quippe quod quanquam dominium per emptionem obtinuerit, ita ut fecerit etiam fructus ſuos ſecundum com. opi. canoniſtarum, & legiſtarum, vt dicit Cagnol. in l. 2. in 1. not. nu. 7. C. de pac. inter emp. & uen. Nihilominus erat dominium auocabile ad libitum ipſius uenditoris. Cag. d. l. 2. q. 29. nu. 132. Et propterea d. commune, uel pręcisè compelli poterat ad retrouendendum ſiquidem in d. primo cōtractu emptionis interuenit legitimum iuramentum. Cag. d. l. 2. nu. 32. & nu. 63. uel eo legitimè non interpoſito ſi retrouendere recuſaſſet ad id quod intereſſet ſoluendum, cogi potuiſſet, ut per Gozad. iun. d. l. 2. nu. 18. C. de pact. inter empt. & uend. & ibi Cag. in q. 28. nu. 129. Igitur d. alienatio uti neceſſaria non continetur ſub alienationis gene-
rali prohibitione facta, uel per d. legem munici-
palem, uel per ius commune, ſed ualet, & tenet
dicta uenditio etiam ſi non interceſſerit conſen
ſus ſuperioris ſecundum prædicta. Poſtremò
9 † diligenter animaduerterem an dicta lex mu-
nicipalis recepta fuerit ī obſeruātia. ſi. n. ꝓcepta
non eſſet, nullas haberet uires ut per Iaſ. in l. rē
non nouam. num. 5. uerſic. facit optimè. C. de iu
dic. Rurſus ſi recepta fuit, animaduerterem an per deſuetudinē cui implicitus fuerit uſus contrarius, ſit abrogata, vt ꝑ Iaſ. in l. de quib. n. 33. ď legib. Roland. a Valle in trac. de lucro dot. quæſtione 99. Nam quando ſtatutum uel lex uſu, primum recipitur mox uero deſinit obſeruari, & ſuperior id ſcit & tollerat tunc ſanè per ſpaciū decennij ſublata dicitur Felyn. in c. 1. colum. fin. uerſi. demum aduerte quia de tregua & pace.

Et ita de iure reſpondendum cenſeo ſaniore ſententia ſemper ſalua ad laudem Dei. die 3. Iulij 1567.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Ex medio concludendi in libello cognoſcitur qualitas actionis.*
2 *In remedio reintegranda is debet obtinere qui docuit de antiquiori poſſeſſione.*
3 *Teſtes examinati parte non citata non plenè probant.*
4 *Anima cunctis rebus eſt praferenda.*
5 *Non eſt melior probatio quàm partis aduerſa confeſſio.*
6 *In remedio reintegranda ueniunt fructus.*
7 *Antiquior poſſeſſio praualet iuniori.*
8 *Teſtis repentina loquens praſumitur ſubornatus.*
9 *Exceptio dominij ſaltim utilis non obſt. agenti remedio recuperanda.*
10 *Ex nominum diuerſitate arguitur diuerſitas rerū.*
11 *Fines antiqui regulariter ſunt attendendi: & niſi probetur non praſumuntur mutati.*

CONSILIVM XXXVIII.

Diuino nomine implorato.

SPECTABILES ac Mag. D. Priores Fiuizani mihi plurimum honorādi. In cā, quæ uertitur inter Aug. Paſquini Filateriā de Fiuizano uti procur. D. Antoniæ filiæ olim Nicolai de Bagnano agentem ex parte una, & Stephanum Andreæ de Motta cognomento Stoccho, ut procuratorem, & defenſorem Fiuczani olim Bartholomæi de Tendula, & aliorum litis conſortium, quorū nomine ſe defendit ex parte alia, quę per appellationem, & prouocationem dictarum partium ad Magnificas dominationes ueſtras deuoluta eſt, & mihi conſulenda commiſſa. Vidi præparatoria iudicij, petitionē d. Aug. exceptiones, replicationes, duplicationes, triplicationes ipſarū partiū. Vidi interlocutionē D. Poteſtatis, & capitula

atteſtationes tam actoris quàm rei, cum appoſitiouibus, reſponſionibus, & productionibus inſtrumentorum, ſtatutorum, & ſcripturarum deductarum, & alijs actis, & actitatis in prima inſtantia. Vidi demum appellationum interpoſitiones, & proſecutiones factas in ſecunda inſtantia cum capitulis, interrogatorijs, teſtiumque de poſitionibus, exceptionibus, replicationibus vtriuſque partis. Vide etiam atteſtatioues quorundam teſtium examinatorum vigore literarum monitoriarum, legi ſtatuta, inſtrumenta, ſcripturas, allegationes ab vtraque parte deductas, iuterlocutiones magnificentiarum veſtrarum, & cætera omnia, quę ad me tranſmiſſa fuerunt conſideranda diligenter conſideraui. Idcirco Diuino nomine repetito, conſulo, dico, refero partes Maguificentiarum veſtrarum fuiſſe & eſſe, vt decernant, declarent, & pronuntient per iudicem, a quo bene fuiſſe, & eſſe iudicatū, & pronuntiatum, & per appellationes malè fuiſſe, & eſſe prouocatum, & appellatum; ipſumque Auguſtinum Paſquini de Filateria nominibus, quibus agit, fuiſſe, & eſſe reintegrandam, & reintegrari debere ad poſſeſſionē pœnus, ſeu cellæ vinariæ cuius mentio habetur in petitione dicti Auguſtini, & conſequenter reos, & occupatores in dicto libello conuentos, prædictumq; Stocchum nomine, quo ſe defendit, cogi, compelli, & condemnari debere ad reſtitutionem, & relaxationem poſſeſſionis cellæ vinariæ ſupra dictæ faciendam dicto Auguſtino dictis nominibus cum fructibus pro eo tempore debitis, quo rei conuenti dictam cellam detinuerunt. In expenſis autem utriuſque inſtantiæ ambas partes abſoluendas eſſe. Et iura petitorij vtriſque partibus eſſe reſeruanda, & in alio iudicio diſcutienda. Atque vt ſupra dixi, & inferius quoque dicam conſulo, dico, refero omni meliori modo &c. Ad hoc autem dicendum, atque ita referendum moueor præcipuè infraſcriptis iuribus, & rationibus. Conſtat enim Auguſtinum actorē intentauiſſe remedium, & condictionem ex canone reintegranda. 3. q. 1. vt colligitur ex narratione, & concluſione libelli, ex cuius prȩſertim medio concludendi qualitas actionis cognoſcitur, ut per Bar. & Dec. in l. certi cōdictio. in princip. ff. ſi cer. pet. & Alex. conſ. 121. 1. uolu. nu. 2. & nu. 10. & Panor. in c. literæ dȩ dilat. Cum enim in libelli concluſione petat actor, reos conuentos coudemuari ad relaxandam ſibi prædictam cellam vinariam, ſeq; cum fructibus reintegrari ad dictæ cellæ poſſeſſionem, manifeſtiſſimè patet; intentatum fuiſſe remedium reintegrandæ, ut tradit Alex. conſil. 200. in prin. lib. 2. & Iaſo. in l. naturaliter. §. nihil communc. ff. de acq. poſſ. & Dec. conſi. 57. nu. 2. par. 1. & conſ. 252. n. 1. par. 2.

7 In quo quidem reintegrandæ remedio is debet obtinere, qui ſemel poſſedit, & docuit de ſua antiquiori poſſeſſione, qua fuerit ſpoliatus ab aduerſario, penes quem dicta poſſeſſio poſtea reperiatur, quæ ſunt extrema dicti remedij reintegrandæ iuxta ea, quæ tradit Inno. in c. ſæpæ. de reſt. ſpol. & Lap. deciſ. 52. Inc. lætatus ſum. nu. 7. uer. ipſe uero dominus, & Panor. in c. diligenti. de præſcr. & Alex. conſ. 6. par. 3. nu. 4. & 5. & conſ. 200. in prin. par. 2. & Dec. conſ. 449. n. 24 par. 4. & d. conſ. 252. nu. 2. par. 2. & conſ. 57. par. 1. & Grat. conſ. 40. nu. 2. uol. 2. Maran. de ordin. iud. par. 4. ſect. 7. nu. 50. Quod autē d. actor poſſederit, & probauerit de ſua antiquiori poſſeſſione demonſtrant teſtes actoris examinati iu prima inſtantia. Nam Nicolaus Franciſci de Maiorana primus teſtis examinatus ſuper 1. cap. dicit Frāciſcum eius patrem ſuo olim nomine tenuiſſe dictam cellam, deinde verò cum ad dictam diuiſionem ventum fuit, prædictam cellam fuiſſe aſſignatam dicto Io. Iacobo, quam d. Franc. poſt diuiſionem factam tenuit, conduxit, & recognouit a d. Io. Iac. Idq; annos 50. Et cauſam ſcientię reddens inquit ſe hoc ſcire, quia vidit d. Frā. eius patrem poſſidere cellam, & in eam ingredi, & ibi uinum habere; mox uerò dicit ſe ipſum eam poſſediſſe nomine Io. Iac. præd. Quiutus quoq; teſtis examinatus ſuper eo. c. dicit ſe recordari, cellam vinariam, de qua litigatur, poſſeſſam fuiſſe annos circiter 60. a Nicolao Pellicciario, qui fuit autor d. Io. Iac. poſt diuiſionem verò poſſeſſam fuiſſe a Franc. Maiorano ſuprad. Septimus item teſtis inductus ſuper 1. c. dicit ſe ſcire quod iam ſunt anni circiter 30. cum Franc. Maiorana tenuit, & poſſedit d. cellam vinariam nomine d. Io. Iac. Nonus præterea teſtis examinatus ſuper d. 1. c. in quo actor capitulauit Iac. olim poſſediſſe d. cellam vinariam per an. 10. 20. 30. 40. antequam occuparetur ab aduerſarijs atteſtatur cōtenta in c. eſſe uera; cumq; vnde hoc ſciret interrogaretur, reſpondit ſe hoc ſcire, quia in diuiſione facta inter Paſquinum, & d. Io. Iac. cella vinaria aſſignata fuit Io. Iac. quem dicit ſe uidiſſe tenere, poſſidere, locare cellam præd. & in eā ingredi, & oſtium claudere uti in re noſtra facere conſueuimus, & hoc tempore diuiſionis prædictæ, quæ facta fuit anno Domini 1520. ut ex inſtrumento in actis producto conſtat. Neque obſtant ea, quæ contra præd. actoris deducta ſunt.

Et primo non obſtat quòd primus teſtis dicatur conſanguineus aduerſarij, qui non ſolet eſſe integer teſtis, ut per Alex. conſilio centeſimo undecimo. numer. nono. libro tertio. & conſilio centeſimo decimoquarto. numer. decimoquarto. libro quarto. & conſilio centeſimo octauo. libro ſecundo. cum ſimilibus. Quoniam reſpondetur, tunc repelli conſanguineum, quando coniunctus eſt per lineā rectā aſcendētiū vel deſcendentium, ſecus verò eſt ſi fuerit collateralis, ut per Innocen. in capitul. nonnulli. numero octauo. uerſicul. perſonis, de reſcrip. Angel. conſilio centeſimo nonageſimoquarto. Viſis proceſſibus. columna ſecunda. Iaſon in l. admonendi. columna octuageſimanona. Secundo ad. do pro hoc. ff. de iureiurando. Ioannem de Ammic. dicit collaterales non etiā ſuſpectos, conſilio quinquageſimotertio. columna fi. numero undecimo. & conſil. 74. numer. 6. & Hyppol. de

Marſ.

Marſ. ſingul. 133. incip. Affinitas, & Tomm. Grã ma. deciſ. 34. num. 20. ubi refert ſe patrocinante ita fuiſſe obtentum in regio auditorio, & hãc opinionẽ ſequitur Crauet. conſ. 2. nu. 9. Verum & ex proceſſu patet, iſte teſtis non eſt coniunctus actori per lineam aſcendentium, uel deſcendentium, ſed ei eſt remotus collateralis, licet ſit collateralis patruelis ipſius Auguſtini procuratoris; ergo illius teſtimonium non redditur ſuſpectum iuxta allegata ſuperius, cum huiuſmodi tranſuerſales omnino non repellantur Corne. conſ. 96. numero 3. primo vol.

Neque obſtat quòd idem primus teſtis uideatur deponere in cauſa propria, quaſi tenere tur de euictione tanquam heres Franc. patris ſui, qui diuiſionem fecit cum dicto Ioann. Iacobo iuxta tradita per Bartol. in l. qui Romę. d§. uo fratres. ff. de uerbor. obligation. in vltim. quæſt. ubi cęteri. Quoniam reſpondetur, quod quando quis eſt expulſus de poſſeſſione, & agit remedio poſſeſſorio quamuis in eo ſuccumberet, non propterea tamen dicitur res euicta per ſententiam; & ideo eo caſu in iudicijs poſſeſſorijs non habet locum euictio, ut per Iaſonem in l. ſi domus num. 21. ff. de lega. 1. & Bal. conſ. 377. parte 4. & Ruy. conſ. 112. nume. 10. 1. nol. Quinimo poſito & non dato quod ipſe teſtis tenerę tur de euictione adhuc dicẽdum eſſet, nihil obſtare dum dicitur, eum reddere teſtimonium in cauſa propria, quia ſecundum veriorem opinionem & a pluribus approbatã nõ prohibetur quis dicere teſtimonium in ea cauſa quæ ſua eſt ſecundario & in conſequentiã, non autem eſt ſua principaliter, ut tradit Petrus de Bellapertica in l. ex quacunque num. 7. ff. ſiquis in ius uocatus non iuer. & Alex. conſ. 172. parte 2. & Specul. tit. de teſte num. 78. uer. quod de uenditore.

Neque item obſtat, quòd idem teſtis uarius cenſeri debeat, quaſi primo de tẽpore 50. deinde 38. deinde uero 25. annorum deponere uideatur, quia dum deponit de tempore 50. annorum, reſpicit tempus, quo non ſolum Franc. ſed etiam Iacobus poſſedit; cum autem mentionẽ habet 38. annorum loquitur de tempore, quo exactiſſimam notitiam qualitatum dictæ cellæ habere cępit, ut patet ex eius reſponſione dum dicit, dictam cellam eſſe cameratam & lapidib. ſtratam. Quando uero ſe ad annos 25. refert, cõſiderat tempus, quo cellã uinariam reſtituit Ioã ni Iacobo, ſi diligenter dicta illius conſiderentur, & non cauillentur, quod fieri non debet, ut per Deci. c. cauſam quæ de reſcript. Quamobrem cum illius depoſitio cõpatibilia, & diuerſa reſpiciat, conſequens eſt, vt uaria dici non debeat. Tunc enim teſtis uarius appellatur, cũ ea, quæ ipſe teſtificatur, ſunt incompatibilia, ut per Alberic. de Roſa in tract. de teſtibus parte 5. & ult. num. 2. cum ſimil. Sed cum conſtat, teſtes deponere de actibus habentibus diuerſas qualitates, prout hic accidit, tunc non præſumuntur uarie teſtificari ſuper eiſdem actibus Corn. conſ. 334. in princ. 1. uol.

Neque obſtat dum obijcitur, quintum teſtẽ deponere de credulitate, & ſeptimum de auditu, quia reſpondetur quod imo quintus non dixit ſe credere, ſed recordari dictam cellam annos circiter ſexaginta poſſeſſam fuiſſe a prædicto Nicolao.

Septimus quoque teſtis licet aſſignans ſcientiæ cauſam re ipſa deponat ſe dici audiuiſſe ab ipſo Auguſtino & Ioan. Iacobo & conſequẽter tanquam teſtis de auditu probare nõ uideatur ut per Alex. conſ. 101. lib. 7. nihilominus in caſu propoſito illius teſtimoniũ attendi debet, quia non ſimpliciter de auditu a tertio deponit, ſed de auditu ab ijs, qui poſſederunt, & actũ de quo agitur, explicarunt; quo caſu huiuſmodi teſtimonium ualet, ut per Calcane. conſ. 35. num. 8. uel ſaltem tanquam partis confeſſio extraiudicialis ſemiplenam probationem facit, ut per doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. quę ſemiplenę probationes ad plenam probationem faciendam cũ alijs coniungi conſueuerint, ut per Bart. nume. 48. d. l. admonendi & Deci. in c. cum cauſam de probationib. & Soci. iun. conſ. 102. numero 11. vol. 3.

Neque obſtat dum dicitur, Reuerendum patrem Alexandrum nonum teſtem, quaſi parte non citata examinatum nihil probare, vt per Socin. conſi. 14. nume. 114. volum. Grammat. conſi. 150. nu. 15. & Grat. conſi. 57. nu. 34. volum. 2. Et tanquam contrarium eſſe reppellendum, cũ modo dicat ſe non cognoſcere Dominam Manfredinam & D. Mariam auctrices reorum, modo uerò dicat eas cognoſcere. Eiuſque teſtimonium vti illud, quod emanauit ſine licentia ſuperioris, nullius eſſe momẽti vt per Cur. in trac. de teſtibus concluſione 49. nu. 96. Quoniam reſpõdetur quòd immo fuit productus & iurauit die 20. Septembris 1560. parte citata licet abſente, & fuit examinatus ante publicationẽ proceſſus, qui fuit publicatus die octaua Octobris 1560. ut ex actis patet. Nec debet cenſeri contrarius, quia ad extremum ipſe non dicit, ſe cognoſcere dictas mulieres, ſed tantum dicit ſe neſcire, an Franciſcus & Maria poſſederint niſi poſt mortem dicti Ioann. Iacobi. Et ideo licet aſſerat Mariam aliquãdo poſſediſſe, ex huiuſmodi tamẽ dicto non debemus inferre ad irritandam atteſtationem, ipſum notitiam dictę mulieris habuiſſe; hoc enim eſſet dicta teſtium cauillari; loquitur enim de dicta Maria, non tanquam de ea cuius ipſe notitiam habeat, ſed tanquam de illa, cuius mẽtio ab aduerſario facta fuerit, licet Frãciſchinum & Fiuizanum nouiſſet.

Præterea quod ad faciendam fidem attinet, nihil nos mouere debet prędictum teſtem religioſum abſque licentia ſuperioris depoſuiſſe; quia licet dicantur malefacere teſtes religioſi, qui deponunt ſine licentia ſuperioris, nihilominus ſi defecerint, illorum teſtimonium valet & tenet, vt dicit Panorm. in capitulo cum nuncius colum. 1.

colum. 2. verſicul. ſed nunquid valeat de teſtib.
Corn.conſi. 135.num.33.1.uolum.

Ex quibus colligitur quòd poſſeſſio actoris
ex his depoſitionibus rectè probatur.

Quibus etiam accedũt depoſitiones complu
rium teſtium examinatorum vigore literarum
3 monitoriarum. † Quamuis enim teſtes examinati
ri parte non citata, non plenè probent, ut per
Grat.cõſ.84.n.56.uol.2. quinimmo nec faciant
indicium in cauſa criminali ad condemnãdum
uel torquendum ſecundũ quosdam, ut per Bar.
l.maritus. ff. de quæſtiou. & Aret. in conſ. 163.
col.2. ad princip. Nihilominus teſtes examinati
parte non citata cuiuſmodi ſunt teſtes iſti exa-
minari uigore monitorij, faciunt in cauſa præſer
tim ciuili indicium & argumentum, & inducere
poſſunt iudicem ad perfectam credulitatẽ, niſi
ſemetipſum decipere uelit, vt tradit Bartolom.
Soci. conſ. 90. In cauſa Magnifici Petri num.5.
& 6.parte 3.& Decii.c.in nomine domini num.
31.extra de teſtib.& Tom.Gramm.deciſ. 10.nu
me.12.& facit Hyppoliti conſ.29.nu, 17.& nu.
18.& propterea dicit Ruyn.conſ. 177.numer.6.
uol. 1.quod teſtes deponentes ſuper monitorio
inducere debent animum iudicis ad credendũ;
& ita iudicandum. Quam opinionem ſequitur
etiam Curti.in conſ. 185. num. 8. Cuius rei op-
timam rationem reddens inquit, tales teſtes ani
mum iudicis ad credendum inducere debere;
quia non præſumitur teſtis deponẽs immemor
ſalutis eternæ, uel dixiſſe aliquid in præiudiciũ
4 animæ ſuæ, † quæ cunctis rebus eſt præferenda
l.ſancimus. C.de ſacroſ.eccleſ.quo fit, ut licet in
dicium quod ex his naſcitur, dum deponunt de
poſſeſſione actorum, ut ex illis apparet, de per
ſe nõ ſufficiat, coniunctum tamẽ cum alijs acto-
ris probationibus multum debeat operari, cum
quæ non proſunt ſingula multa iuuant l.ſpado-
nem §.qui iura.ff.de excuſa.tut.& Socin.d.conſ.
90.num.5. Quod uero ipſi actores fuerint ſpo-
liati a reis conuentis, qui modo cellam detinẽt,
quæ duo ſunt extrema huius remedij, Grat. d.
conſ.40.uol.2.num.2.& Afflict. deciſ.327.aper
tiſſimæ demonſtratur ex depoſitionibus teſtiũ
actoris examinatorum ſuper cap. primæ inſtan
tiæ. Nam primus, 2.3.6.& 8.teſtis omnes ferme
dicunt dictam cellam a ſex, uel ſeptem annis ci-
tra occupatã & poſſeſſam fuiſſe a prædicto ſto-
cho nomine Franc.Laurentij & Fiuizani, & nũc
ab eodem occupari & poſſideri, ut dicit ſecun-
dus teſtis ſuper eo.c.& fatetur ipſemet ſtochus
in ſuis exceptionib. fol. 15. ex cuius confeſſione
5 res clara redditur, † quia nulla eſt melior proba
tio, quam partis aduerſæ confeſſio l.generaliter
C.de non numer. pec.& not.in l. 1. C.de cõfeſſ.
Quamobrem etiam ſi teſtes non deponerẽt de
ſpoliatione, tamen actor obtinere deberet, quia
quando inteſtatur remedium recuperandæ ſuf
ficit actori probare antiquiorem poſſeſſionẽ;
eamque eſſe pœnes aduerſarium, quia ſatis di-
citur probatum ſpolium eo ipſo quod apparet
probatum de antiquiori poſſeſſione, & de iunio
ri ipſius rei, ut per Matth.de Afflict.d.deciſ.327
incip. fuit bene diſcuſſum num.1.Bal.l. pen.col.
fi.C.ſi a non compet.iud. Deci.conſ.57. num.3.
parte. 1.Idcirco cum actor de antiquori poſſeſſ.
& de ſpolio quoque docuerit, conſequens eſt,
ut in hoc iudicio debeat obtinere; & rei conuẽ
ti debeant ad fructus etiam condemnari pro eo
6 tempore, quo cellam detinuerunt; † Nam in re-
medio redintegrandæ veniunt etiam fructus, ut
dicit Archid. d.c.reintegranda 3. q. 1. uerſ. ſed
quid erit, ubi etiam Sangemin.& Deci.d. conſ.
252.num. 1.parte 2.cum ſimil.

His ita ſe habentibus non obſtant ea, quæ ad
probandam poſſeſſionem reorũ deducta ſunt;
& primo quod ad reorum teſtes pertinet, ani-
maduertendum eſt, quod licet ipſi rei in 7. cap.
primæ inſtantiæ capitulauerint de ſua antiquio
ri poſſeſſione, iuxta tradita per Bart. in l. ſi de
eo.§ fi.ff.de acq.poſſeſſ. & Alex.conſ. 118.nu.2.
lib. 2. tamen de illa poſtea in ſpecie non docue-
runt; quia primus & 4. teſtis examinati ſuper di
cto 7.cap.dixerunt ſe nihil ſcire, ſecundus vero,
& tertius teſtis; quod ſuper 7. c. fuerint exami-
nati ex proceſſu non conſtat. Et quamuis ijdem
teſtes ſuper 1.cap.deponere uideãtur de aliqua
reorum poſſeſſione, tamen illorum depoſitio-
nes duab. præſertim de cauſis non concludunt.

Prima eſt; quia omnes deponunt de iuniori
& moderniori poſſeſ. quam deponat actor. Ter
tius enim teſtis examinatus ſuper 3. c. dicit ab
annis 10.uel 12. citra dictam cellam poſſeſſam
fuiſſe a d. Mãfredina, & Laurentio, & Franc.eius
filijs, & a Fiuizano filio dictæ Mariæ filiæ alterius
ſer Franceſcini ſenioris & nunc a dicto Stepha-
no, alias Stocho eorundem nomine. Primus ue-
ro, & ſecundus, & quartus ſuper 1.cap. examina
ti teſtificantur de poſſeſſione ferme quadragin
ta annorum; Ex quorum dictis colligitur, poſſeſ-
ſionem reorum eſſe iuniorem & moderniorem
quam ſit poſſeſſio actoris, ut ex teſtibus ab eo
productis colligitur, probauit de poſſeſſ. 50.uel
60.annorum idcirco conſequens eſſe debet, vt
actor obtineat, quia in poſſeſſorio reintegrandæ
is obtinere debet, qui docuit de antiquiori poſ
ſeſſione, Decius d.conſ.56.nu.3. par. 1.& conſi.
252.par.2.& conſ. 302.par. 3.nu.23.& nu.24. &
Panor.in c.cum ad ſedem.de reſtitu.ſpolia.facit
conſ.Paul.Caſtren.conſil.442.numero 1.2.& 3.
uolum.2.

7 † Antiquior enim poſſeſſio præualet iuniori
Bar.& Ang.in l.ſi duo.ff.vti poſſid.in prin.Bal.in
l.un.C.eo.Corn.in conſ.312.num.4.uol.1. Alex.
conſ.192.nu.1.lib.2.& Bal.in conſ.445.num.11
par.5.Soc.conſ.98. lib.4. Dec.c.licet cauſam. in
11.no.num.95.cum ſimil. Poſſeſſio uerò iunior
nihil releuat, ut per Alex.conſ.100.uol.1. & con-
ſil.72.lib.2.& Pariſ. conſ.126. nu. 3. & conſ.145.
lib.4.quinimo reſpectu antiquioris poſſeſſio iu-
nior præſumitur clandeſtina, quamuis probatio
nes eſſent hincinde pares Barto.d.l.ſi duo. ff.uti
poſſid.Fel.c.licet cauſam.colum.7.de prob.Cur.
conſ.168. col.pen.

Secunda ratio eſt, quia poſito & non dato
quòd teſtes vtriuſque partis æqualiter, de pari,
& eiuſdem temporis poſſeſſione probarent, ta-
men alia ratione teſtes actoris videntur præfe-
rendi teſtibus reorum; Nimirum quia teſtes reo
rum repentè & feſtinanter antequam ipſis le-
gatur capitulum, deponunt de poſſeſſione; quo
caſu ſuſpecti redduntur, & nimiam affectionem
ad cauſam habere demonſtrant. Nam rei conuē
ti in 1. capit. primæ inſtantiæ ponunt, ſer Franci-
ſchinum habuiſſe & tenuiſſe pro ſuis filiabus le-
gitimis & naturalibus D. Manfredinam, & Do.
Mariam prænominatas, & tempore eius mortis
reliquiſſe illis in ſuis bonis domum & cellam,
de qua litigatur; quod ſanè capitulū vel poſitio
reuera eſt multiplex & implicita, & continet plu
ra dicta, quorum vnū poteſt eſſe verum, aliud fal
ſum; quāuis enim certum ſit ſer Franciſchinum
ſuſcepiſſe prædictas filias, nihilominus poteſt eſ
ſe falſum, eum reliquiſſe illis domum, uel ſi cer-
tum eſt, eum filiabus reliquiſſe partem domus
ſuperiorem; poteſt tamen eſſe falſum, eum reli-
quiſſe illis cellam vinariam inferiorem. Et ideo
ipſa poſitio debebat diſtingui, alioquin nō erat
admittenda iuxta tradita per Iacobum de Aret.
in tract. de poſitionib. §. undecimo attendendū
nu. 38. & 39. Quoniam tamen ipſa poſitio reie-
cta non fuit, dicti primus, ſecundus, & quartus
teſtes reorum examinati ſuper 1. d. c. dicunt reos
& eorum auctores poſſediſſe dictam cellā qua-
draginta annos. Et nihilominus in ipſo primo
capitulo rei conuenti non articulauerant adhuc
ſe poſſediſſe, ſed id faciunt in 2. cap. In quo po-
nunt ſer Franciſchinum tenuiſſe & poſſediſſe di
ctam cellam vinariam. Quo fit, ut teſtes iſti ual-
8 de ſuſpecti reddantur; † quia teſtis repentinè lo
quens præſumitur ſubornatus. gloſſ. in uerſi. ſed
aliud. c. qui ambulat. 5. q. 5. Panormit. in proœm.
decret. col. 1. verſi. contra, Curt. in. l. is apud, nu.
46. C. de eden. quinimò teſtis deponens ante-
quam ſibi ſit lectum capitulum non præſumi-
tur vera deponere, quia nimia feſtinatio & tem
poris celeritas arguit ſuſpicionē. Archid. d. c. qui
ambulat 5. q. 5. & Io. Hannib. in. l. poſt contra-
ctum. num. 169. ff. de donat. Et ex ea celeritate
demonſtratur affectio quædam ad cauſam, quæ
teſtibus fidem imminuit. & eos repellet à teſti-
monio. l. fi. de teſtib. Corn. conſ. 232. nu. 22. 1.
vol. Gramat. conſ. 41. num. 7. Soci. iun. conſ. 88.
num. 25. vol. 2. Ioan. Bap. Ferret. conſilio. 55. nu
mero 7. & ſeq.

Secundo principaliter ex prędictis patet, ni-
hil obeſſe dum rei conuenti dicunt, per dictum
ſpacium quadraginta annorum, quibus aſſe-
runt ſe poſſediſſe, inductam eſſe præſcriptio-
nem, per quam excluditur remedium reintegrā
dæ ſecundum Franciſcum Balbum in tract. de
præſcript. 4. parte quartę partis princip. q. 24.
num. 4. Quoniam præterquam quòd reſponde
tur, reos, vti dixi, non docuiſſe de tali poſſeſſio-
ne, dici etiam poteſt, quòd exceptio præſcriptio
9 nis, † quę eſt exceptio dominij ſaltem vtilis, non
obeſt agenti remedio recuperandæ & reinte-
grandę, vt firmat Deci. d. conſ. 57. parte 1. nu. 6.
Nam agenti poſſeſſorio recuperādę non poteſt
opponi exceptio proprietatis. l. ſi quis ad ſe fun
dum. C. ad. l. Iul. de vi. c. 1. de reſtit. ſpoliat. Capyc.
deciſ. 121. num. 27. quam opinionem veriorem
eſſe, & magis communem atteſtatur Decius in
prælleg. conſ. 57, num. 5. ad fi.

Tertio principaliter non obſtat, dum rei con
uenti ad probandam ipſorum poſſeſſionem in
proceſſu deducūt ęſtima ſub nomine ſer Franc.
& illius hæredum; quia licet liber ęſtimi inducat
quandam præſumptionem iuxta notata in l. de
cem. ff. de verb. obligat. tamen regulariter non
probat dominium neque poſſeſſionem, vt per
Soci. conſ. 205. lib. 2. num. 2. & Alex. conſ. 61. lib.
3. & conſ. 10. num. 4. lib. 4. Adde quòd in libro
æſtimi ipſorum reorum nō reperitur deſcripta
ſeu allibrata cella, de qua agitur; ſed ſolum ibi
reperitur allibrata quędam domus cum eius ſu
pellectilibus; quare cum rei, de qua agitur, iden-
titas non probetur, nec etiam articuletur, prout
fieri debeat iuxta tradita per Corn. in conſ. 165.
incip. Profecto num. 4. vol. 3. conſequens eſt
vt dicamus, ex huiuſmodi quoque capite reos
conuentos obtinere non poſſe.

Quarto principaliter non obſtat, quòd iuri-
bus rei additum dicatur antiquiſſimum inſtru-
mentum, quo conſtare uidetur anno 1440. hāc
cellam vinariam fuiſſe in bonis prædeceſſorum
reorum conuentorum, & conſequenter poſſeſ-
ſio, quam dicunt eſſe pœnes ſe, præſumatur ha
bere cauſam & originem ab eo tit. per not. in l.
quædam mulier. ff. de rei uēd. & in l. 2. C. de acq.
poſſ. Nam pręterquam quòd ſupra dictum eſt,
de hac poſſeſſione eos concludenter non do-
cuiſſe, reſponderi etiam poteſt, ex eo inſtrumē-
to, quod ad hoc attinet, non poſſe colligi cōclu
dentes probationes, quia nomina perſonarum
in hoc inſtrumento deſcriptarum non conue-
niunt perſonis quas rei conuenti ad ſuorum iu-
rium comprobationem deſcriptas eſſe in æſti-
mis in proceſſu demonſtrarunt. Nam in inſtru-
mēto diuiſionis reorum agitur de Franciſchino
olim Antonij; In æſtimis uerò agitur de quodā
Frāciſchino olim Laurētij, vt ex actis patet. Qua-
10 re † ex nominū diuerſitate arguit̄ diuerſitas rerū
argumento. l. ſi idem. C. de codicil. Accedit q̄
fines poſiti in dicto inſtrumento reorum non
conueniunt finibus poſitis in petitione actoris,
11 vt ex proceſſu colligitur, † cum tamen fines anti-
qui regulariter ſint attendendi, & niſi probetur,
non præſumātur mutati, illiſque ſtare oporteat.
l. fi. ff. fin. regund. & l. 2. & ibi gloſſ. C. eo. tit. Et fi-
nium diuerſitas arguat rei diuerſitatem. Bar. in
l. 1. C. ſi vnus ex plur. appell. Matth. de Affl. deci.
23. num. 1. Hieronym. de Monte in tract. finium
regund. capitul. 21. & capitu. 22. num. 1. cum ibi
deductis.

Quo uerò ad ſententias interlocutorias Prio
rum Fiuizani, licet lata principali & diffinitiua
ſententia de illis non ſit vlterius diſputandum,

tamen

tamen ut omnibus ſatisfiat,dum pronuntiatum fuit,teſtes examinatos coram poteſtate pro parte reorum in proceſſu inſerẽdos fuiſſe, arbitror concludendum ſaluis præmiſſis,quòd licet dicti teſtes non adiuuent reos conuentos,tamen domini priores rectè fuerunt interlocuti ; quia & ſi de publicatione teſtium non appareat , nec forte ſtandum ſit iudici aſſerenti ſe vidiſſe publicationem argumento eorum,quæ tradit dominus Vital.in tract.clauſul.cap.de verb.enuntiat. in ſententijs num.5. quia non creditur iudici de actis.c. quoniam contra de proba.& Bologn. in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.& regulariter teſtes non publicati nõ probent etiam ſemiplene,ut per Bart.in l.ſolam num. 2.C.de teſtib. & Bald.in l.bonę fidei num.6.C.de reb.cred. Fely.c.cum P. & A.2. col. de re iudic. cum multis conſocijs, tamen in proceſſu inſeri potuerunt licet reuera ex eorum depoſitionibus rei conuenti non adiuuentur. Ideo enim ſi non publicantur non probant, quia contra eos opponi non potuit; At in caſu noſtro ceſſat huiuſmodi ratio, quia fuit contra eos oppoſitum in appellationis inſtantia,ergo inſeri potuerunt quaſi ratione dicta ceſſante l.adigere §.quamuis ff.de iure patron.& c.cum ceſſante extra de appell. dũ uero domini priores prædicti interlocuti, inſerendum in proceſſu fuiſſe inſtrumentum dationis in ſolutum productum per d. Auguſtinum exiſtimo ſaluis prædictis,dictum inſtrumentum non fuiſſe inſerendum, quia, ut ex actis patet, iam fuerat concluſum in cauſa, quandoquidem trãſierat tempus aſſignatum a lege pauperum, & propterea nihil vlterius producendum fuit. c. quoniam contra de probation. Quin etiam reijci poterat quintum capitulum productum in cauſa appellationis ex parte dicti Auguſtini, quia teſtes non debent produci ſuper eodẽ articulo in cauſa appellationis , ſuper quo producti fuerunt in cauſa principali clement.fin.de teſtib.& Caſſan. conſ.52.num. 17.& num. 19.Sed quoniam intentio & iura Auguſtini aliũde probantur, ut patet ex prędictis , idcirco his minime obſtantibus, dico dictum Auguſtinũ dictis nominibus ſecundum prędicta obtinere debere. Quo uero ad expenſas, ambas partes abſoluimus tum propter allegationes excellentiſſimorum Aduocatorum iuxta tradita per Iaſ. in l.properandum eſt §. ſin autem alterutra C. de iudic.tum etiam propter probabilia iuris dubia & rei difficultatem, ut per Bart. in l. bonorum ff.de bon. poſſ.& Iaſ. d.§. ſin autem alterutra,& Can.in c. finem litibus de dolo & contum.

Et ex his & nonnullis alijs , quæ , ne longior ſim , miſſa facio, iuſtificantur prędicta. Quare quod ſupra firmaui, id iuris eſſe arbitror , atque ita dico, conſulo,& refero.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſe ſubſcribit partita manu aliena ſcripta perinde eſt ac ſi ipſe etiam manum propria conſcripſiſſet.*

2 *Scriptura priuata quando fuit confeſſata a parte plenam facit probationem.*

3 *Quando aduerſarius contra quem producitur non opponit contra eam dicitur approbata.*

4 *Exceptioni forma ſpecifica opponi debet alioquin non releuat excipientes.*

5 *Partita faciunt fideicom. contra ſcribentem.*

6 *De quantitate ad quantitatem fit compenſatio.*

7 *Scriptura continens plura & diuerſa capitula poteſt pro parte probari, & pro parte improbari.*

8 *Dies appoſita in principali obligatione cenſetur ineſſe conditioni.*

9 *De ſpecie ad quantitatem non fit cõpenſatio quando ſpecies non eſſe conſumpta.*

10 *Teſtis deponens de actu a ſe geſto facit plenam fidem.*

11 *Teſtis productus ad inſtantiam unius non poteſt ab eodem reprobari.*

12 *Quaſitum ex re mea meum efficitur.*

13 *Emptor in dubio cenſetur emere ex pecunia propria.*

CONSILIVM XXXIX.

Diuino nomine inuocato.

CVM cauſa,quę vertitur coram Mag. quatuor bonis viris ſeu pacialib. Fiuizani,inter Io.Frãc.Nic.parlariũ de Fiuizano agentem ex uno latere & Matthęum Mariam Iacobi Antonij de dicto loco procuratorem & actorem Alex. & Fiuizani pupillorum filiorum & heredum Mondini Iacobi à Spizzano,reos conuentos ex altera , fuerit ad me tranſmiſſa, vt dicam & referam quæ ſint Mag.pacialium partes in iudicando ſuper dicta cauſa; Idcircò,viſa inſtantia facta coram domino poteſtate de dandis tutoribus pupillis conueniendis,& de dandis fideiuſſoribus , eorumque datione,& petitione.d.Ioannis Franc. perſpectisque exceptionibus,replicationibus, duplicationibus partium,& capitulis, & atteſtationibus dicti actoris,& interlocutorijs.d.Domini poteſtatis , alijsque coram eodem deductis & actitatis. Viſo demum recurſu ad dictos Mag. paciales, & poſitionibus capitulis,atteſtationib. partis aduerſæ, & alijs omnibus coram eiſdem deductis, & ad me tranſmiſſis, & diligenter perſpectis, tum codice rationum , tum diario dicti Ioannis Franc.& approbatione priorum,& conſiliariorum Fiuizani,& ſtatutis allegationibus,& alijs omnibus ab utraque parte deductis accurate conſideratis,Diuino nomine repetito conſulo,dico, & refero partes dictorum pacialium fuiſſe & eſſe ut decernant, pronuntient,& declarent, petita per dictum Ioannem Franc. Parlarium

rium prout petuntur, non fuiſſe neque eſſe fa-
cienda, uel concedenda, ſed decernant, in hunc,
qui ſequitur, modum, uidelicet ut pronuntient,
dictum Ioannem Franciſcum ſaluis infraſcriptis
compenſationibus factis, ſeu faciendis, fuiſſe,
& eſſe dicti Moudini, uel eius hæredum credito-
rem ſcutatorum centum, quorum dictus Mon-
dinus, ſaluis infraſcriptis debitor apparet in di-
cti Ioannis Frãciſci libro, litera B. inſignito, char-
ta 38. de quo in actis, ex pluribus poſtis & parti-
tis ibi poſitis ex uarijs rationibus & cauſis, quæ
inter eos interceſſerunt a die 8. Octobris 1558.
uſque ad diem 14. Septembris 1559. incluſiue, ut
ibi habetur, Ex aduerſo autem dicti Mag. Pacia-
les decernant & pronuntient cum dicto credi-
to Ioannis Franc. fuiſſe & eſſe factam compu-
tationem, contributionem, & compenſationem
in primis ſcutatorum ſeptemdecim, & librarum
duarum; quam ſummã dictus Mondinus in præ-
allegato libro rationum eadem charta è regio-
ne ſcribitur numeraſſe in pluribus partitis di-
cto Ioanni Franc. Itemque cũ dicto credito Io-
annis Franc. factam fuiſſe & eſſe compenſatio-
nem prætij & æſtimationis quinquaginta & ſex
ſtariorum fabarum, neque plurium neque pau-
ciorum, eiuſdemque prætij & æſtimationis com-
penſationem fieri debuiſſe & debere, & factam
fuiſſe & eſſe ad rationem librarum octo, & ſoli-
dorum decem & octo pro quolibet ſtario; qui-
bus omnibus compenſatis, contributis, & com-
putatis, pronuntient dicti Mag. Paciales, in reſi-
duo & reliquo, quod ſupereſt, & intercedit, a
ſumma compenſata uſque ad ſummam centum
& decem ſcutatorum prædictam condemnan-
dos fuiſſe & eſſe dictos Alex. & Fiuizanum filios
dicti quondam Mondini, ſeu Mathæum Mariã
Iacobi Antonij de Fiuizano eorum procurato-
rem & actorem, procuratorio & actorio nomi-
ne. Eoſdemque ad eius reſidui & reliqui, quod
ſupererit, ſolutionem faciendam dicto Ioanni
Franc. Parlario fuiſſe & eſſe cogendos & cõpel-
lendos. Et ambas partes ab expenſis totius cau-
ſæ abſoluendas. Et ut ſupra dixi, atque etiam in-
fra dicam conſulo, dico, & refero omni melio-
ri modo &c.

Inducor autem ad hoc dicendum, atque ita
referendum infraſcriptis præcipue cauſis, iurib.
& rationibus.

In primis enim quod attinet ad nomina, po-
ſtas ſeu partitas libri rationum, litera B. inſigniti
in quibus continetur id, quod Mõdinus debet
Ioanni Franc. a die 10. Octobris 1558. uſque ad
diem 19. Octobris 1558. quæ omnes conficiũt
ſummã 78. ſcutatorum debitam ob ſocietatem
uini, concludendum eſt, omnibus illis partitis
fidem adhibendam eſſe cum ijs omnibus ſe ſub-
ſcripſerit manu propria Mondinus debitor,
1 † quo caſu quando quis ſcripturę per alterũ fa-
ctæ ſe ſubſcribit, perinde eſt ac ſi ipſe omnia ma-
nu propria conſcripſiſſet, ut per Bart. in l. em-
ptor. §. 1. in 2. not. ff. de pact. & Iaſ. in Auth. ſi
quis in aliquo col. 3. uerſ. confirmo quia ſubſcri-
bens. C. de eden. & Soci. iunior conſ. 106. nu.
4. vol. 3.

Nec obſtat quod ſubſcriptio Mondini ab eo
agnita non fuerit, & conſequenter tanquã pri-
uata ſcriptura nullam fidẽ facere poſſit ut not.
in l. ſcripturas cũ auth. ibi poſita ubi Ang. C. qui
potior. in pignor. hab. & Matth. de Afflic. 85. In-
cip. diu eſt, quod fuit.

2 Quoniam reſpondetur quod imo † ſcriptura
priuata, ſi fuerit confeſſata & approbata a parti-
bus plenam facit probationem §. ſi quis igitur
uult, ibi quia non profeſſus eſt in Auth. de in-
ſtrum. cau. & fide, Bart. in l. admonendi, ubi Iac.
Pet. de Ptol. num. 55. & Caro Sacc. num. 45. ff. de
3 iur. iur. † ſed ſcriptura tunc dicitur a partibus ap-
probata, quando uel expreſſe approbatio facta
eſt, uel ſaltem quando reus conuentus, aduer-
ſus quem producitur, nihil contra ſcripturã op-
ponit, ut per Hoſtienſ. & Ant. de Butr. in c. quo-
niam contra uerſ. quæro an producto extra de
probat. & Alex. conſ. 185. num. 14. lib. 6.

Ergo cum & ipſe Mondinus expreſsè & fa-
cto dictæ ſolutionis rem approbauerit, dum in-
cepit ipſum debitum ſoluere, vt colligitur ex di-
cto codice rationũ, quo fit vt plus facto quàm
verbis res oſtendatur. l. cum paulus. ff. rem rat.
hab. eumq; hæredes Mondini, vel eorum tutor
ſeu actor nihil contra ſcripturam prædictam le-
gitimè oppoſuerit, conſequens eſt vt dicta Mõ-
dini ſubſcriptio concludenter probet eum præ-
dictæ ſummæ ſaluis infra & ſupraſcriptis eſſe de-
bitorem. Quod ſi replices, ipſos hæredes ſatis ui-
deri contra ſcripturam oppoſuiſſe, dum petie-
runt ſe abſolui a petitis, & aſſeruerũt petita per
partẽ aduerſam fieri non debere; Rñdebo, hanc
generalem oppoſitionem nihil quo ad hoc rele-
uare, vt per Bar. in l. 1. ... colum. 2. ver. quæro, vi-
deo num. 7. vt dixerunt olim Doctores Collegij
Bononienſis in reſponſo 50. poſito inter conſi-
ſilia Curtij Senioris colum. 13. num. 28. verſicu.
quarto quia pro parte, vbi firmant, quòd agens
vt agnatus licet non probet ſe eſſe agnatum, tã-
men obtinere debet, quando in ſpecie non fuit
4 facta oppoſitio. Accedit quòd † exceptio in for-
ma ſpecifica opponi debet, alioqui non releuat
excipientem, vt per Inno. in c. ſuper eo de appel-
lation. & Bal. in l. 1. colum. 2. Vnde vi. & Calcan.
conſ. 36. num. 12. Id quod ſuadetur; quia ſi pars
contra ſcripturam diceretur opponere quando
generaliter opponit dicendo petita per aduer-
ſarium fieri non debere, vtique rarò daretur ca-
ſus, in quo pars contra ſcripturam aduerſarij nõ
diceretur oppoſuiſſe, raròque verificaretur cõ-
cluſio, quę habet ſcripturam priuatam, contra
quam non eſt oppoſitum, approbatam videri,
quandoquidem ferè ſemper in fine ſuarum ex-
ceptionum concludit reus petita per partem ad-
uerſam non eſſe concedenda, vel facienda.

Quo uero ad alias quinq; partitas deſcriptas
in eodem libro in charta 38. quæ continent de-
bitum contractum a Mondino a die 10. Ianuarij
1559. vſque ad diem 14. Septembris 1559. in-
cluſiuè-

cluſiue, firmare debemus illis omnibus fidem eſſe adhibendam, quia habent omnia neceſſaria requiſita & adminicula, quę efficiunt ut libri mercatorum plenam faciant probationem iuxta ea, quæ tradit Guid. papæ queſt. 441. quem ſequitur Boer. deciſ. 105. col. 1. & cumulat Crauet. in tract. de antiq. temp. ſectione vidimus & abunde num. 20. & Benuen. in tract. de Mercat. parte 2. num. 12. quandoquidem omnes illæ rationes ſunt conſcriptæ ſub certo die, omneſque exprimunt cauſam, ex qua datum fuit, in omnibus adſunt circunſtantię, ex quibus apparere poteſt, uerum eſſe id, quod eſt ſcriptum, nimirum quia cum diario libro omnes concordant, & in illis omnibus apparet ſcribentis legalitas; de qua ſcribentis legalitate conſtat non ſolum per primum, ſecundum, tertium, quartum teſtes actoris examinatos ſuper 6. cap. coram domino poteſtate, ſed etiam per primum, ſecundum, tertium teſtes reorum examinatos ſuper 2. cap. coram Mag. Pacialibus, qui teſtes, & ipſi quoque deponunt dictum Ioannem Franc. eſſe probum & legalem uirum, quorum atteſtationes valde concludentes ſunt, Nam quanuis teſtes producantur ab una parte, tamen quia in eorum productione pars uidetur eorum dicta approbare, abſque dubio pro alia quoque probant. l. precū C. de liber. ca. Roman. conſ. 433. num. 11. Incip. quoad primum, & conſ. 104. Incip. Pater Reuerende nu. 6. Iaſ. in rub. ff. de iureiur. col. 5. uerſ. ſexto notabiliter, Gratus conſ. 60. lib. 1. num. 47. & Soci. iun. conſ. 69. lib. primo numero 10. & numero 14.

Neque obſtat dum rei conuenti dicūt quod partitę deſcriptę in dicto libro infra ſubſcriptionem Mondini fuerunt in dictum librum relatæ poſteaquā Mondinus obiit. Quia primo reſpondetur, id non fuiſſe concludenter probatū. Nāque licet quintus teſtis actoris examinatus corā pacialibus ſuper 6. cap. dicat; ibi tunc nihil ſcriptum fuiſſe, ſed chartam fuiſſe albam, nihilominus ſecundus teſtis actoris ibidem examinatus deponit infra ſubſcriptionem Mondini fuiſſe conſcriptas alias partitas; Idcirco cum eorū depoſitiones contrariæ uideātur, nihil utique probare poſſunt: ſed utriuſque dictum reijcitur. c. bonæ memoriæ. c. dilectus de elect. c. in noſtra de teſtibus, Alex. conſ. 18. nume. 7. lib. 1. & conſ. 151. num. 2. lib. 5. Nell. in tract. de teſtib. §. teſtis examinatus nu. 115. & Bagar. in tract. de reprob. teſt. num. 71. cum ſimilib.

Secundo poſito & non dato quod infra ſubſcriptionem Mondini tempore mortis eius nihil eſſet ſcriptum, ſed ſcriptum totum id poſtea fuiſſet: non propterea tamen dicendum eſt, ea in re fidem prædicti codicis aliquo modo imminui. Nam debitum omnium illarum partitarum fuit cōtractum ante mortem Mondini, & in diarium ſub eo die coniectum, quo res geſta fuit, ut ex inſpectione diarij patet quo caſu poteſt ſcribens ad ſuum libitum partitas factas in uita extrahere ex diario, & in codicem illas referre poſt mortem etiam illius, cum quo antea cōtraxit, neque ob id dicitur ſubeſſe falſitas, cum ſemper ex eo libro poſſit explorari, an rationes in eum probe uel improbe relatæ ſint iuxta tradita per Benuen. tract. de mercat. parte 2. numero 56.

Non obſtat item quod in 2. partita facta Menſe Aprili, & in 3. facta Menſe Ianuarij ordo videatur prępoſterus, nam reſpōdetur quod ex giornali ſeu diario, unde ſumuntur, præponitur partita facta menſe Ianuarij, quemadmodum poni debet, neque eſt in diario aliqua ordinis prępoſteratio. Quibus ita ſe habentibus, conſequens eſt, ut Mondinus debitor ſit Ioannis Franciſci, ſaluis ſupra & infraſcriptis ſcutatorum centum & decem iuxta tenorem partitarum ſuperius allegatarum.

Quod ex aduerſo autem compenſari & contribui cum dſcutatis 110. debeant ſcutati. 17. & libræ duæ, probatur, quia in libro dicti Io. Frāc. car. 38. Mondinus ſcribitur creditor in quatuor partitis dictorum ſcutatorum 17. & librarum duarum, quas numerauit dicto Io. Franc. quæ omnes partitæ cum diem & cauſam dationis cōtineant, & cum diario cōcordent, ut uidere eſt ex earum inſpectione, ſintque deſcriptę in libro dicti Ioannis Franciſci eius aduerſarij, merito dicuntur concludenter probare, cum certum ſit

5 † librum proprium fidem facere contra ſcribentem, ut per doctores in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. exemplo. C. de probat. Ideoque manife-

6 ſte apparet † de quantitate ad quantitatem fieri poſſe compenſationem l. ſi conſtat. C. de cōpenſat. glo. in uer. aperto iure in §. in bonę fidei ubi Iaſ. num. 62. & ſeq. inſtit. de act. & Tynd. tracta. de compenſat. in 3. art. num. 3. habet enim dicta compenſatio uim ſolutionis d. l. ſi conſtat, & l. uel permutauit. ff. de liber. ca. l. ſi debitor, ibi neque enim intereſt ſoluerit an compenſauerit. ff. qui potior. in pignor. habeant. & l. amplius non peti ubi Bart. columna fi. ff. rem ratam haberi.

Firmaui autem cum dictis ſcutatis centum & decem compenſari quoque debere prætium, & æſtimationem ſtariorum quinquaginta, & ſex fabarum, & non plurium nec pauciorum; quia in hac ſumma concordat non ſolum liber rationum, ſed etiam liber giornalis dicti Ioannis Frāciſci: quamuis enim in libro, & diario, ſeu giornali Ioannes franciſcus ſcribat, Mondinum eſſe creditorem ſtariorum ſexaginta, & ſic uideatur primo fateri ſexaginta ſtaria recepiſſe; tamen ſtatim in utroque deinde libro ſubiicit quandam notam & memoriam, ſeu recordam, dicēs nota quod ex his ſexaginta ſunt ſtaria quatuor pęnes Franciſcum Foleriam, quæ nota demonſtrat, eum re ipſa ſtaria ſexaginta ſolummodo accepiſſe, & propterea circa hanc ſummam quā ipſe fatetur, libri eius contra illum probāt, quia liber mercatoris plene probat contra ſcribentem gloſ. & Bart. in l. quędam §. nummularios. ff. de eden. l. rationes. l. Inſtrumenta. C. de probat.

bat.c.2.de fide inſtrum. Ioan. Andr. in add. ad Specu. in §.nunc dicendum tit.de inſtrumento rum editione, Bart. in l.ad hoc num.5.Deci.l.1. col.1.C.de eden. Crauet.de antiq. temp.ſectio ne vidimus & abunde limit.4.num.26.

Nec obſtat ſi pro parte actoris diceretur, quod Ioannes Franciſcus pauciora ſtaria accepit, nimirum ſolummodo 46.quemadmodum ſcriptum uidetur in quadam nota poſita in libro rationum ipſius; ubi nõ ſolum fit mẽtio de ſtarijs quatuor poſitis pœnes Franciſcum Soleriam, ſed prætereа etiam fit ibi mentio ſtariorũ decem, quæ dicuntur eſſe in domo Mondini, ſicut etiam ſuadere uidetur depoſitio quarti teſtis examinati per actorem ſuper 7. cap. qui deponit,ſe miſſum ab actore fuiſſe ad D. Iuliã uxorem olim Mondini petitum dicta ſtaria decem, quæ dicta domina Iulia ei tradere noluit ;reijciens illum ad tutores. Quoniam reſpondetur, ꝙ licet poſſibile ſit,uerum eſſe ſtaria iſta decẽ ex prædictis ſexaginta remãſiſſe in domo Mõdini, tñ hoc neq; per notã neq; per teſtem prædictũ concludenter probatur.Ideoq; cũ reſtit iudicãda ſecundum acta & probata l. illicitas. §. veritas.ff.de offic. præſid. in hoc de iure re uera nõ poteſt fieri fundamentum. Nam quod attinet ad notam libri rationum quatenus ibi fit mentio horum decem ſtariorum concludendum eſt hanc notam non probare intentionem agentis reſpectu ſtariorum decem,quia licet ibi dicatur quòd ſtaria decem remanſerunt in domo Mondini; tamen ea nota in hac parte non cõcordat cum giornali; quia in ea nota giornalis ſolummodo dicitur, quatuor ſtaria eſſe pœnes Franciſcum Soleriam;de decem autem nulla mentio ibi habetur. Ideo non apparet vnde huiuſmodi nota reſpectu ſtariorum decem extrahatur;quo fit vt ſecundum conſuetudinẽ, atque adeo etiã proteſtationem. d. Ioannis Franc. nota iſta non probet, quia ſicut in libris inſpicitur loci cõſuetudo, ut per Bal. conſ. 152. Incip. ad euidentiã uol. 3. & Iaſ. conſ. 4. uol. 2. ita etiam in eiſdem inſpicere, & attendere oportet patrisfamilias conſuetudinem & profeſſionem arg. eorũ,quæ dicunt doct. in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg. iur. cum ſimil. At ipſe Ioannes Franc.in eo libro conſueuit ſcribere, quin etiã in illius quaſi ueſtibulo profitetur & proteſtatur ſe ibi ea ſcribere velle, quæ ex alijs eius libris extraheret,ut patet ex inſcriptione,ubi dicitur hic liber eſt&c. in quo manu propria notabo meos omnes debitores & creditores tam ę libro litera A. ergo ſequitur ut partitæ & ſcripturę, quæ non extra hũtur ex libris a dicto ſcribente nominatis,quæ ue unde ducantur non apparet, abſque dubio fide carere debeant, tanquam illæ, quæ in codicem reiectæ ſunt contra conſuetudinem patris familias, & contra profeſſionem, quam ipſe fecit in ſui libri inſcriptione, ex qua inſcriptione licitum eſt ſumere argumentum ad rem comprobandam iuxta tradita per Bart. & Bal. in l. ſi patruus.C. comm. utriuſque iud. & late per Beneuen. in tract. de Mercat. parte 2. num. 53.

Præterea quatenus ad quartum teſtem exa minatum ſuper 7. cap. pertinet reſpondendum eſt,eius dictum nihil probare; licet enim aſſerat ſe ab actore miſſum ad Dominam Iuliam dicta decem ſtaria petitum,tamen idem teſtis reſpõdẽs ad partis interrogationes dicit ſe neſcire,an illæ fabæ eſſent ex illis ſtarijs ſexaginta vel non. Ideo non concludit, quòd ex illis ſexaginta remanſiſſent decem pœnes Mondinum ; quinimmò quamuis actuum pluralitas nõ prçſumatur, tamen pluralitas rerum rectè præſumi poteſt,vt per Fely.in c.ſubditis.colum.17.ver. nec obſtat extra de præſcrip.Panorm.& Dec. in c. in præſentia de probat.& Panormit. in c. cum tu , de teſtib.& atteſtat.& Aret.conſ.13. nu. 12.

Neque obſtat ſi rurſus pro parte actoris dicatur, quòd immo ex dicta nota poſita in libro rationum probatur,decem iſta ſtaria remanſiſſe penes Mondinum,quaſi ea nota tanquam in diuidua non debeat pro parte nimirũ pro quatuor ſtarijs acceptari,& pro alia parte nẽpè pro decem impiobari iuxta doctrinam Bartoli. in l. Aurelius §.Idem queſijt.ff.de liberat.leg. Reſpõdetur enim quòd dicta nota continet plura capitula ſeparata;Id quod apparet, quòd ibi ſunt plura facta quorum vnum non venit ad determinationem alterius; quo ſanè modo dignoſci conſueuit idemtitas,vel diuerſitas capitulorum, vt per Fely.in c.ſcripta colum.8.ver.fallit 4. extr. de fide Inſtrum. Certum eſt enim aliud factum eſſe ſtaria decem eſſe in domo Mondini. Aliud vero & diuerſum, ſtaria quatuor eſſe in domo Franciſci ſoleriç; ſunt enim hçc non eadem ſed
7 diuerſa, † ideo mirum non eſt, ſi ſcriptura continẽs plura & diuerſa capitula poteſt pro parte probari, & pro parte improbari, Bar.in l.publia. §.fi.ff. depoſ. Imola & Butr.in cap.bonę 2.de poſtulat.prælat.Fely.c.cum inter col.4.uerſ.de ſententia extra de re iudic. Bellon. conſ. 46.nu. 12. Crauett. de antiquitate temporum ſectione vidimus num.24.

Neque obſtat, ſi pro parte reorum cõtra prędicta diceretur, quod Ioannes Franc. nõ poteſt aſſerere ſe recepiſſe ſolummodo ſtaria 56. vel pauciora quam ſexaginta, quandoquidem ipſe expreſſe tum in diario, tum in libro magno rationum ſcribit Mondinum eſſe creditorem ſcutatorum ſexaginta nouem pro ſtarijs 60. fabarũ ex qua ſcriptura conuinci uidetur, ipſum actorem prædicta omnia ſexaginta ſtaria accepiſſe, neque ipſum aliquid iuuent notæ præallegatæ; ex quibus actor probare conatur, quod nõ omnia illa ſexaginta ſtaria in eius poteſtatẽ adhuc peruenerunt; ſed decem erant pœnes Mondinum, quatuor uero pœnes Franc. Soleriam, quaſi eædem notæ, cum ſine die certo conſcriptę fuerint, nihil probent,iuxta tradita per Alex conſ. 182.nume.6. uolum. 2.& Crauet. de antiquitate temp. Sectione, Quarto limitatur nu. 44.& num.45.

Quoniam reſpondetur , quod licet conſtituat cre-

tuat creditorem Mondinũ pro ſtarijs 60. tamen
ex illis notis, & recordis apparet non omnia
actualiter ad eum perueniſſe, ſed ex ea ſcriptu-
ra ſignificare uoluiſſe, quod & ſi Mondinus ei
ſtaria 60. pro eo prętio poſita in Caſtrum Fini-
zani dediſſet, & quaſi in eius dominium trāſtu-
liſſet, tradenda tamen adhuc erant dicta ſtaria
quatuor; & conſequenter re ipſa Ioannes Frāc.
in dicto giornali fatetur tantum ſe ſtaria 56. ac
cepiſſe, pars autem aduerſa, ſeu rei conuēti non
probarunt, quin etiam, ut ex inſpectione acto-
rum apparet, non capitularunt, Mondinũ Ioan
ni Franc. omnia ſexaginta ſtaria tradidiſſe. Nec
etiam quicquam officit, eas notas die carere;
quia in ijs cenſetur repetitur dies, quæ deſcri-
pta ſuperius fuerat in partita immediate proxi
me præcedenti arg. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi
initium. ff. de eden. & l. ſi finita. §. uideamus. ff.
de damno infecto; quemadmodum dicitur
8 † etiam de die appoſita in principali obligatio-
ne, quæ cenſetur ineſſe conditioni l. tali. ff. de iu
re dot. l. quidam teſtamento. §. ſi ſcriptus. ff. de
lega. 1. id quod etiam euenire uidemus in pri-
mo inſtrumento protocolli, quia dies in eo ap-
poſita, cenſetur repetita in inſtrumentis imme
diate ſubſequentibus, non habentibus diei ap-
poſitionem, ut per Lanfranc. de Oria. in tract.
de fide inſtrum. §. quæro igitur num. 46. Quod
etiam ex eo ſuaderi poteſt, quod dies, & locus
adiectus in principali obligatione cenſetur re-
petita in obligatione acceſſoria fideiuſſoris l. ſi
ut proponitur. ff. de fideiuſſor.

Quibus omnibus rebus concluditur ad Ioan
nem Franc. actorem ſtaria ſolummodo 56. per
ueniſſe, & notæ ſeu recordo libri magni quoad
ſtaria quatuor fidem adhibendam eſſe, quia cō
cordat cum diario; quo uero ad ſtaria decem, ei
dem notę non eſſe ſtandum, quia in ea parte cū
diario non concordat, neque eſt facta ſecundū
conſuetudinem & profeſſionem ſcribentis iux
ta prædicta.

Quamobrem non immeritò ſupra firmatum
eſt, cum dicto credito ſcutatorum decem com-
penſandum & contribuendum eſſe precium &
æſtimationem ſolūmodo quinquaginta ſex ſta-
9 riorum; † quia quamuis de ſpecie ad quātitatem
non ſoleat fieri compenſatio, quando ſpecies
non eſt conſumpta. l. fi. C. de compenſat. & Ant.
Negoſant. in tract. de pignor. parte 5. prin. in fi-
ne quinti membri, tamen de ſpecie vel fructib.
conſumptis, & ad ęſtimationē redactis ad pecu
niam compēſatio fieri poteſt. l. ſi p p fructus vbi
Bar. nu. 1. & Caſt. & Sal. C. de cōpē. & Tyndar. in
trac. de cōpen. ar. 3. nu. 5. Cuius rei rō aſſignatur
quia quando ſpecies petita non extat, re ipſa vi-
detur fieri compenſatio de quantitate ad quan
titatem, vt per Soc. iun. conſ. 60. num. 7. & 8. par
te 1. Idcirço ſi compenſatio opponatur quemad
modum hic accidit, vt ex actis colligitur, cum de
debito conſtat, iudex pronuntiare ſolet, factā eſſe,
ipſo iure compenſationem vſq; ad concurrentē
quantitatem, & in reſiduo l. n reliquo, quod ſu-
pererit, condemnare, vt per Tynd. in dicto trac.
de compenſat. §. ſed certè num. 70. & Grat. conſ.
13. nu. 51. lib. 2. & Soc. iun. conſi. 74. nume. 12. &
nu. 15. parte 3; cum ſim,

Ideo autem dixi, fieri debere compenſationē
ad rationem librarum 8. & ſolidorum 18. pro
quolibet ſtario, quia eas Ioannes Franciſcus tali
pretio uendidit, vt dicit quartus teſtis pro acto-
re examinatus ſuper octauo capit. coram pacia-
libus, qui deponit dictum Ioannem Franciſcum
vendidiſſe fabas ad rationem librarum 8. & ſoli
dorum 18. pro quolibet ſtario, & dicit ipſe teſtis
ſe fuiſſe mediatorem ad eam vēditionem, & ad
firmandum pretium, cuius teſtimonium etiam
ſi ſolum ſit, tamen probat, quia deponit de actu
10 a ſe geſto; † quo caſu teſtis etiam unicus de actu
a ſe geſto deponens plenam facit probationem
ut per Paul. Caſtrenſ. in l. quicunque num. 11. in
fi. C. de ſeru. fugit. Iaſ. in l. cunctos populos col.
pen. C. de ſumma trini. & fide cathol. & Grat. cō
ſi. 41. num. 19. & conſ. 52. num. 5. Vol. 2. & Cra
uet. ſecundum opinionem, quan. ipſe probat,
conſ. 73. ubi late, & conſ. 99. numero 6. parte 1.
& Tomm. Grammat. conſ. 65. numero 19. &
Deci. conſi. 56. numero 4. & Soci. iun. conſi.
62. numero 6. primo uolumi. Et quamuis ipſe
teſtis deponens de facto ſuo, & de actu a ſe ge-
ſto, mediator fuerit, ut ipſemet fatetur, cuius te
ſtimonium quandoque ſuſpectum eſt, vt per
Corn. conſi. trigeſimotertio, nume. 27. volum. 2.
tamen hic ceſſat omnis ſuſpicio, cum ſit produ-
11 ctus ab ipſo actore, contra quem probat. † Ideo
teſtis productus ad inſtantiam vnius non po-
teſt ab eadem reprobari. l. ſi quis teſtium. C. de
teſtib. Crauet. conſ. quinquageſimonono. num.
5. parte 1. quinimmo huic ſoli & vnico teſti; alijs
pręſertim concurrentibus coniecturis, credere-
tur, ut per Soci. iun. conſ. 69. lib. 1. num. 11. & 14.
Quę omnia ſuadent, ęſtimationem fieri deberę
modo prędicto, non autem condemnari debe-
re ad ęſtimationem quantiplurimi, quę locū hic
habere non poteſt, cum dicta ęſtimatio naſcatur
ex mora, vt per docto. in l. vinum & l. quod tę. ff.
ſi cer. pet. de qua nihil in actis probatū apparet.

Nec obſtat, ſi obijciatur, pro parte actoris ęſti
mationem hāc fieri debuiſſe ad rationē librarū
ſeptem, & ſolidorum decem & ſeptem pro quo-
libet ſtario tantum, ſicut eas æſtimauit Io. Franc.
dum fecit creditorem Mondinum ſcutatorum
69. & non ad rationem librarum 8. & ſolidorum
18. vti diximus, quaſi eſſent Io. Frāc. ex retractib.
vini, & eius pecunijs per Mondinū emptę ad bo
nam ſocietatem; totumq; earum lucrū ad acto-
rem pertinere debeat, cum fuerint uenditę ab
actore poſt mortem Mondini ſoluta ſocietate.
§. ſoluitur inſt. de ſocieta.

Quoniam reſpondetur, q in dicta negociatio
ne non reperitur contracta ſocietas inter Mōdi
num & Io. Franc, quāuis. n. expreſsè cōicauerint
lucrum vini, non tamen apparet eos cōicaſſe lu-
crum fabarum, unde in illis non intelligitur con
tracta ſocietas, quia qn ſocij cōicauerunt unā rē
tantum

tantum, tunc illius rei dumtaxat cenſentur ini
uiſſe ſocietatem,& non alterius. l. cum duob. §.
Item mela.ff.pro ſocio & Petr. de Vbal. in tract.
de duob.fratrib.num.23.& nu.25.parte 3. prin-
cip.& parte 5.colum.2.nu.3.Ratio autem reddi
poteſt, quia actus voluntarij non extenduntur
vltra quàm gerantur.l.fi.C. ne vxor pro mar.gl.
in l.qui margaritam.ff.pro ſoc.Corn. conſil.98.
num.3.volum.4.Ioan.de Amic.conſ.62.num.9.
Neque præſumi debet pluralitas ſocietatũ,ſicut
nec aliorum actuum præſumitur, niſi probetur.
l.ſi in rem. ad fi.vbi Bart.ff.de rei vend. glo.in l.
qui iuraſſe.§.ſi patet.uerſ.acquiſiti. ff.de proba.
& c.in pręſentia.uer.uerum.ext.de prob.& cap.
cum Ioannes. de fide inſtrum.Alex.conſ.38.nu.
2.par.5.Ideoq; dicit Paul.Caſtren.conſ.415.nu.
3.par.1.inc.iſta fuit ſocietas.num.1.uerſ. Primo
quia ibi aliter trafficauit. quòd ſocietas contra-
cta in aliqua certa ſpecie negociationis non ex-
tenditur ad lucrum, quod ſocij faciunt ex alia,
etiam de pecunia redacta ex prima ſocietate.
Quapropter cum de ſocietate non doceatur,
non poteſt Io.Fran. actor in hoc obtinere: quia
allegãs ſocietatem initam eſſe, debet hoc ipſum
probare.Grat.conſ.128.par.1.n.2.& n.3. Quod
ſi pro parte d.Io.Franc.dixeris, dictam ſocietatẽ
probari ex partita ſui diarij, ubi dicitur mũdinũ
emiſſe fabas ad ineundam ſocietatẽ. Reſponde
tur,quòd ex ſcriptura ipſiuſmet ſocij,ſcribæ nõ
probatur ipſum eſſe ſocium, nam facta eſſet hu-
iuſmodi ſcriptura ad propriam utilitatem ſcri-
bentis.l.cum rationes.C.de prob.priuſq; conſta
re debet,aliquos eſſe ſocios,quo probato, ſcri-
pturæ,inter eos factæ facient fidem,ut per Alex.
conſ.186.lib.2.

Nec ob.ſi obijcias, ex d.diario probari ſocie-
tatem,& alia quæ habentur propter approbatio
nem factam a D.Prioribus, qui pronuntiarunt,
libris Io.Fran.fidem eſſe dandam, uti ijs, qui re-
ctè,& legaliter ſcripti ſunt,ut ex actis patet.Quo
niam reſpondetur, quòd approbatio iſta nõ po
teſt operari,niſi ut libris detur illa fides, quę ip-
ſis daretur ſecundum cõmunes iuris regulas,&
ſecundum ſtatuta,& conſuetudinem loci, & pa-
trisfam. Sed quemadmodum ſupra dixi,ſecun-
dum communes regulas iuris ex ipſius ſocij ſcri
ptura non probatur ſocietas; ergo approbatio
uel confirmatio librorum quo ad hoc nihil po-
teſt operari ultra prædicta; quia approbatio,uel
confirmatio ſolum corroborat ius quæſitum, &
dat robur rei ineſſe deductæ, non autem rem ul
terius extẽdit,nec quid noui inducit, ut per Bal.
in l.aduerſus.in fi. C.ſi aduerſ. rem iud. & Alex.
conſ.22.col.6.lib.5.& latè Dec.in rub.de confir
ma.util.uel inut.nu.2.& 3.cum ſimilib. Quocir-
ca cum Io.Fran.nõ oſtenderet concludenter ſo-
cietatem eſſe contractam in re, de qua agitur,
conſeqnens eſſe debet, ut fabæ empta per mon
dinum illius remaneant: & pretium,quod ex re
12 mondini quæritur,ſuum eſſe dicatur, † quia ex
re mea quæſitum,meum efficitur.Paul.Caſtren.
conſ.415.nu.1.uerſ.2, quia,par.1. Ideoque nec
uerè dici poteſt, lucrum talis emptionis ad acto
rem pertinere, quaſi ſoluta ſocietate per mortẽ
mondini,tum quia(ut dixi)non conſtat de ſocie
tate contracta,tum etiam quia poſito, & non da
to, quòd de hac conſtaret, nihilominus totum
hoc lucrum non pertineret ad Io.Franc. licet,n.
ſocietas per mortem ſoluatur, & ad hæredem
non tranſeat.§.ſoluitnr.inſt.de ſocie. tamẽ emo
lnmentum ſocietatis in hæredem transfertur,
& hæres ſocij quamuis non ſit ſocius, tamen eſt
ſucceſſor emolumenti. Lucrum. §. in hæredem.
ff.pro ſoc.ubi Bal.& §.ſoluitur.ubi Ang.Are.nu.
2.inſt.de ſocie.quo fit ut ipſe Io. Franc. non de-
buerit lucrum illud aſſumere, & ſibi proprium
facere. Nec etiam quicquam obeſt, ꝙ in d.parti
ta giornalis dicatur, eam emptionem factã fuiſ-
ſe pecunijs d.actoris; nimirum ex retractibus ui
ni. Tum quia illa partita non eſt huiuſmodi, ex
qua ueritas explorari, & cognoſci poſſit, uti o-
13 portet,iuxta prædicta. † Tum qnia in dubio em
ptor pręſumitur emere ex pecunia propria.Pet.
de Vbal.tract.de duob.fratr.par.5.col.4.uerſ.3.
caſu quando,& uerſ.aut dubitatur ex qua,& A-
le.conſ.78.par.2.nu.3. uer.tamen in propoſito.
Nã in dubio res empta præſumitur ex pecunia
ſoluentis.Rom. conſ.3. uerſ.item hoc dicendũ.
& Bertrand.conſ.253.n.2.uol.3. in corpore an-
tiquiori. Et quòd præſumatur quis in dubio e-
miſſe de propria pecunia,tradit Bar.in l.cũ pro-
ponas.C. pro.ſoc.Bal.in l.pe.C.ſi quis alteri uel
ſibi.& l.ſi defunctus.C.arbit.tut.& Ale. conſilio
152.n.5.uol.7. Non autem cenſetur quis in du-
bio emiſſe de pecunia communi, ut per Corne.
conſ.98.col.3.n.5.uerſ.cenſetur.n.uol.4. Sed &
poſito qnòd conſtaret rem eſſe emptam ex pe-
cunia communi,uel etiam pręſumeretnr empta
ex pecunia, quæ peruenit ad mondinum ex alijs
uenditionibus,ut per Bar.in l.Imperator. §.cum
autem.uerſ.quæro dicitur.n.3.ff.de leg.2. & Ro
ma.conſ.426.inc.negociorum nu.7. tamen ad-
huc dicendum eſſet quod res empta non effice
retur communis,& nõ communicaretur, nt per
Pet.de Vbal.tract.de duob.fratr.par.5.n.3.uerſ.
1 quæro,& uer. aut erat contracta, & Bart.in l.ſi
patronus.num.7.C.com.utr.iud.ubi dicit,quòd
res redacta ex mercib.cõib.non eſt cõis,ſed effi
citur emẽtis, ſiquidem ematur nomine proprio
ut per Paul.Caſtren.in lect.Auenion.l.item ue-
niunt.in prin.nu.2.ff.de pęt.hære.uel nulla ſocij
facta mentione,ut per Ale.conſ.49.n.11. 1.uol.
col.fi.in fi.& Io.de Ana.conſ.65. Viſo puncto.n.
2.ubi Lud.Bologni.in addi.nu.3.& Io.de Amic.
conſ.62.n.7.& 8.&Crau.conſ.131.n.12.par.1.&
propterea pecunia tãtum repetitur, ut per Ale.
conſ.78.n.3.uol.2.& l.1.C.ſi quis alteri,nel ſibi,
quod ſnadetur, quia res empta ex pecunia alie-
na efficitur ementis, non autem domini d.pecu
niæ.Bal.d.l.1.C.ſi quis alt.uel ſibi, & in l.ſi ex ea.
C.de rei uend.& Panor.in c.relatum.2.de teſta.
Accedit ꝙ in dubio ꝗs cẽſeẽ emere noĩe ꝓprio,
nõ aũt cõi,uel alieno.l.& magis.ff.de ſol.nec alia
ꝑſona ſubintelligiẽ extrinſecus.l.ſi ita ſtipulatus

§.Griſogonus.ff.de uerborum obliga. Bar.in l.ſi patruus colum.2.nu.4.verſicu.tertio caſu quando dubitatur.C.commun.utriuſque iud.Pet. de Vbal.d.tracta. parte 5.num. 3.verſic. tertio caſu quando. Fabian. de Monte in tract. de emp.& uend.in 9.par. prin. nu.2.Paul.Caſtr.conſ.415. uol.1. Ioan.de Amic.conſ. 16. nu.9. Grat.conſil. 118.lib.1.nu.16.Soc.iun.conſ.95. num.13.uol.2. Quod ſi dixerit, recurrendum eſſe ad coniecturas,ſi quęratur quo nomine quis emerit, uel an dicatur contracta ſocietas,nimirum ad id,quod eſt actum, & ad conſuetudinem ipſius ementis, ut tradit Bal.in d.l.ſi patruus.& Anch.conſ.302. nu.9.inc.materia,de qua, & Petr.de Vbal.d.par. 5.uerſ. 3. caſu. Reſpondetur non probari,quòd mondinus conſueuerit emere communi nomine,uel quòd fuerit in hoc cõtracta ſocietas, quinimo conſuetudo eorum potius oſtendit; ſocietatem non eſſe contractam, quia quando ſocietatem inibant, hoc faciebant expreſsè adijciendo pacta,& conditiones, ut patet ex ſocietate uini inita die octaua Octobris 1558. in dicto giornali, ubi exprimuntur complures conditiones, quod hac in re factum non reperitur. Cum ergo ſocietas non probetur cõtracta, nec emptio facta ex pecunia Io.Fran. ſed potius pręſumatur empta res nomine proprio,& pecunia propria, conſequens eſt: ut totum emolumentum dictæ emptionis debeat pertinere ad dictum mondinum,& illius habita conſideratione,debeat fieri compẽſatio pretij fabarum cum d. ſcutatis 110. de quibus ſupra. Ex quibus etiam ſequitur,non licuiſſe d.Io.Fran.ſine cõſenſu mondini,uel eius hæredum, uel tutorum pretium iſtarum fabarũ ſtatuere. Et licet uideretur prima facie hoc pertinere ad commodum mondini,eo quia ſcribebatur creditor; tamen re uera quo ad pretium lædebatur,ut ex prædictis colligitur. His ita ſe habentibus, non obſtat ſiquis libros actoris redargueret de falſitate,quaſi in codice ſit abraſio, in diario uerò, in ea partita, quæ eſt ſcripta die 27. ſeu 28.Septembris 1559. poſt mortem mondini uideatur loqui Io.Fran.de mondino mortuo, tanquam de eo,qui eſſet uiuus: quia reſpondetur, quòd quamuis in his libris, ut ex prædictis patet,non probetur in omnibus intentio actoris iuxta illius petitionem, nihilominus propter hoc cõtra huiuſmodi libros non poteſt iure opponi de falſitate. Et quod attinet ad abraſionẽ, dicendum eſt hanc obiectionẽ eſſe modici momenti,quia cum in ipſo diario,unde ratio,& partita illa deducitur,non adſit aliqua litura, uel abraſio; cumque in tam paucis uerbis abraſis uix rei ueritas,& ſcripturæ ſenſus potuerit immutari,uerſimile eſt id totum non propter falſitatẽ, ſed propter errorem ſcribentis, & negligentiã accidiſſe,cum de facili falſitas non præſumatur. Dec.conſ.510.col.2.ad prin. Quo uerò ad partitam ſcriptam in diario poſt mortem mondini, dico quòd Io.Franc. non loquitur de mondino mortuo,uti de eo,qui ſit uiuus,neque cum mondino dicit,de pretio ſe conueniſſe die 28. Sept. ſed præſupponit mondinum, tunc obijſſe cum dicit ſe dediſſe operam, ut rationes illius negociationis redderentur ſibi a Fran. Soleria. Et licet ſcribere debuiſſet eſſe creditores hæredes mondini; tamen bona fide declarauit tunc creditorem mondinum in eo,quod aſſerit ſe antea ſecum geſſiſſe poſtquam mondinus reuerſus fuit e ciuitate Piſarum.

Ambas uero partes ab omnibus expenſis huius litis abſolui, & propter conſilia, & allegationes Excellentiſſimorum Aduocatorum; & quia quando uterque eſt victor & uictus, tunc expenſæ ob mutuam victoriam confunduntur, Alex.conſ.54. Vol.5.nu.12.Iaſ. l. properandum §.ſin autem alterutra col.8. uerſ. quinto quæro C.de iudic. Lanfran.de Orian. tract. de expenſ. §. quæro vlterius num.13. Accedit etiam quòd quando partes habent iuſtam cauſam litigandi ſuper parte, tunc excuſantur ab expenſis ſuper toto,vt dicit Imola in l. qui ſolidum. ff. de leg. 1. cum ſimilib.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Qui caret actione obtinere non poteſt.*
2 *Nemo compellitur vendere rem ſuam cui non vult.*
3 *Qui legitur contemnit eius beneficio non poteſt vti.*
4 *Quando tempus ſtatuitur in merum fauorem alicuius; tunc ſtatim currit etiam ignoranti.*
5 *Ignorantia non prodeſt ad conſequendum lucrum, niſi ad damnum vitandum.*
6 *Forma ſpecificè, & preciſè adimpleri debet.*
7 *Statutum aliquid noui diſponens non debet trahi ad caſus præteritos,ſed futuros.*
8 *Statutum municipale pro lege ſeruatur.*
9 *Probatio non concludens non releuat.*

CONSILIVM XL.

In Dei nomine.

MVLTVM Mag. Domini Priores mihi ſemper obſeruandiſſ. In cauſa quæ vertitur inter Dominicum Antonij del Vannella à Lugniano poteſtarię Vici Piſani agentem ex vno latere, & Gabrielem olim Ioannis Franciſci de Maſtainis, ciuem Piſanum ex altero,quæ per appellationẽ & prouocationem d.Gabrielis ad multum Magnificas dominationes veſtras deuoluta eſt: & mihi conſulenda commiſſa. Vidi aſſertionem & confeſſionem facti depoſiti,& petitionem dicti Dominici,& reſponſiones dicti Gabrielis, & capitula;interrogatoria, & atteſtationes, & exceptiones vtriuſque partis;& oppoſitiones cõtra dictos teſtes, & omnes aliorum iurium productiones & allegationes. Vidi etiam ſententiam D.Cõmiſſarij latam in fauorem d.Dominici cõtra d.Gabrielem,& appellationẽ inde interpoſitã; & reſpõſiones factas pro parte d. Dominici, & replica-

& replicationes dicti Gabrielis,& capitula, & atteſtationes vtriuſque partis productas coram multum Mag.dominationibus veſtris. Vidi quoque inſtrumenta,ſupplicationes, ſtatuta, & alia omnia,quæ ad me tranſmiſſa fuerunt. Idcirco Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero,partes Magnificentiarum veſtrarum,fuiſſe,& eſſe,ut decernant,declarent,& pronuntient,per Iudicem,a quo,malè fuiſſe,& eſſe contra dictum Gabrielem pronunciatum,& iudicatum. Et per Gabrielem prædictum benè fuiſſe,& eſſe prouocatum: & propterea prædictum Gabrielem abſoluendum fuiſſe, & eſſe a petitione aduerſus eum per dictum Dominicum facta, & per conſequens non fuiſſe, neque eſſe condemnandum d.Gabrielem ad faciendũ d.Dominico,qui malè experitur,inſtrumentum retroceſſionis dictarum terrarum,quas emit ab Andrea Hieronymi de Sacconibus.In expenſis uerò utriuſque inſtãtiæ ambas partes abſoluendas eſſe. & ita conſulo,dico,& refero omni meliori mõ &c. Ad hoc autem dicendum, atque ita referendũ inducor maximè infraſcriptis iuribus,& rationibus. Ete-
1 nim certiſſimi iuris eſt, † qui caret actione,obtinere non poſſe.l.ſi pupilli. §.uideamus.ff.de nego.geſt.l.quoties.§.item ſi temporali.ff.de adm. tut.ubi Bar,doct.in l.ſi Titius.ff.de uerbo.obl.& in l.ubi pactum.C.de tranſactio. At in ſpecie,de qua agitur, Dominicus Antonij, qui egit ad recuperationem bonorum ex iure congrui, neq; de iure communi,neque de iure municipali rectè experiri potuit: meritò ergo oportet, prædictum Dominicum in hac lite ſuccũbere. Quòd enim de iure communi ad retrahẽda bona prædicta agere non potuerit Dominicus contra Ga
2 brielẽ,ex eo apparet manifeſtiſſime † quòd nemo compellitur uendere cui non uult. l. inuitũ. C.de cotrah.emp.l.nec emere. C. de iure delib. ubi Gul.de Cun. Bar.in l.annonam. C.de extraord.crim.Bal.in l.1.C.de epiſc.aud.Panor.in c.1. 3.col. ext. de emp.& uend. Matth. de Afflict. in rub.de iure prothom.col. 1.uerſ.7.nu.4.Ex quo patet,quòd cum d. Andreas Hiero.uenditor de iure cogi non potuerit ad uendendum d.Dominico.Ideoq; tit.uenditionis rectè tranſtulerit d. bona in d.Gabrielem, nunc ſanè d.Dominicus a d. Gabriele ſine facto ſuo ea bona auocare nõ poteſt.l.id quod noſtrum eſt.ff.de reg.iu. Quòd uerò prædicto Dominico non licuerit agere cõtra Gabrielem prędictum ex diſpoſitione iuris municipalis probatur: quoniam is, qui uult experiri condictione ex ſtatuto municipali, probare debet ibi ĩterceſſiſſe qualitates requiſitas ab ipſo ſtatuto, ad hoc ut ſtatuti conditio uerificetur.Bar.in l.1.§.ait prætor. ff.ne quid in flumine publ.Dec,conſ.626. nu.4. par.5. Io.And. in c.1. de hom.in 6.& Dec.in conſ.661. nu.4. par.5. & conſ.560.nu.4.par.4.& conſ.356.nu.4. par.3. & conſ.589.nu.7.par.4.Quinimò agens condictione ex ſtatuto,debet vti uerbis ipſius ſtatuti. Bal. in l.ſi quis non dicam rapere.nu.3. C.de epiſ.& cler. Et debet qualitates a ſtatuto requiſitas diligenter probare,& intentare.Bar.in l.non ſolum §.ſed & probari.ff.de ope.nou.nun.& idem Bar. in l,non ignorat.C.qui accuſ.non poſ.& Soc.ſenior in conſ.55. incip. præſtantiſſime doctor. in prin. 1.uol. At in facto propoſito prędictus Dominicus actor nihil ex prædictis probauit,ut inferius apparebit,ergo neq; ex iuris communis, neque ex iuris municipalis diſpoſitione rectè contra prædictum Gabrielem agere nõ potuit.

Quod autem d.Dominicus nihil ex prędictis probauerit, & conſequenter non demonſtrauerit qualitates requiſitas oſtenditur.Primò quoniam,aut prædictus Dominicus vult inniti ſtatuto poteſtariæ Caſcinæ,aut ſtatuto poteſtariæ Vici Piſani.

Et ut ſingillatim unumquodque ſtatutũ conſideremus,ſiqnidem ipſe Dominicus vti vult ſtatuto Caſcinę,quo cauetur,vt quicunque in futurum volet vẽdere domos,fundos, aut poſſeſſiones,id ipſum coram duobus teſtibus fide dignis notificare debeat agnatis, qui infra menſem offerant pretium,aliàs vendet proximiori vicino, aut alij,cui maluerit. quod ſi id non notificauerit,tunc talis venditio nõ ualeat,& ad proximiorem agnatum, vel uicinum ſpectet, & pertineat talis emptio &c. Tunc ſanè dico prędictum Dominicum in caſu propoſito non poſſe vti tali ſtatuto,quippe qnoniam non obſeruauit requiſita ab eo. Dicitur enim ibi,quòd agnatus,qui recuperare uult bona,habeat,& habere debeat tempus,& terminum vnius anni proximi futuri ad redimenda talia bona, ſi id ei non fuerit notificatum. Sed in propoſita ſpecie iſte annus tranſijt; ergo elapſo anno aſſignato ad retrahendũ prædicta bona alienata, non debet amplius d.
3 Dominicus audiri, † qui legem contemnit, eius beneficio non poteſt uti. l.auxilium. in fin. ff. de mino.l.ult.§.ſi autem poſtquam.C. de iure delib. Tiraq.de retract.conſang.gl.7.§. 8.nume.15. Quòd autem tranſierit annus probatur ex actis. Nam ſecundus teſtis examinatus ſuper 3.c. primæ inſtantiæ dicit, Dominicũ dixiſſe quòd Andreas uoluit illi uendẽre illud petium terræ, qđ deinde uendidit Gabrieli de Maſtianis; idque contigit iam duobus ab hinc annis elapſis. Primus item teſtis examinatus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ factis ad primum capitulum ſecundę inſtantię dicit, quòd dictus Dominicus habuit notitiam dictę uenditionis ſtatim ea facta inde ad decem dies eodem anno. Conſtat itaque anni tempus pręterijſſe,eum Dominicus ſciuit celebratam eſſe prædictam uenditionem. Pręterea quamuis Dominicus ignoraſſet d.uenditionem factam d.Gabrieli, tamen ignorantia iſta non impediret curſum ipſius anni,quia licet ſecundum opi Mat.de Affl.in tract.de iure protho.§.2.n.3.& Bal.in trac.eiuſdẽ materiæ.nu.15. currat a die ſcientię factę uend. tamen ſecundũ opi.aliorũ tempus in iure congrui datum eſt in fauorem ipſius cõſanguinei, ut ſcilicet intra annum retraheret, quod de iure communi facere non poterat,neque enim appoſitum eſt id tem-

pus in odium negligentiæ ipſius; & ideo igno-
4 ranti currit; † quoniam cum ſtatuitur aliquod
tempus in merum alicuius fauorem, non etiam
in odium negligentiæ, tũc id tempus ſtatim cur
rit etiam ignoranti.gloſſ.in verſ.numerandum,
in princ. vbi Dominic.cap.ſtatutum.de præben.
lib.6.qui ſimpliciter cum ea pertranſit,& expreſ
ſius ibidem Philippus Fran.& idem tenet etiam
Panorm.in c.cum eſſes.de teſtam.vbi dicit,eam
gloſſam eſſe ſingularem,& Tiraq.in tract.de re-
5 tractu conſang.§.35.gloſ.4.nu.25.† Cum enim
ignorantia nihil proſit ad conſequendum lucrũ
ſed tantum ad damnum vitandum .l. ſi quis in
graui.§.vtrum.& ibi Bar.ff.ad Syllan.& Bar.in l.
genero. ff.de his, qui no. infam. Alex. in l.ſi ſer-
uum.in prin.ff.de verb.oblig.col.1. tracterq; ip-
ſe conſanguineus de lucro captando, non dam-
no vitando,ut firmat And.Tiraq.trac.de retrac.
conſang.§.35.nu.26.in fi.gloſſ.4.& nume.44.&
§.1.gloſſ.10.num.121.Conſequens eſt etiam,vt
hæc ignorantia prodeſſe non debeat ipſi Domi
nico actori; quandoquidem is non ſeruauit re-
quiſita ab ipſo ſtatuto.

Secundò quòd Dominicus non ſeruauerit
qualitates a ſtatuto requiſitas probatur,quoniã
ibi diſponitur, quòd ſi emptor recuſet recipere
precium,& expenſas gabellæ; & inſtrumentorũ
poſſit, & ei liceat deponere talem pecuniam in
manibus Camerarij generalis dictæ poteſtariæ
periculo ipſius emptoris; ex quibus verbis col-
ligitur debuiſſe fieri depoſitum totius illius pe-
cuniæ.At in caſu,de quo agitur,non fuit factum
integrum depoſitum,ſed tantum fuerunt depo-
ſiti ſcutati viginti; ergo depoſitum tanquam nõ
integrum ei nõ prodeſt,cum formam ipſius ſta-
tuti neglexerit; Certum eſt enim, quòd integra
ſumma de iure deponenda eſt. l. qui decem. §.
idem reſponſum. ff.de ſolution.gloſſ.in l.ædiles.
§.fi.ff.de ædil.edic.Bar.& Iaſ.in l.prætor,§.ſi quis
ff.de nou,ope.nun.& Ioan.Fab.in l.2.C.de pact.
inter emp.& Boerius deciſ.23.num.32.par.1.&
Grat.conſ.18.nu.20.par.1.Depoſitum enim nõ
integrum , & non legitimè factum non releuat,
gloſſ.fi. in l.2. C. de vſũ. quam probat ibi Bar.&
Alex.conſ.75.lib.7.nume.8. verſ.3.reſpondetur
quòd non fuit,vbi inquit Alex.depoſitum debe
re eſſe integrum,& fieri oportere cum acceſſio-
nibus,&gabellis,alioquin non releuat,vt firmat
poſt alios Crauet.conſ.106.nu.1.par.1. Idcirco
optimè dicebat Dec. in c. de appellationib. nu.
23.verſ.quartus caſus.extra de appel.quòd qua
litas requiſita non verificatur, ſi minimũ quod-
dam deficiat, tunc enim uidetur forma neglé-
cta,cuius omiſſio vitiat actum.Dec.c.prudentiã.
ext.de off.deleg.

Neque obſtat,quòd in præallegato depoſito
appoſita fuerit clauſula,ſaluo iure,plus,& minus
deponendi; ex qua clauſula uidebatur validari
depoſitum,videbaturq; reſeruatio operari eſſe-
ctum conſeruatiuum perinde ac ſi actus ſuo tẽ-
dore fectus eſſet quo ad omnia. l. item Labeo.
vbi gl.§.1.ff.fam.erciſc.Hyppol.ſingu.198.incip.
Teſtis quemadmodum per clauſulam, ſaluo, &
reſeruato ſi plus, & minus, &c. Iudex oſtendit
nolle recedere a ſtatuto certo. Bar.in l.iudex po
ſteaquam. ff.de re iud.& Amid.de ſind.nu.235.
Quoniam reſpondetur,quòd in caſu noſtro hu-
iuſmodi reſeruatio non corroborat depoſitum
inualidum,& non integrè factum; quia non de-
pendet actus depoſiti ex voluntate deponentis,
ſed ex forma ipſius ſtatuti; cuius formæ omiſſio
etiam in minima parte actum vitiat. Panor.in c.
Piſanis.de reſt.ſpol.Fely.in c.cum dilecta.colum
na 26.verſ.amplia 10.de reſcrip.Dec.c.pruden-
tiam.in 4.no.ext.de off.deleg.&Tiraq.de retrac.
conſang.§.1.gl.21.n.11.& n.25. vbi dicit,quòd
retrahere volens dum deponit debet ſatisface-
6 re ipſi formæ legis; † quia forma ſpecificę, ac
præciſè adimpleri debet.Bald.Ang.Imol.Pau.&
recentiores in l.1.ff. de lib.& poſth. Neq; poteſt
impleri per æquipollens. gloſſ.in clem. 1.in uer.
3.de uitu,& honeſt.cler.Bar.in l.non ſunt liberi.
ff.de ſta.hom.Alex.in l.1.col.ult.ff.de lib.& poſt-
hu,Fel.d.c.cum dilecta. de reſcr. Tiraq.d.gl.21.
nu.11. Præterea poſito, & non dato, quòd Do-
minicus actor obſeruauerit requiſita ab ipſo ſta
tuto nihilominus alijs de cauſis concludendum
eſt,prædicto Dominico non prodeſſe huiuſmo-
di ſtatutum ad recuperationem dictarum terra
rum uenditarum d.Gabrieli. Et primo quia uẽ
ditio facta prædicto Gabrieli fuit celebrata an-
tequam conditum, & approbatum eſſet ipſum
ſtatutum Caſcinę,ut patet ex inſtrumento dictæ
emptionis, & ex tempore conditi, & approbati
ſtatuti,ut colligitur ex actis: quo fit, ut ad uen-
ditionem Iam factam ipſi Gabrieli ſtatutũ iſtud
poſtea conditum & approbatum referri nõ poſ
7 ſit; † quia ſtatuta noui aliquid diſponentia non
trahuntur ad actus præteritos, ſed ad futuros. l.
leges.C.de legibus.l.iubemus.C.de teſtam.c.fi.
de conſt.Bar.in l.omnes populi.nu.44. uerſ.cir-
ca tertium.ff.de iuſt.& iur.ubi etiam Crot.num.
131.& Bolog.nu.165.& Panor.& Fel.in d.c.fi.de
conſt.& Soc.iun.conſ.141.nu.9.vol.3.Ex quibus
apparet,huiuſmodi ſtatutum Caſcinę non poſſe
referri ad præteritam uenditionem, præſertim
cum in eo dicatur,quòd ipſi ſtatuarij ordinaue-
runt,ut quicunque in futurum uendere uellet
&c.quo caſu cum exprimitur ſtatutum trahi ad
futura,tunc ſolum ad futura trahitur,quia † ſta-
8 tutum municicipale pro lege ſeruatur l. prima.
C. de emancip. liber. & Petr. Antibol.tractat.
de muner. §. ſecundo.num. ſexageſimoſexto. &
d.l.omnes populi,& 1.diſt.c.ius ciuile.l. 3. verſi.
quid tamẽ.ff.de ſepul.vio.Phil.Fran.trac. de pe-
tit.in 4.dub.uer.ſecundo nu.2.Grat.conſil.118.
nu.1.uol.2.& 151.2.uol.& idem Grat.conſil.21.
nu.4.& conſi.59.nu.11.& 106.nu.5.vol.1. & cõſ.
54.nu.49.Soc.iun.conſ.10.nu.4.parte 1.& conſ.
67.nu.64.par.2.& conſ.3.nu.22.par.2.legis aũt
natura eſt,ut ad futura trahaẽ,Bar.in d.l.oẽs po-
puli,nu.43.uer.circa ſecundũ.ff.de iuſt.& iure.

Ruſus poſito, & non dato, quòd dictum
ſtatutum Caſcinæ conditum, & approbatum eſ

ſet ante

ſet ante venditionem factam d.Gabrieli; nihilo minus firmandum eſſet prędictum Dominicum non potuiſſe experiri conditione ex tali ſtatuto contra dictum Gabrielem ciuem Piſanum: quia ſtatutum Caſcinæ non ligat ciues Piſanos tanquam externos. Bar.& alij d.l.omnes populi. nu.36.vbi Iaſ.verſ.quæro igitur.de iuſt.& iur. & doct.in l.cunctos populos. C.de ſumma trin.& fide cath.Statutum enim non ligat forenſes,ſeu externos.l.fi.ff.de iuriſd.om.iud.c.ut animarum. in fi.de conſt.in 6.& d.l.1.C.de ſum.trin. & fide catho. Alb.Erun.rract.de ſtat.q.27.n.24.Tiraq. de retrac.conſanguineorum.§.1.gl.1.in ver.ſi aliquis.num.4.Er quanuis ſtatutum Caſcinę fuerit approbatum Florentię,tamen d.approbatio nõ cenſeretur facta in pręiudicium ciuium Piſanorum.arg.eorum,quę dicit Dec.conſ.17.n.2.par. 1.quapropter ſtatutum præd.non comprehendit uenditionem factam d.Gabrieli,ſed verificatur ſolummodo inter ipſos comitarios, nimirũ quando venditor, & emptor ſunr eiuſdem loci, & eiuſdem poteſtarię; non enim loquitur huiuſmodi ſtatutũ de eo caſu, quo ciuis emeret a comitatiuo,& propterea caſus noſter tanquam omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſth.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.l.ſi extraneus, ubi Iaſ. ff.de cond. ob cauſ.Dec.in conſ.451.nu.6.par.4.cum ſi. Ex quib.omnib.apertè probatur,pręd.Dominicũ a ſtatuto Caſcinę pręallegato minimè adiuuari.Si verò idẽ Dominicus inniti voluerit ſtatuto Vici Piſani; exiſtimo adhuc concludendũ eſſe, p̄d. actorem in eo ſtatuto nullam uim facere poſſe; propterea quòd ſtatuto Vici ſub rub.20.de aliena.bono.inter coniunctos cauetur,ut quicunq; alienare uolet, ante omnia requirere debeat ſuos agnatos uſque in quartum gradum ex latere Cippi,& ſi recuſauerint emere, requãirtur viciniores ex pluribus locis.Ex quibus verbis colligitur, quòd ſecundum formam ſtatuti debent requiri agnati intra quartum gradum.At in caſu,de quo agitur, pręd. Dominicus non probauir, ſe eſſe vnum ex agnaris exiſtentem intra 4. gradum; igitur cum qualitatem requiſitam ab ipſo ſtatuto minime probauerit, ſequitur ut nõ debeat frui commodo d.ſtatuti, Bart.in d.l.non ignorat.C.qui accu.non poſ.cum ſi. Qđ aũt Dominicus non probauerit ſe eſſe vnum ex agnatis Andreę uenditoris exiſtentem intra 4.gradum, demonſtratur ex inſpectione depoſitionum teſtium vtriuſque partis: licet enim quidam deponere uideantur, quòd Andreas, & Dominicus ſunt eiuſdem familię & ſunr coniuncti,tamen nõ exprimunr in quo gradu; Teſtes enim examinati ad inſtantiam Dominici coram commiſſario dicunt quidem Andream,& Dominicum eſſe affines,ſed vnus tãtum dicit,illos eſſe in 3.gradu; alij verò dicunt ſe neſcire in quo gradu ſint. Teſtes quoq; d.Gabrielis examinati in primo proceſſu dicunt quòd Dominicus, & Andreas ſunt coniuncti,ſed neſciunt, aut quo gradu,aut quomodo. Vnde facilè eſſe poſſet, vt ſint coniuncti

9 vltra quartum gradum, † quo caſu probatio nõ eſt concludens,& propterea non releuat. l.non hoc. C.unde cog.cum ſi.& ſtatutum requirit,ut quis ſit in 4.gradu; unde hoc requiſitum debet ſpecificè probari, doct.pręallega.l.1. ff. de lib.& poſth.Prętereapoſito, & non dato q̧ eſſet probata qualitas parentelę adhuc dico quòd d.Dominicus non poteſt vim facere in d. ſtatuto Vici,quia bona,de quorum recuperatione Dominicus agit,non ſunt poſita in poteſtaria Vici Piſani,quo loco conditum eſt d.ſtatutum,vt patet ex confeſſione d. Dominici in reſpõſione facta ad ſecundam petitionem deductam in primo ꝑceſſu. Sed ſunt in poteſtaria Caſcinę, vt patet ex inſtrumentis emptionum,& ex ſupplicatione d. Dominici in actis deducta,& ex actis factis corã officialibus fouearum ciuitatis Piſarum.

Quamobrem cum bona,de quorum recuperatione Dominicus rractar,nõ ſint poſita in poteſtaria Vici,conſequens eſt,ur ad eorum bonorum recuperationem virtute iuris congrui, uti non poſſit Dominicus ſtatuto Vici Piſani; quia vbi agitur de iure congrui non ſeruantur ſtatuta loci extranei,ſed ſeruanrur ſtatuta loci illius, in quo ſunt bona poſita,ut per doct. in l.cũctos populos.C.de ſum.tri.& fid.cat.& Mat.de Affli. in rract.de iure prothom. §.nono incip. eſt autem,verſ.ſed iuxta prædicta num.19. Cum enim quærimus de iure quopiã proficiſcente ex re aliqua, ſiue de libertate, ſiue de ſeruitute rei, ſiue alia quauis facultate competente circa rem debent ſeruari ſtatuta loci; in quo res ipſa ſita eſt l.ſi ſine hęrede.§.lucius.ff. de adminiſtr.tut.& l. an in totum.C. de ædi. priu. & l. venditor. §. ſi conſtat.ff.com.præd.l.forma.ff.de cẽſib.& Cyn. in l.1. col. pen. verſ. ſecundo quæro. C. quę ſit longa conſuet.Bart.in l.1.in 5.quęſt. vbi alij. C. de ſumm.trin.& fide cath.Alber.in prima parte ſtatutorum.quæſt. 31.Tiraq.tract.de retrac.conſang.§.primo.gloſſ.prima.in uerſ.ſi aliquis. numero ſecundo.

Ex quibus concluditur, quòd actor non poteſt uti ſtatuto Vici,ſed potius potuiſſet vti ſtatutis loci,vbi ſunt bona,ideſt ſtatutis Caſcinæ, ſi probauiſſet qualitates requiſitas, & ſi ageretur de eo caſu, in quo ſtatuta loci obſeruanda eſſent, ſed quoniam neque ſtatutum Vici, neque ſtatutum Caſcinę,in propoſita ſpecie locum habet,conſequens eſt, ut dictus Dominicus in hac cauſa iure ſuccumbere debeat.

Prætereaetiam ſi poneremus,qualitares requiſitas probatas eſſe: poneremuſque in iure congrui obſeruari ſtatutum loci etiam illius, in quo bona poſita non ſunt (quod tamen negamus) adhuc dicerem quòd dictus Dominicus non poſſet vti dicto ſtatuto Vici, quoniam, vt aliàs ſupradixi, etiam illud ſtatutum loquitur de hominibus illius poteſtarię, ut ex verbis illius colligitur, & propterea non poteſt comprehendere caſum noſtrum, in quo venditio facta eſt ciui Piſano; quia ſtatuta comitatiuorum nõ poſſunt ligare ciues Piſanos tanquam ſuperiores;

ſed habet locum inter perſonas comitatiuorũ ſtatuta condentium. d.l.omnes populi,& l.cunctos populos,ſup.alleg. Quamobrem cum uerba ſtatuti non conueniant caſui noſtro, non debet etiam conuenire ſtatuti diſpoſitio. l.4. §.toties.ff.de dam.infect.l.quod conſtitutum. de milita.teſt.Alex.conſ.17.lib.1.nu.2.Soc.ſen.conſ.1.n.26.vol.2.Bertr.conſ.211.n.13. par.1.& concl.145.nu.1.ea.par.Dec.conſ.553.par.4.

Nec quicquam iuuatur d.Dominicus ab aſſertione gubernatorũ Cõis Caſcinæ mihi propoſita,in qua dr̃ quod antequam Caſcinæ conderetur ſtatutũ præd.ſiquando orta eſſet controuerſia circa uenditionẽ bonorum, recurrebatur ad ſtatutũ uici.Qm̃ reſpondetur,ꝙ ipſi gubernatores non dicunt recurri conſueuiſſe ad ſtatutum Vici quando lis uerteretur inter ciuem,& comitatiuum,prout accidit in caſu noſtro.Et fortè ꝓcedebat dicta aſſerta conſuetudo quando celebratur emptio inter homines d.Poteſtarię, ut atteſtatur ſer Petrus Firmiani notarius in quadã fidę mihi producta cũ aſſertione,& fide d.gubernatorũ Caſinæ; qui ſer Petrus expreſsè dicit, ꝙ recurrebatur ad ſtatuta Vici,ſiquãdo fuiſſet cõtrouerſia inter homines poteſtariæ Caſcinæ. Quare qm̃ neque ex d.terræ Caſcinę ſtatuto,neque ex ſtatuto Vici iuuatur Dominicus, ſequitur,ut ipſe non iure egerit contra d.Gabrielem, & per conſequens ut uenditio,quam fecit And. d.Gabrieli ualido, & firma remaneat,neque retrahi ab eo poſſint bona per d. uendit. alienata.

Nec ob.ꝙ uẽd.facta ab And.Gabrieli præd.nõ debeat ualere, quaſi in ea non fuerit requiſitus ipſe Dominicus,ut conatur deducere Dominicus in primo proceſſu.Qm̃ reſpondetur ꝙ præterquã ꝙ d.requiſitio non eſt neceſſaria,cũ uenditio fit ciui Piſano,ut in caſu noſtro; quia is nõ tenetur ſtatutis comilatiuorum,ut ſupra dixi,affirmari ẽt poteſt, ꝙ imò cũ d.Dominicus fuerit requiſitus ab ipſo Andrea utrum uellet emere, is uelle id facere denegauit. Primus.n.teſtis examinatus ſuꝑ 1.c.primi proceſſus, deponit ꝙ Dominicus hoc ſciuit,& dedit licentiam, & promiſit,ut Andreas uenderet cui uellet. Secũdus itẽ teſtis ibidem examinatus dici., ſe audiuiſſe Dominicum dicentem,quod Andreas obtulerat ſe ei uenditurum illas terras,& ipſe noluit emere. Tertius item teſtis examinatus ſuper 3.c.primo inſtãtię affirmat.ſe audiſſe And.dicentem ſe uoluiſſe uendere Dominico d.terras,& ipſe noluit emere,ne compenſaret quandam pecunię ſummam ſibi debitam.Primus quoque teſtis examinatus in ſecunda inſtantia dicit ſe pręſentẽ fuiſſe,cum d.Dominicus fuit requiſitus ab Andrea antequam uendidiſſet eas terras d.Gabrieli. Et propterea poſito ẽt quod requiſitio eſſet neceſſaria,quod tamen negatur,utique adhuc ex hoc capite nõ poſsẽt reuocari bona vendita ꝑ And. Gabrieli præd. Quib.omnib. rebus concluditur præd.uend.ualere,neq; poſſe Dominicũ ex iure congrui retrahere d.bona a præd. Gabriele emptore. Ab expenſis aũt utriuſque inſtantiæ ꝓꝑ dubiæ rei difficultatẽ ambas partes abſoluimus iuxta ea, quæ dicit Bart. in l.eum quem temere. nu.2.ff.de iud.& in l.properandum. §.ſinauté al terutra.C.de iud.cum locis conſocijs.

Et ex his,atque alijs quibuſdam,quæ ne longior ſim omitto, iuſtificantur præd. idcirco qđ ſup.firmaui,iuris eſſe arbitror, atque ita conſulo,dico,& refero.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Ex medio concludẽdi actionis qualitas cognoſcitur.*
2 *Ex diuerſis non fit illatio.*
3 *Legitima probatio debet eſſe concludens.*
4 *Non ſufficit probare genus cum de ſpeciebus probandis agitur.*
5 *Plures eandem rem non poſſunt inſolidum poſſidere.*
6 *Teſtis de auditu non admittitur.*
7 *Reconuentio uim habet exceptionis.*
8 *Ex ſolo inſtrumento tenuta probatur poſſeſſio.*
9 *Vltimo loco conceſſa præcedentibus præualent.*
10 *Depoſitum ſuccedit loco ſolutionis.*
11 *Exceptio non excluſiua iuris agentis non poteſt opponi.*
12 *Qui vult conſequens vult antecedens.*
13 *Quis non debet locupletari cum aliena iactura.*
14 *Ceſſante ratione legis ceſſat ipſa lex.*
15 *Teſtis unicus de facto ſuo deponens probat.*
16 *Non entis nulla ſunt qualitates.*
17 *Clauſula (ſine præiudicio) in reſcripto nõ tribuit aliqđ ius de nouo ſed conſeruat ſi quid habet de iure.*
18 *Seruitus realis, ſeu prædialis debetur a re rei.*
19 *Et cum ipſa re cui inhæret, proficiſcitur ad quẽcunque res tranſeat.*
20 *Seruitutes non ſolum ex conceſſione hominis, ſed etiam ex præſcriptione quæruntur.*
21 *Quando intentatur poſſeſſorium retinendorum nõ admittitur exceptio proprietatis*

CONSILIVM XLI.

Diuino nomine implorato.

QVONIAM Magnifici Viri D. Priores ciuitatis Piſarum plurimũ honorandi in cã turbati poſſeſſoris, quæ coram ipſis uertitur,inter mag.Lucã olim Io.Simonis Cei,& nocchũ Baccij de Noccherellis de Calci, & litis conſortes prouocantes,& acclamantes ex una; & prudentem uirum ſer Iac. olim ſer Bernardini del Pitta notariũ, & ciuẽ Piſanum, aduerſus quẽ prouocatur ex alia, mihi demãdarunt,ut eis dicã,& referã,quæ ſint ipſorũ partes in iudicãdo ſuꝑ d. cã. Iõ in primis uiſo inſtr̃o conuentionis inter ſer Bernardinum del Pitta,& Carolum, & Hieronymum de Nocchereliis habitæ de quodam petio terrę mõtuoſo ſub ſuis finibus, deq; conſtitutione cuiuſdam aquęductus. Viſiſq; laudo quodam,& prima ſententia

tentia D. Vicarij Reuerend. Archiepiſcopi Piſa-
ni latis in cauſa principali. Perſpectis etiam ex in
terpoſitis appellationibus Dominorum Iudicũ
delegatorum ſententijs. Viſiſq́; reſcriptis, quæ
in eadem cauſa emanarunt; & conſideratis man
datis conceſſionum poſſeſſionis, cum pecunia-
rum depoſito, & actuali immiſſione in poſſeſſio
nem datam ad executionem prędictarum ſentẽ
tiarum. Perpenſo deinceps tum proceſſu turba
tæ poſſeſſionis habito coram Magn. Commiſſa-
rio ciuitatis Piſarum, cum exceptionibus, repli-
cationibus, & atteſtationibus vtriuſque partis,
tum etiam ſententia deinde lata per eundem Iu
dicem. Viſis demum interpoſita appellatione
ab eiuſdem ſententia, & toto proceſſu facto co-
ram prædictis Magnificis Dominis Prioribus
in cauſa appellationis, & diligenter conſidera-
tis cęteris inſtrumentis, ſcripturis, allegationi-
bus ad me tranſmiſſis, alijſque conſiderandis ac
curatè diſcuſſis. & viſo olim loco ipſius canalis,
& aquęductus, de cuius poſſeſſione quęritur. Di
uino nomine repetito, dico, & refero, per Iudicẽ
a quo male fuiſſe, & eſſe iudicatum, & pronun-
ciatum contra prędictos appellantes, prędictum
que mag. Lucam, & litis conſortes iuſte in prima
inſtantia feciſſe reconuentionem, & ab eiuſdem
iudicis ſententia iure appellare, & appellauiſſe,
proclamare, & proclamauiſſe: & propterea di-
co, & refero, pręfatum mag. Lucam, & litis con-
ſortes abſoluendos fuiſſe, & eſſe ab huiuſmodi
accuſatione: & ſer Iacobum del Pitta pręnomi-
natum primo agentem, & accuſantem, poſtea
uerò reconuentum, & deinceps appellatum de-
ſiſtere, & ceſſare debere ab inferendo moleſtiã,
& turbationem prædictis appellantibus, con-
demnandumq́; fuiſſe, & eſſe prędictum ſer Iaco
bum ad patiendum, & permittendum quòd prę
fatus mag. Lucas, & litis conſortes ducendo a-
quam ad eorum libitum ex ligneo canali, ſeu ꝑ
aquæductum conſtitutum ſuper bonis dictis ſer
Iacobi pacificè, & quietè uti poſſint, atque utan
tur aqua, & aquęductu, de quibus in actis ad uti
litatem, & commodum molendinę, de qua age-
batur in cauſa principali. Itemque prędictum
ſer Iacobum teneri ad ſatiſdandum, quòd appel
lantibus poſthac in huiuſmodi re moleſtus non
erit. Quo verò ad expenſas dico, & refero am-
bas partes ab expenſis primę inſtantię abſoluen
das eſſe. in expenſis uerò factis in hac ſecunda
inſtantia appellationis dico condemnandum eſ
ſe ſer Iacobum prędictum. Atque vt ſupra, & in
fra dico, & refero omni meliori modo, &c. Ad
hoc autem dicendum, atq; ita referendum mo-
ueor maxime infraſcriptis cauſis, & rationibus.
Principio etenim aduertendum eſt, quòd licet
prædictus ſer Iacobus intentare potuiſſet nega
toriam actionem, qua ageret prædium ſuum nõ
ſeruire rebus illius, qui contenderet ius ſibi in
eo competere per l. 2. cum ibi no. ff. ſi ſeru. vend.
& §. æquè. Inſt. de act. tamen idem ſer Iacobus in
hoc iudicio egit interdicto uti poſſidetis, quod
retinendæ poſſeſſionis dicitur. l. 1. §. 1. ff. vti po-
ſid. prout patet ex narratione, & concluſione li-
1 belli; † ex cuius præcipuè medio concludendi
qualitas actionis intentatæ cognoſcitur, ut per
Bar. in l. certi condictio. in princ. nu. 2. & Decius
ibidem num. 2. uerſ. ult. pro iſta parte. ff. ſi cer. pe
ta. & Bald. in l. edita. num. 57. C. de eden. Abb. c.
literæ. de dilat. Nam cum in libelli narratione aſ
ſeueret actor, reos conuentos de facto, & teme-
rariamente brauando, & armata mano &c. en-
trando ne' beni di detto ſer Iacomo. duxiſſe a-
quam ſuper bonis d. ſer Iacobi contra eiuſdẽ uo
luntatem, poſtulatq́; actor prędictus in eiuſdem
libelli concluſione condemnari reos cõuentos,
a deſiſtere da detta inquietatione, & perturba-
tione, & laſciar andar l'acqua per quella uia, che
di nuouo gli hà dato detto ſer Iacomo &c. Ex
his apertiſſimè conſtat, ſecundum ea, quæ tradit
Bar. quem ſequuntur omnes in l. 1. §. interdictũ.
num. 5. ff. vti poſſid. prædictum ſer Iacobum egiſ
ſe pro retinenda quaſi poſſeſſione huiuſmodi
interdicto ſaltem vtili, vt per Bar. in l. 1. in princ.
num. 4. & l. ſi duo. §. hoc interdictum. ff. uti poſſi.
gloſſ. in l. 1. in verſ. nec ui, ubi Bald. num. 8. & 10.
ff. uti poſſid. & Abb. col. pen. uerſ. nunc quęro. c.
licet cauſam. de prob. quandoquidem hoc poſ-
ſeſſorium retinendæ poteſt proponi, & compe-
tere etiam ratione iuris incorporalis, ut per Bar.
in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 18. ff. de ac
quir. poſſ. & in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. vendi-
cetur. Qui autem in iudicio huius interdicti uti
poſſidetis obtinere vult, is debet primo oſten-
dere, tempore turbatæ poſſeſſionis, & litis con
teſtationis ſe poſſidere. §. retinendę. uerſ. hodie.
Inſt. de interd. Bar. in l. 1. §. quod ait. nume. 14. &
nu. 18. ff. uti poſſid. Caſtren. conſ. 234. a. par. nu.
1. Secundò demonſtrare debet turbationem,
& inquietationem ſibi ab accuſatio fuiſſe illa-
tam, ut per Bar. in d. l. 1. §. interdictum. & l. ſi duo
in prin. ff. uti poſſid. & doct. in c. licet cauſam. de
prob. quod ſi non fecerit actor, tunc cum ſibi in
cũbentia non probauerit, ſuccũbere debet. Sed
in eo iudicio pręd. ſer Iac. neutrũ probauit, ergo
obtinere non poteſt. Quod aũt iſtud ita ſe hẽat
primo patet, quoniam ipſe non docuit de poſſeſ
ſione illius rei, in qua aſſerit ſe turbatum, eius. n.
intererat concludenter probare ſe eſſe in poſſeſ
ſione illius aquæductus, uel ut ſentit Barto. in l. ſi
duo. §. hoc interdictum. n. 1. ff. uti poſſid. & Bal. ẽt
in l. 1. n. 10. C. uti poſſid. oſtẽdere ſe eſſe in quaſi
poſſeſſione libertatis prædij ſui, in quo aduerſa-
rij prætendunt ius ſeruitutis. Sed ipſe ſer Iac. ca
pitulat, in ſuiſq́; atteſtationibus tñmò probat ſe
hr̃e, tenere, & pacificè poſſidere prædia illa, in q
bus aſſeritur ſeruitus cõſtituta, prout colligitur
ex teſtib. d. ſer Iac. examinatis in prima inſtantia
ſuper 1. c. ubi omiſſo 1. & 2. qui potius iudicãt, q̃
deponunt. Tertius, quartus, quintus dicunt ꝓd.
ſer Iac. poſſidere duo petia terrę, rationẽ afferũt
quia uidẽt ſer Iac. ꝑcipere fructus, cõſequẽterq́;
ꝓbãt d. ſer Iac. nõ a q̃ ductus poſ. hr̃e, ſed ꝑdiorũ
q. a cũ limitata ſciẽtiæ rõ, quã ipſi adducunt in ꝑ-
dijs tantũmodo uerificetur, ad ipſa referri tantũ

debet dictum ipſorum,non ad aquæductũ,quia
ratio,& cauſa ſcientiæ limitatæ modificat, & re-
ſtringit dicta teſtium·Bal.conſ.219.4.par.n.2.Igi
tur ſi uim facit in perceptione fructuum,nõ pro
bat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione ſuę libertatis;ſtãt
hæc enim iſta ſimul,quod ipſe poſſideat prędia,
& nihilominus nõ ſit in quaſi poſſeſſione aquę-
ductus,ſed alius habeat ſeruitutem, quę cum ſit
quid diuerſum a prędio, per illũ poſſeſſorio im-
pedit ne ex prædiorum poſſeſſione inferamus
2 ad poſſeſſionem eiuſdem aquęductus, cum † ex
diuerſis inferri non ſoleat. l.ſi maritus. 1. C. do
dona.inter uirum & uxo.l.fi.ff.de calum.l.Papi-
nianus exuli.ff.de mino.vbi Bar.qui idem aſſerit
in l.4.§.Cato.in 10.oppo.ff.de uerb.obl.Secun-
dò quòd non probauerit aquæductus poſſeſſio
nem apparet,quia legitima probatio debet eſſe
3 concludens. l.matrem. l. ad probationem. 2. C.
de prob.Imo.conſ.137.nu.5.Dec.c.in pręſentia
de proba.Verum licet ipſe ſer Iacobus legitimè
probauerit ſe totum prędium poſſidere, non ta
men probauit, ſe illius ſingularum diuerſarum
partium poſſeſſionem habere. l. qui vniuerſas,
vbi Bar.& Alex.ff.de acq.poſſ. l. rerum mixtura,
vbi Bar.nu.2.ff.de vſuc. nec neceſſario probauit
in indiuiduo prout debebat ſe habere poſſeſſio
nem foueę,& canalis ipſius aquęductus, de quo
diſputatur: ergo iſta probatio illum non iuuat:
quia probatio in indiuiduo neceſſario conclu-
dere debet. Alex.conſ.204.nu.10. lib.2.& conſ.
137.& conſ.217.nu.3.lib.7. & debet eſſe ſpecifi
4 ca,vt per Alex. conſ.151.nu.5. lib.5. † nec ſuffi-
cit probare genus quando de ſpeciebus probã-
dis agitur,ut tradit idem Alex. conſ.133.nu.13.
lib.3. Tertiò dici poteſt quod & ſi concedamus
teſtes examinatos per ipſum ſer Iacobum, dum
generaliter probant illum poſſidere prędia,in-
tellexiſſe etiam ſub generali, & vniuerſali proba
tione eundem poſſidere foueam aquęductus
poſiti ipſis prędijs,nihilominus huiuſmodi gene
ralis probatio ei prodeſſe non poteſt,quia cer-
tum eſt quod teſtes qui ſpecificè deponunt,prę
ualent teſtibus in genere deponentibus. argũ.l.
in toto iure.ff.de reg.iur.& c.1.de reſ.in fin. vbi
doct.& in terminis Alex.conſ.88. lib.5. & Socy.
conſ.54.4.uol.& Dec.conſ.448. 4.par. num.37.
Sed mag. Lucas, & litis conſortes in ſuis atteſta-
tionib. ſpecificè probãt,ut in ſuo loco dicemus
ſe obtinuiſſe in ſpecie poſſeſſionem foueę, & a-
quęductus,ergo ipſorum probatio debet pręfer
ri generali probationi ipſius ſer Iacob.qui in ſpe
cie non probat poſſeſſionem prout illius aduer
ſarij,quorum ſpecifica probatio debet præferri,
vt tradit Grat.conſ.81.& 82.2.uol. Quartò dico
prędictum ſer Iacobum non ſolum non proba-
uiſſe poſſeſſionem iſtam, ſed nec etiam probare
potuiſſe, cum re uera nunquam illam legitimè
habuerit. Nam ſi conſideremus tempus,ante-
quam mag. Lucas, & litis conſortes per execu-
tionem laudi, & ſententiarum miſſi fuerunt in
poſſeſſionẽ, reperiemus,eo tempore poſſediſſe
Hieronymum,& Carolum Cei, & eorum hęre-
des,ut ex actis conſtat; ſi uerò inſpiciamus tem
pora poſt quæ prædictus mag.Lucas,& litis con
ſortes obtinuerunt poſſeſſionem prædicti aquę
ductus, apertiſſimè cognoſcamus quod cum illi
poſſideant,non poteſt in ſpecie ſer Iacobus eo-
dem tempore eiuſdem rei poſſeſſionem habere
5 quandoquidem certiſſimi iuris eſt, † non poſſe
plures eandem rem inſolidum poſſidere. l. duo
inſolidum.ff. de preca.l.poſſideri.§.ex contrario
ubi Bar. Alex.Iaſ.in 1.no.& ibidem Are.nu.27.&
nu.35.ff.de acq.poſſ. Vnde cum nullo tempore
prędictus ſer Iacob.poſſederit aquędductus liber
tatem, non eſt mirum ſi de eadem non docet,
ſeu docere non poteſt. In ſecundo quoque re-
quiſito interdicti uti poſſidetis,quo cauetur de-
bere actorem probare moleſtiam,& turbationẽ
accuſati interueniſſe, ſimiliter ſer Iacobus prędi
ctus obtinere non poteſt,quia non docet de tur-
batione,uel moleſtia ſibi ab accuſatis illata; quo
niam aut intelligitur facta turbatio reſpectu prę
diorum,prout contingeret, ſi prędictus magiſt.
Lucas,& litis conſortes impediuiſſent per ſer Ia
cobum quominus coleret, inſereret, ſeminaret
ſua prędia,ut colligeret fructus,& de hac turba-
tione non ſolum non docuit,ſed nec etiam poſi
tiones,aut articulos protulit: aut uerò dicitur
interceſſiſſe turbatio reſpectu ipſius aquædu-
ctus, veluti ſi prædictus mag.Lucas, & litis con-
ſortes pro vtendo ipſo aquæductu, edidiſſent,
& feciſſent actus refectionis, vel reparationis,
prout nititur oſtendere ſer Iacobus prædictus;
nam de hoc non agitur niſi in 9. c. ſuarum atte-
ſtationum,vbi nihil concludenter probatur.Pri
mus enim teſtis deponens magiſt.Lucam,& litis
conſortes aggeres conſtruxiſſe, dum reddit ra-
tionem ſui dicti, inquit ſe hoc ſcire, quia aquæ
curſum muratum vidit,quod non potuit fieri ni
ſi a dicto mag.Luca; quo caſu potius iudicat quã
deponit,& propterea non probat; iuxta doctri.
Bar.in l.qui teſtamento.§.fi.nu.3.ff.de teſtam.&
tradit Alb.Brun.in conſ.36.nu.9.Secundus quo
6 que teſtis non probat, quoniam † teſtimonium
de auditu ſine alijs adminiculis ſimpliciter non
admittitur, Alex.conſ.90.n.7.2.uol.&conſ.117.
nu.2.4.vol.Are.conſ.73.nu.11. Cur. iun. conſil.
165.nu.18.2.par.ſed ipſe teſtis ſimpliciter de au
ditu deponit; imò reddens ſui dicti rationem,
inquit ſe hoc audiſſe ab Ant.Caroli, cuius aſſer-
tioni ſtandum non eſt per ea, quę dicit Grat. in
conſ.125.1.vol.nu.48. & conſ.27.nu.4.2.uol.er-
go iſte teſtis non probat.

Tertius verò, & quintus teſtis dicunt ſe nihil
ſcire eorum,de quibus in c. agitur, vt videre li-
cet in ipſorum depoſitionibus.

Quartus etiam teſtis nihil adiuuat ſer Iacobũ
prędictum;quoniam etſi deponat pręfatum Ma
gnificum Lucam aquæductum fodiſſe, nihilomi
nus,dum ſcientiæ cauſam aſſignat, ſe hoc ſcire
dicit,quia uidit canalem aquæductus eo modo
defoſſum,quod neceſſario non concludit, cum
etiam alij fodere potuiſſent,& ideo tanquã non
concludens probatio eſt explodenda, vt ſupra
dixi,

dixi,& eſt tex.in l.neque natales.C. de probat.l. non hoc. C.vnde cognati,& Alex.conſil. 66.nu. 7.lib.7.Qua propter ex prędictis patet, non eſſe probatam turbationem.

Sed vlterius poſito,ſine præiudicio ueritatis, quòd prædictus magiſter Lucas & litis conſortes reparauerint aquæductum,aggereſq́; extruxerint,huiuſmodi tamẽ actus non videntur turbauiſſe præfatum ſer Iacobum; quoniam prædicti teſtes non oſtendunt munitum fuiſſe aquæductum tempore prohibito,quo nullum ius magiſtro Lucæ competeret.Immo ex primi & .ſecũ di teſtis ſuper prædicto 9.cap. depoſitione apertè colligitur, hos actus refectionis factos fuiſſe de menſe Septembris vel octobris 1551 quo tẽpore prędictus Magiſter Lucas & litis conſortes iam obtinuerãt poſſeſsionem virtute immiſsionis factæ die 17.Auguſti 1552.ſtylo Florentino, vt in actis dicitur,& propterea licet conſideremus poſt hanc immiſsionem factas fuiſſe aquæductus præparationes, non propterea inferretur illatam fuiſſe vim turbatiuam,quoniam qui in alicuius prædio obtinuit quaſi poſſeſsionem ſeruitutis,is poteſt illud omne facere in prædio, in quo habet huiuſmodi ius, ſine quo ſeruitute vti non poſſet, vt habetur in l. quintus vbi Bart. ff.de ſeru.ruſt.præd.& idẽ in l.ſi iter.ff.de ſeru.& in l.ſeruitutes.§.ſi domo.ff.de ſerui.vrb. p̄d.& in l.refectionis.ff.comm.præd.& Veronen. in tracta.de ſeruit.vrban.præd.c. 23. qualiter quis vti debeat ſer.ver.Item licitum & 30.de ſerui. tigni immitt. uer. ſecundo uidendum eſt; Dominus autem pati debet hæc omnia fieri in ſuis prædijs, ut latè per Iaſ.in l.quominus.ff. de flumi.& propterea qui hoc facit,non dicitur aduerſariũ inquietare vel moleſtare.

Neque præterea obſtat,quòd cum prędictus magiſter Lucas & litis cõſortes uſi fuerint aqua ipſius aquædnctus, uideantur propter hoc turbare poſſeſsionem dicti ſer Iacobi; quoniam ut deponunt eiuſdem teſtes ſuper 2. cap. aquam duxit Mag.Lucas & litis conſortes eo tempore, quo habebant ius deducendi ſcilicet poſt obtẽtam Molendini poſſeſsionem; Primus enim teſtis ait Mag.Lucam &c.deduxiſſe aquam ad Molendinum obtentum in ea lite, quam habuit cũ hæredibus Hyeronimi Cei.Secundus etiam teſtis dicit, magiſtrum Lucam uſum fuiſſe aqua, ſed uigore ſententiarum obtentarum in lite habita cum dictis hæredibus. Quartus quoque teſtis ſuper eo capitulo expreſsè dicit prædictum Magiſtrum Lucam & litis conſortes deduxiſſe aquam prædictam poſtquam habuit poſſeſsionem præfati Molendini. Vnde ſi deduxerunt aquam eo tempore,quo habebant poſſeſsionem & conſequenter quo habebant ius deducendi, non uidentur turbare alicuius poſſeſsionem.

His ita explicatis apparet prædictum ſer Iacobum non ſolum non probauiſſe poſſeſsionem prædicti aquæductus,ſed nec etiam eiuſdẽ probauiſſe turbationem,& propterea non poſſe obtinere interdicto uti poſsidetis,nec eſſe facienda uel concedenda ea,quæ ſer Iacob.in ſuo libello petierat.

Verum quia præfatus Magiſter Lucas atq; litis conſortes in prima inſtantia fecerunt reconuentionem;poſtea uero in 2. petierunt primam ſententiam retractari,uidendum eſt modo utrũ propter eandem reconuentionem præfatus ſer Iacobus debeat reconuenientibus condemnari ex interdicto vti poſsidetis de turbata poſſeſsione; cum.n. hoc caſu interdictũ vti poſsidetis ſit duplex,prout interdum eſſe tradit Pau. de Caſt. in l.exitus num. 1.& in l.ſi de eo.§.ſi ſeruum nu. 5.ff.de acq. poſſ.& Bal. in l. 1. num. 10.C.uti poſſid. debet iudex in his mutuis petitionibus de utroque ſimul pronuntiare ut dicit Bart.in l. neque ſui plura C. de compenſat. Idcirco primo oportet animaduertere quod licet prædictus Mag.Lucas & litis conſortes ſimpliciter loquendo reſpectu totius negocij in prima inſtantia dicuntur rei conuenti,tamen quoad reconuentio

7 nem ipſorum dicuntur actores; quia †reconuẽtio uim habet exceptionis, ut per Bal. in l. ſi conſtat 2.col.uerſ. Item contra habemus. C.de compenſat.& Soci. iun. conſ.34.num.2.1.uol. Reus autem in ſua exceptione dicitur eſſe actor.l.1.ff. de exce. Et ideo ſi uolũt in hoc interdicto obtinentes cõuincere ſer Iacobũ prædictũ de turbata poſſeſſione, debent tanquam actores oſtẽdere ſe habuiſſe & habere poſſeſſionẽ, & in ea turbatos fuiſſe. Sed Mag.Lucas prædictus nominibus, quibus agit iuridice, & concludenter hæc omnia probat, ut infra patebit; ergo debet obtinere.

Primo igitur,quod Mag.Lucas & litis conſortes recõuenientes habuerint & habeant poſſeſſionem bonorum,de quib. agitur,conſtat apertiſſime; quoniam nulli dubium eſt, quin acta, in quibus dicitur aliquem poſſidere, non ſolũ probant poſſeſſionem,ſed etiam faciunt rem notoriam, ut dicit Soci.in conſ.38.num. 15. 1. uol. & Corn. conſ. 233. 3.vol. & Gratus conſ. 25. nu. 13. 2.uol.poſt gloſ. in uerbo liquere, ubi doct.in c.ſignificauerunt de teſtib.& not.in c.quoniam contra de probat. Itemque fatemur, inſtrumentum eſſe ueritatem probatam & manifeſtam ut dicit Bal.in l.intereſt num.2.C.de ſolut. & Bart. in l. 1.in princ. num.8.ff.de oper. noui nuntiãt. ſed ex actis & inſtrumentis factis in curia Domini Vicarij Reue.Piſani Archiepiſcopi patet, prędictũ Mag. Lucam & litis conſortes miſſos fuiſſe in actualem poſſeſſionem iſtorum bonorum vigore cuiuſdam laudi, & quarundam ſententiarum iudicum delegatorum, de quibus ibi ergo liquido conſtat, prædictum Mag. Lucam nominibus, quibus agebat, obtinuiſſe & obtinere

8 poſſeſſionem illorum bonorum maxime, †cum ex ſolo inſtrumento tenutæ probetur poſſeſſio, ut dicit Paul. Caſtr.in conſ.234.num. 2.in 2. parte.in actis enim curiæ ſupradicti D. Vicarij apparet quod non ſolum die 8. Iulij,ſed etiam die 17.Aug. 1552. ſtylo Piſano, & 1551. ſtylo Flor. Idem Dominus Vicarius decreuit & mandauit

publico

publico nuncio ſuæ curiæ, ut prædictum Mag. Lucam, & Nochum, & litis conſortes mitteret, poneret, induceret, & aſſociaret in actualem tenutam, & corporalem poſſeſſionem bonorum, de quibus eſt quæſtio. Poſtea autem in eisdem actis apparet Ioannem Pandolphi Bruni de Mõte Varchi publicũ & iuratum nuntium Archiepiſcopalis Piſanæ Curię poſt cõmiſſionem ſibi factam retuliſſe eadẽ die 17. Auguſti 1552. quemadmodum ſupradicta die ipſe contulit ſe ad locum dictorum bonorum, & eundem Mag. Lucam, & Nochum, & litis conſortes dictis nominibus immiſit pariter, & induxit in corporalem realem, & actualem, quietam, & pacificam poſſeſſionem dicti Molendini, iuriumque & pertinentiarum eiusdem. Ex quibus colligitur, quòd cum præfatus M. Lucas & litis conſortes immiſſi fuerint in poſſeſſionem ſupradicta die 17. Auguſti 1552. ut ſupra iam tunc iuſte & autoritate iudicis poſſidebant iuxta tex. in l. iuſte poſſidet. vbi doc. ff. de acq. poſſ. & tempore, quo prædictus ſer Iacobus del Pitta deiecit aquæductus canalem, quandoquidem, ut ſupra dixi, ipſe cõmiſit iſtud de menſe Septẽbris 1551. ut deponũt teſtes dicti Mag. Lucæ ſuper 7. cap. in 1. inſtantia examinati.

His ita ſe habentibus non obſtat modo prima reſponſio, quę in fauorem ſer Iacobi deducitur, videlicet, hanc executionẽ immiſſionis non ualuiſſe, neque tribuiſſe, legitimam poſſeſſionẽ cum nõ uideatur facta ſecundum tenorem ſententiarum cõditionaliter diſponentium, quòd prędicta bona omnia eſſe deberent inter dictas partes, ſi ęſtimata & ſoluta fuiſſent melioramenta, nec uti poſſent bonis prędictis alio modo, quèm ſi in melioramentis Io. & Ant. ſatisfeciſſent. Ex quo inferri uidetur, quod cum ſatisfactum non ſit, non ualuerit etiam prædicta immiſſio. Quoniam replicatur quòd aut ſer Iacob. loquitur de tenore cuiusdam mandati ſeu pronuntiæ immiſſionis in poſſesſionem factæ a prędictis Dominis Iudicibus delegatis die 17. Aprilis 1552. ſtylo Piſ. quo cauetur M. Lucam mittẽdum eſſe in poſſesſionem; hac tamen declaratione, quod nullo iure vtatur dictis bonis niſi prius ſatisfecerint melioramenta &c. & tunc dico quòd prędictus Mag. Lucas & litis conſortes non faciunt uim, neque ſe fundant in hac pronuncia, ſed prętendunt habere poſſesſionem autoritate Curię Archiepiſcopalis uigore cuiusdã purę & ſimplicis immisſionis factæ ut ſupra re-
9 tuli, die 17. Auguſti 1552. † quæ cum ult. loco conceſſa fuerit præcedenti videtur prępualere, l. pacta nouisſima. C. de pact. ubi in 5. ſcilicet ampliatione Iaſ. affirmat, hoc etiam obtinere in ſententia interlocutoria, prout iudicanda eſt in caſu noſtro iſta pronuntia de exequendo, ut ait Bal. in l. ab executione nu. 2. C. quorum appell. non recip. & idem Bal. in l. actori verſ. ſed quomodo formatur num. 2. C. de reb. cred. Aut prędictus ſer Iacobus intelligit de tenore ſentẽtiæ Domini Vicarij, itemque de ſententia dominorum iudicum delegatorum, & tunc etiam dico ſimiliter non fuiſſe neglectum eorum tenorem; ſed ualuiſſe immisſionem, quia cum ille in omnibus & per omnia præcedentia tantummodo confirment, non immmutatur prima pura diſpoſitio, ut ex lectura ipſarum apparet ſub die 11. Iulij 1550. & die 7. Ianuarij 1551. ſtylo Piſano.

Aut uero loquitur de tenore laudi, & tunc ſimiliter replico, immisſionem non eſſe factã cõtra illius formam: in eo enim dicitur inter alia, l'altra parte uerſo leuante &c. vogliamo ſia di dette parti a commune, conſeruando le ragioni &c. a ciaſcuna pro rata; ſopra le quali ſon ſuti fatti &c. miglioramenti &c. & parendoci giuſto &c. diciamo &c. che detti Luca &c. ſien tenuti & obligati a ſodisfare a detto Gir. &c. tali miglioramenti, e culture &c. & prędicta obſeruari mandamus &c. quæ quidem uerba pura atque ſimplicia ſunt, nec ullam illarum dictionum habent, quæ iuxta doctr. Bart. & cæterorum in l. 1. ff. de cond. & demonſtr. conditionem importare ſolent neque orationem aliquam continẽt ex ablatiuis abſolutis cõpoſitam, qui diſpoſitionem faciant conditionalem, ut habetur in l. a teſtatore. ff. de condit. & demonſtrat. in l. ab emptione. ff. de pactis, & per Iaſ. in Rub. ff. ſol. matr.

Sed poſito & non conceſſo quod prędictus Mag. Lucas & litis cõſortes non poſſent uti prædictis bonis niſi eſſet facta æſtimatio, & ſolutio melioramentorũ, adhuc tamen affirmo, ſatis legitime adimpletam fuiſſe aſſertam conditionẽ, & conſequenter factam ęſtimationem, & ſolutionem prædictam. Quod enim bona iſta æſtimata fuerint antequam facta fuiſſet immisſio patet nõ ſolum ex relatione Mag. Simonis olim Vinc. de Grauezano fabri murarij & mag. Lucæ Guisfredi de Calci fabri lignarij data die primo Maij 1551. & publicata die 4. eiusdem Menſis, ut ex actis conſtat; in qua habetur, conſiderato bene detto mulino, & ogni coſa apartenẽte ad eſſo giudicando & lo ſtimano L. 616. ſed etiam clare conſtat ex atteſtationibus Mag. Lucę in cauſa appell. Primus enim tertius & quartus teſtis ſuper 4. cap. quo fuit articulata prædicta æſtimatio dicit contenta in cap. fuiſſe, & eſſe uera; quo caſu probat, ut per Bal. conſ. 14. prima parte, & Soci. conſ. 56. num. 2. 4. uol. & Paul. de Caſt. in l. hæredes num. 7. ff. de teſtam. maxime cũ rationes aſsignantes, ſicut debent, ut per Corn. conſ. 10. num. 19. 1. uol. dicant ſe uidiſſe, & præſentes fuiſſe quando æſtimata fuerunt. Secundus quoque teſtis licet ſit de auditu, tamen cõiunctus cum alijs facit præſumptionem Dec. conſ. 321. 2. parte; quinimo probat, quoniam eſt de auditu ab ęſtimatoribus, & conſequenter ab his, qui actum geſſerint, qui ſolent probare, ut habetur per Calcan. conſ. 35. num. 8.

Quod autem dicto Io. & Ant. de melioramẽtis ſatisfactum ſit, probatur ex actis Piſanæ Archiepiſcopalis Curię ubi habetur quod pręfati

mag.

mag. Lucas, Nochus, & Marcus dictis modis,
& nominibus &c. in die 17. Auguſti 1552. ſtylo
Piſano ante immiſſionem depoſuerunt in pecu
nia numerata in manibus Lud. de Piſcia Banche
rij in ciuitate Piſarum libras quatuorcentũ qua
draginta quinque quæ computatis libris 168.
pro expenſis debitis dicto magiſt. Lucæ &c. a-
10 ſcendunt ad ſummam librarum 613. †Sed de-
poſitum ſuccedit loco ſolutionis, & pro ſolu-
tione habetur, liberatque debitorem, ut eſt
text. in l. obſignatione. C. de ſolution. & in l. ac-
ceptam ubi Bald. C. de uſur. & idem Bald. in au-
then. ex teſtamento num. 7. C. de collat. & gloſ.
in ver. peti in l. 2. C. de dote cau. non num. ubi
Alex. in addit. & Bar. in uer. quod ſuo: Ergo præ
dictus Mag. Lucas & litis conſortes re ipſa ui-
dentur ſoluiſſe quantum ad ipſos attinet, licet
ipſi creditores in mora recipiendi fuerint iuxta
tradita per Corn. conſ. 262. nume. 13. uol. 4. Ex
his concludo non obſtare primam iſtam reſpõ-
ſionem pro parte ſer Iacobi adductam.

Secunda reſponſio ſer Iacobi eſt, quod licet
quædam bona, ut ſupra dixi, æſtimata ſint, &
pro quibuſdam factum depoſitum, & conceſſa
executio, non tamen omnia ſunt æſtimata, nec
pro omnibus factum depoſitum, neque omniũ
eſt conceſſa poſſeſſio; quandoquidem adhuc
æſtimari debet ora aquæductus, & aquæ com-
moditas, ſeu ſeruitus. Hoc pluribus rationibus
ſer Iacobus nititur oſtendere: quarum prima
ducitur ex uerbis cuiuſdam pronuntiæ de exe-
quendo factę die 17. Auguſti 1550. ſtylo Piſ.
dicentibus, quoad reliqua bona non æſtimata
admiſſa dictis Ioanni, & Antonio retẽtione do
nec &c. ex quo conijcit, ſupereſſe adhuc ali-
quod ęſtimandum.

Secunda ratio colligitur ex articulatis per
ſer Iacobum in 3. cap. ſecundę inſtantię, ubi ca
pitulat, aquam & eius commoditatem fuiſſe, &
eſſe ęſtimationis ſcutorũ 400. & vltra &c. ergo
non uidetur talis aqua comprehenſa ſub aſſer-
ta ęſtimatione 613. lib.

Tertia ratio eſt, quia ęſtimatoribus manda-
tum non fuit, ut ius aquæ ęſtimarent; quinimo
poſito quod eis eſſet commiſſum, non tamen
habebant autoritatem æſtimandi bona ſer
Iacobi.

Sed huic ſecundæ reſponſioni replicatur plu
ribus modis. Et primo poſito, ſed non conceſ-
ſo quòd æſtimata non eſſent dico quòd ad ſer
Iacobum non pertinet excipere de non facta
æſtimatione horũ bonorum; nam ſi ille oppone
ret exceptionem huiuſmodi ex qua nihil conſe-
qui debet, uideretur opponere exceptionẽ non
admittendam de iure tertij, ſcilicet Ioannis, &
Antonij Cei nominibus, quibus in actis, qui in
perſona etiam ipſius Ioannis vel Antonij non
11 excluderet intentionẽ agẽtis. Sed talis exceptio
nõ excluſiua iuris agẽtus non poteſt opponi l. 2.
vbi doc. ff. de excep. rei iud. ergo ad ſer Iacobum
non pertinet talis exceptio.

Quod autem non excluderet intentionem a-
gentis patet ex libello Ioannis & Antonij pro-
poſito die 27. Auguſti 1552. coram Reuerendo
D. Franciſco Perignano tunc iudice deputato;
vbi ſupradicti actores fatentur magiſtrum Lu-
cam habere poſſeſſionem Molendini macinan-
tis, & propterea aquæductus, quia ſine eo non
dicitur macinans, vt in depoſitionibus primæ
inſtantię ſuper 5. cap. ſer Iacobi. At ſi fatetur,
magiſtrum Lucam habere poſſeſſionem aquæ-
ductus; ergo fatentur quod aquęductus, & ius
12 aquę ducendę ęſtimatum ſit, †quia qui uult cõ-
ſequens &c. l. illud. ff. de acq. hęred. l. eum qui.
ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. ſed ſi Ioan. & Anto-
nius fatentur ius aquę ęſtimatum eſſe; ergo nõ
poſſent poſtea excipiendo dicere ius aquę non
eſſe ęſtimatum arg. c. quod ſemel de regul. iur.
lib. 6. Ex quo ſequitur ꝙ ſi hanc exceptionem
non poſſent opponere ipſi principales, nec ſer
Iacobus poterit, cui plus licere non debet.

Secundo dici poſſet ꝙ hæc commoditas non
debuerit æſtimari; quia iura quæ habent, quòd
dominus prædij debet ſoluere bona fide ædifi-
canti prætium materię, & mercedem fabrorum,
13 mouentur hac ratione, † ne quis locupletetur
cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de con-
dict. indeb. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. c. locuple
tari de reg. iur. in 6. Sed hic ceſſat iſta ratio, quia
cum nihil impendiſſe demonſtretur ipſe Io. pro
obtinenda ſeruitute non agitur de aliqua eius
14 iactura, † & propterea debet ceſſare diſpoſitio le
gis, quia ceſſat legis ratio. l. quod dictum de pac.
Bart. conſi. 6.

Tertiò, replico quòd immo æſtimatum eſt
quicquid æſtimandum fuerat. Quod enim oræ
æſtimatio facta ſit, præter teſtes examinatos per
ſer Iacobum in prima inſtantia ſuper 5. capit. &
examinatos per magiſtrum Lucam in 2. inſtan-
tia ſuper 4. capitulo confirmat etiam & probat
ipſa confeſſio ſer Iacobi in triplicationibus pri-
mę inſtantiæ fol. 17. qua nulla melior probatio
inuenitur l. generaliter. C. de non numer. pecu.
De aquæductus verò æſtimatione videre licet
in depoſitionibus teſtium examinatorum per
magiſtrum Lucam in 2. inſtantia ſuper 4. cap. ad
quod ſe referunt. Quo uerò ad æſtimationem
commoditatis aquæ; licet ſer Iacobus ſuper 5. c.
primę inſtantiæ articulet, aquam non fuiſſe tunc
æſtimatum, nihilominus deinde nõ probat hoc
iuridicè. Primus enim & ſecundus teſtis illius ca
pituli non ſolum de credulitate deponunt; quo
caſu non probant, vt per gloſſ. in ver. præſto vbi
doctores. l. teſtium. C. de teſti. & Hypp. de Marſ.
conſi. 24. 1. volum. & conſil. 41. volum. nume. 9.
Sed potius videntur probare contrarium; quia
dicunt, credo che la ſtima delle L. 613. ſia fatta
ſcarſamente cõſiderata la ſeruitù dell aqua. Ter
tius uerò teſtis & ipſe deponit per uerbum pu-
tat; neque concludentem uel bonam rationem
ſuæ opinionis aſſignat dicens, penſa che non ſia
ſtimata, perche ha notitia dell'importanza del-
la ſeruitù di detta aqua; cum tamen hanc negati
uam coarctare debuiſſet teſtificans aquam non
fuiſſe

fuiſſe æſtimatam;quia cum ſemper præſens eſ-
ſet, non audiuit, neque intellexit eam æſtimari,
ſentit Soc.iunior conſi. 12.num.22.2.volum.A-
lex.conſi. 108.num.10. lib. 2. Quartus ſimiliter
non probat; quia dicit, non ſi può preſumere
che la ſia ſtimata; nec aliā rationē aſsignat; quo
caſu non probat;quia teſtis debet habere noti-
tiam ſenſus, nō impreſsionem intellectus; quia
aliud eſt præſumere, aliud eſt uidere. l. 1. ff. de
his quæ in teſtam.del.& Nellus Sangeminianen
ſis in trac.teſtium.§.teſtibus examinatis nu.168.
Non enim iudicare debet teſtis, ſed teſtificari,
Alex.conſi. 114 num. 17.lib. 4. Quintus ad rem
non facit;ex quibus patet,hanc negatiuam non
eſſe probatam,ſed uerius eſſe, quòd iſta cōmo-
ditas aquę ęſtimata fuerit,quoniam,

Probatur ex atteſtatione & fide magiſtri Lu-
cæ Guisfredi de Calci facta die 22.Augu. 1552.
qui deponens de facto ſuo dixit, che hauea mi-
ſurato l'aquedotto inſieme con l'altre coſe,& in
tendeua interderſi & intende comprehenderſi
in detta ſtima l'aqua, come dice eſſer ſolito in
detti luoghi ſtimare i molini macinanti. Quādo
non v'è la gora,in dette ſtime ſi domādano Mo
15 lini deſtrutti. † Sed teſtis etiā vnicus de facto ſuo
deponens facit plenam probationē, vt per Pau.
de Caſt.l.quicunque nu.11.in fi.C. de ſeru. fug.
& Grat.conſi.152.2.volum.Iaſ.l. cunctos popu-
los.C.de ſumm.trinit.& fide cath.colum.penul.
Soc.iun.conſi.62.num.6.1.volum. Igitur ex ſo-
la depoſitione iſtius æſtimatoris videtur proba
ta legitimè æſtimatio aquæ,præſertim concurrē
tibus alijs adminiculis hoc ipſum ſuadentib. vi-
delicet depoſitionib. appellantium in 3.c.vbi te
ſtes ad articulum ſe referentes dicunt fuiſſe æſti
matas pertinentias Molēdini, & per conſequēs
jus aquæ ducendæ,quod eſt de pertinentijs.l. ſi
aquæductus.ff.de contrah. empt. & horum attē
ſtationes magis attendendæ ſunt,quia plus cre-
ditur teſtibus affirmantibus,ut per gl.in l. diem
proferre.ff.de arbitr.& Hyppol. de Marſ. conſi.
113.2.uolum.num.47.Alex.conſi. 108.num. 11.
lib. 2. Bertrand.in conſi.181.3.uolum.num.16.in
recentioribus.

Neque obſtat prima ratio educta a uerbis il-
lius pronuntię concedentis retentionem bono
rum adhuc æſtimandorum;quia cum nihil ęſti-
mandum ſuperſit, ut dixi ſupra, nihil retineri
16 poteſt, † cum non entis nullę ſint qualitates.
l. ei qui in prouincia. ff. ſi certum peta.l. quarta.
ff.de action.empti. §. fin. cap. ad diſſoluendum
de deſponſ. impub. quinimmo, ut inquit Grat.
in conſi. 37.num. 34.1.uolum.non datur reſerua
tio eorum,quę non ſunt.

Nō obſtat etiam ſecunda ratiò; nam quo ad
teſtes examinatos per ſer Iacobum ſuper 5.cap.
primæ inſtantię reſpondetur pro parte magiſtri
Lucę,quòd dum teſtes dicūt prædictum Molen-
dinum eſſe ualoris 500.aureorum,intelligere &
ſentire poſſint de æſtimatione directi dominij
tam ipſius ædificij,quàm prædij illius montuoſi,
& arcę,in qua ædificium eſt,cum tamen æſtima-
tores ęſtimauerint directum dominium,quia lo
cus liuellarius eſt,in quo etiam utile dominium
Magiſtri Lucę non ueniebat æſtimandum, cum
ſuum eſſet,ut ex actis conſtat; Vnde cum diuer-
ſis reſpectibus æſtimentur, non obſtat talis de-
poſitio. Teſtes etiam examinati per ſer Iacobū
in 3.cap.ſecundę inſtantiæ ſimiliter non uiden-
tur probare;quoniam hi,qui deponūt ſuper eo,
artic. ipſis eiſdemmet uerbis tam in dicto,quàm
in ratione teſtificantur;quo caſu eorum atteſta-
tiones iure reijciuntur Bar.l.teſtium.§. ideoque
num.5.ff.de teſtib.Nell.Sangemin.in trac.teſtiū
num. 195.Soc.conſi.274.2.vol.Io.de Imo. con-
ſil. 134.num.3.Corn.conſil. 298. 1.volum.Dec.
conſi.448.4.parte,Zaſ.conſi.4.nu.27.lib.2.

Nec obſtat tertia ratio,quia cum ipſi debeāt
ęſtimare melioramenta facta ſuper ipſis bonis,
ut patet ex mandato eis facto a iudicibus dele-
gatis die 28.Ap.1552.& inter ea reperiunt Mo
lendinum macinantem poſſunt & debēt ipſum
æſtimare; Sed hoc non poſſunt facere niſi æſti-
ment aquam, ſine qua non dicitur macinans,er
go poterant ipſum æſtimare; ad conceſſionem
enim unius,ſequitur cōceſſio alterius, ſine quo
prima conceſſio eſſet inutilis l. 2. ubi doct.ff. de
iuriſd. om. iud. neque propterea æſtimare im-
pediuntur, quòd prætendat ſer Iacobus ęſtima-
ri bona ſua; quia imò æſtimatur ſeruitus ſuis au
toribus conceſſa in ſuis prędijs, non autem prę
dia ſua, & ſic æſtimatur, quod ipſe habet in ſuis
bonis, ut patet in actis, præſertim in triplicatio
nibus ſer Iacobi in prima inſtantia fol. 16. & 17.
& in 5.& 6.cap.eiuſdem inſtantiæ; & ex his pa-
tet quòd ſecunda reſponſio Ser Iac.non obſtat.

Tertio loco dum Mag. Lucas & litis conſor-
tes dicunt ſe habere poſſeſsionem aquæductus
reſpondit ſer Iacobus prædictus, quòd hæc aſ-
ſerta poſſeſsio quando data appareret,nihilomi
nus nullarū uiriū eſſet quoad ſemetipſum ſer Ia
cobum, nec ei potuiſſet adimere poſſeſsionem
aquæductus, neque in eius præiudicium fieri
executio. Idque probare nititur ex reſcripto Il-
luſtriſsimi & Excell. Principis noſtri in hac cau-
ſa emiſſo die ultima Iunij 1551. quo ordinatum
fuit, vt executioni mandetur ſentētia ſenza prę
giudicio del terzo, che nō fuſſe interuenuto nel
li giuditij paſſati, e conuinto in quelli, prout cō
ceſſit Dominus Vicarius die 8. Iulij 1552. ſtylo
Piſ. permittens dari poſſeſsionem, reſeruatis iu
ribus illęſis ijs, qui non interuenerunt in iudi-
cijs præteritis,& non fuerunt conuicti in eis.Ex
quibus uidetur probari, quòd cum is, qui non
fuit conuictus,& in iudicijs præteritis non inter
uenit, fuerit prædictus ſer Iacob.ei quoad ſuam
poſſeſsionem aquæductus, nullum potuit ex ta
li executione præiudicium generari, ſed reſerua
ri debeat ſer Iacobo illæſa poſſeſsio uirtute re-
ſcripti.

Sed his replicatur, quòd imò ualet executio
quoad ſer Iacobum,& licet magiſter Lucas &c.
poſsideat, ex hac tamen poſſeſsione non para-
tur ſer Iacobo aliquod præiudicium, conſequē

terque uerificabuntur uerba ſententię atque re
ſcripti; Cuius uerba ſenſa prægiuditio del terzo
non ſignificant, quòd ſer Iacobo debeat eſſe ſal
ua poſſesſio, prout ille putat; ſed alio tendit;
17 † Quoniam clauſula ſaluo iure, & clauſula ſine
præiudicio poſita in reſcripto, non tribuit ali-
quod ius de nouo, ſed intelligitur conſeruare
ſiquid habet de iure. Tommas Grammat.deciſ.
103.& Bartol. Cępol. conſ.25. num. 21. nec ad
aliquod ius nouum quærendum tendunt ipſæ
reſeruationes; ſed ad ius, competens reſeruan-
dum l.fi. ubi not.Bal.ul.uerſ.C. de temp.appell.
Soci.in l.Gallus §.& quid ſi tantum 3. col.ff. de
liber.& poſthum. imo reſeruationes iurium, ſi
quæ competunt, non impediunt executionem,
ut tenet Bal. in conſ.100. 1.uol. Sed ante reſcri-
ptum ſer Iacobus non habebat poſſesſionem;
quia antequàm mag.Lucas & litis conſortes eſ-
ſent immisſi in poſſesſionem aquęductus, ipſe
posſidebatur ab Ant.& Ioan.Cei,ut ex actis pa-
tet; non autem a ſer Iacob.ergo reſcriptum non
potuit intelligere de præiudicio poſſ.nec reſer-
uare poſſesſionem ſer Iaco.quam non habebat,
uel nouam inducere. Quapropter mens reſcri-
pti ea fuit, ut fieret executio, ita ut non inferre
tur pręiudicium ſer Iac.ut ita dicam, in quaſi pe
titorio, ac in negatoria actione, qua agimus, ut
declaretur & decernatur, per ſententiã, eſſe no-
bis ius negandi talem ſeruitutem, & perſiſten-
di in noſtra libertate, aſſerendique prędium ab
omni ſeruitute quoad aduerſarium eſſe liberũ,
ut per Aret.Iaſ. Petrum de Bellapert. Zaſ. in §.
ęque inſtit. de action.& in l.2. cum ibi not. ff. ſi
ſeru.uend. Voluit enim reſcriptum, quòd licet
facta ſit executio, licitum tamen ſer Iac. ſit age-
re negatoria iure ordinario, ſi prætendat ſerui
tutem non eſſe debitam, & exiſtimet obtinere,
quamuis exiſtimem ſeruitutem deberi ex pluri
bus, quę hic non refero; quia noſtra modo in-
tereſt determinare quisnam posſideat, & quis
turbetur, non autem cuius iura potiora ſint in
negatoria actione, & ita intelligentes reſcriptũ
non ſuſpendimus executionem, ſed illud, prout
debemus, intelligimus ſecundum ius commune
iuxta tradita per Ancharan.cõſ.404.& conſ.319
& conſ. 353. & Corn. conſ. 312.3. uol.& habe-
tur in c. 1. de reſcr. intelligimuſque ipſum ſine
præiudicio tertij, prout intelligeretur etiam ſi
non eſſet expreſſum, ut per Corn. conſ. 90.4.
vol.& conſ. 245.1.uol. & conſ.196. 2.uol. & Al
ber. Brun. conſ.3. & conſ. 13. Ex quibus patet,
hanc tertiam obiectionem pro parte ſer Iacobi
adductam non obſtare.

Quartò dum mag.Lucas & litis conſortes aſ
ſerunt, quòd molendino macinanti, cum ſuis
pertinentijs, eis adiudicato & tradito debetur
ſeruitus aquęductus; Reſpondet ſer Iacob.hanc
ſeruitutem non deberi, quoniam cum ab auto-
ribus ſuis ſer Andreę conceſſa ſolummodo fuę
rit in gratiam Hieron.& Caroli Cei, qui amplius
eam non detinent, non poteſt ad mag. Lucam
& litis conſortes vlterius pertinere; quinimmo
ea extincta ſer Iacobus in priſtino ſtatu uidetur
reſtituendus.

Sed replicatur, quòd licet iſta excep. in hoc
iudicio admittenda non ſit, quæ de iuribus ne-
gatoriæ, non poſſeſſorij tantum agit; nihilomi
nus dici poteſt, quòd mag. Lucas & litis conſor
18 tes poſſunt uti tali ſeruitute aquæductus; † quia
ſeruitus realis ſeu prędialis debetur a re rei l.
vnus ex ſocijs fundi.ff.de ſeruit.ruſtic.pręd.& §.
19 ideo. Inſtitut. eo.tit. † & cum ipſa re, cui inhęret,
proficiſcitur ad quencunque res tranſeat.l. uia
conſtitui.§. ſi fundus. ff. de ſeruit. ruſt. pręd. &
res dominans, quę ſeruitutem acquiſiuit, ad
quemcunque deueniat, cum ſua cauſa & ſerui-
tute venit.l.ſi partem in princ.ff.de ſeruit.ruſtic.
pręd.l.ſi aquęductus.ff. de contrah. empt. & Ca
pyc.in deciſ. 187.num.6. Sed ius iſtud aquędu-
cendę eſt ſeruitus realis ſeu prędialis, ut dicit
Alex.conſ.108.nu.6.li.2.ergo iſta ſeruitus aquę
ductus tranſit ad quemcumque tranſeat ipſum
prædiũ Molendini; & conſequenter ea vti mag.
Luc. cui adiudicatum eſt Molendinum modis
& nom. quibus in actis. Quod autem iſtud ius
aquęducendi conceſſum ab autoribus ſer An-
dreę del Pitta ſit ſeruitus realis, & prędialis pa-
tet ex conſtitutione huius ſeruitutis factę a ſer
Bernardino del Pitta in inſtrumẽto ſcripto ma-
nu ſer Tommę de Monte magno not. Piſ. ſub
die 25.Ian.1522.ubi habetur. Item teneatur &
obligatus ſit, & promiſit dictus ſer Bernardi-
nus dare eiſdem aquęductum pro dicto Molen
dino faciendo &c. Ex quib. uerbis cõſtat; quòd
ipſe aquęductus non fuit conceſſus tantummo
do perſonis Hieronimi & Caroli Cei, ſed facta
fuit conceſſio ratione Molẽdini, & pro ipſo Mo
lendino faciendo, & cauſa ipſius Molẽdini; quia
verba referuntur ad Molendinum. At quando
in ipſa conceſſione eſt adducta cauſa concernẽs
vtilitatem fundi, factaque eſt conceſſio reſpe-
ctu certi fundi, dicitur ſeruitus eſſe realis & pręę
dialis, & tranſit prædium obligatum ad quoſcũ
que poſſeſſores, etiam ſi per mille manus tran-
ſeat, vt dicit Veronenſ. in tract. de ſeruit. urb.
pręd. ſub rub. de ſeru. rea. c.2. uerſ. ſi autem ali
qua cauſa: ergo iſta dicitur ſeruitus realis tran
ſiens ad poſſ. Molendini; quia uerba referun-
tur ad ipſam rem, id eſt Molendinum; quo ca-
ſu dicitur realis; vt firmat Corn.conſ.154.nume
ro 8. 2. uolum.

Pręterea poſito etiam ſed non cõceſſo, quòd
conſt. ſer Bernardini non eſſet prędialis, neque
ualeret, probatur adhuc alia ratione, quòd pręę
20 dicto Molendino debeatur iſta ſeruitus; † Quo-
niam ſeruitutes non ſolum ex conceſſione ho-
minis, ſed etiam ex præſcriptione quæruntur l.
ſeruitutes 3.ubi gloſ.in ver. certam.ff.de ſeruit.
Veronenſ.in tract. ſeruitutũ urb.c.19. in princ.
quo caſu non requiritur tit. l. ſi quis diuturno.
ff.ſi ſer. uendic. & Veronẽſ. ſupradicta tractat.
capitũ.20.uerſ. tertium. quia non requiritur ti
tulus. Sed Molendini poſſeſſores ab eo uſque
tempore, quo ædificatum fuit, aquam duxerũt
eodem

eodem modo per eundem aquæductum; ergo ex hac præſcriptione prædio Molendini acquiſita eſt ſeruitus. Quòd autem poſſeſſores Molendini uſi fuerint eodem modo ſaltem debito tēpore iſto aquæductu, probatur tam ex teſtibus examinatis per mag. Lucam in 1. inſtantia ſuper tertio cap. quàm examinatis per eundem in 2. inſtantia ſuper cap. 10. quibus in locis, ut in actis uideri poteſt, legitime teſtificantur optimā rationem afferentes, quòd ex eodem aquęductu ad prædictum Molendinum aqua deducta eſt multis annis, imo ſemper non ſolum ſpacio decem annorum, prout de iure requiritur. Quo fit ut iure dicatur ſeruitus prædio acquiſita; nam cum ſeruitus aquęductus cōtinua ſit, ut per glo. in d. l. ſeruitutes 3. ff. de ſeruit. & Veronens. prę alleg. cap. 19. & firmat Capyc. in deciſ. 187. nu. 3. ad ſui præſcriptionem requirit decem annos inter pręſentes l. 2. C. de ſeru. & aqua, & Veron. d. cap. 19. uerſ. his itaque, quod ſpaciū ſolet ſufficere quando aqua fluit per locum priuati, cuius efficitur iuxta tradita per Bal. in c. cum omnes num. 21. de conſtit. & Alex. in conſ. 108. nume. 2. lib. 2. Quapropter cum tot anni decurſi fuerint cum alijs requiſitis ad inducendam pręſcriptionem, huiuſmodi Molendino uidetur tribuiſſe ius aquæ ducendæ, maximè cum interuenerit patientia & ſcientia concedentis, ut ipſemet ſer Iac. pluries fatetur in replicationib. primę inſtātię: ſemperque crediderint, uti iſta aqua iure ſeruitutis, prout debent, non iure familiaritatis, vt eſt tex. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ. & declarat Veronen. d. cap. 20. ſupra alleg. in prin. & de ſeruit. ruſt. ſub rub. de aquęductu 18. col. uerſ. 1. caſu. quod probatur ex cōtinuo actu ducendæ aquę tam in vita ſer Bernardini quàm tempore ſer Iac. & ex alijs quæ poſſeſſores facile in hanc credulitatem ducere poterant, iuxta doct. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu. 9. ff. de itin. actuque priu.

Quinto loco ſer Iac. reſp. quòd non ſolū hæc ſeruitus aquæductus Molendino non debetur hoc tempore, quo poſſidet mag. Lucas, ſed nec etiam olim eidem debebatur, quando poſſidebat Carolus & Hieronimus Cei, & eorum hæredes, quia licet in conſtitutione ipſius ſeruitutis aquæductus permiſſus fuerit, nihilominus fuit permiſſus non ſimpliciter, ſed pro faciendo Molēdino ſuper bonis ſuis ipſius ſer Bernardini ac ea lege, ut ipſe Carolus & Hieronimus teneātur facere Molendinum ſuper dicto petio terrę mōtuoſo, in quo fuit nominatus, ſicut apparet ex ſupra alleg. inſtr. conceſſionis rogato a ſer Tomma de Monte Magno die 25. Ian. 1525. ſed prędict. Carolus & Hieronimus aliter fecerūt; nam ut poſtea compertum aſſerunt, non fuit ex omni parte ſuper illis bonis conſtructum Molendinum, ſed ſuper alijs, quę erant communia omnibus ex familia Nochetellorum; ergo tanquam non impleto contractu ex una parte videtur dicendum, prædium ſer Iacobi eſſe liberum a ſeruitute, nec molendino aquæductum deberi.

Aduerſus hanc reſponſionem plura, ut reperio, poſſent adduci, ſi oporteret: nam eſſet animaduertendum an contractus habitus cum prędicto Carolo, & Hieronimo eſſet nominatus, aut innominatus, aut uerò mixtus; ſi enim nominatus eſſet, ſaltem ut dicit Bart. in l. 2. C. de cond. ob cauſam. ratione ſtipulationis ſignificate per illa uerba conceſſionis, partes promiſerunt ad inuicem iuxta formulā notariorum, et notata in §. ſi ſcriptum. inſtit. de inut. ſtipul. hoc caſu poſſet huc illud adferri, quod dicit Corn. conſ. 208. primo uol. & conſ. 25. numero 4. & conſ. 102. 2. uolu. ubi tenet, quòd ſi contractus propter ſtipulationem nominatus eſt, non reſcinditur ex non implemento alterius contrahentis, ſed agitur ad obſeruātiam actione ex eo contractu, & deinceps ad intereſſe iuxta doct. Bar. & cæterorum in l. ſtip. non diuid. ff. de uerb. oblig. Si uerò eſſet innominatus, tunc licet pœnitentiæ locus ſit quando ex vna parte eſt perfecte adimpletus, ex alia verò tantū impleta pars illius, quod erat faciendum; vt per Bart. in l. ſi pecuniam in princ. num. 11. ff. de cond. ca. data c. non ſec. Eſſet tamen conſiderandum an prædictus ſer Bernardinus dum accepit medietatē Molendini ſoluta ſua parte æſtimationis, vt habetur in d. contractu conceſſionis. dumque poſtea ſer Iac. & domina Tomaſia Hoſpitali uendidit, ut in actis habetur, videantur iuribus pœnitendi præiudicaſſe; cū viſi ſint cōſentire ei adimplemento, quod factum fuit; quandoquidem cōſenſus non ſolum verbis, ſed etiam factis oſtenditur Bertrand. conſ. 18. nu. 4. 3. vol. in antiquis, cum pluribus ibi per eum adductis. At ſi mixtus foret contractus, eſſet iſto caſu conſiderandum vtrum ex capite pœnitentiæ uelit recedere a nominato, quod denegatur; an uerò ex capite cauſæ non ſecutæ, quaſi ſecuta eſſet non ut licitum vt dicit Paul. de Caſt. in l. cum te. C. de pact. inter empt. & habetur etiam per Bart. in l. fin. in uer. reaſſumo. ff. de cond. ca. da. ca. non ſec. Itēque eſſet etiam diſcutiendum an factum ſit repetibile iuxta doctr. Bart. in l. naturalis. §. quod ſi faciam, & §. ſi ergo. ff. de præſcr. verb. ſimiliter nōnulla alia diſcutiēda forent. Verum quia partes noſtræ ſunt ſuper poſſeſſorio iudicare, ne uidear per campum mihi non aſſignatum vagari, hęc, quæ ad quaſi petitorium atque negatoriā actionem pertinere uidentur omittens commodius replicabo; quòd in hoc iudicio iſta excep.
21 non releuat ſer Iac. † quia quādo intentatur poſſeſſorium retinendæ, vt hic non admittitur excep. proprietatis, vt per Dyn. in c. qui ad agendum. de reg. iur. & per Bart. in l. ſi de eo §. fi. ff. de acq. poſſ. & Paul. de Caſt. in l. ſi de ui. in fi. numero 4. ff. de iudic. & firmat Capyc. in deciſ. 21. numero 30.

Iſtis ergo ſic explanatis, ſupereſt vt concludā prædictum mag. Lucam & litis conſortes tempore litis conteſtatę & aſſertæ turbationis fuiſſe & adhuc eſſe in poſſeſſ. bonorum, & aquæductus, de quibus agitur, non obſtantibus obie

ctionibus

ctionibus ſupra adductis.

Alterum vero, quòd in interdicto vti poſſide tis debent actores probare, ſuam videlicet quietam poſſeſſionem, turbatam ſibi fuiſſe ab aduerſario, facillime demonſtratur nam certum eſt, eum in poſſeſſione alios moleſtare, qui non ſinit poſſidentes eo, quod poſſidebant, vti arbitrio ſuo, aliquid faciendo, per quod non relinquat liberam poſſeſſionem aduerſariorum, pro ut habetur in l. vim facit, vbi gloſ. & Bart. ff. de ui & ui arm. Sed ex depoſitionibus teſtium exhibitorum, & actis iudicij colligitur, prędictum ſer Iacobum cōmiſiſſe & effeciſſe, vt prædictus mag. Lucas & litis conſortes non poſſent uti eorum arbitrio, poſſeſſione, quam autoritate iudicis obtinuerant; ergo mag. Lucas & litis conſortes dicuntur eſſe turbati a ſer Iac.

Quod autem ſer Iacobus non permiſerit, aduerſarios ad eorum arbitria uti ſua poſſeſſione patet, quoniam poſt decretam magiſtro Lucæ poſſeſſionem, & ſecutam immiſſionis executionem; cuius uigore tunc legitimè poſſidebant, ipſemet ſer Iacobus diruit & deiecit ligneum canalem, per quem aqua fluebat ad aquæductum ipſius Molendini: quo factum eſt, ut aquę curſu mutato magiſter Lucas & litis conſortes non poſſent eam deducere ad uſum ſui Molendini. Secundus enim teſtis examinatus per magiſtrum Lucam ſuper 7. cap. primę inſtantiæ die 21. Nouembris 1551. dicit che del meſe di Settēbre proſſimo paſſato &c. ſer Iacopo chiamato detto teſtimone &c. & arriuato li detto teſtimone con detto ſer Iacopo del Pitta guaſtarono il pōte, del quale ſi dice nel cap. dicendo, &c. & coſi l'acqua andaua per altra uia &c. Tertius quoque teſtis idem deponit, & de eodem tempore, & eodem conſocio turbationis, & licet de auditu a mulieribus ſer Iacobi, deponat, tamen propter alia adminicula, quæ concurrūt, dicitur probare, ut tradit Inno. in c. præterea de teſti. & Bal. in ſua Marga. in materia teſtium. in uer. teſtimonium de auditu. Sed huius lignei canalis poſſeſ. ut conſtat ex immiſſione in poſſeſſionem facta die 17. Aug. 1551. ſtylo Flor. ut ſupra dixi, hoc tēpore pertinebat ad magiſtrum Lucam, ergo propter hanc deiectionem, & euerſionem canalis, eius poſſeſſ. dicitur turbata. Quod vero canalis pertineret atque pertineat ad magiſtrum Lucam, colligitur.

Primo ex uerbis immiſſionis dicentibus, magiſtrum Lucam fuiſſe immiſſum in poſſeſſionem iurium & pertinentiarum iſtius Molendini, & per cōſequens etiam canalis, qui dicitur de pertinentijs, ut dicunt teſtes examinati in prima inſtantia per magiſtr. Lucam, ſuper 6. cap.

Secundo colligitur ex recognitione cuiuſdā fidi æſtimatoris facta die 1. Ian. 1552. ubi habetur ſi intende eſſere in detta miſura, e ſtima un ponte dirimpetto alla caſa di quelli del Pitta.

Tertio hoc idem affirmant omnes teſtes examinati per appell. ſuper 11. cap. ſecundæ inſtantię, ubi legitimè deponunt omnes, quòd gora & aquæductus in totum extenditur per menſurā 150. perticarum, & in ipſis perticis 150. comprehenditur pons deuaſtatus per ſer Iacobum omneſque concludentem rationem aſſignāt de uiſu & pręſentia, ut in actis uidere licet.

Secundò quòd ſer Iacobus non permiſerit aduerſarios ad eorum libitum frui poſſeſſione conſequenterque turbauerit, nam ut in replicationibus & in 9. cap. extat, ipſemet ſer Iacobus aquam a ſolito curſu diuertens de ſuis prædijs aliò deflexit, ut ipſe propria confeſſione fatetur, qua nulla eſt probatio melior. l. generaliter C. de non numer. pecun. Grat. conſilio tertio, & conſi. 83. 1. uolum. quod aquam; adeo ut ad Molendinum aqua non defluebat; iſtudque ſe feciſſe affirmat poſtquam magiſter Lucas & litis cōſortes virtute executionis prędictę obtinuerunt poſſeſsionē iſtorum bonorum, ſicut colligitur ex libello, & triplicationibus factis per ſer Iacobum in prima inſtantia & exhibitis die 9. Octob. 1551. Sed huius aquę deflexus liberam poſſeſſionem aduerſarijs non relinquebat, quādoquidem molere abſque ea non poterant, ut habetur in atteſtationibus ſer Iacobi ſuper 6. cap. primæ inſtantiæ, & in 2. & 3. interrog. partis aduerſæ: ergo uidentur eſſe turbati in poſſeſſione per ſer Iacobum prædictum.

Nec obſtat ſi quis obijciat, ex hoc aquę defluxu non probari neceſſario turbationem; ſiquidem potuit ſer Iacobus aquam diuertere nō è ſolo comprehenſo ſub menſura ipſarum 150. perticarum, ſed è ſolo ſui prędij antequam aqua ingrederetur canalem aquæductus: quo caſu non attigit bona ad aduerſarios pertinētia. Replicatur enim quod & ſi de canalis euerſione, prout reuera conſtat non conſtitiſſet, iſta tamē propria confeſſio hanc inquietationē probaret, quoniam ēt in ſuo hactenus cuique facere licet, quatenus vicino non noceat, vt dicit Paul. de Caſt. l. 1. §. item aiunt. ff. de aqua pluu. arc. & facit l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. uend. ſed hic deflexus ſ. in ſuo ſolo factus noceret; ergo prohibetur. Satis enim diuertere aquam in ſolo aduerſarijs aſſignato dicitur quando præſtat occaſionem, vt ab eo diuertatur, cum certiſſimi iuris ſit, eum damnum dare uideri, qui occaſionem præſtitit eidem, ut dicit tex. in l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad l. Aquil.

Cum igitur ex ſupradictis pateat ſer Iacobū prædictum aquæductus canalem deſtruxiſſe, & ſolitum aquæ curſum immutaſſe, reliquum eſt, ut concludam, ipſum turbaſſe poſſeſſionem. Cū enim non per iudicem iſtud fecerit, ſed propria autoritate, uim poſſeſſoribus dicitur intuliſſe. l. extat. ff. de eo quod met. cauſa, Bertrand. conſil. 292. 3. uolum. in antiquis. Conſequenterque ipſum aduerſarios inuitos turbaſſe, ſi enim licet ex præſenti præſumere in præteritum prout licet iuxta. l. ſi qui adulterij. C. ad l. Iul. de adult. iure quidem poſſumus affirmare, prædictos poſſeſſores nunquam in ſui præiudicium huic moleſtiæ conſenſiſſe. Et propterea concludendum

eſſe,

eſſe, prædictos appellantes debere in hoc iudicio, ſecundum ea, quæ tradita ſunt, obtinere.

1. Quod autem in propoſita ſpecie fieri debeat condemnatio in expenſis modo prædicto probatur; quoniam licet ei, qui obtinuit in 1. inſtãtia, ſi ſuccumbat in ſecunda condemnatur in expenſis tam cauſæ principalis, quàm appellationis iuxta tradita in l. properandum §. ſinautem C. de iudic. nihilominus hoc non procedit quãdo is, qui obtinuit in 1. inſt. omnino ſuccumbit in 2. inſt. ex nouiter deductis, ut not. in deciſ. Thol. 222. Quapropter cum ſer Iac. prædictus ſuccumbat in cauſa appellationis non ſolum ex deductis antiquitus, ſed etiam etiam ex nouis actis, quæ aliquid adiuuant cauſam aduerſariorum ipſius, ut ſupra vidimus, conueniens eſſe videtur prædictum ſer Iacobum condemnandum eſſe quoad expenſas tantum ſecundæ inſtãtię ſecundum prædicta.

Atque ex his & alijs, quæ, ne longior ſim omitto, apparet veritas prędictorum. Idcirco, ut ſupra firmaui, iuris eſſe arbitror, atque ita refero.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Ex perceptione fructuum optime probatur poſſeſſio.*
2 *Aliud eſt modus poſſidendi aliud poſſeſſio.*
3 *Ex poſſeſſione facti colligitur poſſeſſio iuris.*
4 *Teſtes contrarij ſunt reijciendi.*
5 *Teſtis in dubio non præſumitur velle dictum ſuum corrigere.*
6 *Res inter alios acta tertio non præiudicat.*
7 *Vox vnius vox nullius.*
8 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
9 *Sententia lata vltra petita ipſo iure eſt nulla.*
10 *Sententia nulla non poteſt mandari executioni.*

CONSILIVM XLII.

Diuino nomine implorato.

QVONIAM lis, quæ vertitur coram Mag. Cap. & Commiſſario ciuitatis Piſarum inter Dominum Hieronymum Papponium prouocantem, & Iulium della Roccha eius procuratorem ex parte vna; & Michaelem Ioannis Antonij de Mozzana, alias Feruccium, aduerſus quem prouocatur, & ſer Alexandrum, & de Monticellis eius procuratorem ex alia, ad me tranſmiſſa fuit, vt dicam, & referam, quę ſint partes ipſius mag. Domini Commiſſ. in iudicando ſuper dicta cauſa. Idcirco viſa petitione dicti D. Hieronimi perlectiſque exceptionibus d. Ferruccij, & replicationibus poſtea factis: & conſideratis capitulis, atteſtationibus, probationibus, & inſtrumentis, alijſque ſcripturis in prima inſtantia ab utraque parte deductis; uiſaque ſententia primi iudicis, & appellatione deinde interpoſita, diligẽterque diſcuſſis omnibus, quæ acta, & deducta fuerunt in 2. inſtantia coram Mag. dominis Prioribus ciuitatis Piſarum iudicibus primarum appellationum. Viſiſque ſententia in prędicta 2. inſtantia lata, & libello appellatorio ſubſecuto. Ponderatis demum petitionibus, exceptionib. capitulis, probationibus, codicibus, ſcripturis, iuribus, & allegationibus in hac ultima inſtantia ad me tranſmiſſis. Viſo etiam d. differentię loco, vt mihi iniunctum fuit, cæteriſque omnibus, quę conſideranda videbantur, accurate cõſideratis, Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero, partes prædicti mag. Domini Commiſſarij fuiſſe & eſſe ut pronunciet, prędictum Michaelem Ioannis Ant. de Mezzana cognomento Ferruecium, reum conuentum deſiſtere debere ab inferendo moleſtiam, & turbationẽ domino Hieronymo Papponio actori prædicto, eundemque Ferruecium condemnandum fuiſſe & eſſe ad dimittendam & relinquendam dicto actori liberã, & expeditam poſſeſſionem prædictorum duorum petiorum terrarum, & bonorum, de quibus habetur mentio in petitione d. Domini Hieronymi, ſeu Iulij della Roccha eius procuratoris ſub ſuis finibus, in cõmuni Mezzanæ poſitorum, & arenarum ſeu terrarum ab Arui flumine dictis duob. terrarum pętijs, ſeu bonis prędictis additarum & applicatarum. Condemnandumque fuiſſe, & eſſe prędictum Ferruccium ad permittendum, & patiendum, quod præfatus dominus Hieronimus pacificè, liberè, & quietè vti, frui poſſit ſua iſta poſſeſſione prædictorum bonorum.

Quod autem ad petitorium attinet, dico, & refero prædictum Magnificum Do. Commiſſ. pronuntiare debere, iudicem primę inſtantiæ non debuiſſe aliquid decernere ſuper petitorio & ſuper eo nullum in prędicta prima inſtantia actori pręiudicium eſſe factum itemque nõ debuiſſe, iudicem primarum appellationum decernere quod illa ſententia lata ſuper petitorio mãdetur executioni. Ideoq; dico prædictũ Magnificum D. Commiſſ. pronũtiare debere, iura partibus ſuper petitorio eſſe reſeruanda, & in alio iudicio diſcutienda. Omnibus uero omniũ inſtantiarum expenſis ambas partes abſoluendas eſſe. Et ita conſulo, dico, & refero ex antiquis atque etiam nouis actis, & probationibus omni meliori modo &c.

Ad hoc autem dicendum atque ita referendum inducor & moueor infraſcriptis pręſertim cauſis & rationibus.

In primis enim comperio, prędictum Iulium della Roccha nomine Domini Hieronimi ſui principalis interdicto vti poſſidetis, quod dicitur retinendę poſſeſſionis l. 1. §. 1. ff. uti poſſid. egiſſe; quemadmodum ex narratione & cõcluſione libelli; ex cuius pręcipue concludendi medio & qualitas propoſitę actionis cognoſcitur, & agentis intentio declaratur, Bart. in l. certi conditio in princip. num. 2. vbi Deci, numero 2. uerſiculo ultimo pro iſta. ff. ſi certum pet.

Bal.

Bal.in l.edita nu.57. C. de eden. Abb.c.literę de dilat. Innoc.c.ſuper literis de reſcr. ver.& nota, quòd licet, Bart.in l.Aurelius.§. ſticho. ff. de liber.lega.nu.3.Alex.conſ.121.1. vol.nu. 2.&10. Cum enim in libelli narratione dicatur, reum conuentum armata manu &c. con violenza & forza entrò a lauorar detti beni &c. cacciorno &c.petatq; ipſe actor prædictus in libelli concluſione condemnari reum conuentum,& condẽnatum conſtringi, & grauari ad deſiſtendum a turbatione,& moleſtia prædicta, & ad promittẽdum in futurum amplius non moleſtare &c. ex his apertisſimè conſtat,præd.Iulium agentẽ pro retinenda huiuſmodi poſſesſione egiſſe interd. uti posſidetis: quandoquidem ipſe Iulius actor in eo libello id omne uidetur comprehendere quod in eodem debent actores concludere iuxta doctr.Bar.in l.1.§.interdictum, uerſ.ult.quæro.nu.5.ff.uti posſidetis.Bar.in l.1.n.3.uerſ.opp. inſt.nu.7.C.uti posſid.Spec.de cau.poſſ. & proprie.§.1.uerſ.& ſcias.nu.6. & 7. Abb.c.licet cauſam.de proba.in 11.no. col.3.& Abb.c.conqueſtus. col.1.ult.not,de foro cõpe. Dec.conſ.302. nu.7. uerſ.ſi tamen. par.2. ubi habetur actorem in tali interdicto uti posſid.debere concludere, aduerſarium eum turbare; ideoq; practica eſt, ut petat,quòd deſiſtat a moleſtia,& quòd in futurum non moleſtabit, & quòd cõdemnetur ad intereſſe præteritæ moleſtationis &c. Neq; ob. quòd ipſe Iulius actor petat ſe reſtitui in ſuã poſſesſionem,quæ uerba uidentur conuenire interdicto recuperandæ,non autem retinendę;quod dicimus hic eſſe intentatum. Quoniam reſpondetur, quòd præterquam quòd uerba poſſunt impropriari, ut ſaluemus a contrarietate libellũ ut per Paul.Caſtren. conſ.234. lib.2.uerſ.& primo ad primum.nu. 1. certum eſt etiam non eſſe inconueniens in libello retinendę comprehendere,quòd reſtituatur poſſeſſio,nam hoc poteſt dici in dicto libello, ratione poſſesſionis detentationis, & occupationis naturalis, quę reperitur eſſe penes reum.Bar.in l.ſi duo.in prin.nu. 1. ff. uti posſid. ubi dicit Bar.q per hoc interdictũ retinendę actor recuperat poſſesſionem, quam alius habet iniuſtè, & ſic in conſequentiam eſt recuperandę.& licet in interdicto retinendę tãtum peti ſoleat, quòd aduerſarius a turbatione deſiſtat: tamen petitur etiam reſtitutio naturalis poſſesſionis gl.in §.nihil commune.in l.naturaliter.in ult.intel.ff.de acq.poſſ. & glos. in l.clã posſidere. §. qui ad nundinas in gloſſa magnã in vlt.parte.ff.de acquir.poſſ. Ruy.conſ.5. nu.5. 4.vol.non enim poteſt deſiſti a turbatione, niſi naturalis reſtituatur: Nam qui petit ſe non turbari, petere videtur poſſeſsionem naturalem ſecundum Paul.de Caſtro conſ.78. nu.2.parte 2. & in effectu in interdicto vti poſsidetis agitur ad recuperationem naturalis poſſeſsionis, & ſi interdictum retinendę ciuilis ſapit naturam interdicti recuperandę, Ripa. §. nihil commune nume.98.l.naturaliter.ff.de acquir.poſſeſſ. Quę

1

tamen naturalis poſſeſsionis reſtitutio uenit in conſequentiam etiamſi non exprimeretur, & ppterea nõ cõſideratur. l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cer.pet. la.ſ.d.§.nihil commune.nu.49. uer.ſed tu aduerte.ff.de acq.poſ. & habens iuſtam ciuilem dicitur turbari in ea per illum,qui habet naturalem,cuius exitus eſt, ut deſiſtat, & reſtituat. Caſtren. d.conſ.234.n.1.lib.2.uerſ.ſubſtinendo. & uerſ.dicendum eſt. In hoc autem iudicio interdicti uti posſidetis duo debet actor probare ſi uult obtinere.Primum eſt,ut oſtendat,ſe posſidere tempore litis conteſtatę, & tempore turbationis.§.retinendę.uerſ.hodie.Inſt.de interd. Bar.l.1.§.quod ait.ff.uti posſid.nu.14. & nu.18. Paul.Caſtren.d.conſ.234.lib.2.n.1. uerſ.ueniendo igitur,ubi oſtendit,quòd in poſſeſſorio retinendę actor debet probare tempore dati libelli ſe posſidere.Ruy.conſ.164.nu.8.uol.5:Alterum eſt,ut doceat de turbatione,& inquietatione ab aduerſario accuſato ſibi illata. Bar.d.l.1.§.interdictum.& l.ſi duo.in prin.ff.uti poſſid.doct.in c. licet cauſam.de prob.At in propoſita noſtra ſpecie actor probat ſe eo tempore poſſediſſe, & docet de turbatione ſibi illata.Reliquum igitur eſt ut ipſe actor in hoc iudicio debeat obtinere, quoniam probauit incumbentia iuxta l. qui accuſare.C.de edẽ.Primum igitur,uidelicet quòd pręd.Iulius procurator, ſeu D.Hiero.eius principalis,& actor poſſederint,& posſideant,idque oſtenderint, demonſtratur ex atteſtationibus hic inductis.

Et primo ex depoſitionibus factis pro parte dicti Iulij in prima inſtantia.

Nam omnes ferè ſex illi teſtes examinati ſuper 1.c.primę inſtantiæ, dicũt quòd poſt mortẽ D.Io.Bapt.patris pręd:cti D.Hieronymi Papponij uiderunt,pręd:ctum Dom.Hierony.tenere, & poſſidere ſupraſcripta duo petia terrarum,addita ab Arni flumine & adiũcta ueteri argini, & ex illis fructum percipere,& quando coli potuerunt,ſe uidiſſe laborari & ſeminari eadem bona pro d. Domino Hiero. qui locauit & relocauit; quẽadmodum facere ſolent ueri domini & poſſeſſores. Et quoniam tertius teſtis examinatus in 1. inſtantia ſuper interrogatorijs ſecundi cap. dicit quòd prædicta bona, quæ hodie tenentur & poſſidentur à d.Domino Hieron.fuerũt à flumine repoſita; Et quintus quoque teſtis in 1. inſtantia examinatus ſuper generalibus dicit q ipſe fuit & eſt laborator dicti D. Hiero.in dictis modis, quod arguit poſſeſſionem ex parte locatoris.l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acq. poſſ. Bal.in l.ad probationem. C.locati Deci.conſil 302.num.20.parte 2.Meritò ex prędictis colligi poteſt, probari poſſeſſionem dicti D.Hier.ante & poſt litem motam. Et propterea ſequitur quòd D.Hieronymus medio tempore,ſeu tempore turbationis depoſitionis,& litis cõteſtatę poſſederit,& poſſideat,vt per Bart. in l. ſicut.§.ſuperuatuum nu.7. ff. de pigno. act. & l.Celſus num.21.ff.de vſucap.

Neq; obſtat quòd ipſi non videantur depo-
nere,uel de modo, quo poſſeſſa fuerunt, uel de
actu poſſeſſionis. Quoniam reſpondetur, quòd
imò deponunt de actu poſſeſſionis, quandoqui
dem dicunt, ea bona fuiſſe ſata, & laborata pro
D.Hiero.& fructus fuiſſe perceptos.Efficacia.n.
poſſeſſionis conſiſtit in fructuum perceptione,
1 Fel.in c.licet cauſam. de prob.col.7.in 10.no.†&
propterea ex perceptione fructuum optimè ꝓ-
batur poſſ.doct.in l.3.C.ſi.reg.ubi Paul.& Bald.
uer.qualiter.& Bal.c.1.de contro.inueſt.& Dec.
conſ.400.nu.3.par.3.Soc.iun. conſ.135.nu.24.
par.2.ubi concludunt, poſſeſſionem plenè pro-
bari,ſi teſtis dicat quòd uidit arari,ſeminari, uel
aliàs laborari nomine, & ad inſtantiam alicuius
doct.in l.Celſus.ff de uſuc.ubi etiam Clau.Seys.
nu.44.& Fran.Balb.nu.133.Prӕterea quòd pro
bauerit poſſeſſionem D.Hiero.apparet ex depo
ſitione tertij, & quarti teſtis examinati ſuper 1.
c.primæ inſtantiæ; qui atteſtantur quòd ipſa bo
na aucta ex alluuione per flumen Arni, fuerunt
poſſeſſa,& detenta a D.Io. Bap.Papponio patre
d.Do.Hiero. unde cum probent de poſſeſſione
patris,dicuntur etiam probare de poſſeſſione fi
lij per ſtatutum ciuitatis Piſarum in conſtituto
ſub rub.de poſſeſſionibus turbatis:quo cauetur
poſſeſſionem etiam non apprehenſam in ſuum
hӕredem tranſire,quod per ſtatutum induci po
teſt.l.raptores.uerſ.l.pen.C.de epiſ.& cler.& c.2.
de conſuet. Et quamuis hæc poſſeſſio a ſtatuto
inducta non ſoleat parere huiuſmodi poſſeſſo-
ria interdicta,ut per Bal.in Auth.defuncto. n.6.
C.ad Tertul.præſertim cũ poſſeſſio,uel alluuio,
ne eſt interrupta, uel cum ab altero interim eſt
apprehenſa.gl.l.cum miles.ff. ex quib.cau.maio.
& Alc.l.cum hæredes.in prin.ff.de acq.poſſ.n.3.
quæ omnia eueniſſe uidentur in caſu noſtro. Ta
men reſpondendum eſt,locum adhuc eſſe prӕd.
ſtatuto; tum quia bonis per alluuionem reſtitu
tis ſtatim uidetur rurſus eidem acquiſita poſſ.ut
per Iaſ.l.poſſideri.nu.3.ff.de acq.poſ.tum etiam
quia in prӕalleg.ſtatuto Piſano ponitur illa clau
ſula,& poſſeſſio ab alio occupata nullius momẽ
ti ſit; quo caſu illa poſſeſſio occupantis pro nõ
poſſeſſione habetur,arg.gl.in uerſ.pro infectis.
in clem.1.de immu.eccl.cum ſimi. Neque ob.q
ipſi teſtes non uideantur probare de ullo actu
corporeo poſſeſſionis apprehenſæ,prout uide-
batur neceſſe iuxta doctr.Bal. in l.poſt ſententiã
nu.12.C.de ſen. & interlo.om.iud. & in l.ſolam.
n.40.C.de teſti.& in l.indicia.n.6.C.de rei uẽdi.
& propterea cum ipſi teſtes tantum dicant ſe ui
diſſe D.Io.Bap.poſſidere,& tenere dicta,nec di-
cant,quomodo,dicendum uideatur,eos non ꝓ
bare poſſeſſionem:quia tenere,& poſſidere,nõ
eſt modus poſſidendi,ſiue acquirendi, aut con-
2 ſeruandi poſſeſſionem. †Aliud enim eſt modus
poſſidendi,aliud poſſeſſio.Alc.l.1.§.adipiſcimur
in uerſ.facti. nu.55.ff.de acq.poſſ. Reſpondetur
enim quòd uidetur probata poſſeſſio per actus
corporeos præſumptiuè; quia ſi ruſticus depo-
nit de naturali detentatione, quæ eſt facti, per
iſtam probationẽ reſultat poſſeſſio iuris.l.quæ-
dam.ff.de rei uẽd.l.1.C.de acq.poſ. Bar. in l.hӕc
ſtipulatio.§.hæc quoque.ff. de uerb.obl. ubi ille
approbat gl.& idem dicit ibi Paul.d.§.hæc quo-
que.n.4.& Alex.col.3.in uerſ.in gl.in uerſ.n.2.&
Dec.conſ.215.nu.5. uerſ.non ob.allegata. par.2.
ubi dicit, quòd qui aſſerunt aliquem poſſidere,
probant poſſeſſionem; † quia uidentur depo-
3 nere de poſſeſſione facti, ex qua colligitur poſ-
ſeſſio iuris,ut firmat idem Dec.conſ.400. nume
ro tertio. parte tertia. & Corn. conſ.6. numero
8.libro tertio. ubi dicit, quòd teſtes, qui dicunt
aliquẽ poſſediſſe, probant detentationẽ;ꝓbata
autem detentatione, regulariter iuris præſum-
ptione probatur poſſeſſio,quia qui detinet,poſ
ſidere prӕſumitur. Et ideo idem Deci. in conſ.
303.nu.17.lib.2.dicit,quòd teſtes,qui ſimplici-
ter deponunt,aliquem tenere & poſſidere talẽ
fundum benè probant, & ibi atteſtatur, quòd
hanc opinionem ſequitur gloſ.& Bart.& alij cõ
muniter in l. ſtipulatio iſta.§. hæc quoque. ff.de
verborũ obligat. & idem ſequitur Deci. conſil.
56.num.4.parte 1.& conſ.252.& Pariſ.conſilio
107.num.18.1.vol.Ruy.conſ.168.num.24.vol.
& licet poſſeſſio probetur per actus corporeos
iuxta Bal.d.l.indicia, & concordantia,tamen nõ
negatur quinetiam probetur quando teſtes di
cunt ſe vidiſſe poſſideri rem,de qua agitur.

Prӕterea poſſeſſio Domini Ioãnis Bapt. pro-
batur etiam ex vero actu corporeo nam teſtes
examinati ſuper 5.& 8.cap. vltimæ inſtantiæ di-
cunt quòd D.Ioan.Bapt.ſӕpius,dum viueret, ac
cedebat ad ipſa bona conſiderando damnũ &
emolumentum factum à flumine reddente ſibi
bona,quӕ ei abſtulerat; quæ quidem iam aſcen
debant ad ſummam quatuor ſeu ſex ſtariorum:
per hos enim actus conſeruabat ſuam poſſeſſiõ
nem. Nam certum eſt, quòd per iter ad locum
retinetur poſſeſſ. & per eum modum probatur
poſſeſſio puta ꝑ ire & agere Bal.in l. indicia nu.
6.verſ.Item per modum,C.de rei uendic.Bal.in
l.poſt ſententiam nu.12. verſ. modo quæro C.
de ſentent. & interloc.cuius opinionem ſequi-
tur Claud.Seyſel.d.l.celſus. ff.de vſucap.nu. 44.
& eandem opinionem ſequitur ibidem in d. l.
celſus. n.133.Frãc.Balbus,vbi referens Ang.&
Romanum concludit quòd per ſolam deambu
lationẽ alio non poſſidente probatur poſſeſſio
animo poſſidendi facta in rebus,ex quibus fru-
ctus non percipiuntur.Rurſus poſſeſſio domini
Hieronymi probatur ex omnibus ferè teſtibus
examinatis ſuper 13.cap.huius vltimæ inſtantiӕ
vbi atteſtantur,ſe uidiſſe quamprimũ dicta bo-
bona poſt augmentum eis factum à flumine
Arni,fuerunt ad culturam parata, eadem fuiſſe
ſata, & ſeminata, & culta,& laborata pro prӕdi-
cto Domino Hieronymo, & eiuſdem ratione
a ſuis agentibus fructus fuiſſe perceptos, &
milium collectum. Idcirco etiam ſi conſide-
remus, id non probari in prima inſtantia,
tamen

tamen ex hac vltima apertiſſimè probari po-
teſt, cum in ea poſſint non deducta dedu-
ci, & non probata probari, ut per doctor. in l.
per hanc. C. de temp. appel. & c. fraternitatis. de
teſtibus.

Neque obſtat, quod iſti teſtes examinati ſu-
per interrogatorijs eiuſdem 13. c. ferè omnes vi
deantur ſibi contrarij, dum dicunt, quòd ſtatim
vt ea bona coli potuerunt, in ea ingreſſus eſt Fer
ruccius, & Io. Ant. eius pater, qui ea laborarunt,
4 & ex eis fructus collegerunt; † & propterea tan
quam contrarij ſint reijciendi, ut habetur per
Bar. Bal. & alios in l. eos. ff. de falſ. & Fel. in c. cum
in tua. col. 2. uerſ. 1. concluſio. de teſtib. & per Al
ciat. in præſump. tract. in 2. regula. præſump. 29.
numer. quinto. ubi dicit eſſe communem, & l. 2.
§. creditum. nu. 27. ff. ſi cer. pet. ubi dicitur, quòd
ſi teſtis eſt ſibijpſi contrarius in eadem depoſi-
tione, non ſtatur eius dicto, neque primo, neq;
ſecundo, ſed in totum reijcitur tanquam falſum
Non obſt. inquam quoniam reſpondetur, quòd
imò dicti teſtes non ſunt ſibi cōtrarij, quoniam
dum in cap. dicunt, Domin. Hieronymum poſſe
diſſe, intelligūtur loqui de poſſeſſione legitima,
& iuſta; dum uerò in interrog atorijs aiunt Fer-
ruccium ſtatim ingreſſum eſſe, & coluiſſe eadem
bona, intelligendi ſunt de poſſeſſione clandeſti-
na, & uitioſa. Et ideo cum dari poſſit probabilis
concordia ex mente, & intentione teſtium, me-
ritò concordari poſſunt, & non dicuntur con-
trarij ſecundum doct. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer.
petatur. Quinimò ſi adeſſet contrarietas mo-
dò non eſſet euidens poſſent ad concordiam re
digi. Alex. conſ. 105. incip. In cauſa correctionis.
lib. 2. nume. quarto. verſ. & non videtur. & idem
Alexand. conſilio 190. incip. uiſis atteſtationib.
numero ſecundo, & ſeq. uolumine ſeptimo. ubi
concordat teſtes, qui ſuper cap. & interrogato-
rijs diſcrepare uidebatur, & Dec. in d. l. 2. §. credi
tum. nu. 20. in fi. ff. ſi cer. pet. ubi dicit, quod te-
ſtes non concordantur; quando eſt euidens cō-
trarietas, aliàs ſecus; quia tunc ad concordiam
rediguntur, quia teſtium dicta non ſunt calum-
nianda, aut captiosè intelligenda, ſed quantum
fieri poteſt ad concordiam redigi, & coadiuuari
debent. Bal. l. de quibus. col. fi. ff. de legib. uerſic.
ſed quid teſtis. c. cum tu. de teſtib. ubi doct. Dec.
conſil. 342. par. 3. numero quinto. Qu ar cum
ex horum teſtium dictis, quæ uidebantur con-
traria, unum medium eligi poſſit, in quo omnes
conueuiunt, uidelicet ut in c. loquantur de poſ-
ſeſſione iuſta actoris, & in interrogatorijs loquā
tur de uitioſa rei poſſeſſione; merito fieri poſſet
concordia, non ſolum ut uitent periurium, ſed
etiam ut probent. c. cum tu. ext. de teſti. c. ad no-
ſtram. ubi gl. & Abb. & recentiores in §. creditū.
in l. 2. ff. ſi cer. pet.

Quod autem huiuſmodi fuerit intentio te-
ſtium patet ex eorumdē depoſitione ſuper d. 13.
c. Nam primus teſtis ſuper interrogatorijs eiuſ-
dem capituli examinatus dicit apertè illam poſ-
ſeſſionem Ferruccij non fuiſſe pacificam: & ſe-
cundus inquit ſuper eis bonis fuiſſe litigatum:
& omnes alij dicunt, ipſum Ferrucium fuiſſe mo
leſtatum ſuper dictis bonis; Ex quo patet, quòd
illi nō intelligebātur loqui de iuſta poſſeſſione,
ſed loquebantur de vitioſa respectu poſſeſſio-
nis do. Hieronymi iuxta tradita per Bar. in l. ſi de
eo. §. fina. numero quarto. ff. de acquirend. poſ-
ſeſſione. Quamobrem omnes prædicti teſtes
probant, quòd Ferrucius vitiosè poſſedit & cō-
ſequenter turbauit Dominum Hieronymū qui
iuſtè poſſidebat.

Et ſi diceres, intentionem teſtium non fuiſſe
loqui de turbatione, quoniam dicunt, quòd co
luit, & laborauit dictus Ferrucius dicta bona;
quo caſu non turbant, ſed faciunt rem meliorē,
& ſic damnū non ſentiunt de turbatione, præſer
tim cum reſponſio intelligatur ſecundum inter
rogatoria, in quibus ipſe, qui facit interrogato-
ria, de poſſeſſione iuſta Ferruccij interrogat nō
de turbatione. §. præterea. inſt. de inutil. ſtip.

Reſpondetur, quòd per hos actus, & quoſcū
que alios contra uoluntatem poſſeſſorū factos
ius & turbatio poſſeſſionis infertur; ex quo ita
faciendo quis non ſinit poſſidentem modo,
quo velit, uti re poſſeſſa. l. vi vbi doct. ff. de ui &
ui arm. Id quod Ferrucius fecit, qui coluit ea bo
na cōtra volūtatē dn̄i, vt patet ex replicationib.
factis per dictos actores in primo proceſſu fol.
9. & licet is, qui fecit ea interrogatoria ſenſerit
de iuſta poſſeſſione Ferruccij, & licet interpreta
tio atteſtationum fieri debet contra producen-
tem. c. in præſentia de prob. tamen quando d. te
ſtium poſſunt coadiuuari & concordari, hoc fie
ri dēt per ſupradicta. Quāuis. n. faciēs interroga
toria poſſit dicere ſic intellexi in īterrogatorijs,
non tamen poteſt dicere teſtis, quia debet con-
cordari; Nellus trac. de teſti. uer. qualiter, nu. 112.
in fine. Quod etiam ſuadetur, quia non eſt ueri-
5 ſimile, † teſtes dictum ſuum in dubio corrigere.
l. nam ad ea. ff. de legib. & quòd teſtes ſuper in-
terrogatorijs examinati ſenſerint de turbatione
illata, patet ex uer. ingreſſus, quo omnes utun-
tur, quod non ſolum ingreſſum poſſeſſionis ſi-
gnificat, ſed etiam occupationem, quæ diuerſa
eſt a poſſeſſione. & ad aliud propoſitum dicit
Antonius Negoſant. in tract. de pygnor. & hy-
pothec. in 4. parte princ. nu. 10. Et ideo hoc uer-
bum ingreſſus poſitum in interrogatorijs cū re
ferri poſſit ad iuſtam poſſeſſionē videbatur ani
hilare deponentium dicta, quod ne fiat, cauere
maximè dēt iudex in interrogatorijs, ne capiant
in ſermone, & ne eorū dicta annihilentur, Spec.
de teſte. §. iam de intertogat. in fi. nu. 24. & nu. 3.
uer. habita, & §. nunc tractandum uer. examina-
tor. nume. 10. Ex quibus omnibus patet poſ-
ſeſſionem D. Hieronymi non ſolum ex atteſta-
tionibus primę, ſed etiam vltimę huius inſtantię
optimè probari.

Accedit ēt q̄ ex parte D. Hiero. hæc poſſeſſio
probari videtut ex eo, quia iſta bona, de quorū
poſſeſſione agitur ſunt acquiſita per alluuionē,
vt probant omnes teſtes utriuſque partis, ui-

denturq́ne eſſe acquiſita fundo domini Hier. qui terminabat cum flumine, vt patet ex inſtrumento emptionis, quã fecit Guido Papponius rogato à ſer Bart. matri Ioan. de Spina not. Piſano die 4. Iulij 1392, more Piſano. Eius. enim fũdo facta eſt alluuio, vt uidẽtur deponere ſec. tertius, & quartus, & quintus teſtis examinatus per D. Hiero. in prima inſtantia ſuper 6. c. qui dicũt, bona Papponiorum eſſe adiuncta ueteri argini, quem Ferruccius nunquam dicitur egreſſus. & teſtes ſuper ult. inſtantia in 3. & 4. & 14. c. pro D. Hiero, examinati dicunt quòd ſemper remanſit agger uetus, & pars bonorum, & arbores D. Hiero. cui eſſe facta alluuio uidetur. Quo fit ut Do. Hiero. poſſidere dicatur. Quoniam incrementũ alluuionis iudicatur unum, & idem corpus cum eo, cui accreuit. l. fi. ubi Saly. C. de alluuio. & palud. & ipſa alluuio operatur, ut qui poſſeſſor eſt fundi, cui fit incrementum, efficiatur etiã poſſeſſor illius additamenti abſque ulla apprehenſione poſſeſſionis, & ſine facto hominis. Bar. in tracta. de alluuio. in uer. acquiritur. 1. & Bal. in rub. ff. de rer. diuiſ. col. 5. nu. 24. uer. ſed an iſtas acceſſiones. Soc. in l, 3. in prin. nu. 19. ff. de acq. poſ. & ibidem Iaſ. col. 1. nu. 3. & Soc. conſ. 98. nu. 11. lib. 4. ubi latè probat, quòd per alluuionem acquiritur poſſeſſio. & Ruy. conſ. 5. lib. 4. nu. 14. Quapropter cum conſtare uideatur, prædictam alluuionem factam eſſe bonis poſſeſſis a D. Hiero. quorumq; dominium, ut ex depoſitionibus ſup. proximè citatis apparet; eiuſdem eſſe uidetur, cuius articuli in interdicto retinẽdę accipi poſſunt ad iuſtificandam poſſeſſionem, ut per doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ. meritò concludendum uidetur, poſſeſſionem etiam terrarum per alluuionem additarum ad præd. Do. Hiero. pertinere. Et ex his colligitur per actorẽ ſufficienter eſſe probatum id, quod in interdicto (uti poſſi detis) primo loco probandum erat, uidelicet ſe turbationis, & conteſtationis tempore poſſediſſe. Cum enim aſſeuerent teſtes, prædictum actorem, & olim poſſediſſe, & hodie poſſidere, allegetq́ue etiam ipſe actor poſſeſſorios actus continuatos uſque ad tempus turbationis cõcludenter probatur poſſeſſio: quia qui ſemel aliquo tempore de præterito poſſediſſe probatur, præſumitur in poſſeſſione continuare Bar. Bal. in l. ſiue poſſidetis. C. de prob. & Abb. & communiter alij in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpolia. Bar. in l. Celſus. ff. de uſuc. Bal. in l. ignorat. C. ad exhib. Aret. conſ. 63. col. ult. n. 6. uerſ. nec ob. Bar. deciſ. 239. n. 6. par. 2. & Corn. conſ. 91. col. 3. n. 11. lib. 4. in cauſa uertente, quod procedit non ſolum quando quis allegat de præſenti poſſidere, ut per doct. d. l. ſiue poſſidetis, & d. l. nõ ignorat. & Roma. conſ. 329. prout allegauit actor in caſu noſtro, ut ex illius libello, & ex quinto capitulo primi proceſſus apparet; ſed etiam ſi in capitulis nõ allegauerit ſe hodie poſſidere, ut per Soc. iun. conſ. 146. libro primo. numero nono, Quibus ſic ſe habentibus non obſtant ea, quæ ad probandam poſſeſſionem ipſius rei deducta ſunt. Et primo non obſtat primus teſtis pro parte Ferruccij examinatus: licet enim dicat uera eſſe contenta in cap. in quo dicebatur quòd reus, & eius pater, dum uixit ſemper poſſederunt bona, de quibus agitur; tamen eius dictũ non probat, quia in primis ſuper primo capitulo dicit ſe uidiſſe, iam ſunt anni ſex, uel circa citra reum conuentum, & eius patrem poſſediſſe bona prædicta, & tempore, de quo ſupra poſſediſſe etiam bona eis affixa, & per flumen aucta. Deinde ſuper interrogatorijs ſecundi capituli dicit, quòd iam ſunt anni circiter quatuor cum uidit terras auctas, & affixas bonis articulatis laboratas eſſe pro prima uice a Ioanne Antonio patre dicti Michaelis; quo fit, ut deponat uariè. & ideo primum eius dictum per ſecundum debilitatur. Innocen. & Fely. in cap. præterea. de teſtibus cogen. Abb. & Fely. cap. cum in tua. de teſtib. Capyc. deciſ. 142. num. 11. cum pluribus ſimilib. & cum deponat quòd prima uita dicta bona a Ferruccio coli cęperunt, ſequitur quòd alia uice culta fuerunt ab alijs. l. cum prætor. ff. de iudic. & conſequenter non probant Ferruccium poſſediſſe tempore motæ litis.

Secundus quoque teſtis non probat; tum quia ex eius dictis ſuper primo cap. colligitur, quòd ipſe non poſſedit pacificè; quo caſu poſſeſſio ei non prodeſt. Bertrand. conſ. 292. nu. 9. uol. 3. Hyppol. de Marſ. conſ. 80. nume. 49. parte ſecunda. tum quia in eadem depoſitione ſibi ipſi contrarius eſt; quo caſu non probat. l. qui falſa. ff. de teſtib.

Primò enim dicit, quòd quatuor iam præterierunt anni, cum flumen prædicta bona augere cæpit; & iam ſunt circiter tres anni cum uidit Ferruccium ingreſſum fuiſſe ad colendum dicta bona. Demum uerò ſuper interrogatorijs eiuſdem partis cap. dicit ſe uidiſſe eundem Michaelem colere dictas arenas uſque ad Arnum ab annis 25. citra, quæ his; quæ primo depoſuerat, aduerſantur. Tertius quoque teſtis, & ſextus non obſtãt. Tertius enim dum aſſignat cauſam ſcientiæ ad ea, quæ ipſe deponit ſuper ſecundo capitulo dicit, quòd Ferruccius coluit dicta bona a tribus annis citra. Et ſextus dicit Ferruccium poſſediſſe dicta bona ab annis decem, aut plus citra. Quæ uerba ab annis tribus citra, uel decem citra non concludunt a quo tẽpore poſſederit, neque denotant temporis continuationem. Bar. in l. Celſus. num. 23. ff. de uſucap. Abb. c. licet cauſam. columna quarta. numero 11. de probatio.

Si autem inſtando diceres, quòd dicta teſtiũ referuntur ad articulum, ut reſponſio ſit ſecundum interrogationem, ut per Bar. in l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. cum ſimi. & in articulo dicitur, quòd ſemper poſſedit, & propterea ita etiam debent intelligi dicta teſtium ſup. citatorum.

Reſpondetur quòd d. teſtis declaratur ſecundum capitula producta, quando dictum eius eſt dubiũ, & habet uarias ſignificationes. gl. in l. ambigua. ff. de legibus. ut dicit Decius l. 2. §. creditum

tum num. 18.ff.ſi cer.pet.tunc enim rationabile eſt, vt tale ambiguum accipiatur in illo ſenſu, qui conueniat articulo, quia intelligitur ſecundum interrogata. Sed hic dictio(citra)nõ eſt ambigua; ſed ſemper hẽt vniformẽ interpretationẽ & non denotat temporis continuationẽ, vt ſup. dixi. Et non ob. q̃ reſpõſio intelligatur ſecundũ interrog. quia illud eſt verum quando reſpõſio eſt ſimplex, ſecus ſi reſpõſio eſt qualificata. §. prẹterea inſt. de inut. ſtip. nnde cum teſtes reſpondẽtes ad articulum dicãt citra; ipſi qualificatiuè deponunt: vnde nõ intelligeretur eorum dictũ ſecundum articulum, ſed ſecundum qualitatem, quã ipſi adiecerũt. ceſſat. n. dubietas, q̃ faciebat vt ad articulũ referretur, & ſumus in claris, pp qualitatẽ adiectam in reſponſione depoſitionis.

Quartus prẹterea teſtis non obſtat, quoniam interrogatus de tempore, quo cẹpit poſſidere Ferruccius, dicit ſe non recordari, vt apparet in depoſitione eius ſuper 2. cap.

Quintus prẹterea teſtis dicit ſuper 2. c. q̃ ab annis quatuor citra prædicta neſcit, nec eorũ habet notitiam, quia fuit abſens.

Neq; ob. ẽt licẽtia, quam Ioanninus Mezzetta dedit Feruccio vt ad ſuũ beneplacitũ reaſſumeret poſſeſſionẽ d. petij terrẹ; q̄m aut Io. erat colonus Papponiorũ, aut non erat. Si non erat colonus, ſed proprio nomine occupauit poſſeſſionẽ Ferrucij; dico q̃ iſta poſſeſſio quam Ferruccius habuiſſet eſt poſſeſſio vitioſa; quia cum poſſeſſio Papponiorũ ſit antiquior, vt patet ex prædictis, poſſeſſio alterius potentior cenſetur vitioſa & improba. l. improba. C. de acq. poſ. Boer. deciſ. 239. nu. 6. verſi. eo. n. ipſo, unde non obeſt hoc Papponijs, & ſic poſſeſſio Ferruccij ante licẽtiam ſibi datam non obeſt D. Hieronymo. Neq; obeſt etiam poſſeſſio poſt licentiam ſibi datam.
6 Primo. n. nõ obeſt D. Hier.† quia res inter alios acta &c. rub. & per totũ. C. res inter alios. l. ſẹpe. ff. de re iud. c. quãuis de ſent. & re indi. Neq; obeſt etiam quòd ipſi Ioannino, qui conceſſit hoc ſine præiudicio ſuorum iurium, vt conſtat ex dicta renuntiatione facta die 10. Iulij 1552. quo caſu nil ſibi præiudicat, arg. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pignus uel Hyp. ſol. Si uerò Ioanninus Mezzetta ẹrat colonus dòmini Hieronymi, vtique dominus priuaretur ſua poſſeſſione. l. 3. §. quod ſi ſeruus de acq. poſſ. Capyc. deciſio. 57. num. 3. Sed priuaretur tantum poſſeſſ. naturali, non autem priuaretur ciuili, vt tradit Alex. in l. ſi colonus in princ. in 1. col. uer. in gloſſ. prima, ibi nam dominus non priuatur ciuili. Vnde ſi dominus nõ priuatur ciuili, ſequitur, q̃ D. Hier. habuerit ciuilem poſſeſſionem; reſpectu cuius rectè egit contra Ferrucium, quia poſſeſſorium retinendæ intentatur etiam ratione poſſeſſionis ciuilis Paul. de Caſt. in conſ. 78. nu. 1. uer. his tamen non obſtantibus par. 2. & conſ. 234. num. 1. parte 2. ver. & primo. l. 1. ff. uti poſſi. Rube. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 37. ff. de acq. poſſ. Bal. & Paul. in l. fi. C. de acq. poſſ. His omnib. rebus concluditur, poſſeſſionem ex parte Ferruccij non eſſe cõcludenter probatam. quinimmo poſito & non dato, q̃ teſtes prædicti pro Ferrucio examinati aliquo modo probarent eius poſſeſſionem, tamen ex alijs rationibus dicendum eſt, eorum depoſitiones reſpectu depoſitionis actorũ non eſſe.. Primo, quia poſſeſſio domini Hieronymi & do. Ioannis Baptiſtæ eius patris eſt antiquior quàm poſſeſſio Ferruccij ſuper dictis bonis, de quibus agitur, cuius Ferrucij poſſeſsio moderna nõ longẹua eſt; neque aliquo reſpectu poſſeſſionis domini Hieronymi, ut apertè atteſtatur primus, ſecundus, tertius, ſeptimus, & octauus teſtis examinati ſuper 16. cap. huius inſtantiæ & alijs atteſtationibus inductis pro parte actoris. & ſuper dicto c. 16. vbi rectè capitulauit de antiquiori poſſeſſione iuxta tradita per Bart. in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acq. poſſ. & Alex. conſi. 118. num. 2. lib. 2. At antiquior poſſeſsio in interdicto uti poſsid. præfertur; ergo obtinere debet actor. Melius. n. in interdicto(ut poſsidetis)probat qui docet de antiquiori poſſeſsione Caſtren. conſi. 442. nu. 3. par. 2. uer. circa ſecundũ. Sola. n. probatio anterioris poſſ. ſufficit ad obtinendum in hoc interdicto. Abb. c. licet cauſam in 8. not. colum. 3. de probat. Ancharan. coſi. 139. uiſis conſilijs num. quinto. & conſ. 274. incip. ad declarationem nu. 1. cum ſimilibus. Antiquior. n. poſſeſsio ibi præfertur, & qui de ea probat, obtiner regulariter cæteris paribus, præſertim cum intricata eſt poſſeſsionis probatio. Alexand. conſilio centeſimo nonageſimoſecundo, num. primo, lib. ſecundo, & conſilio octuageſimo, numero decimotertio libro ſecundo; & idem Alexand. conſil. centeſimo decimo, numero primo, libro primo, Bartol. in l. ſi duo in princip. numero quarto. ff. uti poſsidetis, Bal. conſilio quadringenteſimo quadrageſimoquinto, numero vndecimo, part. tertia, Socin. conſilio nonageſimooctauo. numero decimotertio, libro quarto, & Dec. in capitulo licet cauſam numero 95. extra de prob. 11. not.

Secundo facit quoniam generaliter teſtes inducti pro do. Hieronymo ſunt ſeniores, quàm teſtes inducti pro Ferruc. ut patet ex depoſitione eorum facta ſuper generalib. & de iure teſtes ſeniores præferuntur iunioribus cæteris parib. gloſ. & doct. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. per l. ſi chorus §. fi. ff. de lega. 3. c. quibus 2. diſtinct. & quòd magis credendum ſit ſenioribus quàm iunioribus tenet Roman. in l. ſi uerò §. de uiro numero ducenteſimo nonageſimoquinto. ff. ſoluto matrimonio. & Nellus in tracta. de teſtib. uerſ. qualiter num. 101.

Rurſus facit, quia cẹteris paribus, pluriũ probatio eſt potentior, & eneruat probationẽ partis aduerſæ Butrigar. in l. incertu. C. de interd. Felyn. c. licet cauſam de probat. in 10. notab. & c. in noſtra de teſtibus, Soci. conſ. 54. numero 13. parte 4. & doct. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. vnde cum plures ſint teſtes actoris, ut ex proceſſibus patet, ſequitur, ut ipſe debeat obtinere. Alterum uerò, de quo ſecundo loco actor in interdicto uti poſſidetis docere de-

bet, turbationem ſcilicet & moleſtiam ex parte
rei cōuenti interceſſiſſe aperte probatur. Quin
tus enim teſtis examinatus ſuper quinto capitu
lo primi proceſſus affirmat ſe tunc in agro de
quo agitur, fuiſſe colendi gratia, & coluiſſe cū
acceſſit Ferruccius, dicens quod inde exiret, &
agrum non coleret, cui ipſe teſtis dixit ſe nol-
le exire, & tamen rixarum uitandarū gratia poſt
aliquod ſpacium exiuit; ea uerò die, quæ dein-
de ſecuta eſt, ſupradictus Ferruccius ingreſſus
ea fuit etiam duobus paribus bouum, qui boſcū
agrum proſcidit, & in eo arbores plantauit. Idē
quoque affirmant teſtes examinati ſuper 15. c.
ultimæ inſtantiæ, ubi capitulauit actor, quòd Fer
rucius turbauit, & moleſtauit colonos d. D. Hie-
ro. ſuper poſſeſſione d. bonorū in graue eius dā
nū. Primus enim ſecūdus, tertius, quartus, quin
tus, ſextus, nonus teſtis ſuper eodem examina-
ti dicunt contenta in capitulo eſſe uera; quo ca-
ſu cum ſe ad articulum referant, rectè dicuntur
probare omnia, quæ in capit. habentur, vt per
Bal. conſ. 10. parte 1. & Soci. cōſ. 56. nu. 12. lib. 4.

Et interrogati in cauſa ſcientiæ, reſpondent
ſe ea ſcire, quia viderunt Ferrucc. qui violenter
ingreſſus eſt in illa prędia, & turbauit & moleſta
uit colonos domini Hier. Papp. prædicti, & cum
eis rixabatur, & impedimento eis, bobuſque
erat quominus eadem colerent; Quibus ex re-
bus apparet eum turbauiſſe poſſeſſionem do-
mini Hier. quoniam nō ſolum qui ita apertè tur
bat, ſed etiam qui arat, ſeminat, ſiue quid aliud
facit per quod liberam aduerſarij poſſeſſionem
nō relinquit, dicitꝰ turbare. l. vi facit. ff. de vim &
vi armata quæ ſecundū gl. & Bart. & com. alios,
loquitur de ui turbatiua & inquietatiua Bertrā.
conſ. 292. n. 9. vol. 3. Hyp. conſ. 80. nu. 49. par. 2.

Quæ turbatio probatur etiam ex atteſtatio-
nibus ſuper 13. cap. huius inſtantiæ vt ſupra di-
xi; & ſic apparet Dominum Hieronimum pro-
baſſe ſe fuiſſe turbatū, & licet ſecūdus teſtis ulti
mæ inſtantiæ dicat Ferruccium turbatum fuiſ-
ſe, & fructus ex fundo violentia aſportatos fuiſ
ſe ab agentibus D. Hieronymi tamen id non ob
7 eſt, quoniam eſt vnicus, † vnde uox unius, vox
nullius, gloſ. in l. ne in arbitris. C. de recept. ar
bitr. §. fi. & l. iuſiurandi. §. ſimili modo. C. de te-
ſtib. quinimo cum poſſeſſio D. Hiero. eſſet anti
quior, dominus Hieronymus feciſſet actum lici
tum ſi hoc feciſſet. Præterea ſeptimus teſtis in-
quit litigatum ſuper dictis bonis; & tertius ait
quòd ordine curiæ, & ciuiliter non ui, neque
violentia fructus fuerunt aſportati.

Rurſus quòd Ferrucius turbauerit dominū
Hieronimum probatur, quoniam quando reus
conuentus de turbata poſſeſſione ſtatim reſpō
detur ſe poſſidere vt fecit Ferruccius dū reſpō-
dit petitioni ipſius actoris, tunc ſtatim reſultat
probatio turbatæ poſſeſſionis Bart. in l. ſi prius
in 5. contrario primę partis numero 3. ff. de op.
no. nunt. Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendic.
verſ. deinde quęro; nam cum aſſerit ſe poſſi-
dere, verbis dicitur actorem turbare Bart. con
ſi. 112. nu. 2. Cor. conſ. 100. l. vol. cum ſimi.

Cum igitur Dominus Hieronymus actor prę-
dictus & de ſua poſſeſſione, & de turbatione ſi
bi illata docuerit, conſequenterque omnia, quę
in hoc interd. neceſſaria erāt, ꝓbauerit; meritò
ſequitꝰ ut in hoc iudicio poſſeſſorio dēat obtine
re. Quod uero ad iudiciū petitoriū pertinet exi
ſtimo iudicē primæ inſtantiæ non debuiſſe ali-
quid de petitorio determinare; quoniā ibi fuit
intētatū iudicium poſſeſſoriū, ut eſt actis colligi
tur, & ſupra dixi; vnde non debuit ferre ſenten
tiam ſuper petitorio, ut ſuadet regula iuris, quę
8 habet, † ꝙ ſentētia debet eſſe conformis libello
l. vt fundus ff. cō. diu. l. pōponius. ff. de neg. geſt.
l. 1. C. fide inſtr. & iure haſ. fiſ. lib. 10. & l. fi. C. de
fidei. libert. & §. curare inſt. de action. & doct. in
l. vinum. ff. ſi cer. pe. & Fel. in c. licet heli. de ſimo.
& gloſ. in verſ. formam. in clem. ſæpe. de uerb. ſi-
gnific. Mat. de Afflict. deciſ. 364. inci. per inſtru-
mentum. n. 9. & deciſ. 372. n. 3. inc. fuit lata. Neq;
ob. ꝙ ſententia videatur approbata a partibus:
quo caſu ſententia tenet etiam ſi non ſit confor
mis libello. Fel. c. licet heli. in 14. lim. de ſimo. qm̃
reſpondetur ꝙ D. Hiero. ſeu eius procurator nō
approbauit abſolute ipſam ſententiam, ſed pro-
teſtatus eſt, ſe acceptare ea, quæ pro ſe faciebāt,
qualia fuerunt dicta circa poſſeſſorium, cæteris
verò omnibus contradixit, prout patet ex ſecun
do proceſſu facto coram Mag. Priorib. f. 5. pag.
1. & 2. ibi præmiſſa proteſtatione de acceptādo
pro ſe facientia, reliqua verò impugnando, & ibi
in parte & partib. &c. Quare cum actor ijs cōtra
dixerit quæ cōtra ſe faciebāt, cuiuſmodi erāt ea,
quæ ſtatuta fuerunt ſuper petitorio; meritò hæc
proteſtatio ei prodeſſe debet, ut per Spec. in tit.
de aduocato. §. iam nunc. ver. ex præmiſſis. nu. 8.
& propterea cum in hac parte ſententia nō fue
rit approbata, ſed impugnata, ſequitur ut ualere
non debeat tanquam ea, quę lata fuit ultra peti-
ta iuxta ſuperius tradita. Neq; ob. 2. loco, ꝙ intē-
tans poſſeſſorium cenſeatur appoſuiſſe clauſulā
petēs ius, & iuſtitiam miniſtrari, quo caſu poteſt
etiam obtineri, & iudicari ſuper petitorio. Bal. in
l. incerti. col. fi. C. de interd. Tom. Grā. deciſ. 19.
n. 16. Qm̃ reſpondetur ꝙ præterquam quod in
caſu noſtro iſta clauſula nō vr̃ expreſsè adiecta,
poſito etiā ꝙ eſſet adiecta ab eo, qui poſſeſſorio
agit, tunc ſolum obtineret in petitorio, quando
agens poſſeſſorio in libello narraſſet ea, quę poſ
ſeſſoriū, & petitoriū reſpicerent, & expreſſe con
cluſiſſet in poſſeſſorio adijciens in fine clauſulā
petēs &c. cū. n. illa clauſula vtrumq; cōplectatur,
tūc poterit ſuper utroq. pronunciari. Abb. c. cū
dilectus. de ord. cog. Iaſ. in §. omniū. inſt. de act.
col. 26. n. 149. uer. multū ēt. & in l. petens. col. 3.
uerſicul. & huius. C. de pact. ſed hic in narratio-
ne libelli nil fuit propoſitum de petitorio, ſed
ſolum de poſſeſſ. Vnde talis clauſula petens &c.
non porrigitur ad nō expreſſa in libello, Ioann.
Gramm. decis. 104. nu. 51. & Alex. conſ. 121. nu.
12. 1. vol. cum ſimil.

Præterea arbitror non debuiſſe Iudicem pri

marum

marum appellationum pronuntiare quòd illa ſententia, quæ lata erat ultra petita ſuper petitorio mandari deberet executioni; quoniam cum ſententia lata vltra petitá, ipſo iure nulla dicatur.l.& puto.§.1.iun.glo.ff.fam.ercíſcũ.& l.1.cũ ibi not.ff.quæ ſenten.ſine appell.reſcind. Tom.
10 Gramm.deciſ.19.num.9.†certum eſt quòd ſententia nulla non eſt mandanda executioni.l.4. §.condemnatum.ff.de re iud.Matth. de Afflict. deciſ.39.nu.6.incipiente per binas relationes.

Neque obſtat quòd actor non appellauerit à ſententia Iudicis primæ inſtantię, ſed illi acquieuerit,& propterea uideatur ſe excluſiſſe ab appellationis remedio & ſtare debere dictæ ſententiæ,cũ tranſierit in rẽ iudicatam Corn.cõſ.80. nu.3.1.uol.Alex.conſ.126.nu.2.lib.2,nec quod ſemel ei placuit,improbare poſſe; quandoquidem petens pronuntiari male appellatum,facit ut ſententia tranſeat in rem iudicatam Crauet. conſ.79.lib.1.num.3.Et per conſequens Iudex primarum appellationum rectè pronũtiauerit, talem ſententiam mandandam eſſe executioni.

Quoniam reſpondetur quòd ipſa ſententia eſt nulla,& quòd cum Ferruccius appellauerit, poteſt etiã ipſe dominus Hieronimus actor uti appellatione ex aduerſarij ſui perſona.l.ampliorem.C.de appella. quia ipſa appellatio eſt communis.c.cum Ioannes Heremita,ubi Abb. Butri.& Fely.de fide inſtrument.& Boerius deciſ. 73.num.7.parte prima & Tomm. Gram. conſ. 161.num.1.

Neque obſtat ſi huic reſponſioni obijcias ꝙ imò dominus Hieronimus non potuit hoc caſu uti appellatione aduerſarij, quaſi ipſe actor aperte appellationem impugnauerit, & approbauerit ſententiam, dum,ut ex actis conſtat, ipſe dixit appellationem Ferruccij eſſe iniquam,et ſententiam iuſtam; quo caſu non poteſt quis appellatione aduerſarij uti; ne conſequatur lucrũ ex eo, quod impugnauit, uel nixus eſt impugnare.c.ex eo de reg.iur.in 6.Canon.c.quoniam contra de probat. ſecus autem eſſe ſi actor tacuiſſet, quaſi tunc tacendo uideretur approbare appellationem, & ea uti uelle.

Quoniam reſpondetur quòd licet dominus Hiero.non tacuerit, ſed dixerit appellationẽ iniquã,& ſentẽtiã iuſtã tamẽ ipſe nõ approbauit abſolute dictã ſentẽtiã, neq; abſolute ſignificare voluit,illam eſſe iuſtam, ſed tantum in partibus pro ſe facientibus ſcilicet in poſſeſſorio; Ideoq; proteſtatus eſt ſe approbare ea, quę pro ſe faciebant, alijs uero omnib. contradixerit, vt patet ex ſecundo proceſſu,& ſupra dixi. Quare dum contradixit ſententiæ in partibus contra ſe facientibus, uidelicet in petitorio, utique videtur approbare appellationem, quatenus ei prodeſt,& in eo non videtur velle ipſam impugnare: quæ quidem proteſtatio eum releuare debet iuxta tradita per Specu. In præalleg.titulo de aduoc.§.iam nunc uerſ.ex præmiſſis numero 8.cum ſimil.

Neque obſtat ſecundo loco, ſi prædictę eidẽ reſponſioni obijcias, quòd imò actor non potuit uti appellatione ſui aduerſarij, quia Ferruccius appellauit tantum in partib. contra ſe faciẽtib. alijs vero omnib. acquieuit, ut ex actis conſtat. Quamobrẽ cũ Ferruccius nõ appellauerit in ea parte, per quam obtinuit in petitorio; ſed in ea parte, per quã ſuccubuit in poſſeſſorio, ſequitur ꝙ appellatio interpoſita ab uno articulo non deuoluat alios articulos, ſuper quib. nõ fuit appellatum: circa quos executio non ſuſpẽdatur Boer. deciſ.73.num.4.& 5.parte 1. vnde cum ad Iudicem, ad quem non fuerit deuoluta appellatio reſpectu petitorij,ſed tranſijſſe uideatur in rem iudicatam, merito ipſe dominus Hieronimus non potuerit uti appellatione aduerſarij circa petitorium,cum ad hoc non tenderet dicta appellatio.

Quoniã reſpondetur,quòd quãuis appellatio interpoſita ab uno articulo non deuoluat iuriſdictionem quo ad alios,in quibus non eſt appellatum;& propterea in caſu noſtro non ſuſpendatur;executio,ſed tranſijſſe videatur ſententia in rem iudicatã quoad petitoriũ, ſuper ... non videtur fuiſſe appellatum,tamen quando ſentẽtia continet vnicum capitulum, vel plura coniũcta, quæ pro eodem habentur, tunc appellatio deuoluit & ſuſpendit totam ſententiam,nec poteſt etiam pro parte,a qua appellatum non fuit, executioni mandari.docto.in d.l. ampliorem,& Boer.deciſio.73.nume.6.parte prima. vbi plura citat. Quare cum in caſu noſtro capita ſententiæ primi iudicis ſint connexa atque coniuncta, proderit dicta appellatio in eis capitulis prædicto actori d.c.ſi duobus de appellatione qui & ſi non appellauerit,utetur tamen appell.ſui aduerſarij; neque uidebitur ſententia tranſijſſe in rem iudicatam.

Neque ob. ſi proximæ huic reſponſioni obijcias,quod licet hoc ſit unicũ capitulum, & vnũ ius in genere,tamen ipſa capitula ſint diuerſa, qñquidẽ in vnoquoq; diuerſa ratio reperiatur Fely.in c.cum inter.colum.4.verſic.de ſententia extra de re iud. In uno ſcilicet antiquæ:in altero uerò ratio nouæ menſuræ,& propterea nõ poſſit actor uti appellatione aduerſarij.

Qñ reſpondetur,ꝙ diſtinguẽdo tollitur obiectio arg.gl.in uer.omnib.in l.apud antiquos. C. de fur.Aut.n.conſideramus in ea ſententia ſolũ iudicium poſſeſſorium,quod dicitur eſſe propoſitum,& quod ob id tantum conſideratur;& tũc negari nõ poteſt quin reſpectu ipſius poſſeſſionis hoc capitulum dicatur unum & idẽ,& vnicũ atq; connexũ. Siue.n.conſideres poſſeſſionẽ bonorum,& mẽſurarũ veterũ, ſiue ẽt bonorũ per alluuionem acquiſitorum, vtiq; ſemper eſt eadẽ poſſeſſionis ſubſtantia & ratio;& ſemper eſt idẽ factũ; erunt igitur eadẽ cap. uel taltẽ connexa. c.cum inter col.4.uerſ.de ſententia ex. de re iudic. quamobrem in capitulis connexis licitum erit actori uti appellatione ſui aduerſarij iuxta prædicta. Aut verò conſideramus etiam iudicium petitorium,quaſi ſcilicet in vno capi-

te de proprietate agatur, in alio verò nõ: & tũc licet iſto reſpectu capitula poſſent diuerſa; arg. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. tamen in caſu noſtro iſta diuerſitas non eſt conſiderabilis; quia ipſa naſcitur ex diuerſitate iudicij petitorij, quod in hoc libello non fuit propoſitum; & propterea cum propoſitum nõ fuerit, efficere non potuit vt capitula ſint diuerſa, quia non entis nullę ſunt qualitates. c. ad diſſoluendum de ſponſ. impub. Atque ex his concluditur quòd reſpectu petitorij ſententia non trãſiuit in rem iudicatam; præſertim quoniã remãſit ius dicendi de nullitate, ut per Alex. conſ. 59. lib. 4. cum ſimil. & conſequenter apparet, non fuiſſe pronunciandum quòd talis ſententia mãdari deberet executioni; præſertim cum talis executio petita non fuerit, iuxta ea, quę ſentit Odofr. in tract. de ord. iud. nume. 67. cum ſimil.

Poſtremo opinor ſuper petitorio ex his quæ hactenus geſta ſunt, nullum actori præiudicium factum eſſe, propterea ſuper eo iura partib. fuiſſe & eſſe reſeruanda.

Neque obſtat ſi dicas quòd ſuper petit. latæ uideantur duæ ſententiæ conformes, quæ non ſolent retractari ſecundum conſuetudinem, ut per Soci. iun. conſ. 18. lib. primo quarum prima eſt ſententia iudicis primæ inſtantiæ, quę tribuit bona Ferrucio etiam quoad ius proprietatis. Secunda eſt iudicis primarum appellationũ cõtinens ut in eo capite prima mandetur executioni, quæ uidentur conformes Corn. conſ. 38. nume. 1. 4. uol. incip. In hac conſulatione.

Quoniam reſpondetur, quod imo quando in vna ſentẽtia fit condemnatio, & in altera pronuntiatur, faciendam eſſe illius executionẽ, tunc iſtæ ſententiæ non dicuntur conformes; quia aliud eſt condemnatio, aliud ſententia ſuper executione. Odofr. in tract. de ord. ind. num. 67. & ridiculum eſſet dicere, eas eſſe conformes, Corn. conſ. 144. lib. 1. num. 15. & Crauett. conſ. 183. nu. 1. 1. vol. incip. regula quod. Nã ſentẽtia differt a ſua executione, Grat. conſ. 23. num. 13. lib. 2. Sententia enim de exequẽdo eſt pars executionis ſententiæ principalis Specul. tit. de executione ſententię. §. breuiter; uerſ. ſed ſecũdum nu. 6. Ant. a Canar. in tract. de inſtrum. execut. q. 46. num. 85. Quapropter licet Corn. in præalleg. conſ. 38. dixerit quòd ſententiæ videtur cõformes, ſi in vna fiat condẽ. in alia vero pronuntietur, ut prima mandetur executioni; nihilominus ipſemet reſpondens inquit ibidem num. 4. quod imo ſententia ſuper executione lata eſt diuerſa a diffinitiua & ſuper diuerſo cap. lata; quia vna eſt ſuper declaratione negotij principalis, alia ſuper executione ipſius; Præterea dicit, quod illa ſententia de exequendo, de qua ibi agitur, non poteſt dici conformis quia nulla eſt & ſuperuacuo lata, cum extincta eſſet iuriſdictio. Id quod dici etiam poteſt in caſu noſtro, quoniam cum lata ſit ultra petita dicitur nulla, & ſuperuacuo lata, iuxta prędicta.

Neque obſtat ſecundo ſi dicas quòd Dominus Hieronymus non potuerit appellare a ſententia de exequendo lata per iudicem primarum appellationum; quandoquidem a ſententia de exequendo non appellatur ſecundũ magis communẽ op. ut atteſtatur Deci. in c. nouit de appellat. numero 6. Alex. conſ. 95. lib. 2. nu. 3. & 4. per l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. cum. ſimil.

Quoniam reſpondetur, quòd quando pronuntia de exequendo venit ad executionẽ ſententiarum, quæ in rem iudicatam tranſierunt, tunc eſt verum, quòd ab executione non appellatur, & ſecundum hos terminos loquitur Alex. in d. conſ. 95. num. 3. & 4. lib. 2. ubi uult quòd a pronuntia de exequendo non appelletur. Sed quando prima ſententia, ad cuius executionem venit pronuntia de exequendo non tranſijt in rem iudicatam, tunc a pronuntia de exequendo poteſt appellari Paul. Caſtrenſ. in d. l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. num. 5. verſ. vlt. opp. & Grat. conſ. 16. nu. 3. lib. 2. Cum igitur ſententia iudicis primæ inſtantię non trãſierit in rem iudicatam iuxta ſupradicta, meritò ſequitur, vt ipſe actor ab ea potuerit appellare. Item licet non teneret appellatio quo ad finem impediendi executionem, ſed tantum quo ad finem deuoluendi iuriſdictionem ad ſuperiorem vt per Felyn. in rub. de offi. ord. colum. fin. verſ. ex prædictis Abb. contra, & per Capyc. deciſio. 1. nu. 17. & deciſi. 34. nume. 3. In hoc tamen non erat neceſſe appellare, tum quia executio non fuit petita, tum ẽt quia petitorium in libello non fuit propoſitum, vnde ſententia, quæ ſuper eo lata fuit, uidetur nulla iuxta prædicta.

Neque obſtat ſi tertio dicas, quòd videatur factum eſſe præiudicium actori circa petitoriũ; quoniam iudex primarum appellationum circa illud non videatur admiſiſſe appellationẽ; quo caſu appellans non admiſſus habetur pro nõ appellante. c. cum ſit Romana vbi Bero. num. 1. de appellat. Quod autem iudex appellationem admiſiſſe non videatur patet ex ſecundo proceſſu, vbi dicunt domini Priores ꝙ admiſerunt appellationem ſi & in quantum &c. exceptis in illis dumtaxat partibus, quibus eorum ſententia eſt cum prima conformis, in quib. non admiſerũt.

Quoniam reſpondetur tùm quòd ſententia de exequendo non dicitur conformis primæ ſententiæ, ad cuius executionem uenit, ut ſupra dixi; & ideo in omnibus appellatio uidetur admiſſa; Tum etiam dici poteſt, quod poſito & nõ dato quod appell. non eſſet admiſſa, tamen non eſſet factum prępudicium in petitorio ipſi actori quia dato quòd iudex, a quo nollet appellantẽ audire; tamen appellans poteſt ſuam appellationem proſequi corã iudice, ad quem; ſolumque appellans apoſtolos petere debet Corn. conſ. 221. uol. 4. num. 4. col. fi. uerſ. dato enim quòd, tuncque ſatis eſt quòd appellans non admiſſus per iudicem a quo dicat ego inſiſto meæ appellationi; eo. n. modo appellatio uidetur repetita cõtra hãc nõ admiſſionẽ, licet nõ appellet, ut p

Gard.in c.paſtoralis.§.præterea de off.delegati.
Philipp.Franc.in c.conſtituitus vlt.colum.de ap-
pellat.& Capyc.deciſ.34.num.12. At in caſu no
ſtro Dominus Hieronymus ſeu eius procura-
tor inſiſtit appellationi,& dicit iniuſtè datam eſ-
ſe ſentẽtiam per iudicem primarum appellatio-
num rationibus & cauſis in appellatione dedu-
ctis, in quibus inſiſtit. vt habetur in tertio pro-
ceſſu char. 3. pag. ſecunda. ergo ſequitur quòd
ipſe actor debeat haberi pro appellante, licet ap
pellatio non eſſet admiſſa; & conſequenter q̃
nullum ei præiudicium illatum fuerit circa peti-
torium. Ideoque concludendum eſt ex præ-
dictis, dominum Hieronymum prædictũ in hoc
iudicio poſſ.obtinere debere; iura uerò iudicij
petitorij eſſe partibus reſeruanda, ſecundum ea,
quæ ſuperius dicta ſunt.

Ego Antonius Cioſins.

SVMMARIVM.

1 *Filius fratris an præſumatur magis dilectus quàm nepos fratris.*
2 *Relatio fieri debet ad omnia ſuperiora. fallit. num. 5.*
3 *Filiorum appellatione in materia emphyteoſis an veniant fœminæ.*
4 *Agendum ibi eſt cautius, vbi maius periculum imminet.*
6 *Emphyteuſis eſt ſtricti iuris.*

CONSILIVM XLIII.

In Dei nomine.

EMPHITEVTICI inſtrumenti
verba exhibita mihi ſunt hæc. Cõceſ
ſit in emphyteuſim perpetuam ſiue
ad liuellum Matthio quõdam Iulia-
ni de Ferrac. præſenti & pro ſe & Ioãne eius fra-
tre carnale, & eorum filijs, & filiorum, &
deſcendentium maſculis & fęminis legitimis, &
naturalibus in perpetuũ infraſcripta bona &c.
Quibus ita ſe habentibus proponitur dictũ Mat
thium conductorem & emphyteutam, nullos li-
beros procreaſſe. Ioannem uero eius fratrem,
tres filios maſculos ſuſcepiſſe, ac præterea etiã
fœminam quæ dotata fuit. Eoſdemque maſcu-
los deinceps annos fermè 22. debitum canonẽ
perſoluiſſe dictam uero filiam fœminam eorũ
ſororem nunquam ad emphyteuſim uel admiſ-
ſam fuiſſe uel admitti ſe petijſſe. Sed quoniam
ipſa nunc primum aſſerit, partem dictæ emphy-
teuſis ad ſe ſpectare pro rata; quæritur an de iu
re ad hanc emphyteuſim admitti debeat.

Et in primis rationes quędam ſuadere uidebã
tur dictam filiam Ioannis ad hãc emphyteuſim
admitti debere quia cum Matthæus conductor
uocauerit ad emphyteuſim nepotes maſculos
& neptes fœminas d. Io. eius fratris ut oſtendũt
illa uerba & filiorum & deſcendentium ſupple
& ſubaudi filijs & fœminis multo magis creden
dum eſt eum noluiſſe uocare filias fœminas di-
1 cti Ioãnis † quia filius fratris magis dilectus præ
ſumitur quam nepos fratris arg. eorum quæ ha
bentur per Paul. Caſt. in conſ. 58. par. 1.

Secundo quia uerba illa maſculis & fœminis
videntur eſſe referenda ad illam clauſulam ſupe
riorem in qua dicebatur & eorum filijs quaſi di
ctum fuerit & pro eorum filijs maſculis & fœ-
2 minis † cum relatio fieri debeat ad omnia
ſuperiora Bartol. l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. &
conſequenter d. filia fœmina Io. uidetur cõpre-
henſa in d. contract. emphyteutico.

Ego tamen arbitror ſi res tota diligentius in
troſpiciatur concludendum eſſe dictam filiã Io-
annis nunc perperã experiri. Me mouet quia in
inſtro cõceſſionis dr̃ pñti & ſen ut opinor pñti
&c. i. præſenti ſtipulãti & recipienti pro ſe & Io-
anne eius fratre carnali, & pro eorum filijs, quæ
quidem uerba aperrè demonſtrant, emphyteu-
ſim fuiſſe acceptam ſolummodo pro Matthio
3 & Ioanne & pro eorum filijs. Atqui † in mate-
ria emphyteutica appellatione filiorum non ue
niunt fœminæ. Guid. de Suzar. & Iaſ. num. 2. in l.
ueteribus. ff. de pact. Imola in c. potuit locati. Ro
ma. in l. 2. ff. de verb. oblig. in prin. Alc. in l. quod
dicitur. nu. 24. ff. de verb. oblig. Zucchard. in l. fi.
C. de edic. diu. Adr. tol. nu. 66. Rim. conſ. 7. 121.
uol. 1. Iaſ. l. ſi quis id quod. nume. 23. uerſ. 13. ff. de
iuriſd. om. iud. vbi atteſtatur hanc eſſe opi. com.
& Dec. in l. 2. nu. 106. uerſ. in 2. q. ff. de reg. iur. &
in c. in præſentia. num. 46. de prob. Didac. Cou.
lib. 2. varia. reſol. c. 18. num. 1. Roland. a Val. con
ſil. 93. num. 15. uol. 2. ex quibus omnibus colligi
tur dictam filiam Ioan. in eo contractu non eſ-
ſe comprehenſam ſecundum prædictam com-
munem opi.

Hoc ſtante non obſtat dum dicebatur exiſti-
mandum eſſe Matthium qui uocauit ad emphy-
teuſim neptes Ioannis multo magis voluiſſe vo
care illius filias, quæ cẽſentur magis dilectę, quo
niam reſpondetur tunc eſſe locum ſupradictę
præſumptioni, quæ ſuadet magis diligi filias tan
quam proximiores quando ratio dilectionis, &
cauſa liberalitatis exercendæ, vel neceſſitas offi-
cij exhibendi quæ conſideratur in vno, reperi-
tur quoque, & perdurat in alio de cuius prædile
ctione tractatur, argumento eorum quæ dicit
Soc. iun. conſ. 168. n. 90. uol. 2. Atqui in caſu pro
poſito non aderat ea neceſſitas officij exhiben-
di, & liberalitatis exercendæ erga filiam Ioannis
quæ ſanè cauſa, vel neceſſitas ſuberat quo ad il-
lius neptes quandoquidem filia Ioannis, ut mi-
hi proponitur iam dotata erat, & ſatis ſuperque
fuerat ei prouiſum, quo tamen modo, neq; tunc
proſpectum erat, neque proſpici poterat prædi-
ctis neptibus, quæ naſciturę erant igitur non eſt
mirum ſi vrgentiori cauſa ſubſiſtente magis cau
tus, & officioſus fuit erga neptes Ioannis quam
erga eiuſdem filiam, & potius neptes quam filiã
4 admitti curauit cum † ibi cautius ſit agendum,
ubi maius periculum reperitur. c. ubi periculum
de elect.

de electio.lib.6.l.1.§.ſed & ſi quis.ff.de carbon. edic. Secundò non obſt. dum objiciebatur, illa uerba filijs maſculis,uel fœminis referri debere ad omnia præcedentia,quia reſpondetur, quan

5 do † ratio ſuadet relationem magis ad unum,q ad aliud fieri debere, tunc ſanè relatio nō fit ad omnia præcedentia.l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex. ff.ad leg.Aquil. & Panorm.in c.cum dilecti. de dona.Ant.Rub. in l.non ſolum.§.morte. nu. 519.ff.de ope.nou.nun. Rip.l.ex facto. nu.17.ff. ad Treb.

6 Atqui † ratio ſubiectæ materiæ, ſeu natura contractus emphyteuſis quæ ſtricti iuris eſt, ut per Ale. in l.4. u.Cato.col.4. uerſ.& prædicta faciunt.ff.de uerb.oblig.lo.de Lignano in trac.iuris emphyteutici.in prin.nu.3. Capyc. deciſ.14. nume.22, minime patitur relationem tam latè protendi, ut referatur ad omnia præcedentia. ergo in propoſita ſpecie fiet relatio ſolūmodo ad proximiora,& uiciniora.l.hæredes palam. §. ſed ſi non.ff.de teſtam.l.ſi idem cum eodem. §. fi.ff.de iuriſd.om.iud.gloſſ.in uerbo,uel retro.in l.Lucius. 1.ff. de hæredib.inſtituend. gloſſ.in §. æquè.in uerbo:iſtę quoque.inſt.de act.Rayn.de Forli.in l.Fulcinius.nu.1. ff. de dona. cauſa mor. & in l.hoc edicto.§.hoc autem edictum.nu.2.ff. de oper.nou.nun.Bar.in l.cum filiofam.in fi.col. fi. ff. de leg.1.

Quinetiam poſito,ſed non dato,ut illa clauſula,maſculis, uel fœminis referretur ad illa præcedentia uerba, & eorum filijs adhuc tamen concludendum eſſet dictam filiam etiam nunc prę maturius experiri,quia licet emphyteuſis accepta pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis mortuo patre deferatur maſculis,& fœminis ſimul,& cō iunctim ſine ordine ſucceſſiuo, & abſque ſexus diſtinctione,ut per laſin l.2.num.187. C. de iure emphy.tamen illa concluſio limitatur non habere locum,ubi extaret ſtatutum quo diſponeretur, ut extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. Tunc enim primum ipſis maſculis,demum uerò illis deficientibus competit filiabus. Bart.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.libertorum.Ale,conſ.44.lib.1.Cur.iun.conſ.171. nu. 3. ubi tradit hęc communiter approbari. Brun in tract.de ſtatu, excludent fœmin. art. 8. q.22. col.2.Quamobrem cum Ioannis filia de qua agitur,ut mihi proponitur ſtatutis Florētię urbis ſubijciatur,ubi extantibus maſculis fœminæ excluduntur conſequens eſt ut dicta filia maſculis præſertim ſuperuiuentibus nunc perperam experiatur. Atque ita iuris eſſe arbitror ſaniore iudicio ſemper ſaluo ad Dei Opt. Max. gloriam, & honorem.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 *Datio inſolutum ſi non interuenit traditio dicitur imperfecta, & non habere robur, & effectum.*

2 *Datio quando fuit nulla,& in eum cui facta eſt,nihil ex datione peruenit, tunc ei, cui datio facta, eſt remanet actio prima.*

3 *Translatio dominij eſt negotium, quod parit actionem negot. geſtorum.*

4 *Species ſi datur in ſolutum pro pecunia, oriri dicitur quadam emptio, & receditur a prima actione.*

5 *Conſequens qui vult, videtur velle omne neceſſarium antecedens.*

CONSILIVM XLIIII.

In Dei nomine.

MVLTVM Mag. Dom. Pōteſtas plurimum honorand. In cauſa quæ in Magnificentiæ ueſtræ curia uertitur inter mag.Raphael. q. Chriſtophori de Sermannis Bargenſem actorem tanquā maritum coniunctam perſonam, & legitimum adminiſtratorem Dom.Iacobæ eius uxoris, & filiæ Iacob.q.Iuliani Bertachę pro qua de rato,&c. ex uno latere.& Dom.Petram filiam q. Antonij q. Petri de Ecquis uiduam relictam Petri Iuliani Bertachæ ream conuentam ex altero legi libellum dicti Magiſt. Raphaelis, & reaſſumptionem cauſæ per eum factam, & eiuſdem comparitiones,in quibus,uel accuſat contumaciam aduerſarij,uel efflagitat litem conteſtari, vel proponit poſitiones quæ in capitula conuertantur, uel petit publicari proceſſum.Legi etiam exceptiones & comparitiones Dom.Petræ,ubi ipſa,uel accuſat contumaciam mag. Raphaelis, vel opponit contra reaſſumptionem cauſæ, uel proponit interrogatoria,& petit conſilium ſapientis. Vidi præterea reſponſiones factas poſitionibus dicta teſtium ſuper dictis capitulis, & ſuper interrogatorijs,& vidi comparitionem Dom.Conſtātiæ a Dom.Petra nominatæ, & aſſerentis ſe eſſe veram Dominam,& poſſeſſorem bonorum,ſeu ſyluę de cuius precio agitur. Vidi quoque admiſſiones,& interlocutoriam Magnificentię ueſtrę, & diligenter conſideraui inſtrumentum ſcripturas acta, & actitata deducta, & allegata in toto proceſſu cum alijs omnibus quę conſideranda uidebantur. Idcirco Diuino nomine repetito, conſulo,dico, & refero partes Mag. dominationis ueſtrę fuiſſe,& eſſe, ut declaret,decernat, atque pronunciet dictam Dominam Petram filiā Anto.de Ecquis fuiſſe, & eſſe condemnandam, & ita condemno ad reddendum dandum,& ſoluendū d.mag. Raphaeli q.Chriſtophori de Sermannis nominibus,quibus agit ſcutatos ſeptem aureos, & dimidium alterius ſcutati aurei nomine precij dictę ſyluę datę in ſolutum, ſed non cō ſignatę realiter,nec traditę dictę Domin.Iacobę uxori mag.Raphaelis. Et a fructibus petitis abſoluendam fuiſſe,& eſſe, & ita abſoluo dict. Do. Petram, & tamen ex uarijs cauſis quę animum iudicantis mouent,& mouere debuerunt in expenſis totius litis condemnandam fuiſſe, & eſſe

d.Do-

d.Dominam Petram ream conuentã, & ita con
demno omni meliori modo condemnandam
autem fuiſſe d. Dominam Petram ad dandum
& ſoluendum precium prędictum oſtenditur,
quoniam aut ualuit,aut non ualnit datio in ſolu
tum quam ei fecit Dom. Petra nomine Iuliani,
ut habetur in inſtrumento rogato ab egregio
ſer Petro ſer Franciſci de Michelinis ann. 1568.
die 7. menſis Martij. Si non valuit dicta datio
forte, quia poſt dationem non fuit ſequuta tra-
ditio, quemadmodum euenit in caſu propoſito
ubi poſt dationem non conſtat Dom. Iacobam
fuiſſe miſſam in poſſeſſionem, neque fuiſſe ęſti-
matam ſyluam in ſolutum datam ſicut fieri de-
bebat iuxta formam contractus dictę dationis.
1 Quo † caſu datio in ſolutum dicitur fuiſſe im-
perfecta,& non habuiſſe robur,vel effectum, ut
per Ruy.conſ.48.num.6.uol.5. quandoquidem
cum in ea non interuenerit traditio,recte appel
lari non poteſt datio in ſolutum, ſed potius pa-
ctum de inſolutum dando. ut per Corn. conſil.
296.nu.5.uol.1.& Ruy.conſ.157.nu.4.lib.4.Ioã.
Ceph.conſ.159.nu.16.uerſ.quinro moueor.uol.
2.& tunc ſi dicta datio in ſolutum non ualuit, &
nulla fuit utique d.Dom.Iacobę pro iure ſuo cõ
petit actio illa prima quam ipſa habebat ante cõ
2 tractum dationis,quia † quando datio fuit nul-
la,& in eum cui facta eſt nihil ex datione perue-
nit tunc ei cui dario conceſſa, & facta fuit rema-
net actio prima. Veluti ſi debitor qui dedit in
ſolutum erat obligatus ex mutuo, & datio dein-
de facta non ualuerit: agetur prima actione,ui-
delicet certi condictione ex mutuo, & conſe-
quenter durat prima actio.Bal.in l.ſi prędium.n.
2.& n.3.G.de euictio. & Hieronym.Gabr.conſ.
36.nnm.66.ubi tenet quando datio in ſolutum
nulla fuir actionem primam manere, & perdu-
rare. Atqui ante dationem inſolutum ſibi factã
potuiſſet d.Dom.Iacoba, uel auferre ſi uoluiſſet
ſuam uineę partem a Ioanne emptore, iuxta di-
ſpoſitionem,l.rem alienam.ff. de contrah.emp.
ubi Odoffred.& alij.Vel potuiſſet agere ad pre-
cium dictę ſuæ partis actione mandati ſi d. Do.
Iacoba conſenſiſſet in ipſo contracto,uel potuiſ
ſet agere ad idem precium actione negociorum
geſtorum, ſi conſenſum poſt contractum adhi-
buiſſet. Vel ſi Petrus uenditor dictam partem
uineæ alienaſſat vt alienam,uel ut ſuam quaſi eã
pręſcriptione acquiſiuiſſet: uel ſi d. Dom. Iaco-
ba ratam habuiſſet uenditionem quo caſu ipſa
amiſiſſet dominium quod deueniſſet in poſſi-
3 dentem quandoquidem dicta † translatio do-
minij eſt negocium quod parit actionem nego-
ciorum geſtornm,ut per Bar.in l.ſi cum ſeruum,
nu.3.ff.ſi cer.pet. & Bar.in l.mater tua. C. de rei
uend.Ruy.conſ.141.nu.7.uol.1.& conſ.209.nu.
6.1.uol. Vel potuiſſet d.Dom.Iacoba agere iudi
cio diuiſorio ſi res fuiſſet communis iuxta tradi-
ta per Bar. in l. ſi fundum per fideicommiſſum,
nu. 2. ff. de leg. 1. quomodocunque igitur ſe ſe
res habuit quod ex proceſſu, quod ad hoc atti-
net non apparet prima illa actio quæcunque il
la fuerit hodie etiam ſupereſt d. Do. Iacobæ ad
precium recuperandum ſi datio in ſolurum nõ
ualuit iuxta prædicta. Quod ſi dicta datio in ſo-
lutum ualuit; tunc quoque Dom. Iacoba prædi
cta ad quam ex datione in ſolutum nihil perue-
nit;ur ex actis patet quaſi re euicta agere poteſt
ad precium rei vtili actione ex empto.Bar.in l.ſi-
quis aliam.& in l.qui res.ff.de ſol.vbi etiam Pau
lus Caſtrenſ.nu.1.& idem Paulus Caſtren. d.l. ſi
4 quis aliam.in prin. nu.3. ubi dicit quando † da-
tur inſolutum ſpecies pro pecunia, oriri dici-
tur quędam emptio, & receditur a prima actio-
ne,& agitur ex ſecundo contractu utili actione
ad precium,quando res euincitur, ut per Salyc.
in l.libera.nu.2.C.de ſen. & interloc.om.iud. &
Hierony.Gabr.d.conſ.36.num.66.& ideo idem
quoque concludendum eſt in caſu propoſito,
ubi nihil ex d.datione ad Do.Iacobam peruenit
iuxta tradita per Bal.d.l.ſi prædium. nu.2. & nu.
3.C.de euict.præſertim atrenta ſalutari clauſula
officium V.D.implorans. iuxta tradita per Cel-
ſum Hugon.in clauſ.libellorum. Quod uero per
tinet ad fructus d. ſyluæ,ideo liberaui, & abſolui
d.D.Petram,quia ſi datio in ſolutum non ualuir
utiq; ex illa non fuit translatum dominium rei
datę in ſolutum.Ruy.conſ.170.nu.3.& 10.uol.4.
& Pariſ.conſ.42.n.30.31.1.uol.& propterea fru-
ctus ſyluæ non pertinenr ad dictam Dom. Iaco-
bam in cuius dominium ſylua non tranſijt. Si ue
rò datio ualuit adhuc dici poteſt fructus dictæ
ſyluæ ad D. Iacobam non pertinere, quia cum
ipſa in reaſſumptione cauſæ petierit precium;
uidetur dationi in ſolutum renuntiaſſe quando
quidem precium exigi non poteſt, niſi dationi
5 in ſolutum fuerir renuntiatum cum † qui uult
conſequens velle debeat omne neceſſarium an
tecedens.l.ad rem mobilem. l.ad legatum. ff.de
proc.ut concludit Crau.conſ.74.nu.7.uol.1.At-
que ex his,& alijs quæ breuitatis gratia omittun
tur,ſtabiliuntur prædicta, & ideo vt ſupra firma
ui.ita iuris eſſe, dico, & ira conſulo,& refero om
ni meliori modo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Saluianum interdictum cui competat.
2 Titulus poſſeſſoris quando eſt anterior, & hypotheca venditoris poſterior, tunc agi non poteſt contra tertios poſſeſſores interdicto Saluiano.
3 Prior qui eſt in tempore debet eſſe potior in iure.
4 Nemo ſine actione agere poteſt.
5 Interdictum Saluianum eſt remedium adipiſcenda, quod non datur illi, qui iam natus eſt poſſeſſionem.
6 Poſſeſſio quomodò transferatur in creditorem.
7 Bona fides præſumitur in contrahente, nihilominus allegari debet.
8 Contractus vt præſumatur ſimulatus quæ requirantur.

CONSILIVM XLV.

In Dei nomine,

MAGNIFICI D.Priores & conſilia
rij Fiuizani & curię plurimum hono
rādi in cauſa quę vertitur in veſtra
curia inter Richardum olim Ioan-
nis de Richardis ciuem Florentinum ſeu Petrū
Nicolai de Columbinis eius procurarorem, pri
mo agentes & poſtea appellatos, ex parte una.
& Ioannem Antonium q. Leonardi Nicolaum
Ioannis Andreæ,& Ioānem Mariam de Spiccia-
no ſeu ſer Clementem Speccianum eorum pro
curatorem tertios poſſeſſores reos conuenros
& poſtea appellantes ex alia; Cum uiderim cō-
paritionem ſeu petitionem dicti Riccardi, exce
ptiones aduerſariorū,& replicationes inde ſub-
ſecutas,& poſitiones, articulos, & reſponſiones
eiſdem factas interrogatoria, & atteſtationes,
inſtrumenta, ſententias, leges,& ſcripturas om-
nes deductas in 1. proceſſu; & appellationem
poſtea interpoſitam & reſpōſiones ſubinde da-
tas: inſtrumenta teſtamentum allegationes iu-
ris,ſcripturas,acta & actitara omnia in 2. proceſ
ſu facta. Quæ ſane & alia omnia quæ conſiderā-
da fuerant, cum accurate conſiderauerim. Diui
no nomine Repetito cōſulo dico & refero par-
tes magnificentiarum ueſtrarum fuiſſe, & eſſe,
ut declarent decernant & pronuncient; dictos
Ioannem Antonium q.Leonardi, Nicolaū Ioan
nis Andreæ,& Ioānem Mariam de Spiciano ter
tios poſſeſſores reos primo cōuentos,& poſtea
appellates ſeu ſer Clementem d.enim bene ap-
pellaſſe.& conſequenter eoſdem tertios poſſeſ
ſores ſeu ſer Clementem d. n. abſoluendos;
& liberandos fuiſſe & eſſe a petitione dicti Ric-
cardi & uictum victori in expenſis, utriuſque in
ſtantiæ condemnandum omni meliori modo.

1 In †hanc autem ſententiam ideo potiſſimum
uenio quòd actor in libello intentauit interdi-
ctum Saluianum ut patet ex uerbis libelli dicen
tis uigore Saluiani interdicti quod intentat &c.
quod quidem interdictum in propoſito caſu
non competit.

Primo quia licet Saluianum interdictum da
ti dicatur contra tertium poſſeſſorem, ut pro-
bat in l.1. ff. de Saluia. inter. & in l. 1. C. de præc.
& Salu. interd. & Ant. Negoſan. tit. de pign. &
hypoth. in tertio membro octauę partis princi
pal. num. 19. verſic. ſeptima concluſio & Maran.
de ord. iudic. parte 4. 7. diſtin. princip. nu. 14.
uerſic. tertio poteſt. & Roland. a ualle conſ. 14.
num. 1. & num. 13. vol. 1. cum ſimil. Tamē iſtud
locum ſibi uendicat quando tertij poſſeſſores
aduerſus quos agitur acquiſiuerunt titulū poſt
hypothecam prius acquiſitam per creditorem.
exempli cauſa mutuaui tibi centum tui autē ob
id iure hypothecę mihi tua bona obligas: dein-
de uero eadem bona vendis Titio;ego creditor
re comperta ago interdicto Saluiano cōtra Ti-
tium tertium poſſeſſorem qui habuit cauſam a
te debitore meo qui Titio uendidiſti;hoc certe
caſu recte experior interdicto Saluiano contra
Titium tertium poſſeſſorem qui acquiſiuit titu-
lum & poſſeſſionem;poſtquàm ego creditor hy
pothecarius hypothecam mihi quæſiui. & ita
procedunt tradita per Bart. in l. 1. ff. de Saluia-
no interd. cum alijs allegatis ſuperius vt nō ob
ſcure colligitur ex traditis per Doct. in §. itē Ser
2 uiana inſtit. de action. Verum †quando poſſeſ-
ſoris titulus, eſt anterior, & hypotheca credito
ris poſterior; tunc agi non poteſt contra tertios
poſſeſſores interdicto Saluiano quoniam quan
do quęſtio eſt, inter emptorem, & creditorem
de prioritate, & creditor dicit ſe habere hypo-
thecam priorem, emptor uero dicit ſe prius
emiſſe;tunc creditor ſi uult obtinere debet oſtē
dere hypothecam ſuam fuiſſe anteriorem em-
ptor enim quocunque tempore emerit, domi-
nus efficitur creditor autem nō habet ius in re
niſi probet pignorationem inductam fuiſſe an-
te uenditionem & traditionem emptori factā
ut aperte tradit Ioan. Fabri in §. item ſeruiana
num. 17. uerſ. quid ſi creditor agat. & ibidē An-
gel. Aret. num. 9. uerſ. addas quod ſi eſt quæſtio
3 inſtit. de action. Certi enim iuris eſt eum †qui
prior eſt in tempore, potiorem in iure etiam eſ
ſe debere l. potior. l. creditor l. qui generaliter.
ff. qui pot. in pignor. habe. l. ſi fundus l. genera-
liter C. eod. tit. Pract. Papienſ. in forma libel.
act. hypothecariæ in gloſſ. ſeu ſectione incip.
ſub eadem obligatione num. 9. Atqui in propo
ſita facti ſpecie. prædicti tertij poſſeſſores prius
emerunt bona, & ea acquiſierunt a Scaramel-
lijs debitoribus Riccardi quam dictus Riccar-
dus creditor & actor acquiſierit hypothecā qui
eam ſibi parauit anno 1568. die 30. Octobris cū
tamen tertij poſſeſſores prius emiſſent & acqui
ſiuiſſent atque etiam prius quæſiuiſſent ſibi hy-
pothecam vt patet ex inſtrumento rogato ab
egregio ſer Ceridonio Stradella anno 1565.
die 4 Iulij inter Ioannemantonium quondam
Leonardi & Ioannem Scaramellium debitorē
Riccardi, & ex alijs in proceſſu deductis. Igitur
conſtat ex prædictis dictum Riccardum qui ac-
quiſiuit hypothecam poſtquam tertij poſſeſſo-
res emerant & acquiſiuerunt, & poſtquam na-
cti fuerunt generalem hypothecam bonorum
Saluiano interdicto quod ei cōtra illos nō com
4 petebat perperam egiſſe †cum ſine actione ne-
mo poſſit agere l. ſi pupilli §. uideamus. ff. de ne
goc. geſt. doct. in l. ſi titius. ff. de uerb. obliga-
tion. Alex. conſ. 110. vol. 5.

5 Secundo †quando in inſtrumento initæ ob-
ligationis & inductæ hypothecę adeſt conſtitu-
tum per quod obligans & hypothecans conſti-
tuit ſe poſſidere nomine creditoris, tunc nō po
teſt agi interdicto Saluiano Salyc. l. 1. q. 6. C. de
pręc. & ſalui inter. Bellon. conſ. 34. num. 8. col. fi.
quoniam interdictum Saluianum eſt remediū
adipiſcendæ quod nō datur illi qui iam nactus
eſt poſſeſſione Sal. & alij in Rub. C. de pręcario
& Salu.

& Salu.interdicto: Per conſtitutum uero, quo
6 debitor obligat †ſua bona creditori transfertur
in ipſum creditorẽ omnis poſſeſſio.l.quod meo
l.interdum.ff.de acqui.poſſ.& propterea ſi cre-
ditor habet poſſeſſionem, fruſtra per interdictũ
Saluianum conatur eã adipiſci, cum petere nul-
lus debeat quod intus hẽt.l.1.C.de iud. Atqui in
inſtrumẽto quo Scaramellij diẹ 30.Octob.1568.
agnoſcunt ſe debitores Riccardi, adeſt clauſu-
la conſtituti vt patet ex illis uerbis inſtrumenti
dicentis quæ bona ſic obligata conſtituerunt ſe
&c.per quẹ verba Riccardis acquiſiuerunt uerã
poſſeſſionẽ bonorum Scharamelliorum ſibi ob
ligatorum igitur Riccardij agere non poſſunt
remedio adipiſcendæ ad eam poſſeſſ. quam
multo antea adepti fuerant, & quam auocare
neceſſe non erat quamquam ſi neceſſe fuiſſet
auocare tamen non poterant. Namque actor
creditor probare debet debitorem hypothecã
tem tempore obligationis contractẹ res hypo-
7 thecatas bona fide poſſediſſe quamuis †enim
bona fides præſumantur inſtit. de uſucap. in
princ. ubi gloſſa. Nihilominus bona fides allega
ri debet; neque enim præſumitur niſi allegetur
Alexand. conſ. 76. & conſ. 94. lib. 2. & conſi.
69.lib.3.Balb.in tract. præſcript. in repet.l. Cel-
ſus col. 1.& 2.parte 1.ff.de uſucap. Atqui in caſu
propoſito non fuit allegatum uel in libello, uel
in poſitionib. & non fuit per teſtes probatum
ſupra 6. cap. uel alibi debitorem poſſediſſe di-
ctas res bona fide & re uera de bona fide doce
ri non poterat cum Scaramelij non ſuo nomi-
ne, ſed creditorum nominum poſſiderent ut ſu-
pra dixi igitur male fuit intentatum Saluianũ in
terdictum adipiſcendæ.

Quib. ſic ſtabilitis non obſtat ſiquis obijciat
appellatione deſerta iudicem infirmare nõ poſ
ſe 1. ſententiam gloſ. in uerbo appellatus in cle-
ment.ſi appellationem de appellat.Bal. in l. eos
C.eod.cum ſimil. Quia reſpondetur, tunc demũ
appellatione deſerta non poſſe infirmari ſentẽ-
tiam primam quãdo ſecuta eſt declaratio & ſen
tentia iudicis ſuper deſertione Bero. conſi. 181.
nu.20.uol. 3. quẹ declaratio eſt omnino neceſſa
ria quando iudex ad quem fuit aditus & coram
eo fuit appellatio introducta Francus in c.ex te-
nore de appella.Felyn.c. ex parte 2. de reſcript.
Mara.de ord.iudic. ex parte 2. de appellati. nu.
189. uerſ. uerum ſuper. Atque in caſu propoſi-
to, Ioãnes Antonius q.Leonardi Nicolaus Ioan
nis Andreæ & Ioãnes Maria de Spicciano tertij
poſſeſſores ſiue ſer Clemẽs cui, rei principales
aſſiſtunt ant. V ex defec. inhabil. ſeu mand.cõp.
num. 167.die 7. Aprilis 1575.in troduxerunt ap
pellationem coram dominis priorib. & conſilia
rijs Fiuizani iudicib.ad quos appellatur igitur in
caſu propoſito nihil prohibet 1. ſententiam in-
firmari.

Pręterea cum actoris fundamentum deficiat
fruſtra vlterius quæritur; & fruſtra dubitatur an
contractus uenditionis & donationis initi cum
Scaramellijs ſint fictitij & ſimulatio & poſſeſſ.
eorum probetur per ęſtimum; præterquã quod
8 etiam dici poſſet †ex ſola poſſeſſione quæ remã
ſit apud uenditorem non præſumi contractum
ſimulatum; ſed tres ſaltẽ præſumptiones ſimul
iũctas (quæ hic nõ adſunt) requiri ad probandũ
contractum ſimulatum ſecundum op. quã com
munem eſſe atteſtatur Bero.conſ. 166. nume.3.
uol.primo. Affirmari etiam poſſet Aeſtmi librũ
per ſe non probare dominium, uel poſſeſſoriũ
contra eos qui ſcripturæ cataſti uel æſtimi non
aſſenſerunt nec dum ſcriberetur interfuerunt,
ut per Bald. in l.ſi pater C.de action. empti.Lã-
franc. de Oriano in c.quoniam contra falſam in
uerbo teſtium nume.163. de probation. Pariſi.
conſ. 104.ad fi. uol. 1. ubi atteſtatur hanc op.
eſſe communem.

Quibus omnibus rebus; & alijs, quæ gratia
breuitatis omitto, ſtabiliuntur prędicta; idcir-
co ut ſupra firmaui ita iuris eſſe dico, & ita con-
ſulo & refero, omni meliori modo; ad laudem
prępotentis Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in expenſis condemnandus. numero 18.*
2 *Pater non poteſt imponere onus legitima debita filys; & ſi apponat, an valeat teſtamentum.*
3 *Experitur nemo ſine actione.*
4 *Ingrediens monaſterium, ſi ante profeſſionem exeat recuperat omnia ſua bona.*
5 *Religioſus quis non dicitur ante factum profeſſionem.*
6 *Profeſſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
7 *Votum de ingrediendo religionem non ſolemnizatur ex ſolo ingreſſu, & ex ſola habitus receptione.*
8 *Profeſſio non habitus monachum facit.*
9 *Doti an poſſit imponi grauamen.*
10 *Hæres hæredis quando non admittatur ad fideicommiſſum.*
11 *Relictum conditionale non tranſmitti ad hæredes.*
12 *Hæres hæredis, quando veniat appellatione hæredis.*
13 *Fideicommiſſum eſt onus.*
14 *Extenſio in oneribus non fit de perſona ad perſonam.*
15 *Cauſa ceſſante ceſſat & effectus.*
16 *Teſtamentum debet habere ſeptem teſtes de iure communi.*
17 *Succeſſioni ex teſtamento quandiu eſt locus, ceſſat ſucceſſio ab inteſtato.*

CONSILIVM XLVI.

Diuino nomine implorato.

MAGNIFICE Dom. Commiſſarie iuſtitiæ &c. In cauſa quæ uertitur inter Andream Ant. de Tombara actorem, & Franciſcum Leonardi Bologne, vel ser Ludouicum Pretini eius procuratores ex uno latere. Et Dominam Tomaſiam viduam relictam Peregrini, & Domin. Mattheam uxorem Raynaldi de Melia de Serezana reas conuentas ex altero; mihi conſulenda commiſſa. Vidi petitionem d. Franc. procuratoris, & reſponſiones, & exceptiones d. Do. Mattheæ, ſeu eius procuratoris cum poſitionibus capitulis, & atteſtationibus per utranque partem productis cum toto proceſſu. Et attente etiam conſideraui teſtamenta instrumenta ſtatuta ſcripturaſq; alias, & allegationes iuris ab utraque parte productas, & diligenter perpendi alia omnia ad me transmiſſa quæ perpendenda uidebantur. Idcirco Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero partes Magnificentiæ ueſtræ fuiſſe, & eſſe, ut decernat, declaret, & pronuntiet d. Dominam Thomaſiam, & dictam Dominam Matthiã reas conuentas liberandas, & abſoluendas fuiſſe, & eſſe a petitione contra eaſdem facta per dictum Andream uel eius procuratorem † & uictum 1 uictori in expenſis condemnandis, & hæc omni meliori modo &c.

Rationes autem, & cauſæ quibus inducor ad hoc dicendum, atque ita referendum illæ præcipuè ſunt quæ inferius allegantur.

2 Et in primis, quia † quemadmodum pater non poteſt imponere grauamen, uel onus, uel dilationem, uel conditionem caſualem, uel mixtã, ipſi legitimæ debitæ filiæ. l. quoniam in priorib. C. de inoff. teſtam. & ſi appoſuerit tamen reijcitur, & ualet teſtamentum non aliter quàm ſi nõ eſſet appoſita. Bar. l. ſi pater. C. de inſt. & ſubſtit. ſub cond. fact. nu. 2. & ibi Corn. num. 10. dicens hoc doctores communiter firmare, ut tenet etiã ibidem Iaſ. num. 19. & num. 20. quo in loco dicit hanc opinionem eſſe communem, eamque uniuerſum mundum tenere, ut per Soc. conſ. 234. nu. 1. uol. 2. Ita etiam reijcitur oẽ grauamen impoſitũ doti a patre traditæ filiæ inter uiuos quoniam cum dos ſuccedat loco legitimæ oportet illam eſſe liberam ab omni onere non ſecus quã ipſam legitimam, ut per Cyn. in l. vn. §. uideamus col. ſi. uerſ. 2. quæritur. C. de rei uxo. act. Bar. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad S. C. Treb. idem Bar. in l. ſi. §. filiæ. ff. de leg. 2. Bal. in l. quoniam in prioribus. num. 8. C. de inoff. teſt. ubi dicit filiam in dote grauari non poſſe in ea parte quæ legitimæ reſpondet ut ibi dicit etiam Salyc. nu. 3. uerſic. ſed dic ſecundum doct. & ibi Paul. Caſtrenſ. num. 2. & Alex. in l. a filia. col. 1. in 2. no. ff. ad S. C. Treb. & Dec. conſ. 106. nu. 3. & conſ. 643. nu. 7. quam opi- tenet & atteſtatur communem Roder. Suarez. in d. l. quoniam in prioribus. in 12. ampl. nu. 7. & Fern. Vaſq. d. l. quoniam in priorib. in 24. ampliatione, nu. 259. & ampl. 27. num. 265. & Io. Ceph. conſ. 22. num. 12.

Quæ concluſio ampliatur locum etiam habere in dote quam pater aſſignat, ſeu legat, & relinquit filiæ in ultima uoluntate, ut tenet Bal. in l. ſancimus. C. de nuptijs. & Alex. in conſ. 55. 2. uol. col. antepen. nu. 10. & Iaſ. in d. l. ſi pater. nu. 21. uerſic. item contra Bar. C. de inſt. & ſubſt. & Fern. Vaſq. d. l. quoniam in prioribus. nu. 265. limi. 27. ubi dicit doct. ita communiter tenere, & ibidem etiam Suarez in 15. amplia.

Quæ adeo vera ſunt, ut procedant etiam quãdo inſtituuntur legitimi hæredes teſtantis. Fern. Vaſq. d. l. quoniam in prioribus. ampl. 79. n. 328. Quamobrem cum in caſu propoſito teſtator adiecerit onus, atque grauamen dum relinquens. D. Magdalenę eius filiæ iure inſtitutionis, & legati, & pro eius dotibus, deinde addidit; & caſu quo decederet ab humanis ante ingreſſum alicuius monaſterij, tunc, & eo caſu poſſit diſponere tantum de ducatis 10. de dictis ſuis dotib. & reſiduũ dictarum dotium remaneat hęredibus ipſius teſtatoris; Conſequens eſt ut omne hoc onus, & grauamẽ reiiciatur & remoueatur de dicta dote ſicuti ſummouetur de dicta legitima in cuius locum dos ſuccedit, iuxta prędicta, & propterea dicto actori non competit ius petendi 3 bona deſcripta in eius libello cum † ſine actione nemo experiri poſſit l. ſi pupilli §. uideamus. ff. de nego. geſtis Bart. in l. quoties §. item ſi temporali. ff. de adminiſtratione tut.

Quo fit ut dicta dom. Magdalena, quæ poſtea appellata eſt ſoror Taddea libere potuerit teſtari de bonis ſibi ab Andrea Benetto teſtatore & eius patre relictis, eaque bona relinquere potuerit ſicut fecit reis conuentis.

4 Quia ſi is † qui ingreſſus eſt monaſterium inde diſcedat antequam faciat profeſſionem, utique omnia ſua bona recuperat ut per Hoſtienſ. & Ioannem Andr. in c. ſtatuimus col. 2. uerſ. prio rem de regular. & trãſeunt ad relig. & Ioan. Andr. in c. quod a te col. ſi. uerſ. cũ quæritur de cleric. coniugat ubi Ant. de Butrio nu. 9. & Panormit. col. 3. uerſic. aut non fecit, & Henric. Boic. num. 2. & Zaber. col. 2. uerſic. 4. opp. & Imola d. c. quodam te col. 3. uerſic. 2. caſu & col. 4. uerſic. ex prædictis & Calder. conſ. 27. Incip. ingrediẽs. in Rubr. de regul. Qua propter cum bona ſua recuperet nulli dubium eſt, quin dicta Monialis ſoror Taddea, cum profeſſa non ſit condere potuerit teſtamentum c. vltimo 12. q. 5. Innoc. in c. 2. de teſtam. glos. in verbo indicijs. c. non ſolũ de regular. & Archid. & Ioannes And. in c. Beneficium. eod. titu. Bald. in auth. ſi qua mulier poſt princip. C. de ſacroſ. eccleſijs Filipp. Francus in rub. de teſtam. in 6. nu. 67. verſi. 2. limita. & nu. 71. ver. nono quæritur. Propterea q; potuit de 5 dictis bonis teſtari, † quia ante factam profeſſionem

nem quis nó dicitur religioſus ſed laicus nec ul
lum ius monaſterio in eius bonis quęſitum eſt
Iaſ.in auth.ſiqua mulier.C.de ſacroſ. eccleſ. nu-
me.59.Filipp.Franc.d.Rub.de teſtam.in 6.num.
66.& 67.Decius.C. in præſentia nu.202.de pro
bation.Beroius in d.c.in pręſentia de probat.nu
mero 552.

At in caſu propoſito non apparet in actis di-
ctam D.Magdelenam feciſſe deinde profeſſio-
nem ut colligi poteſt ex atteſtationibus teſtium
examinatorum ſuper ſexta poſitione actoris &
ſupra 1.poſitione dominæ Mattheæ reę conuen
tæ,igitur de iure licuit dictę dominę Magdalenę
per teſtamétum diſponere de ſuis reb.ad eius li
bitum l.in re mandata C.mand. Pręſertim cum
6 profeſſio †in dubio non præſumatur niſi probe
tur oporteatque eum qui dicit aliquem profeſ
ſionem feciſſe id ipſum probare.c. nuper de te-
ſtib.c.fi.de ſucceſ. ab inteſt. Sangeminian. in c.
2. in 12.not.nu.7.de regular. lib.6.Philipp.Fran
cus d.c.2.num.5.de regul. lib. 6.& Philip. Fran-
cus in tractatu de petitorio in 3. dubio num.8.

Quibus ſic ſtabilitis, 1.non obſtat ſiquis obij
ciat ſororem Taddeam, ideo uideri profeſſio-
nem feciſſe quod aſſiduè geſtauerit habitũ mo
nachalem ut deponunt teſtes examinati ſupra
7 2.poſitione dominæ Mattheæ nam †reſponde-
tur,uotum de ingrediédo religionem non ſolę
nizari neque perfici ex ſolo ingreſſu, & ex ſola
habitus receptione ſed tãtum profeſſione San-
gemin.c.t.de uoto & uoti redempt.num.15.lib.
8 6.quandoquidem†nó habitus ſed profeſſio mo
nachum facit.c.ex parte qui clerici uel uouétes
c.porrectum. de regular.Philipp. Fran.tract.de
petitorio in 3. dubio num.2.

9 Secundo † non obſtat ſi quis dixerit regu-
lam iuris in qua dicitur doti non poſſe imponi
grauamen limitari niſi dos excederet legiti-
mam dicatque in eo quod eſt vltra legitimam
imponi poſſe grauamen filię dotatæ dict. l. fina.
§.filię.ff.de legat.ſecundo. Dyn.in conſil. 36.in-
cip. hæc eſt quæſtio cuius tenor num.3.& num.
4. Paul.Caſtr.d.l.quoniam in priorib. numer.2.
C. de inoffic.teſt.Roder.Suarez.ibidē ampliat.
12. numero 2.

Nam præterquam quod in actis non proba-
tur hanc dotem uel excedere legitimam portio
nem uel eſſe maiorem quàm perſonarum con-
ditio & qualitas exegiſſet reſpondetur etiã ad
illud quod excederet fortè legitimam in quo
uerò onus iniũctum ualeret, non poſſe admitti
10 prædictum Andream actorem. †Quia quãdo te
ſtator inſtitutis filijs hæredibus relinquit præ-
terea aliquid alicui fideicommiſſario; & adijcit
conditionem ut in caſum mortis dicti fideicó-
miſſarij bona remaneant dictis ipſius hæredib.
& forte fortuna eueniat,ut ipſi hæredes tẽpore
quo moritur fideicommiſſarius iam deceſſerint
utique eo caſu ad illud fideicommiſſum non ad
mittitur hæres hæredis Bal.in l.in cauſæ 2. §.pó
ponitus.ff.de minor. Alex.in l. qui liberis §. hæc
uerba col. 3.uerſic. & faciunt. ff. de uulg. & pu-
pill.ubi dicit ſi teſtator reliquit aliquid nepoti
& adiecit conditionem uidelicet ut ſine liberis
ſi decedat id reuertatur ad hæredem vniuerſalē,
& hæres uniuerſalis interea deceſſerit tunc ſanè
non eſt amplius locus reſtitutioni de dicto reli
cto faciendę arg.l.intercidit 58.ff.de cond.& de
monſtrat.id quod ſequitur etiam Alex.in l.Gal
lus §.etiam ſi parente col.fi. in fi.ff.de lib.& poſt
humis vbi dicit hęredes hæredum teſtatoris nó
poſſe uenire ad fundum legatum exempli cauſa
Titio ea códitione ut ſi titius moriatur ſine libe
ris reuertatur ad hæredes teſtatoris; cum fortè
contigerit ut primi hæredes teſtatoris ante de-
ceſſerint,quam etiam opin.ſequitur idem Alex.
in l.illud col.fi.C.de legatis & ibi Paulus Caſtrē
ſis num.3.Et Iaſ.in conſ. 29.col.2.uerſic. confir
mantur prædicta uol.3.

11 Cuius rei ea †ratio poteſt aſſignari uidelicet
quia huiuſmodi relictum factum poſt mortem
dicitur conditionale Paul.Caſtr.in l.extraneum
C.de hæredibus inſtituend. & propterea cum
ſit conditionale non poteſt ad hęredes tranſmit
ti l.hęredes mei in princ.ff.de condit.& demon
ſtra.l.vn.§.ſin autem ſub conditione C.de cadu.
tollen. gloſ. in l.vn.C. de his qui ante apertas ta
bul.Alex.d.l.illud.Iaſ. d.conſ.29.uerſic. moueor
uol.3. Ruy.conſi.153.num.7. vol.2.

At in propoſita ſpecie teſtator inſtitutis An-
tonio & Bernardo filijs ſuis,reliquit iure inſtitu
tionis bona de quibus agitur domi. Magdalenæ
& adiecit ut ex teſtamento conſtat, & caſu quo
ipſa decederet ante ingreſſum alicuius mona-
ſterij &c. remaneant hæredib. ipſius teſtatoris;
Et ex facto contigit ut dictus Antonius, & Ber-
nardus filij & hæredes ipſius teſtatoris deceſſe-
runt antequam deceſſerit dicta domina Mag-
dalena, ut colligitur ex reſponſione Franc. &
Hieronymi & Genetij ad quartam poſitioné do
minæ Mattheæ reæ conuentæ. Ergo manifeſtiſ-
ſimè patet dictum Andream actorem, aſſertum
hæredē hæredis nó poſſe admitti ad bona d. D.
Magdalenæ q̃ poſtea uocata eſt ſoror Taddea.

Tertio non obſt.teſtatorem,ſuos hæredes,di
12 ctæ dominæ Magdalenæ ſubſtituiſſe †& appella-
tione hæredum comprehendi etiam hæredem
hæredis quandoquidem hęres hæredis eſt hæ-
res primi teſtatoris,l.fi.C.de hęred.inſtituend.l.
ſciendum.ff.de verborum ſignif.l.ſi quis filium.
ff.de acq.hær.Ruy.conſi.4.volum.3. nu. 8.

Nam reſpondetur,quando teſtator in teſta-
mento, hæredibus ipſius aliquid relinquit non
comprehenduntur hæres hæredis,ſed tantum il
le qui ſcriptus eſt Alexand.dict. l. qui liberis. §.
hæc uerba colum. 3.verſi.adde tamen.ff.de uul.
& pupill.ſub.Dec.conſi. 377.nu.5.parte 3. Et rõ
ea poteſt adferri quia hæres hæredis nó eſt pro
priè & immediatè hęres ſed mediante primo hę
rede,vt tradit Ruy.conſi.103.nu.24. volum. 2.
13 Quin etiam†comprobatur quoniam fideicom-
miſſum quod onus eſt.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.
de uulg.ſubſt.& ſubſtitutio alicui facta non extē
ditur ad alias perſonas quam ad expreſſas.l.hæ-

redes

redes mei §.cum ita.ff.ad trebell. l. ſi pater filiũ. vbi Imola & Alex.ff.de libe.& poſthum.Soc.iun. iun.conſi.180.nu.45.volum. 2. ubi dicit nuſquã in iure reperiri vt ſubſtitutio uni facta,ad alterũ
14 trahatur,quia in oneribus non fit † extenſio de perſona in perſonam. Et Pariſ.conſi. 11. num.4. volum.2.& Crauetta conſi. 161.nu. 16. parte 1. Ratio vero quare in prædictis caſibus hæredis appellatio non continet hæredem hæredis & ſubſtitutio uni facta, non comprehendit alium aſſignatur quia teſtator alicui ſubſtituens ipſius hæredem,ad affectionem reſpexiſſe videtur quã habebat erga hæredem ſcriptum quæ quidem ratio,cum in hærede hæredis ceſſet,ſi quidem in incognitum & incertum eſt teſtatori quis nam ſit futurus hæres hæredis dic.l.qui liberis.§.hæc verba.vbi Alex.ff.de uul.& idem Alex. in l. illud colum.fi.C.de legat.& Veronenſ.in l. ſciendum. num.3.ff.de uerb. ſignific. profectò certum eſt, hæredis appellatione in dictis ſubſtitutionibus
15 non poſſe comprehendi hęredem hęredis † cum ceſſante cauſa ceſſet effectus.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patronatus. Et c.cum ceſſante de appellatio.

Quarto non obſt.dum,in teſtamento dicitur ſi deceſſerit ante ingreſſum alicuius monaſterij bona remaneant hæredibus ipſius teſtatoris;voluiſſe dictum teſtatorem ut tunc demum omnia dicta bona eſſent dominæ Magdalenę ſi in monaſterio permanſiſſet alioquin nõ poſſet diſponere,niſi tantum de decem ſcutatis ut dicitur in teſtamento & propterea licet ingreſſa fuerit tñ defeciſſe conditionem videri quia poſtea inde diſceſſit,ut colligitur ex depoſitionibus teſtium examinatorum ſuper ſecunda poſitione dominæ Mattheæ & ſupra 6. poſitione actoris, cum ſit manifeſtam conditionem ſi ingrediatur non impleri niſi quis remanſerit in monaſterio Bal. Saly.l.ſi quis hæredem. C.de inſtit.& ſubſt. Dec. in c.in præſentia num.201.de probation. traditumq; ſit non uideri ueniſſe qui non ſtetit.l. ſcire §.ſufficit,ff. de excu.tutorum.

Ad hæc enim reſpondetur,cum teſtator ea bona reliquerit dominæ Magdalenæ iure inſtitutionis pro ipſius dotibus non potuiſſe deinde dictum teſtatorem adijcere aliquod onus,grauamen,vel aliquam conditionem Bal.in d.l. ſancimus C.de nuptijs cum alijs quæ ſupra deduximus; Et cum adiecerit conditionem,conſtat,eã eſſe prorſus reijciendã & perinde eſſe ac ſi adiecta non fuerit Cyn. in d.l.vn.§.uideamus col. fi. uerſic.2.quæritur C.de rei uxor.act.cum alijs ſupra deductis.

16 Quinto non ob. † ſiquis opponeret teſtamentum non ualere quaſi in eo non interuenerint ſeptem teſtes ſicut de iure communi requiritur l.hac conſultiſſima C.de teſtamen.& §.fi. inſtit. de teſtam.ord. Reſpondetur enim teſt. de quo agit̃ defendi ex forma ſtatuti terræ Maſſæ Rub. 69.de vltimis uoluntatibus defunctorum quod in actis producitur ubi dicitur tres etiam teſtes in teſtamento ſufficere,quo ſtante ſtatuto nulli dubium eſſe poteſt quin teſtamẽtum ſuſtineatur ut per Zaber.in Clemẽt.ſæpe uerſic. & quia num.12.de uerb. ſignif. & doct. in c. cum eſſes de teſtament. Et propterea non poteſt etiam actor admitti ex ſucceſſione abinteſtato quo-
17 niam quamdiu † eſt locus ſucceſſioni ex teſt. ceſſat ſucc.ab inteſtato l.quamdiu.ff.de acquir. hęred.l.antequam C.commun.de ſucceſſ.l. quamdiu ubi Decius & Cagno. ff.de reg. iuris.

18 Quòd † uero attinet ad expẽſas,certi iuris eſt uictũ uictori in expenſis cõdemnari debere iuxta ea quæ tradit̃ communiter Bart. in l.properãdum §.ſin autem alterutra C.de iudic.& in l.eũ quem temere.ff.de iudic.Alex. conſ. 83. numero 14. lib. 6. Corn. conſ. 76. numero 15.uolu. 2.cum conſocijs.

Atque omiſſis illis quę non reſpiciunt merita cauſæ ex his & alijs quæ ne longior ſim,prætereo, ſatis ſuperque iuſtificantur prædicta quare ut ſupra firmatum eſt ita iuris eſſe arbitror, & ita conſulo dico & refero omni meliori modo &c.ad laudem Dei.

Ego Antonius Ciofius,

S V M M A R I V M.

1 Rei, qui ſoluerunt pendente iudicio quod debebant ſunt abſoluendi, & an ſint condemnandi in expenſis. numero 9.
2 Sententia diffinitiua imponit finem cauſæ.
3 Depoſitum iudiciale uicem obtinet veræ ſolutionis.
4 Probatio nulla eſt maior propria confeſſione.
5 Solutione omnis tollitur oblig.
Inſtantia perit lapſu termini.
6 Quod ſolutum eſt controuerſia nata & lite pendente, non poteſt repeti.
7 Compenſatio quando fieri debeat.
8 Compenſationis excep. ubi requirit altiorem indaginem, compenſatio non admittitur.
10 Pœna eſt commenſuranda delicto.

CONSILIVM XLVII.

Diuino nomine implorato.

MAGNIFICE dominę Poteſtas Codepontis. In cauſa quæ uertitur inter Magiſtrum Ioannem quondam magiſtri Sebaſtiani de Codeponte agentem ex uno latere: & Pellegrinum quondã Ioannis marię & dominam Magdalenã eius uxorem & Dominicum filium & procuratorem ſupraſcripti Pellegrini & d. dominæ Magdalenæ reos cõuentos ex altero,quę ad veſtram curiam deuoluta eſt,mihique ut ſententiam meam proferam per veſtrã magnificentiam demãdata; Vidi, & exacte perpendi petitionem per dictum actorem exhibitam & reſponſiones, exceptiones oblationes, & acta pecuniæ depoſitę per dictos

reos

reos conuentos; cum replicationibus acceptationibus & prætentionibus dicti magiſtri Ioannis actoris cum omnibus inſtrumentis ſcripturis ſtatutis, & iuris allegationibus ab utraque parte deductis. & alijs omnibus actis ad me trãſmiſſus diligenter conſideratis, Idcirco Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero partes magnificentiæ neſtræ fuiſſe, & eſſe; ut declaret decernet, & pronuntiet prædictum pellegrinum, & Dominam Magdalenam; & Dominicum eorum filium, & procuratorem reos conuentos abſoluendos fuiſſe; & eſſe ab obſeruatione iſtius iudicij, & ita abſoluat, quia ſoluerunt. Itemque declaret, decernat, & pronuntiet non fuiſſe, nec eſſe hic admittendam compenſationem quam fieri petijt magiſter Ioannes actor prædictus. Dictumque integrum depoſitum librarum centum, & triginta imperialium licentiandum, dandum, & ſoluendum fuiſſe, & eſſe dicto magiſtro Ioanni actori. In expenſis antem factis, ſeu decurſis uſque ad diem quintumdecimum menſis Maij milleſimi quingenteſimi ſexageſimiquinti præteriti incluſiuè quo die dicti rei conuenti depoſuerunt pecuniam quam antea ſe debere iniuſtè negauerunt condemnandos fuiſſe, & eſſe reos conuentos, cæterarum uero omnium expenſarum poſt dictam diem quintamdecimam menſis Maij prædicti factarum, ſeu decurſarum hanc rationem habendam fuiſſe, & eſſe, ut decernat, & pronuntiet in earundem expenſarum dimidia parte dicto magiſtro Ioanni actori reficiendarum condemnandos fuiſſe, & eſſe dictos reos conuentos, in alia uero dimidia eoſdem reos abſoluendos, & liberandos fuiſſe, & eſſe. Et ita ut ſupra, & infra declaret, decernat, & pronuntiet omni meliori modo, &c.

1 Ideo autem refero, † & dico reos abſoluendos ab obſeruatione iudicij, quia ſoluerunt, vt ſupra quoniam quando pendente, atque currente iudicio ante latam ſententiam reus ſoluit & implet id quod debebat. tunc utique doctores ad unum ſentiunt reum eſſe abſoluendum ab obſeruatione iudicij ſub hac forma; uidelicet abſoluo te ab obſeruatione huius indicij, quia ſoluiſti quæ ſententia licet interlocutoria ſit, tamẽ habet uim, & effectum diffinitiuæ, quia imponit finem controuerſiæ, ita ut de eo quod per eam definitum eſt ulterius agi non poſſit, ut per Bar. in l. Titia. numero quarto. ff. de accuſatio. & in l. infamem. numero duodecimo. ff. de public. iud. & in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. fi. numero primo, & ſecundo ff. de iureiurando. quibus in locis ipſe tradit remedium iſtud uidelicet, ut reus ſoluat antequam condemnetur, & abſoluetur ab obſeruatione iudicij, quia ſoluit, & dicta abſolutio finem imponet controuerſiæ, ut tenet etiam Fulgoſius in d. l. iuſiurandum. §. fi. numero tertio, quinto, & ſexto. & in l. Iulianus uerum debitorem. in princ. numero octauo. ff. de condictione indeb. Et Ioannes Fab. in §. fin. inſtitutio. de perpet. & temporalib. actionib. qui
2 ob † eam cauſam appellat eam diffinitiuam quæ finem cauſæ imponat, ut dicebat etiam ibi Petrus, & Nicolaus de Neapoli; & late proſequitur Angelus Aretin. & Ioannes de Platea d. §. fi. Inſt. de perpet. & tempo. act. de qua re Pari. conſil. ſexageſimoſeptimo. numer. primo. primo uolumine. & Ripa in ſexto reſponſo ſub rub. de iudic. & foro competen. & plura per Iaſonem in l. admonendi. num. octuageſimo. ff. de iureiur.

At in caſu propoſito rei conuenti ſoluerunt pendente iudicio, & poſt litem conteſtatam quę hic conteſtata fuiſſe dicitur per reſponſionem; & negationem factam per reos dictæ petitioni, ut per Bar. in l. prima. numer. ſecundo, & tertio. & 5. C. de litis conteſta. ubi Paul. Caſtren. nume. quarto. & Alber. & Salyc. numero primo. & Fulgoſ. & Angel. numero ſecundo. & ibi Bald. in prima oppoſitione. & Innocen. in cap. primo. de litis conteſt. ergo ab obſeruatione iudicij merito debent abſolui.

Soluiſſe autem reos conuentos currente iudicio id quod ipſi debebat inde colligitur quod cum actor in ſuo libello petijſſet ſibi ſolui libras centum triginta imperiales, & duo pondera olei deinde poſt litem conteſtatam dicti rei conuenti, ſeu Dominicus eorum procurator die decimoquarto, & decimoquinto menſis Maij 1565. obtulit, & actu, reque ipſa depoſuit in iudicio penes Camerarium dictas libras centum triginta imperiales, per quam quidem pecuniæ depoſi-
3 tionem dicitur eſſe facta ſolutio, quia † depoſitum iudiciale uicem obtinet ueræ ſolutionis. l. creditor. ubi Bar. C. de pign. & in l. prima. C. qui potiores in pig. habeãtur. l. acceptam. C. de uſur. l. obſignatione. C. de ſolutionib. Caſſen. in conſilio quadrageſimoprimo. numero undecimo, duodecimo, & decimotertio. & in conſil. 33. & Tommas Gramma. conſil. 107. nume. 14. Decius in conſ. 449. num. 9. & hoc depoſitum acceptauit mag. Io. actor, ut patet ex actis factis præſertim die 17. Maij 1565. & die 25. Aug.

Rurſus autem ex eiſdem actis apparet dicta duo põdera olei fuiſſe deinde ſoluta dicto actori ut ipſemet fatetur in actis factis die 25. Aug. & die quinto Septenbris, & die 29. Maij vbi fatetus dictum oleum fuiſſe ſibi ſolutum poſt litem
4 motam, qua † ſanè confeſſione propria, nulla eſt maior probatio. l. generaliter c. de non num. pecunia. Ex quibus apparet cum pendente iudicio ſolutum fuerit id quod debebatur, abſoluẽdos fuiſſe reos ab obſeruatione iudicij ſecundũ prędicta Quo ſtante non obſtat dum rei dicũt oleũ fuiſſe ſolutum actori ante litem motam & propterea actorem iniuſtè petijſſe id quod ſibi antea ſolutum erat, quia reſpondetur cum ſuper hoc nullæ producantur probationes præſumendum eſt id quod eſt ueroſimilius, uidelicet ſolutionem factam fuiſſe potius poſt litem motam, quàm ante litem motam, ut per Grat. in cõſ. 85. num. 14. lib. 1.

Nec obſtat in inſtrumento in quo ſe funda-
re uidetur actor, nullam mentionem olei fa-
ctam eſſe, quia reſpondetur contrarium eſſe
uerius, ut apparet ex inſtrumento quod ad
me in proceſſu tranſmiſſum eſt, & de quo
rogatus fuerat ſer Pamphilus ſer Iacobi anno
1562. die 12. menſis Iunij in quo dicitur Presby
terum Bartolomæum, & Pellegrinum prædictũ
eius patrem ſoluiſſe libras octo dicto Magnifi-
co Ioanni pro parte librarum centum triginta-
octo. ita ut dictum debitum reſtet in ſumma li-
brarum cẽtum triginta imperialium exceptuat,
ponder. duo. olei boni &c. ſoluend. dicto magiſt.
Ioanni menſe Martio futuro ex quibus uerbis
manifeſtè conſtat ultra prædictam ſummam li-
brarum centum triginta dictum Pellegrinum
remanſiſſe debitorem olei ſupradicti, de quo in
dicto inſtrumento exhibito in actis die quinto
Aprilis 1566. quæ quidẽ acta cum publica ſint:
l. 2. C. de edendo. Dec. in cap. quoniam contra.
numero trigeſimoprimo. extra de probationi-
bus. palàm ipſi rei uidere poterant, quæ ſi non
uiderunt, ut commode ſe inſtruerent eis impu-
tari debet. cap. damnum. de regulis iuris. in
ſexto.

Nec obſtat quod tempore propoſitæ peti-
tionis, neque pecunia, neque oleum debitum
uideretur, neque ueniſſe diceretur dies quo pe-
ti potuerit, & propterea actorem præpropere ſi
ne actione expertum uideri. l. ſi pupilli. ff. de ne-
goc. geſt. & per conſequens pronunciari opor-
tuiſſe inſtantiam eſſe peremptam. Quia reſpon
detur quod imò dies exigendi uenerat. Nam di
cta inſtrumenta quorum uigore dictus magiſt.
Ioannes agit confecta fuerant dicto die 12. Iu-
nij 1562. & non 1563. ut opinabantur rei con-
uenti, & ſcilicet lege, ut ſolutio fieret inde ad
duos annos proximè futuros, ut ex inſtrumen-
to patet, & tamen petitio propoſita fuit die 5.
Aprilis 1565. quo die lapſum erat prædictum
tempus, ut allegatur in actis. Neque perempta
eſt inſtantia, ut ex calculo decurſorum dierum
unicuique diligenter inſpicienti conſtare poteſt
detractis ferijs detrahendis iuxta ſtatutum de
temporibus feriatis; tametſi lis extincta fuerit
quo ad dictam pecuniam, & oleum ſolutũ qua
5 ſolutione omnis tollitur obligatio: inſtit. quib.
mod. tol. oblig. in princ. Dec. conſ. 449. num. 39.
Grat. conſ. 69. nu. 29. uol. 1. Soc. iun. conſ. 79. nu
4. uol. 3. Perit enim inſtantia lapſu termini. arg.
eorum quæ dicit Guido Pap. deciſ. 220. nu. 3. id
quod ut dixi non accidit in caſu noſtro. Et ratio
eſt ne lites fiant immortales, ut per gloſ. in verſ.
triennij in l. properandum. in princ. C. de iud. &
Carauita in ritu 148. magnæ curiæ num. 8. Inter
alios autem modos quibus lis extinguitur re-
cenſetur etiam ille quo, lite pendente deficit il-
lud, ut hic euenit quod eſt cauſa concedendæ a-
ctionis. Bar. in l. ſi mulier. ff. ſol. mat. Ant. de Pe-
trut. in l. 1. in 7. remedio nu. 427. ff. de iureiuran
do. Nec obſtat dum pro parte reorum conuen
torum dicitur eos tam pecuniam, quàm oleum
ante tempus indebitè per errorem ſoluiſſe, &
ꝓpterea ſe poſſe omnia illa repetere quoniam
reſpondetur poſito & non dato, ut ante tempus
ſoluerint; hoc tamen fieri potuit, quia debitor
poteſt ſoluere ante tempus quando agitur de
die certa, & non infertur præiudicium creditori
Romanus in §. inter certam. l. ſtipulatio iſta. ff.
de uerb. oblig. Dec. & Cagn. in l. cum tempus. ff.
de reg. iur. quod certè præiudicium hic non eſt
illatum, ut conſtat ex acceptatione quam fecit
actor. dicta die 17. Maij. Neque locus eſt repeti
6 tioni in caſu prædicto, quia † id quod ſolutum
eſt nata controuerſia, & lite pendente non po-
teſt repeti, ut per Corn. in l. Iulianus verum de-
bitorem, in prin. num. 8. ff. de cond. indeb. & per
Pariſ. in conſ. 51. numero quinto. uolumine pri-
mo. & de iure certiſſimum eſt eum, qui ante diẽ
ſoluit, non poſſe repetere. l. in diem. ff. de cond.
indeb. ex quibus infertur dictum depoſitum et
licentiandum, dandum, & ſoluendum, & aſſignã
dum dicto mag. Io. uti ſup. dictum eſt.

7 Ideo autem dixi † compenſationem hic fieri
non debere, quia compenſatio tunc demum fie
ri poteſt, ſi & ea a parte proponitur, & propoſi-
ta probetur, ut iudici plenè conſtet pecuniam
inuicem deberi, & tractari de eo caſu in quo cõ
penſatio admitti debeat, ut per doc. in §. in bo-
næfidei. inſt. de actio. & in l. ſi conſtat. & in l. ult.
8 C. de compenſatio. Nam ubi † compenſationis
exceptio requirit altiorem indaginem compen
ſatio non admittitur. d. l. ſi. C. de compenſ. & Ro
ma. conſ. 76. nu. 3. Et quando altero inuito com
penſatio fieri debet; tunc oportet iudici conſta
re id non eſſe prohibitum, ut per Bal. in d. l. ſi cõ
ſtat. nu. 7. ubi dicit ſi dubitatur utrum iudex ap-
probare debeat compenſationem altero inui-
to, conſiderandum eſt, an debitum ſit compen-
ſabile, an ſit liquidum, & an ſit a iure prohibitum
compenſari, ut per Corneum in conſ. 111. num.
num. 7. uol. 4. At in caſu propoſito ubi fieret cõ-
penſatio reis inuitis, non conſtat ex actis an de-
bitum ſit compenſabile, quinimò interdum in
actis legitur dictos ſcutatos tredecim eſſe penes
dictum actorem pro quadam petia terræ recu-
perãda interdum uero dicitur, eos eſſe debitos
occaſione cuiuſdam promiſſionis factæ cuidam
Marchioni, & neutrum probatur. Igitur cum de
qualitate debiti plenè non conſtet altero inui-
to compenſatio admitti non debet, neque pro-
pterea alicui ius aliquod auferimus ſuper dictis
pecunijs compenſari contribuique petitis.

9 Condemnaui † autem reos conuentos in ex-
penſis factis, atque decurſis uſque ad diem de
cimumquintum menſis Maij 1565. quia licèt
reus ſatisfaciens, uel ſoluens pendente lite con
demnari debeat in expenſis; ut in quinta deci-
ſione Capellæ Toloſanæ tamen illud procedit
quo ad expenſas factas, atque decurſas, uſque
ad tempus quo reus ſoluit, ut per Bartol. in l. ſi
rem. §. qui ante. numero ſecundo. uerſ. quæro

ff. de

ff. de pigno. actione. & Ioannes de Platea in §. fi.inſt.de perpetuis,& tempor.action. ubi etiam Ioa.Fab.uult eum condemnari ſi male ſe defendebat. Et quod reus in expenſis condẽnari dẽat cũ perperã a die porrecti libelli uſq; ad lit.cõte. litigauerit exceptiones inutiles proponendo tenet etiam Rip.in reſpon.6.nu.5.uerſ.circa 3.tit. de iud.& for.comp.

In cæteris autem alijs omnibus expenſis poſt d.diem 15.Menſis Maij factis,atq: decurſis idcirco in dimidia parte ſolummodo cõdẽnaui reos d.actori in alia uero eos abſolui,& liberaui quia ipſi rei in parte etiã iniuſtè, & tenerè litigarunt dum ſcilicet poſt depoſitum factum malè muta to conſilio dixerunt ſe, neque oleum dare de-
10 buiſſe in alia uero parte dum dixerunt † compẽſationem fieri non debere iuſtè litigarunt, quapropter,ut condemnatio,atque pœna,commẽſuretur delicto.l.ſancimus.C.de pœn. eos ut ſupra condemnaui, & expenſas non compenſaui, quoniam actoris,& rei culpa in litigando, ut ex prædictis patet,non fuit æqualis,quo caſu compenſatio fieri non ſolet, ut per Imol.& alios in l. qui ſolidum.in prin.ff.de leg.2. cum ſimi.

Nec ob. quod lite finita expenſę quæ ueniũt officio iudicis peti non poſſint quaſi ſopitum ſit eius officium. l.terminato. C. de fructib. & litis expenſ.& Anton.Rambaud.in add. ad deciſ.55. Guid.Pap. quoniam reſpondetur quod illud ꝓcedit quando expenſarum a principio mentio facta non eſſet,ut per docto.in d.l.terminato. & Soc.in reg.182.& 183.& Alb.conſ.5.nu.6.Quare cum in caſu noſtro d.actor in ſua petitione expenſas petierit,manifeſtè patet. d. l. terminato nihil obeſſe,& propterea ſup. deciſa firma manere. Atque ex his, & alijs quę ne longior ſim prætereo iuſtificantur prædicta, idcirco ut ſupra firmatum eſt ita iuris eſſe arbitror,& ita cõſulo, dico, & refero omni meliori modo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Verba diſpoſitionis cui non conueniunt, non conuenit, nec diſpoſitio.*

2 *Iudex procedere poteſt in cauſa ſuper mutuis petitionibus etiam quando conuentio, & reconuentio eſt ſuper eadem re, & ſuper eodem negotio*

3 *Acta in vno iudicio inter eaſdem perſonas probant etiam in alio.*

CONSILIVM XLVIII.

Diuino implorato auxilio.

MAGNIFICI Domini Priores Ciuit.Cortonę iudices primarum appellationum & nullitatum plurimũ honorandi.Quoniã cauſa quæ uertitur inter Bernardinum Benedicti Seculini de Cortona actorem ex uno latere & Sebaſtianũ quondam Bartholomæi dominici Burghini de dicta ciuitate ex altero per appellationem a d. Sebaſtiano interpoſitam ad veſtram curiam deuoluta eſt,& mihi conſulenda commiſſa;Idcirco uidi libellum d.Bernardini & exceptiones Sebaſtiani & replicationes vtriuſque partis & interlocutorias inde latas in 1.inſtantia cum omnib. ibi deductis & allegatis tam in iure quàm in facto. Vidi præterea admiſſionem appellationis Sebaſtiani ab interlocutoria cum eius poſitionibus quibus interloquendo pronunciauiſtis non fuiſſe reſpondendum. Vidi etiam exceptiones Bernardini & ſtat. & ordinationes & alias omnes ſcripturas in iure, & in facto productas: in dicta ſecunda inſtantia appellationis.Quapropter diligenter inſpectis, & conſideratis omnibus quæ conſideranda, & perpendenda mihi uidebantur,Diuino nomine repetito conſulo, dico, & refero partes Magnificentiarum ueſtrarum fuiſſe, & eſſe,ut decernant,declarẽt,& pronũcient nõ fuiſſe, nec eſſe faciendũ in hac inſtãtia compromiſſum petitum uigore dicti ſtatuti.Et non fuiſſe, nec eſſe cauſæ ſuperſedendum; ſed litem conteſtari debuiſſe,& propterea bene iudicẽ pronuntiaſſe litem haberi pro conteſtata,& bene poſtea conceſſum fuiſſe conſilum ſapientis ſecundum ſtatuta,& ſucceſſiue præterea partes veſtras eſſe quoad merita cauſæ decernere, & pronuntiare dictum Sebaſtianum appellantem liberandum, & abſoluendum fuiſſe, & eſſe ab ea parte petitionis Bernardini in qua petit bona hæreditaria quæ comprehenduntur in ſubſtitutione facta in teſtamento Bartolomęi Dominici ſupradicti. Quod uerò pertinet ad eam partem petitionis Bernardini in qua ipſe petit bona non comprehenſa in dicta ſubſtitutione, neque diuiſa inter dictum Sebaſtianum, & Ludouicum eius fratrem, ſed aliunde extra hæreditatem quæſita poſt mortem dicti Bartolomæi pronuntietis, & declaretis dictum Sebaſtianum condemnandum fuiſſe, & eſſe ad reſtituendum dicto Bernardino actori omne illud qđ ꝑuenit ad ipſum Seb.ex parte quę ꝑtinebat ad d.Ludouicum. reſeruantes iura partibus ad hoc liquidandum, & victum victori pro rata in expenſis condẽnantes omni meliori modo. In-
1 ducor† autem ad ita dicẽdum rationib.maxime infraſcriptis.Nãque quod attinet ad cõpromiſ-

ſum cui non conueniunt uerba diſpoſitionis nõ
conuenit etiã diſpoſitio.l.4.§.roties, ff. de dam.
infect.Iaſ.conſ.221.col.1.vol.2.& Cur,iun.conſ.
182.nu,1.par.2.ſed uerba ſtatuti Cortonen. ſub
rub.26.in quib.caſib.quis poſ,cog.ad comp. ad
fi.dum excipiunt caſum in quo agitur de ultima
uoluntate, uel donatione non conueniunt huic
caſui in quo de utroque agirur ergo non cõue-
2 nit ẽt diſpoſitio dicti ſtatuti.Non † fuiſſe autem
cauſæ ſuperſedendum oſtenditur ex his quæ tra
dit Maria.Soc.ſen.in trac.de mut.petitionib.ad
c.prudentiam.eo.tit.in 2.q.prin.10.art.prin.nu.
12.ex quo patet iudicem procedere poſſe in cã
ſuper mutuis petitionib.etiam quãdo couuẽtio
& reconuento eſt ſuper eadem re,& eodẽ nego
tio.Soc.in d.trac.de mut.peti.in 3.art.in rub.Po
tuiſſe uero litem cõteſtari in huiuſmodi matris
petitionib. firmat idem Soc. d.10.art. prin. in 4.
q. prin. nu, 14. Ideo aũt iudicandũ cenſui ſuper
meritis cauſæ, quia ſi iudicarẽ tm̃ ſuper præmiſ
ſis quæ reſpiciunt ordinẽ,& non iudicaretur ſu-
per meritis cauſę utique longius lites protrahe-
rentur quàm par eſſet cõtra clem. diſpẽdioſam
3 de iudicijs. Iudicandũ † aũt fuiſſe de meritis cau
ſæ, ut ſup. dixi ex eo colligitur quod acta in uno
iudicio inter eaſdem perſonas probãt ẽt in alio.
ut per Alex.& Rip.nu.33.Cag.n.110.in l.2.C.de
eden. Verum Sebaſt.q.Bar.Dominici Burghini
in hac inſtantia appellationis perduxit omnia a-
cta, & actitata inter ipſum Sebaſt. ex vna, & d.
Bernar.Benedicti Seculini, & Fabritium Iacobi
de Xannutijs ex alia ſuper fideic. vel ſubſtitutio
ne,& donatione præd.cum teſtõ d.Bar. patris d.
Sebaſt.& inſtrõ præd.donationis factæ Bernar.
p d.Lud.filium Bar.& cum toto proceſſu ad cau
ſam pertinete,ut patet ex comparitione Sebaſt.
in actis hic facta die 23.Iun.1573.ex quorũ acto
rum productione colligitur de iure iudicãdum
fuiſſe,ut ſup.dixi,& iuxta hunc tenorem in ea in
ſtantia iudicatum fuit,ut ex actis, & ſententia,&
rationibus iuridicis ibidẽ deductis patet. meri-
tò igitur ita determinaui uictumque uictori in
expenſis pro rata uictoriæ cõdemnaui iuxta tra
dita per Imo.in l.qui ſolidũ.uet.irẽ no.ff.de leg.
2.& Boe.deciſ.74 nu.1.par.1.cum locis cõſocijs
ex quib.& alijs quæ gratia breuitatis omitto iu-
ſtificantur præd.& ideo ut ſup. dixi ita iuris eſſe
arbitror,& ita dico,conſulo,& refero omni me-
liori modo ad Dei op.Max.laudem, & gloriam.
Antonius &c.abſolui,&expediui prędicta om
nia die 22.Aug.1573.

Idem Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 Mandatum limitatum,limitatè,intelligitur.
2 De uſufructu ad emphyteuſim argumentari licet.
3 Vſumfructum cum proprietate conſolidari, quare
lex voluerit.
4 Cenſus ex natura contractus emphiteutici in reco-
gnitionem directi domini ſoluitur.
5 Laudemium,ſeu quinquageſimam partẽ pratij dire
ctus dominus ab emphyteuta propter inueſtiturã
exigere poteſt.
6 Regula c.nonne.de præſcript.quomodo procedat.
7 Reſpublica notitiam rei alicuius habere non dicitur
niſi communicato colloquio.
8 Ignorantia etiam in facto proprio præſumitur quan
do quis de damno uitando tractat.
9 Ignorantia præſumitur,quãdo de ſcientia nõ cõſtat.

CONSILIVM XLIX.

Diuino nomine implorato.

QVONIAM rationes,quibus indu-
ctus eſt Dominus Iudex ad pronun-
tiandum contra ſer Ioannem Anto
nium & Gaſparrem à Monte a ione,
huiuſmodi eſſe videntur, & facillimè dilui poſ-
ſint:Ego in re ſatis clara nõ immorabor diutius
quàm ſit opus. Quod enim attinet ad unicum
fundamentum quo ſuſtinere conatur Do.iudex
ſuam opi.dum dicit ꝙ Bar.ius actorib.acquiſiuit
eos in contractu emph.nominando vigore ſtat.
Flor.ſub rub.39.in 2.li.Reſpõdetur, ꝙ tunc pro-
cedit diſpoſitio illius ſtatuti,ut.ſ.per quãlibet p-
ſonã tertio aliquid acquiratur, quando is,qui al
teri uult acquirere,habet facultatem,& habilita
tẽ acquirendi, & ita cõcurrunt extrema habilia,
arg.l.q. teſtõ.in prin.ff.de teſt.c.1.de æta.& qua.
in 6.Sed in caſu noſtro ipſe Bar.non potuit ac-
quirere ius actoribus pp defectum mandati,
5 † quod cum ſit limitatum limitatè debet intelli-
gi.l.in agris.ff.de acq.re.dom. Ergo ex hmõi ſta
tuto non probatur actoris intentio.Quod uerò
pertinet ad primã reſpõſionẽ D. iudicis, in qua
præſupponit officiales potuiſſe excedere fines
mandati, quaſi utilior eſſet cõitati conceſſio fa-
cta plurib.quàm paucioribus.Replicatur ꝙ imò
magis damnoſum eſſet cõitati hanc emphyteu-
ſim conceſſam eſſe p eius officiales Bar. & Ber-
nardo.& p conſequens duab.lineis q̃ Bar.ſoli,&
conſequenter uni tñmõ lineæ: qm̃ ſi plurib. iã
conceſſa eſſet, longiori tpe abeſſet utile domi-
nium a directo,& propterea dominium directũ
2 diutius foret inutile. † quemadmodũ de uſufru
ctu dr̃, ex quo ad emphyteuſim pp eorum ſimi
litudinem licet argumentari.gl.in c.1.in fi.de in-
3 ueſt.de re.al.fact.Bal.in l.1.§.1.C.de cad.tol. uo
luit.n.lex,uſumfructum quibuſdã modis cũ pro
prietate conſolidari, ne ſemper eo abſcedente
proprietates eſſent inutiles.l.ſi uſusfructus mu-
nicipib.ff.de uſuf.leg.l.an uſusfructus. ff.de uſu-
fructu.& §.uſusfructus.in fi.inſt.de uſuf. & licet
fundus,in quo uſusfructus alteri⁹ eſt,min⁹ utilis
eẽ uideaẽ dño pprietatis,q̃ ſit res emph.directo
domino propter annuum canonem illi ſoluen-
4 dum, † nihilominus cum cenſus, qui annuatim
ſoluitur,ſit modicus,& ex natura contractus em
phyteutici ſoluatur in recognitionem directi do
minij,

minij,ut per Bal.in l.1.C.de iure emph. & Bal.&
Alex.in l.ſi mihi & Titio.ff. de uerb.obl. meritò
dicendum eſt annuum ipſum canonem cum ſit
quid modicum, non eſſe conſiderandum.arg.l.
ſcio.ff. de in integ.reſt.& Alex.in rub.ff. ſol.mat.
2.col.Præterea ſi conceſſio iſta tam lõgo tpe fa-
cta ualeret,utique communitas pateretur dam-
num,quia tardius fieri poſſet renouatio emphy
5 teuſis, † ex quo fieret ut communitas rarius cõ-
ſequeretur laudinium,ſeu quinquageſimã par-
tem pretij,quam directus dominus exigere põt
ab emphyteuta pp inueſtituram,ut tradit Iaſ.in
l.fi. C.de iure emph.col.528.uer.11.prin.& uer.
15.prin.& ibi Corras.nu.21.& n.22.Hinc infer-
tur ſublatas eſſe rationes, quibus præd.D.iudex
exiſtimauit adiuuari primam ſuam reſponſionẽ.
Primo.n.non ob.dum dicit non eſſe credendũ,
neque eſſe uериſimile, ut Cancellarius,qui tã de
inſtrumento mandati quàm emphyteuſis roga-
tus fuit; ſcripſiſſet in d.inſtrõ emphyteutico cõ-
ceſſionẽ eſſe factam ẽt Bernardo ſi id nõ fuiſſet
utile communitati,&ſi conceſſio prædicta nõ ua
luiſſet;quoniam reſpõdetur,quòd cum certũ ſit
ipſam conceſſionem eſſe ultra mandatum,& cõ
tra utilitatem communitatis per ſuprad. utique
in claris nõ eſt opus coniecturis, l.continuus. §.
cum ita.ff.de uerb.obl. Secundò non ob.dũ ait,
officialium autoritatem limitatam fuiſſe ſolum-
modo circa penſionis ſummam,non autem cir-
ca tempus, quo debet durare emphyteuſis, uel
circa perſonas,quibus conceditur,arg.l.cũ præ-
tor.in princip.ff.de iud.& c.nonne.de præſump.
6 Qm̃ reſpondetur, † ꝙ regula.d.c.nonne, proce-
dit quãdo tam in eo,quod includitur, quàm qđ
excluditur conſideratur diuerſa ratio, ut limitat
Bar.in l.1.C.de diuer.reſcrip. Sed hic eſt eadem
ratio in utroq;,qm̃ priores cõitatis prohibuerũt
minui penſionem emphyteuticam, ne cõitas dã
no afficeretur.Quare cum eadem ratio,non aũt
diuerſa militet circa tempus,& perſonas cõpre-
henſas in emphyteoſi,quandoquidem dãno af-
ficeretur cõitas pp tempus longius, & pp plu-
res lineas,meritò dicẽdum eſt,ꝙ qui unũ negat,
negat etiam aliud,preſertim quia ſi de hoc inter
rogati eſſent priores, idem reſpondiſſent. l.tale
pactum.§.fi.ubi gl.mag.in fi. ff.de pac. Præterea
ſecundæ reſponſioni,in qua dr̃,ꝙ ſi dñs ſcit pro-
curatorem exceſſiſſe formam mandati,& tacet,
utique ualet id quod geſtum eſt a procuratore.
7 Replicatur † ꝙ licet uideatur cõitas hoc ſciuiſſe,
& ſe retuliſſe ad contractum emphyteuticum,&
licet uideatur omnes homines illius collegij hr̃e
notitiam librorum cõitatis; tamen reuera noti-
tiam,ſeu ſcientiam alicuius rei non dr̃ hr̃e reſpu
blica, uel uniuerſitas, niſi eam habuerit cõicato
colloquio,dum eſt legitimẽ cõgregata.Bart.in l.
aut facta.§.fi.ff.de pœn.l.metum. §.animaduer-
tendo.ff.quod met.cau.Corn.conſ.46.in cã uer
tente.lib.3.Bar.Ang.Paul.in l.ſicut. §.ſiquid uni
uerſitati.ff. quod cuiuſque uniuer.nom. Sed de
tali ſcientia non conſtat, ergo cõitas ut cõitas p̃
8 ſumitur id ignorare, † nam ignorantia præſume
tur ẽt in facto proprio, quãdo quis tractat de
damno uitãdo.l.ſed ſi me pntem,ubi Bar.l. cum
is.in prin.& ibi gl.& Bar.ff. de cond.indeb. Bar.
in l.cum de indebito.ff.de prob.Bar.in l.qui fun
dum.§.ſeruus meus.ff.pro emptore. Vltimò nõ
ob.tertia reſponſio; quæ vr̃ uelle ꝙ hic non exci
pitur de non iure agentis,quandoquidem agen
tes habebant ius pp ſcientiã,& taciturnitatem,
& approbationẽ cõitatis; & non erat quæſitum
ius deſcendentibus Bartholomæi tpe celebrati
contractus emphyteutici. Qm̃ reſpondetur,ꝙ
9 imò excipitur hic de non iure agentis, † quia de
ſcientia cõitatis non conſtat, unde præſumitur
ignorãtia.c.præſumitur,de reg.iur.in 6.& ppea
actores ſine iure remanent: & quamuis ex ſolo
ipſo mandato de locando non eſſet quæſitum
ius in re deſcendentibus ipſius Bartholomæi, &
ideo potuerit ipſe Bartholomæus eſſe cauſa a-
miſſionis,& reuocationis: tamen illa reuocatio,
quam ipſe uidetur facere noluiſſe nominando
actores in contractu emphyteutico non ualuit
propter defectum mandati iuxta ea, quæ ſupe-
rius dicta fuerunt.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

*1 Præſumendum an ſit pro inſtrumento, atque ei ſtan
dum ſit.*
*2 Contractus de ſimulatione ex præſumptionibus do-
ceri, quam clam & occultè contrahentes adhibere
conſueuerunt.*
*3 Iuramentum quamuis contractum firmet, & a-
ctum quem quis ratum habuerit non aduerſetur
ei tamen, vel ratihabitioni quæ ſimulato acceſſit
contractui cur non ſtetur.*

CONSILIVM L.

Diuino nomine repetito.

CVM ex me requiſitum fuerit, vt opi-
nioni ſupra firmatę,niſi mihi aliter vi-
deretur, dumtaxat ego ſubſcriberẽ,
dicendum eſſe breuiter arbitror,cõ-
cluſiones ab exc. I. C. ſup. cõprobatas iuridicas
eſſe. Primò.n.quod attinet ad ſimulatũ contra-
1 ctum concludendum eſt, † ꝙ licet in dubio pro
inſtrõ præſumendum, eiq; ſtandum ſit, ut dicit
Bal.in conſ.41.uer.item in dubio.nu.2.& cõſ.39.
uer.ad euidẽtiã.n.1.par.3.nihilominus ſecus di-
cere dẽm⁹ quoties aliæ p̃ſũp.ↄriũ ſuadẽt,vt tra-
2 Deci.conſ.187.parte 4.nu.10.† Cum igitur cõ-
plures præſũptiones,& eæ quidẽ validæ in pro-
poſita ſpecie, vt probatum fuit,contractum eſſe
demonſtrẽt,certiſſimi iuris eſt,ex eiſdem præſũ
ptionibus & coniecturis ſatis ſuperq; doceri de
iſtius cõtractus ſimulatione, quam clam & oc-
culte contrahentes adhibere conſueuerunt, vt
dicit Alex.conſ.197.Viſis dubitationibus,lib.7.
nu.7.& habetur in c.ad noſtram de emp.& vẽd.
Bal.in l.ei qui C.de diſtract.pignor.Deci. conſi.
123.1.par.nu.1.& idem Dec.conſ.544.lib.4.nu.
13.& 14 & conſ.644.lib.5.num.4. & idem Dec,

conſ.659.lib. 1.ubi multa cumulat. Secundò autem quatenus pertinet ad ratihabitionem atq;
3 iuramentum,uidetur firmandum † quod quamuis iuramentum confirmare contractum ſoleat, c.quamuis.de pact.in 6.& actui, quem quis ratũ habuerit,idem aduerſari non debeat. l. nę in arbitris.§.fi.C. de arb.Bar.in l. 1. ff. de re iud.attamen iuramento, uel ratihabitioni, quæ acceſſit contractui ſimulato, ſtandum non eſt,ſiquidem principalis contractus nõ ualeat.l.fi.ff. de conſt. pec.& in ſpecie tradit Dec.d.conſ.587.nu.10. 4. par.uerſ.ult.non obſtat quod dictum eſt de ratificatione &c. Et ita iuris eſſe arbitror.

Ego Antonius Cioſius I.V.D.

S V M M A R I V M.

1 Penſio magna quando ſoluitur in fructuum recompenſationem reſque emphyteutica pro parte perit, an & quare pro rata interitus ſit facienda remiſſio.

2 Penſio, ſeu canon quando augeri non debeat propter fundi melioramentum.

3 Accreſcere improprie dicitur quod non diminuitur, nec decreſcit.

CONSILIVM LI.

QVONIAM cõſultatio ſupraſcripta videtur mihi iuri conueniens, & ab excel.ſup.ſcriptis I.C.copioſè,& ſubtiliter explicata, Idcircò eorum opinioni ſubſcribens prędictam conſultationẽ libẽtiſſimè approbo: tum propter autoritates, & rationes ſupra deductas; tum etiam propter quaſdam alias inferius breuiter deducendas. In primis enim quod attinet ad primam inſpectionẽ, certiſſimi iuris eſt in propoſita noſtra ſpecie cõcedendam eſſe remiſſionem. Quod vltra eá quę ſuperius allegata ſunt,comprobatur ex his quæ dicit Aug.Bero.in c.Ray.de teſt. col.pen.n. 174.
1 vbi firmat, † quòd quotieſcunque ſoluitur magna penſio in recompenſationem fructuum, & res emphyteutica pro parte perit,tunc facienda eſt remiſſio pro rata interitus ipſius rei. Hanc opinionem ſequitur etiam Alb. Brun. in materia feud.conſ.41.nu.18.col.4. Et idem Alb.Bru. in tract.de augmento conclu.13.n.1. quibus in locis ipſe concludit faciendam eſſe mercedis remiſſionem, quando res emphyteutica pro parte petierit. Ratio autem iſtius cõcluſionis ſecundum doct.com.aſſignatur,quoniam quotieſcunque ſoluitur canon,& notabile fictum fructibus correſpõdens,tunc licet inſtrumẽti verba apertè mentionem habeant emphyteuſis, nihilominus non dicitur propriè contractus emphyteuticus, ſed potius locatio ad longum tempus, in qua propter interitum rei, ſine dubio remiſſio penſionis fieri debet. Quod ẽt Bero. tradit d.n. 174.& Paulus a Monte Pico in Auth. præterea. nua 3.& 15,uerſ.2.conſidera.C.unde vir & uxo. Ad hæc facit doctr. Panor. in c.prohibemus.de cenſib.Bal.c.literæ tuæ, nu.2.de diſa. Aret.conſ. conſ.11.Ruy.conſ.61.1.uol.n.7.&idem Ruy.cõſ. 161.nu.21.& 24.Dec.conſ.302.in 2.par. nu.21. ubi plura tradunt de penſione,quæ fructib.correſpondet. Quod uerò ad ſecundam inſpectionem pertinet, iure concludendum eſſe puto, ꝙ ipſa melioramenta facta ab emphyteuta non impediant remiſſionem prædictam; quoniam cũ augmentum reddituum cauſatur ab impenſa, labore, & cultura illius, qui penſionem ſoluere
2 debet, † hoc caſu ꝑ meliorationem fundi, nõ debet canon ſeu pẽſio augeri. Bal.l. cum fundus C.de ſol.Bertach.in tract.de gabel.in 2.par.uer. 20,quæro.nu.39. & Alb.Bru.d.trac.de augmento.concluſ.14.nu.5.6.& 9. Vbi reprehenduntur prælati,qui uolunt augere cenſum fundi emphyteutici, qui ſumptu poſſeſſoris feracior factus ẽ. Ideoq; Albe.de Roſa.in l.Rutilia. ff.de contrab. emp.dicit,ꝙ ſiquis conduxerit molendinum 20. annis cum quatuor rotis, nõ eſt augenda pẽſio, licet addatur alia rota. Bertach.in præall.trac.de gabel.nu,40.& Alb.Brun. d.trac.de augmento. concl.13.uer.fallit 3.nu.10.Iaſ.l.quominus.ff.de flum.q.23.n.169. Verum in caſu ꝓpoſito,ſi nõ concederetur prædićta remiſſio,& conſequẽter ſi non diminueretur canon, utique ipſa pẽſio ui
3 deretur quodammodo augeri, † qm̃ quod non diminuitur,& quod non decreſcit,certè non impropriè accreſcere dr.l.ſi hæc ſcriptura.ff.de cõdi.& dem.ubi Imo.& tradit Sebaſt.Sap. in l.un. n.3.C.qñ non pet.par. Relinquitur ergo,ut in caſu noſtro cõcedenda ſit prædicta remiſſio ꝑ interitum partis rei, licet ipſi redditus induſtria emphyteutæ acceperint incrementum, melioramenta .n. cedunt commodo ipſius meliorantis, ut dicit Alb.Brun. in pręd.trac.de aug.concl.14. nu.5.& habetur in l.fi.C.de allu.& Palud. Et ita iuris eſſe arbitror.

Ego Ant.Cioſius I.V.D.Flo.

S V M M A R I V M.

1 Canonis ex præſtatione per 40. annos contractum emphyteuticum celebratum fuiſſe præſumi, aliosq; effectus naſci.

2 Feudum præſcriptione quæſitum dicitur ſi per 30. an ſeruitium quaſi a vaſſallo præſtitum fuerit.

CONSILIVM LII.

Chriſti nomine repetito.

QVONIAM ex me requiſitum fuit, vt ſententiæ huic dumtaxat ſubſcriberem:dico opinionem ab excellentiſſimis Iuriſconſultis ſupra comprobatam iuridicam eſſe, idque apertè colligi tum ex rationibus & autoritatibus ab illis prudẽter deductis, tum etiam quia de hac ipſa re extat etiã in indiuiduo Baldi conſ.24. Incip.ſubtiliter
1 tacta, 4. vol. Vbi ille inquit † ex canonis pręſtatione per ſpatium 40. annorum præſumi celebratũ fuiſſe cõtractũ emph.& ex ea pſcrip.hincinde actionẽ naſci,emphiteutamque utile domi

nium

nium fundi,dominum uerò penſionem acquire
re : illiuſque præſtationis,& temporis adminicu
lo inductum præſumi contractum,& hoc opera
ri temporis coniecturam etiam ubi ſcriptura re
quiritur per l.quicunque. C.de Apoch.pub. lib.
10. Præterea ſecundum ea, quæ proponuntur,
cum penſio fructibus non reſpondeat, certiſſi-
mi iuris eſt, ex modicitate cenſus, & copia fru-
ctuum prȩſumi contractum emphyteuticum,ut
firmat Bal. in c.literæ.nu.2.de dila.& Dec.in cōſ.
302.in 2.par.nu. 21.

Demum hanc ſententiam nonnihil iuuat feu
di ſimilitudo, argumentari etenim licet a feudo
ad emphyteuſim,ut dicunt docto.per tex.in c. 1.
de inueſt.de re al.facta in uſi.feudo. iun.l. 1. ff. ſi
ager uectig.uel emph.pet.& tradit Grat.in con
2 ſil.1.nu.7. 1.uol. † Verum ſi per ſpatium triginta
annorum ſeruitium quaſi a vaſallo præſtitum
fuerit, dicitur eſſe quæſitum feudū præſcriptio-
ne,etiam ſinè alia inueſtiturà.c.ſiquis per trigin
ta,ſi de feudo fue.controu.inter dom.& agn.ua
ſal.& l.cum de in rem uerſo.in fi.ff. de vſur. Bal.
in c.fi.de feudo dato in vicem legis commiſ. &
Ruy.conſ.10. 1.uol.& Gozad.conſ. 11.nu.10. Igi
tur multo magis præſcriptione ius emphyteuti-
cum acquiretur, in quo ceſſat ea ſeruitutis ſpe-
cies, quæ feudo ineſſe videtur iuxta ea, quæ re-
ſpondit Bal.in conſ.361. 5.uol. nu.7.

Quare vt ſupra firmatum eſt iuridicum eſſe
arbitror ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

Ego Ant.Cioſius I. C. Florentinus in Piſano
Gymnaſio ius ciuile ordinarium ueſperi profi-
tens,& in fidem ſubſcripſi, & ſubſignaui ad lau-
dem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Emphyteuta qui partem canonis ſoluit & partē mi
nimam ſoluere ceſſat,tamē in totū cadit a iure ſuo
2 Emphyteuta qui iurauit ſe ſoluturum canonem ſin
gulis annis an ceſſans per annum tantum,emphy-
teuſim amittat etiam non expectato biennio & nu
mero 9.
3 Emphyteuta pactis in contractu emphyteutico appo
ſitis contrauenions ſua emphyteuſi priuatur.
4 Solutiones particulares perfecta ſolutionis uim ha
bent, quaſi cadentis in grauiorem cauſam.
5 Paupertas quem a ſolutione excuſat.
6 Penſionem magnam ſoluens non dicitur cadere a iu
re ſue per ceſſationem unius anni, ne melioramen
ta amittat.
7 Solutio in cauſam grauiorem, duriorem, & anti-
quiorem facta cenſetur, quando neque debitor,ne
que creditor eligit in quam cauſam ſolutum eſſe
volebant.
9 Solutio vt ſemper facta videatur in fauorem ſol-
uentis, interpretandum eſt.

CONSILIVM LIII.

In Dei nomine.

CIRCA propoſitam ſpeciem, in qua
Mag.D.Io.Aiolenſis aſſerit Sebaſtia-
num eius emphyteutā cecidiſſe a iu-
re liuelli. Trja prȩcipuè prima facie
1 videntur iuuare d.D.Io.opi. Primum eſt, † quia
Sebaſtianus uidetur cecidiſſe a iure emphyteu-
tico, cum per bienniū ceſſauerit a ſolutione par
tis ipſius canonis,quo caſu emphyteuta qui par
tem canonis ſoluit, & partem ſoluere ceſſat uti-
que in totum cadit a iure ſuo,ut per Iaſ.in l. 2.C.
de iure emph.col.46.uerſ. 16.& per Alex.in cōſ.
11.col.fi.nu.5.uolu.5. & Alb.Brun.in conſ.feud.
conſ.41.nu.16.Petr.de Bellaper.in l.ſi ſeruus. §.
ſi plurium.ff.ſi quis caut. n. 18.& 19. & Crot.in l.
4.§.Cato.n.29.ff.de uerb.obl.Hier.Gig. trac.de
pen.§.92.n.10.Paul.a Montepic. in Auth.prȩte-
rea.C.unde uir & uxo. nu.11 & 12.& Gozad.cō-
ſil.57.nu.10.& 15.& conſ.69.n.8.& 9.& in l. 2.C.
de pac.inter emp.& uend.n.69. Quod procedit
etiam ſi eſſet ceſſatum in minima parte, ut per
Bal.in rub.C.de contrah.emp.& Iaſ.in Auth.qui
rem.C.de ſac.ſan.eccl. Secundum eſt, quòd Se-
baſtianus iurauit ſe ſingulo quoquo anno cano
nem integrè ſoluturum, & tamen anno 1559.
non ſoluit,idcircò tanquam periurus cadere vi-
detur a iure ſuo, non expectato etiam biennio,
2 † quia emphyteuta, qui iurauit ſoluere ſingulis
annis,& deinde non ſoluit,ſed ceſſat in ſolutio-
ne per annum tantum,dicitur amittere emphy-
teuſim,etiam non expectato biennio, uel trien-
nio,ut per Alex.conſ 85.lib.1.& conſ. 105. n. 15.
ad fi.lib. 3.& Baner.in trac.de uirtute iuramenti.
in 10.effectu.nu.236.& Hyp.de Marſ.in ſingul.
226.inc.emphyteuta.& Iaſo.in l.ſiquis maior.C.
de tranſac.col.2.& Goza.d.conſ.57.n.16.& 15.
& conſ.69.Tur.in l.lecta.nu.25.ff.ſi cer.pe. Cag.
n.32.& 33.Parpal.num.11.& 54.Cur.d.l.ſi quis
maior.nu.18.& 19.Grat.conſ.85.nu.4,uol.1.Ca
thel.Cor.in ſuis memorab. in uerbo emph. pri-
uati,uerſ.ſingulariter declaratur.Rip.c.ex parte.
3 de reſcr.n.20.Tertium adfertur, † quia ipſe Se-
baſtianus uidetur ueniſſe contra pacta appoſita
in ipſo contractu emphyteutico,quo caſu certū
eſt emphyteutam priuari ſua emphyteuſi,ut per
Iaſ.l.1.col.3.uerſ.4.no.& l.2.col.2.uerſ.no.1. C.
de iure emph.& Grat.cōſ.55.n.25.uol.1. Verum
tamen ſi res diligentius cōſideretur,his minimè
obſtātibus,defendi poterit, ipſum Sebaſtianum
a iure ſuȩ emphiteuſis non cecidiſſe.Nam quod
ad primum attinet reſpondetur,quod ipſe Seba
ſtianus poteſt coniungere ſolutionem factā an.
1560. cum ſolutione partis canonis facta anno
1559. ad hoc, ut res non incidat in commiſſum,
4 † quia iſtæ particulares ſolutiones habent uim
ſolutionis perfectȩ, & ſic res non incidit in com
miſſum quaſi ſolutio cedat in cauſam grauioré.
l. 1.cum l.ſeq. ff.de ſol. Quam opi.tenuit Gul.de
Cun.in l.ſi neceſſarias.§.ſi unus. ff.de pig.ac.& ſe

quitur Bar.in l.ſi fraudati.n.3.ff.de pub.&uec.&
Ale.l.4.§.Cato.col.4.uer.ēt p̄d.faciunt.ff. d uer.
obl.& hanc eandem opi.tenet Dominus Andr.
in c.ex parte.de ſeud.col.7.& ſequitur Do.An-
to.Corſet.in ſing.ſuo emphyteuſis 4. licet Ioan.
Andr.tit.de loc.§.nunc uerò aliqua.uerſ.3.in ad
di.ad Spec.&Iaſ.d.l.2.col.47.quadam ratione te
neat contra Bar.quæ ratio Iaſo.facilè tollitur, ut
quilibet rectè inſpiciens intelligere poterit. Præ
terea etiam animaduertere iudex debet an Se-
5 baſtianus de ſua daupertate docuerit:quia † pau
pertas eum excuſaret, ut dicit Bal. in c. querelã.
de iureiu.& Iaſ.d.l.2.col.46.& Io.Ant.Trig.ſing.
33.nu.3.& Io.de Arnon.ſing.62.& Petr.Reb.in
l.un.C.de ſen. quæ pro eo quod inter. nu.114.
Rurſus uidendum eſſet an iſta ſolutio annua ſta
riorum 18.tritici, tempore contractus reſpectu
prædij de quo agitur, magna penſio dici poſſet;
6 † quia is, qui magnam penſionem ſoluit, non di
citur cadere a iure ſuo per ceſſationem unius an
ni, quinimo nec amittit melioramenta.Nã quã-
do emphyteuta accipit rem magnæ æſtimatio-
nis,& ſoluit annuatim aliquid modicum,tunc ſi
ceſſat a ſolutione iurans ſoluere, dicitur cadere
a iure ſuo,quia ceſſans in modico uidetur domi
num directum contemnere; quod ſi fictum, &
penſionem notabilem ipſe emphyteuta ſolue-
ret (cuiuſmodi uidetur iſta)quæ eſt fructibus ꝓ-
pemodum correſpondens,tunc emphyteuſi nõ
priuaretur, ſed potius cõductori perpetuo æqui
pararetur, nec melioramenta amitteret, ut per
Paul.a Monte Pic.in Auth.præterea.C.unde uir
& uxor.& Io.Ant.Rub.in l.Gallus.§.quidã rectè
col.pen.nu.207.ff.de lib.& poſth. licet aliter A-
lex.conſ.86.lib.1. Ad ſecundum verò responde-
7 tur † Sebaſtianum,nec per annum quidem a ſo
lutione canonis ceſſauiſſe, quia cum in ſolutio-
ne facta anno 1560, neque D.Io.creditor, neq;
etiam Sebaſtianus debitor elegerit ſtatim tem-
pore ſolutionis, in quã cauſam ſolutum eſſe vo-
lebant, quod facere poterant, iuxta tradita per
Bar.d.l.1.ff.de ſol.conſequens eſt,ut præſumptio
ſit in fauorem dicti Sebaſtiani,uidelicet vt præ-
ſumatur, & intelligatur ſoluiſſe tria ſtaria ex illis
decem & octo,pro canone anni 1559. arg.eorũ
quæ tradit Alex.conſ.39.nu.2.uol.7.& Soc.cõſ.
24.vol.3.Nam quando,neque debitor,neq; cre
ditor eligit,tunc cenſetur fieri ſolutio in cauſam
grauiorem,& duriorem,&antiquiorem.d.l.1.ff.
de ſol.cum duob.ſeq.& Corn.conſ.91.n.25.uo-
lu.1.& Grat.conſ.54.nu.58.& nu.60.uol.1. Atq;
idẽ in terminis emphyteuſis tradit Iaſ.d.l.2. col.
47.uerſ.limita tamen mirabiliter.Id quod etiam
8 comprobatur, † quia ea debet fieri interpreta-
tio ut ſolutio ſemper videatur facta in fauorem
ſoluentis,ut per Dec.conſ.348.nu.2.par.3.Qua
re cum Sebaſtianus, hoc modo conſiderando,
integrè dicatur ſoluiſſe canonem dict.an.1559.
deinde uerò ann.1560.obtulerit ſtaria 18.& præ
terea etiam ſtaria tria, quæ ſupererant, & plenã
ſolutionem omnium annorum decurſorum effi
ciebant: ſequitur ut concludendum ſit eum nõ
cecidiſſe a iure dicti liuelli. Accedit etiam quòd
quamuis emphyteuta iurans ſoluere cadat a iu-
re ſi per annum ceſſat,ut ſup.dixi,ſecundũ doct.
com.iuxta ſuperius allegata, & per Catel.Cot.in
ſuis memorialib.in uerſ.emphyteuſis priuati. &
9 Io.Ant.Trig.ſing.33. † Tamen non defuerunt,
qui exiſtimauerint hanc com.opi.non eſſe uerã,
neque cadere emphyteutam a iure ēt per annũ:
etiam ſi iurauerit,ut tenuit olim Iaſ.d.l.2.col.47.
C.de iure emph.licet poſtea in l.ſiquis maior.C.
de tranſac.ob ea opi.receſſerit.Item nonnulli ēt
ut Roch.de Cur.dixerunt hanc com.opi.non eſ
ſe abſolute ueram,ſed eſſe diſtinguendum, utrũ
emphyteuta ſimpliciter iuraſſet ſtare contractui
aut verò explicitè iurauerit,ut refert Rip.in c.ex
parte.nu.20.de reſcr. Quinetiam expreſsè hanc
opi.com.impugnauit ſubtiliter Augu.Bero.in c.
potuit extra locati nu.55.& ſeqq. vbi dicit ita ēt
ſẽſiſſe glos.in d.c.quærelam de iureiur.Ibiq; Be
roius reſpõdet ad l. ſi quis maior.C. de trãſact.
Quo fit,vt iſta cõmunis opinio nõ ſit abſque cõ
trouerſia,ſed poſita ēt ea pro vera,tollit̃ hoc ſe-
cũdũ fund. ex prima ſolutio. ſuperius aſſignata.

Ad tertiũ autem fundamentum facilè reſpõ
detur,quia imò negatur, ipſum Sebaſtianum ue
niſſe contra pacta appoſita in contractu,uel de-
terioraſſe ipſum prædium,quod non eundo per
mendicata ſuffragia probatur manifeſtiſſimè ex
confeſſione dicti D.Io. dum in quodam inſtru-
mento in quo Sebaſtianus renunciauit dictum
liuellum d.D.Io.promittit d.D.Io.ſoluere,& re-
ſarcire dicto emphyteutæ omnia melioramenta
facta per emphyteutam in dicto prædio emphy
teutico,quod certè D.Io.non promiſiſſet ſi præ
dium eſſet deterioratum. Vnde cum hoc D.Io.
fateri uideatur, nulla poteſt haberi certior pro-
batio,quàm partis aduerſæ confeſſio. l.genera-
liter.C. de conſt.pec.

Adde quòd qui incidit arbores cæduas, uel
etiã fructiferas,& alias ſubſtituit æquè idoneas,
9 non dicitur fundum deteriorare.ut per Paul.de
Caſt.in l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſol.ma.& Ang.
in l.ſi colonus.ff.arb.fur.cæſarum.&Iaſ.in l.1.col.
fi.C.de iure emph.& Alb.Brun.in trac.de augu-
mento.concl.22.prin.n.2.cum ſim.quapropter
licet quaſdam arbores cæduas Sebaſtianus inci
derit, tamen iure ſuo non dicitur eſſe priuatus.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Sermo ſimpliciter prolatum,primo & uno actu perficitur, atque finitur. limitatur tamen numero ſeptimo.*

2 *Legatum, vel fideicommiſſum ſimpliciter relictum fratribus, de primis tantum intelligitur.*

3 *Interpretatio illa ſumi debet, quæ congrua eſt, & rei, de qua agitur adaptatur.*

4 *Vſuſfructus morte finitur naſcitur tamen eodem momento alius in perſona ſecundi ſenioris. numero ſexto.*

5 *Interpretatio ſtricta ſit in legatis.*

CON-

CONSILIVM LIIII.

In Dei nomine.

AD quæſtionem, quæ oritur ex teſtamẽ
to Benedicti de Gerinis de Piſtorio,
dum queritur an dictus affictus re-
manere debeat apud filios & hære-
des Sandri tunc ſenioris, an verò pertineat ad
Antonium & deinceps ad alios pro tempore ſe-
niores. Reſpondendum prima facie uideretur
dictum affictum ſpectare debere ad filios & hæ
redes prędicti Sandri.

1 Primo, † quia ſermo ſimpliciter prolatus pri
mo atque vno actu perficitur atque finitur vt
amplius locum non habeat. l. boues. §. hoc ſer-
mone. ff. de verb. ſignif. Alex. conſ. 16. nu. 9. lib. 4.
l. dotis promiſſio verſ. fi. ff. de iur. dot. Curt. iun.
conſ. 132. cum ſimil. Sed ipſe teſtator poſt mor-
tem dominæ Nannę ſuę vxoris inter alia reli-
quit Gerino dictum annuum affictum, poſtea
vero ſimpliciter protulit hec verba, uidelicet,
poſt cuius mortem voluit redire dictum affictũ
ſeniori & antiquiori, ex ſuis hæredibus, & deſcẽ-
dentibus infraſcriptis: igitur huiuſmodi reddi-
tus ſemel uerificatus in perſona Sandri tunc ſe
nioris, iam uidetur ita conſumptus atque perfe
ctus, ut amplius ad alios ſeniores redire non de
beat, ſed permanere apud filios & hæredes San
2 dri prædictis. Secundo facere uidetur † quoniã
legatum uel fideicommiſſum ſimpliciter relictũ
fratribus intelligitur de primis tantum non etiã
de ulterioribus. Bart. in l. lucius. §. quæſitum poſt
princ. ff. de leg. 3. & Bal. in l. iubemus. §. fi. C. ad
Treb. Accedit etiam ad idem id quod dicit Bal.
Fulg. Paul. & Alex. in l. 1. C. de ſucceſſ. edicto, ubi
dicunt ꝙ ſtatutum loquens de patruo, intelligi-
tur de patruo primo, ſiue proximo non de alio
ſuperiore. Id quod comprobare quoque poſſe
uidetur ex his quę dicit Bal. in c. 1. de filijs nat. ex
matr. ad morg. vbi firmat, quòd ſi regnum ex
conceſſione, redire debet ad primogenitum, id
intelligitur de primo primogenito, non autem
de ſecundo primogenito. Quamobrem ſi pri-
mogenitus ſine liberis moriatur, non deuolui-
tur regnum ad alterum, qui primo ſublato è me
dio, primogenitus dici poſſet. Igitur in ꝓpoſito
quoque caſu dicendum videretur, ſatis eſſe ꝙ
ſemel iſte affictus ad ſeniorem redierit.

Verumtamen rem diligentius perquirenti,
videtur mihi de iure, contra reſpondendum eſ
ſe, videlicet dictum affictum non debere perma
nere apud filios dicti Sandri, ſed ad ſeniores eſ-
ſe pro tempore deuoluendum.

Ratio vero, quę ad hoc dicendum modo me
3 mouet, † quia illa interpretatio ſumi debet, quę
congrua eſt, & aptatur rei, de qua agitur, & uer-
bis diſpoſitionis l. item ueniunt. §. item aptanda
ff. de pet. hæred. & Stephan. de Federic. in tract.
de iuris interpret. parte 3. per l. ſciendum. ff. de
de uerb. oblig. & l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad l. Fal-
cid. Cuius rei ratio aſſignatur, quia vbi non
conueniunt uerba legis, non conuenit etiam
diſpoſitio. l. quarta. §. toties. ff. de damno
infect. l. quod conſtitutum. de milit. teſtam. At
ſi nos interpretemur illa uerba ſeniori & anti-
quiori, uerificari ſolum in primo actu, utique hu
iuſmodi interpretatio non cõueniret uerbis di-
cti teſtamenti; ergo ea uerba non ita ſunt intel-
ligenda, ut affictus remaneat apud hæredes pri-
mi ſenioris, & non deuoluatur ad alios pro tem
pore ſeniores. Quod autem talis interpretatio
verbis teſtamenti non quadret, ex eo potiſſimũ
conſtat, quia in teſtamento dicitur, quod ſi vſu-
fructuarij, quibus affictus relictus eſt, non con-
ſeruauerint conditiones appoſitas per teſtato-
rem, tunc affictus deueniat ad alium ſeniorem
ex ſuis hæredibus & deſcendentibus, deinde ſu
bijcit, & in eius defectu non implentis, dicta bo-
na & fructus reuertantur ad alium ſimiliter ſe-
niorem, ex dictis ſuis deſcendentibus, & in defe
ctu tertij ſupraſcripti non facientis, & non adim
plentis, vt ſupra, voluit dicta bona redire cum
dicto affictu ad operam & operarios Sanctæ
Marię humilitatis de Piſtorio. Ex quibus
uerbis colligitur ipſum teſtatorem non ſenſiſſe
neque voluiſſe, vt dictus affictus remaneret a-
pud filios dictorum ſeniorum & antiquorum
ex ſuis hæredibus, quia ſi teſtatorem ita intelle-
xiſſe diceremus, profectò dicere etiam cogere-
mur nunquam dari poſſe caſum, in quo propter
inobedientiam & contumaciam primi ſenioris,
affictus deueniret ad ſecundum, vel tertium ſe-
niorem, uel ad operam Sanctæ Mariæ Humilita
tis de Piſtorio. Quia ſi admitteremus ꝙ filij ſe-
niorum deberent retinere dictum affictum, vti-
que alij ulteriores ſeniores & opera Sanctæ Ma
riæ Humilitatis priuarentur dicto affictu, neque
unquam præterea dictum affictũ obtinere poſ-
ſẽt. Quod ſi reſpõderetur hũc caſũ tũc dari po-
ſe, cum primus ſenior, uel alij neglexiſſent ea ſer
uare, quæ teſtator diſpoſuit; tunc autem demum
filios ſeniorum admitti quando ipſorum pater
ea ſeruaſſet, Replico quòd implementum patris
circa uoluntatem teſtatoris adhibitum ſolũ ope
rari poteſt, ut pater non debeat dicto affictu pri
uari, donec uoluntatem teſtatoris implet, ſed ta-
le patris implementum, quo ad illius filios, non
operatur neque efficit, ut eorum filijs affictus
acquiratur, uel conſeruetur, Nam aut nos dici-
mus quod huiuſmodi legatum, quo relinquitur
annuus affictus ſtariorũ 89. tritici ſolitũ exigi &
extrahi ex molendino & bonis a Trincamoſto,
dicitur legatum uſusfructus, ſicut uocatur in te-
ſtamento; & tunc concludendum eſt, dictum af-
fictum nõ poſſe ad filios iſtorum ſeniorum per-
tinere, quia cum uſusfructus ſit legatus ſeniori-
bus, conſequens eſt, ut extinguatur cum perſo-
na cuiuslibet ſenioris implentis uoluntatem de
4 functi, † quia uſusfructus finitur morte. §. finitur
inſtitut. de uſufr. l. corruptionem. C. eod. Ruyn.
conſ. 122. nu. 7. uolum. 4. præſertim cum certum
ſit, in uſusfructus conſtitutione non ſubintelligi
hæredem

hæredem, uel perſonam aliam quàm expreſſam, niſi de hoc conſtet, l. cum antiquitas, ubi etiam glo. in uerbo cum hærede, C. de vſufr. Aut uero nos uolumus, huiuſmodi relictum non eſſe legatum uſusfructus, ſi quidem non omne ius quod in illis bonis eſt, ut accidit in uſufructu, ſed certa quædam ac determinata menſura tritici relinquitur, propterea ꝗ; uerius eſſe dicamus, talę relictum eſſe legatum fructuum prouentuum, ac redditum factum in fauorem animæ dicti teſtatoris, & tunc quoque firmandum eſt ad filios ſeniorum non poſſe tranſire; quia cum In dicto legato non ſit habita aliqua mentio filiorum naſciturorum ex dictis ſenioribus, manifeſtum eſt dictos filios ſeniorum, quamuis eorum patres ſeniores uoluntatem teſtatoris cuſtodiuiſſent, tamen ad legatum fructuum non eſſe uocatos,

5 †quandoquidem in legatis ſtricta interpretatio fit. l. nummis. ff. de leg. 3. Dec. in l. in teſtamentis ff. de reg. iur. num. 3. Et propterea dici poteſt tale legatum pertinere ad eos qui pro tempore ſeniores erunt, ipſiſq; ſolum factam cenſeri prohibitionem de non alienando, ut dicitur in teſtamento, & in eorum perſonam inductum eſſe fideicommiſſum argumento, l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. 1.

Nec obſtat ſiquis diceret, quòd primo ſeniore implente voluntatem defuncti legatum non tranſit amplius ad alios ſeniores, qui vocari tãtum uidentur quando aliquis eorum contrafecerit uoluntati defuncti, ſed primo ſeniore implente, debaat uſusfructus redire ad hæredes teſtatoris & conſolidari cum proprietate §. uſuſfructus, inſtit. de vſufr. Quoniam ad hoc reſpondetur, quòd, quemadmodum ſupra dixi, aut hoc appellatur legatum iuris uſusfructus, & tũc mortuo primo implente non poteſt fieri conſolidatio cũ proprietate, quia ſtatim ut primus ſenior decedit, licet uſusfructus in eius perſona finia-

6 tur, †tamen eodem mométo naſcitur alius uſusfructus in perſona ſecundi ſenioris, arg. d. gloſ. in uerbo cum hærede in l. cum antiquitas. C. de uſufructu, conſequenter que ſemper durat uſusfructus, neque poteſt fieri conſolidatio donec ſuperſunt aliqui eorum, quos teſtator vocat vſufructuarios. Aut uerò, quod eſt probabilius hoc relictum eſt legatum fructuum non autem iuris uſusfructus, & tunc ceſſat conſideratio conſolidationis, quę locum habet cum de uſufructu nõ autem de ipſis fructibus diſputatur. d. §. uſusfructus; & propterea firmum remanet tale legatũ ad ſeniores pro tempore pertinere, non autem ad eorum filios, néque ui cõſolidationis ad proprietatem redire, nec ad alios teſtatoris hęredes ſpectare.

Hac opinione firmata, nõ obſtant ea quę primo loco pro contraria parte deducta fuerunt.

Ad primum enim dum dicebatur, quòd ſermo ſimpliciter prolatus perficitur in primo a-

7 ctu, Reſpondetur, †prædictam regulam limitari ut non procedat quando per primum actũ non eſſet ſatisfactum menti, & intentioni diſponentis, ut tradit Bal. in l. fideicommiſſa §. ſiquis alicui. ff. de leg. 3. & ſequitur Tiraquell. in prædicta l. boues. §. hoc ſermone in 6. limitatione nu. 1. ff. de uerb. ſignif. Sed ſi diceremus ſermonem dicti Benedicti teſtatoris ſimpliciter prolatum in vnico actu perfici atque finiri, proculdubio non eſſet ſatisfactum mẽti ipſius teſtatoris, qui iuxta prædicta pręſuppoſuit dari poſſe caſum, in quo affictus deueniat ad ſeniores vlteriores; Ergo diſpoſitio dicti teſtamenti dicentis ſeniori & antiquiori relinquitur, non in ſolo vnico actu perficitur.

Ad ſecundum vero dum dicebatur relictum factum fratribus intelligi de primis tantum; & ſtatutum loquẽs de patruo uerificari in patruo primo; & conceſſionem factam primogenito non extendi ad ulteriorem, reſpondetur, prædicta omnia locum ſibi uendicare niſi ex uerbis, uel coniecturis veriſimiliter colligeretur, intentionem mentemque diſponentis aliam extitiſſe & ita hoc intelligit & limitat Tiraquell. d. §. hoc ſermone in 12. limit. num. 1. Verum ſicut ex prædictis patet, hic alia fuit mens & intentio diſponentis, quippe qui non uoluit, ut apud hæredes tantũ primi ſenioris affictus remaneret, ſed cõſiderauit etiam dari poſſe caſum, quo prædictus affictus deueniret ad alios ſeniores, & antiquiores remotiores; Ergo diſpoſitio dicti Benedicti teſtatoris nõ poteſt verificari ſolum in vno actu ſed extenditur etiam ad ſeniores vlteriores.

Quod ſi diceretur, tunc etiam affictum dici peruenire ad ſeniores, ſiquidẽ perueniat ad ſeniores ex filiis, & hæredibus Sandri. Reſpõdeo quod teſtator diſpoſuit generaliter affictũ peruenire debere ad ſeniores ex ſuis hæredibus & deſcendentibus, & conſequenter ad ſeniores ex omnibus deſcendentibus, quia indefinita æquipollet uniuerſali l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. l. ſi pluries. ff. de leg. 3. non autem ſe reſtrinxit teſtator ad ſeniores procreatos ex quibuſdam ſuis deſcendentibus, quemadmodum dicere cogeremur, ſi eam faceremus interpretationẽ, ut apud filios Sandri dictus affictus tantum conſiſteret.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore iudicio ſemper ſaluo.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 Creditur in dubio an præſummatur rem iure pignoris, & non dominij poſſidere.

2 Aſſignatio ſimpliciter facta quando dominiũ transferre ſoleat & quòd in ſententia conſueuit. nu. 3.

4 Mandatum cum libera habens quare compromiſſum facere poſſit.

5 Sententiam etiam contra dominum fieri poteſt ſi in compromiſſo apponatur clauſula, de plano, ſummarie, & ſine ſtrepitu iudicij &c.

6 Procurator perſona domini cenſetur.

CON-

CONSILIVM LV.

Diuino nomine implorato.

QVONIAM ſupraſcripta cõſultatio
uidetur mihi iuridica, & ab Exc. Do.
Carolo Nanta Caualc. vti fratre ho
norando copioſe & ſubtiliter expli-
cata, idcirco, ut ſubſcriberem duntaxat requiſi-
tus, libenter eius opinioni breuiter ſubſcribo.
Quod enim attinet ad primũ caput, quo du-
bitatur an prædium, de quo agitur, cenſeatur
ab initio aſſignatũ Peregrino uti pignus, an ve-
ro tanquam datum inſolutum; concludendum
arbitror prædictum prædium cenſeri datum in
1 ſolutum, non autem in ius pignoris, † quia licet
creditor in dubio præſumatur poſſidere rem iu
re pignoris, & non iure dominij, ut per Afflictũ
in deciſ. 373. num. 6.
Tamen in caſu noſtro ſecus dicendum vide-
tur, quia cum agitur de dote, ſicuti in caſu no-
2 ſtro, † tunc aſſignatio ſimpliciter facta dominiũ
transferre ſolet, quemadmodum, ultra addu-
cta per d. conſulentem, firmat Bapt. de S. Blaſ. in
tract. de priui. dot. in priu. 81. nu. 81. & Barth. Ce
pol. in l. aſſignare col. 2. uerſ. in contrarium. ff. de
uerb. ſignif. & eſt communis opinio, ut atteſta-
tur Soci. conſ. 60. incip. conſilijs noſtris nume-
ro 3. primo nol.
Nec obſt. dicta deciſio Affl. 373. quia non lo
quitur de dote, in qua facienda eſt benigna in-
terpretatio l. in ambiguis. ff. de iu. dot. l. in am-
biguis. ff. de reg. iur.
Quod uerò attinet ad ſecũdum caput, in quo
quæritur an uirtute compromiſſi & laudi in-
de lati dominium dicti prædij tranſierit in Pere
grinum; firmandum videtur, prædium prædictũ
in Peregrini dominium tranſijſſe, neque ab eo
poſſe auocari ſine ſuo facto, quia arbitratores,
ex autoritate ſibi a partibus conceſſa, dicunt in
eorum ſententia ſiue laudo ſe dare & aſſignare
3 dictum petium terræ prædicto Peregrino, † un
de per uerbum aſſigno, in ſententia prolatum,
ſueuit transferri dominium, ut per Bapt. in d. pri
uileg. 81. & Bart. in l. a diuo Pio §. ſi pignora. ff.
de re iudic. & Bal. in l. ordo colu. pen. in fi. uerſ.
quæro utrum. C. de executio. rei iud. & cap. per
tuas de donat.
Nec obſtat quòd ipſi procuratores uidean-
tur non habuiſſe poteſtatem compromittendi,
quaſi hoc eis expreſſe, & ſpecifice in mandato
non fuerit conceſſum: Quoniam reſpondetur,
imo procuratores iſti poterant compromittere
4 † quia qui habet mandatum cum libera poteſt
facere cõpromiſſum ut tradit Ioan. Bapt. Peruſ.
in tracta. de arbitr. lib. 2. cap. 15. num. 2. Nam mã
datum generale cum libera æquipollet ſpeciali,
& tantundẽ operatur vt dicit Deci. in cõſ. 404.
num. 6. uol. 3. & conſ. 690. num. 5. & Gratus con
ſi. 37. num. 3. uol. 2. Sed hi procuratores, qui cõ
promiſerunt, habebant mandatum cum libera,
prout demonſtrant illa verba, Dans &c. quæ ſe-
cundum ſtylum notariorum Florentinorum, &
ſecundum doctores ita extenduntur videlicet,
dans plenum ac liberum mandatum cum plena
& libera poteſtate &c. ut per Fely. in c. nonnul-
li. §. 1. col. prima in prima limit. de reſcript. & An
gel. Aret. in §. præterea etiam, num. 32. uerſ. Ad
unum tamẽ ſingulariter, inſtitut. de exception.
ergo potuerunt cõpromittere perinde ac ſi ad
iſtud habuiſſent ſpeciale mandatum.
Neque obſtat, quòd uideatur dicendum nõ
debuiſſe ferri ſententiam cõtra dominum prin-
5 cipalem † quia cum in compromiſſo apponatur
clauſula, de plano, ſummarie, de facto, ſine ſtrepi
tu, & figura iudicij, prout fuit appoſita in caſu
noſtro; tunc etiam contra dominum ferri ſen-
tentia poteſt, ut per Guid. Pap. in deciſ. 431. in-
cip. debet de iure, num. 1. ubi dicitur nil referre
contra quem feratur ſentẽtia appoſitis his clau
ſulis, & propterea poteſt etiam ferri contra do-
minum, ſi, prout hic accidit, procurator eſt præ-
ſens, vt ultra tradita per d. conſultorem tradit
Sebaſt. Vant. in tracta. de nullit. ex defectu citat.
num. 86. & poteſt huius rei ratio aſſignari ſcili-
6 cet † quia procurator cenſetur perſona domini,
ut tradit idem Sebaſt. in tract. nullit. ex defec. in
habilit. ſiue mandati comparentis, numer. 174.
cum ibi deductis.
Quibus omnibus rebus concluditur, prædi-
ctum Peregrinum in hoc iudicio obtinere de-
bere, præſertim cum ex prædictis pateat ſeruatã
eſſe formam ſtatuti, atque etiam probata nõ ui
deatur conſuetudo, quæ præſupponitur in fauo
rem aduerſæ partis, ut copioſe demonſtratũ fuit
per Excell. D. conſulentem.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Indictionis omiſsio contractum non uitiat, uigente conſuetudine vt illa omittatur.*
2 *Conſuetudo quomodo deduci articulari atq; probari debeat.*
3 *Iuramentum an & quãdo habeat uim guarentigia.*
4 *Conſuetudine in probanda oſtendi debet ita obtentũ in contradictorio iudicio.*
5 *Conſuetudinem ad probandam, quando ſufficiat librorum editio.*
6 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, proque eo præſumitur.*
7 *Inſtrumentum ſi negetur eſſe authenticum, iuramẽto uel literarum comparatione probandum eſt.*
8 *Mandatum ad pecuniam recipiendam non probatur niſi ex inſtrumento mandati, cum de ſolutione & eius exactione agitur.*
9 *Mandato ad agendum ſeu locandum habens non habet ad exigendum.*
10 *Contrauenire renuncians, intelligitur ſi modicè lædatur.*

CON-

CONSILIVM LVI.

In Dei nomine.

AD aperienda dubia ſubtiliter excita-
ta cõtra Nobilem Carolũ Tignoſiũ
quędam inferius dicam, quę pro tuẽ
do iure prædicti Caroli maximè cu-
pio ut Exc. V. diligenter conſideret.

1 Ad primum enim dum obijcitur,† ꝙ omiſſio
indictionis contractum non uitiat, uigente con
ſuetudine, ut indictio omittatur, iuxta doctri-
nam Bartol. in l. generali, nume. 13. C. de tabul.
2 lib. 10. Reſponderi poteſt, † quòd conſuetudo
debet deduci, articulari, atque probari, ut dicit
Bart. in l. de quibus. ff. de legib. & doctores in c.
fi. de conſtit. lib. 6. Alex. conſ. 173. col. 1. nu. 2. &
3. vol. 6. Corn. conſ. 83. Circa primum col. 5. uo-
lum. 4. & Soci. iun. conſ. 65. num. 36. parte 1. Itē-
que oportet ut conſuetudo ſaltem per duos te-
ſtes probetur l. conſuetudinis ubi Bart. num. 30.
C. quæ ſit longa conſuet. Quin etiam opus eſt,
ut teſtes deponant de uiſu illius actus, cuius al-
legatur conſuetudo, Alex. conſ. 45. lib. 2. num. 3.
incip. Viſis atteſtationibus, & idem Alex. in con
ſi. 131. uolum. 2. numer. 9. uerſ. nec obſtat, & De
ci. in conſ. 215. parte 2. In uertente nu. 2. uerſic.
Tertio quia. At in caſu noſtro conſuetudo circa
indictionem non fuit articulata, neque probata
ut patet ex actorum inſpectione; Ergo iudex,
qui debet iudicare ſecundum acta & probata l.
Illicitas. §. ueritas. ff. de off. pręſid. non debet prę
ſumere, quòd uigeat huiuſmodi conſuetudo,
quoniam cum cõſuetudo ſit quid facti l. de qui
bus. ff. de legib. ubi doc. non præſumi debet l. in
bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. ſed is
qui allegat debet probare l. eum qui. ff. de pro-
bat. quare cum Ioan. Bapt. Guidobon. actor, qui
in ea uim facit, non articulauerit, neque proba-
uerit conſuetudinem cõcludendum merito eſt,
eum ex hoc capite obtinere non poſſe.

Ad ſecundum uerò dubium, in quo dicitur, ꝙ
de more illius loci præceptum guarentigiæ nõ
conſueuit apponi, & quòd licet apponi conſue
uiſſet, tamen illius omiſſio hoc caſu non impe-
diret executionẽ, † quia adeſt iuramentũ, quod
3 habet uim guarentigię iuxta tradita per Anto.
de Petr. in l. 1. num. 222. ff. de iureiur. per Exc.
V. excitatum. Reſponderi poteſt, quòd non om-
ne iuramentum hanc uim habet, ſed illud, quod
defertur a parte parti, ueluti ſi dicatur in inſtru
mento, quòd cum de prædictis poſſet dubitari
idcircò dictus debitor ſeu promiſſor detulit iu-
ramentum creditori, qui iurauit dictam ſummã
ſibi deberi; tunc enim huiuſmodi iuramentum
efficit, ut inſtrumentum habeat executionẽ pa-
ratam, & de hoc iuramento loquitur Ant. de
Petr. d. l. 1. num. 222. ff. de iureiur. & de hac quo
que ſpecie iuramenti loquitur Bart. in l. 2. in fi.
ubi Alex. ff. de iureiur. dum dicit iuramentũ ha-
bere uim guarentigiæ. & ita quoque expreſſe di
cit Matthesil. in ſing. 20. Incip. nota bonam pra-
cticam; Atque idem etiam ſentit Marc. Ant. Ba
uer. in tract. de uirtute iuram. uerſ. trigeſimo-
nono, num. 55. dum tradunt, ex iuramento in-
ſtrumenta ſumere executionem. Sed iuramen-
tum, de quo agitur non eſt huiuſmodi, ſed ſolũ
interponitur pro obſeruantia promiſſorum, me
ritò concludendum exiſtimo, illud iuramẽtum
non producere executionem. Praterea uideo,
doctores non abſolute firmare; quòd iuramen
tum illud a parte parti delatum producat execu
tionem, quinimò Bart. in d. l. 2. fatetur quòd cõ
ſuetudo hunc modum non adinuenit, & idem
etiam affirmat Matthesila. in prædicto ſingul.
20. & Marc. Ant. in loco ſupracitato dicit hanc
practicam non ſatis eſſe tutam; & multos firmaſ
ſe contrarium.

Ad tertium, vbi dicitur, ſecundum conſuetu-
dinem illius regionis, ſubſcriptionem plurium
mercatorum ſuccedere in locum literarum le-
galitatis, & de hac conſuetudine conſtare per
plura inſtrumenta. Reſpondetur ꝙ conſuetudo
non admittit probationem per ſimiles literas,
vt tradit Bertrand. in conſi. 132. volum. 2. nu. 7.
& 8. in antiqui. Quinimmo ſecundum opinionẽ,
4 quam plerique ſecuti ſunt,† in cõſuetudine pro
banda, oſtendi debet, ita obtentum fuiſſe in cõ-
tradictorio iudicio l. cum de conſuetudine. ff. de
legib. gl. in §. non ſcripto, inſt. de iure nat. gent.
& ciu. & gl. rub. C. quæ ſit longa conſuet. & Alex.
in conſ. 173. Viſo diligenter. num. 8. volum. 6.
Aret. d. §. ex non ſcripto in verſ. 2. principaliter,
num. 10. ubi Ioan. de Platea. colum. 1. ver. 2. quod
moribus & ibidem Nicola. de Neap. colum. fi. &
idem firmat Dec. conſ. 213. parte 2. num. 2. uerſ.
tertio quia, & Hieron. Gratus in conſ. 100. num.
28. lib. 1. Ex quibus omnibus demõſtratur, quòd
conſuetudo non probatur ex plurium inſtrumẽ
5 torum editione:† & licet Fely. in c. inter dilectos
de fide inſtrumentorum. dicat ad probandam
conſuetudinem ſufficere editionem librorum,
id tamen intelligitur procedere, quando cõſue-
tudo notoria eſt tunc enim non indiget proba-
tione. l. vetuſtiſſimã. C. de iure domi. impetran.
vbi Angel. & Soc. conſi. 44. colum. 4. uerſi. circa
ſecundum fundamentum, lib. 1. & Curt. iun. con
ſi. 106. colum. 2. nu. 5. & Crauetta in tract. de an-
tiq. temp. parte prima in ſectione ampliatur nũc
nume. 16. quare cum de conſuetudine iſta non
conſtet, neque probetur id obtinuiſſe in contra
dictorio iudicio, neque ſit notoria, meritò con-
cludendum exiſtimo, prędictum Ioannem Bapti
ſtam actorem nil adiuuari a prędictis mercato-
rum ſubſcriptionibus.

Ad quartum, in quo dicitur non fuiſſe neceſ-
ſe probare quòd ipſæ ſubſcriptiones eſſent con
ſcriptæ manu ipſorum mercatorum, quaſi pro
ipſo inſtrumento pręſumi debeat iuxta tradita
per Bar. & Bal. in l. cum precibus. C. de prob. Re
6 ſpondetur,† ꝙ licet præſumatur pro ipſo inſtru-
mento publico, quod eſt probatio probata, vt
per Bal. in l. Imperator in 2. col. ff. de ſtatu hom.

Bart.

Bart.in l. 1.in princ.ff.de no.op.nunt.tamen ipſæ ſubſcriptiones appoſitæ in dicto inſtrumento ſunt ſcripturæ priuatæ, quæ cum uerificatæ non ſint, nullam fidem faciunt ut per Afflic. in deciſ. 75. incip. diu eſt, nume. 6. Et propterea in
7 propoſita ſpecie, † ubi negatur inſtrumentum eſſe authenticum, requiritur alia probatio, ſicut quando negatur inſtrumentum ſcriptum eſſe a notario, ſeu negatur inſtrumentum eſſe publicum, oportet id ipſum probare, uel per iuramētum, uel per comparationem literarum, ut per Angel. in Auth. de hæred. & falc. §. hine nobis col. 1. num. 31. uerſ. ſuper gloſ. eadem. Iaſ. in l. Barbarius, col. 11. uerſ. extra gloſ. quærit Bart. ff. de off. prætoris, & Alci. in tractatu præſumpt. in præſumpt. 13. num. 18. & quòd in terminis notariatus, ubi opponitur inſtrumentum non eſſe authenticum, debeat probari contrarium, plura citat Crauett. in conſilio ſeptuageſimoſecundo. numer. primo & 2. parte prima & conſ. 150. num. 2. parte 1.

Ad quintum, quatenus dicitur, prędictũ Io. Bapt. præſumi procuratorem propter inſtrumentum crediti, quod ipſe pœnes ſe habet, iuxta doctrinam Bart. in l. fi. C. de pact. conuent. Re
8 ſpondetur † quòd in caſu noſtro mandatum nō dicitur probatum, licet Ioannes Bapt. retineat apud ſe inſtrumentum crediti, quia hic agitur de ſolutione & exactione pecuniæ faciēda, quo caſu certum eſt, mandatum ad recipiendam pecuniam factum non probare niſi ex inſtrumento mandati, ut dicit Bal. in l. falſus col. pen. uerſ. utrum autem num. 27. C. de fur. & Alex. in l. 1. col. fi. C. de procurator. Et conſtat quòd nemo poteſt agere alieno nomine ſine mandato, niſi ſit perſona coniūcta l. ſi pupillus §. pen. ff. de negoc. geſt. & l. nemo alieno. ff. de reg. iur. & Mart. de Fano, in tract. de except. in princ. numero 3.
9 † quinimo ſi mandatum haberet ad agendum; non propterea tamen haberet mandatum ad exigendum, nec ei ſolui debet l. hoc iure. ff. de ſolut. l. ſed ſi tantum. ff. de pact. l. ait prętor col. 1. ff. de re iud. Quemadmodum dicimus, quòd habens mandatum ad locandum, nón cenſetur habere mandatum ad exigendam penſionem, ut per Roman. cōſ. 461. incipiente in eo quod quæritur. Et propterea procurator recipere ſolutionem non poteſt, niſi mandatum ad hoc habeat ſpeciale l. uero. ff. de ſol. nec poteſt ſine mādato ſpeciali liberare d. debitorē iux. l. 3. ff. de accepti. l. & per iuſiurandum §. tutor. ff. eo. Neq; obſt. doctrina Bart. in d. l. fi. C. de pact. conuent. quoniā Bart. ibi loquitur de marito, qui propter receptionē inſtrumēti præſumitur procurator vxoris, & per conſequens loquitur de perſona coniuncta, neque loquitur de procuratore ad exigendum.

Ad ſextū dum augetur difficultas per doctrinam Paul. Caſtr. in l. ſtipulatio iſta §. alteri. ff. de uerb. oblig. qui dicit, quòd quando promiſſio fit Titio, & alteri ad ſolutionē adiecto, tūc adiectus videtur eſſe procurator datus. Reſpōdetur quòd Paul. ibi præſupponit quòd non ſoluatur procuratori, eo quòd certus ſit ille, qui eſt adiectus, & non agat ſed recipiat, & conſtet de illius adiectione, hic verò non conſtat de ſpeciali mandato.

Ad ſeptimum & ultimum dũ dicit quòd prædictus Carolus non poteſt opponere exceptionem, quòd alieno nomine egerit; quia Carolus in d. inſtrumento renũtiauit omnibus exceptionibus; reſpondetur quod ſi ſolueret non viſo mandato ſpeciali, ſibi ualde poſſet præiudicare
10 quo caſu non cenſetur renunciaſſe, † quia renũtians contrauenire, intelligitur ſi modice lędatur, Imol. in c. cum contingat, de iureiur. Et Cępol. de ſeruit. c. de aquæductu, & ideò renuntians exceptioni doli intelligitur renuntiaſſe exceptioni reſpectu paruæ quantitatis, non magnæ Bart. in l. ſiquis cum aliter. ff. de uerb. oblig. Corn. conſ. 189. nume. 9. vol. 1. Et licet iuramentum interuenerit, tamen renũtiatio intelligitur facta, ſi non lædat enormiter, Corn. conſ. 177. num. 39. in 2. vol.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loci vbi quis conueniatur an ubi contractus celebretur, attendatur. & quid inter ſubditos territorio, num. 1.*

CONSILIVM LVII.

Diuino nomine implorato.

IN caſu propoſito augetur dubium pro parte affirmatiua, quia quando ſtatutum loci, unde quis eſt, prohibet aliquem contrahere in eius fauorem, ne decipiatur, tunc tale ſtatutum afficit perſonam ſubditam vbiq; etiam extra territorium, per Ioan. Bapt. Sanſeuer. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. num. 101. Vbi ponere vide-
1 tur hunc caſum in ſpecie; † dicit enim quòd Senenſis minor vigintiquinque annis contraxit Florentiæ cum alio Senenſi minori 25 annis. & & is, qui obligatus eſt, conuenitur Senis, obijcitur, quòd obligatio eſt nulla propter Senenſe ſtatutum, quo cauetur, quòd minor non poſſit ſe obligare ſine cōſenſu &c. Replicabatur quòd contractus erat celebratus Florētię, vnde debet attendi ſtatutum Florentinum, quo cauetur q; contractus factus a minore 27. annis ſit nullus, quæritur an ſeruetur ſtatutum Senāſe, quaſi cōtractus ſit initus inter Senenſes. An uerò ſtatutum Florentinum, quia contractus fuit celebratus Florentiæ; & tandem deciditur, quòd debeat obſeruari ſtatutum Senenſe vbi conuenitur, & non Florentiæ, vbi inita eſt obligatio, ita in propoſito deberet ſeruari ſtatutum Florentinum, vbi conuenitur, & non id quod ſeruatur Romæ, vbi

vbi obligatio eſt inita. Reſponderi tamen poſſe puto ad omnia ſupradicta.& Primo.

2 Non obſtat primum dubium,videlicet,†quòd inter ſubditos territorio debeant ſeruari ſtatuta territorij.d.l.fi.quia reſpondetur, quòd illud verum eſt tantum quoad ordinationem litis, veluti ſi ſtatutum diſponeret,qnòd daretur,uel nõ daretur libellus, uel qualiter deberet lis conteſtari, tunc enim ſeruarentur ſtatuta Florentina, quia Florentię agitatur iudicium, Ray. Foroliu. in repet.l.omnes populi,col.24.num.86.uerſ.circa primum.ff.de iuſt. & iur. Sed quoad deciſionem, & quoad ſolemnitatem naliditatéque ſtatuta loci ſeruantur ubi factus eſt contractus d.num.86.& Sanſeuer.in l.cunctos populos num.101. uerſ. quidam aduocati C.de ſumma trinit.

Non obſtat ſecundum per doctrinam Bart. nu.32.quia ille caſus diuerſus eſt a noſtro, qnia ibi prohibitio eſt in perſonam, prohibet enim principaliter perſonam minoris teſtari, meritò includit ſubditum vbique, & eum extra territorium afficit, Bart.d.l.omnes populi.q.6.& Sanſeuer. in d.l.cunctos populos num. 103. Sed in ſtatuto, de quo nos modo agimus prohibitio non eſt principaliter in perſonam, quia non dicit,quòd contrahere nõ poſſit minor, ſed quòd non valeat contractus, Bart.l. ſi quis pro eo in princ.ff.de fideiuſſor.unde nõ debet ſeruari ſtatutum loci Florentiæ,vbi agitur, ſed id quod ſeruatur Romę,ubi factus eſt contractus.

Non obſtat tertio autoritas Sanſeuer.nume.101.qnia reſpondetur, quòd ſtatutum noſtrum de quo modo agimus, principaliter inhabilitat actum, & dat formam ratione perſonæ,quo caſu attenditur ſtatutum loci contractus, non originis, Bal.d.l. fi. de iuriſdict. om. iud. Sanſeuer. num.103.uerſ. tertius quando; Sed in caſu,quē ponit Sanſeuer.d.num.101. & quam poſuimus ſupra in 3.dubio,ſecus eſt,quia ibi ſtatutum Senenſe nõ inhabilitat actum, ſed inhabilitat perſonam, & dat formam, quo caſu bene inſpicitur ſtatutum originis d.Sanſeuer.numer.103. uerſ. quartus quando.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua durante in uiduitate,quomodo in primo matrimonio eſſe dicatur.& num.4.*

2 *Ratio quando eſt unica licet non expreſſa, ex ea ducitur argumentum.*

3 *Fratres,qui mortis tempore in uiduitate ſunt,ad legatum admittuntur non ſolum qui nunquam vxores duxerunt, teſtamento loquente de his qui inuenientur ſine nubere.*

5 *Ratio unica nunquam in diſpoſitione præſumitur.*

C O N S I L I V M L V I I I.

In Dei nomine.

IN propoſita ſpecie, Primo animaduertendum eſt, quòd illa uerba teſtamenti, qui inuenientur ſine nubere, nihil aliud videntur ſignificare, quã qui inuenientur ſine nuptijs: Nuptiæ enim, & nubere ſunt coniugata, quandoquidem nuptię a nubendo dicuntur ſecundum Alciat. in l. tabernę.ff.de uerb.ſignif. a quibus quidem coniugatis licet argumẽtari l.1.§.peculiarem.ff.de tribut. Secundo animaduertendum eſt, quòd illa uerba,qui inuenientur ſine nubere uel ſine nuptijs, intelliguntur qui inuenientur ſine nuptijs tempore mortis ipſius patris;quia qualitas adiũcta uerbo regulatur ſecundum tempus uerbi l. in delictis §.ſi extraneus.ff.de noxa.action.l. ſi titius.ff. de milit. teſtam. Quibus ſic explicitis primus, & ſecundus caſus expeditam habent reſponſionem. Fratribus enim, qui tempore mortis patris vxorem habebant, certum eſt non deberi legatum, quia tunc non reperiuntur ſine nuptijs;& propterea cui non conueniunt uerba diſpoſitionis, nõ conuenit etiam diſpoſitio l.4. §.toties.ff.de dam. infect.l. quod conſtitutum, de milit. teſtam.Fratres autem,qui tẽpore mortis eorum patris, adhuc non nupſerant; dubio procul legatum conſequi debent iuxta teſtatricis diſpoſitionem,quæ ſeruari debet.§.diſponat in Auth.de nupt.

Sed maiorem dubitationem habere uidetur tertius caſus, in quo præſupponitur eos fratres in uita patris vxorem accepiſſe,quæ tamen tempore mortis eiuſdem deceſſerat.Nam prima ratione dicendum uidebatur, dictos fratres, qui tempore mortis patris erant in viduitate nõ debere conſequi legatum.

Primo, quia cum ſemel acceperint uxorem,li
cet deceſſerit, tamen non dicuntur eſſe ſine nu-
ptijs, ſed dicitur durare primum matrimonium
1 † quia vidua durante in uiduitate dicitur eſſe in
primo matrimonio l.fi.§.ſoluto.C. de bon. ma-
ter. & in Auth. de nupt.§. nuptialibus,& Repe-
ten.in rub.ff.ſol.matr. poſt Bart.in l.filii.§.uidua
ff.ad municip. Secundo quia ratio cur teſtatrix
ijs tantum reliquit, qui eſſent ſine nuptijs, ea tã
tum uidetur poſſe aſſignari,videlicet quia ij qui
nupti eſſent,non uidebantur ita agere,cum par-
tem fortaſſe a patre accepiſſent,ſicut egebant il
li qui erant ſine nuptijs, uel quia uoluit his relin
quere, ut facti colegato locupletiores, facilius
2 nuberent.; unde †quando ratio eſt unica, tunc
ex ea poteſt duci argumentum, quamuis ratio
non ſit expreſſa l.quamuis.C.de fideicom.ſed in
ijs, qui erant in uiduitate, hæc ratio ceſſat, ut ſu
pra, ergo ceſſat etiã diſpoſitio l.adigere §.quã-
uis.ff.de iure patron.

Verum his minime refragantibus; & uerius
3 eſſe crediderim, †fratres, qui tempore mortis
in viduita-

in viduitate ſunt admittendos eſſe ad legatum;
In quam opinionem potiſſimum uenio, quia cũ
tempore mortis patris uxor prædictorum fra-
trum deceſſerit, utique dicuntur tunc eſſe ſine
nuptijs; quemadmodum dicitur ſine liberis ille
qui habuit liberos; qui tamen tempore mortis
eius deceſſerint c.nam & ego extra de uerb. ſi-
gnif.c. Raynutius, ubi gloſ. in uerbo filium extra
de teſtam.& l.ex facto §.ſiquis autem.ff.ad Tre-
bell.ubi dicitur, quòd ſiquis ſuſceperit filium,
quem viuus amiſerit, uidebitur ſine liberis de-
ceſſiſſe; quia ut dicit ibi gloſ. in uerbo deceſſiſſe
prædictus filius non durauit, & propterea ſatis
eſt eos tempore mortis non fuiſſe nuptos, quia
illa dictio (ſine) ſignificat ſimplicem abnegatio-
nem, ut per Galia. in l. Centurio, num. 31 1.ff.de
uulg.& pupill. Qua opinione ita firmata, nõ ob
4 ſtat, quod primo loco dicebatur † videlicet viduã
durante viduitate cẽſeri in primo eſſe matrimo
nio; quia id procedit quoad commodum ipſarũ
viduarũ. & ideo quatenus ad conſequẽdũ com
modum pertinet, perinde eſt ac ſi matrimoniũ
duraret, in fauorem eorum: & ideò uidua dici-
tur retinere eadem priuilegia, quæ habent nu-
ptæ, ut habetur in l. quoties. C. de priuileg. ſcol.
lib. 12. gloſ.& Bart. in l. filij. §. uidua. ff. ad muni-
cip. Hippol. de Marſ. in l. un. C. de rap. uirg. num.
64. Sed hic ageretur de damno, & odio ipſorũ
fratrum, & de amiſſione legati, ſi eſſe cenſeren-
tur in eodem matrimonio; Quamobrem alia eſt
ratio lucri, alia uero eſt ratio damni l. ſi. C. de co
dicil. l. ſi emãcipata C. de iuris & facti ignor. Nec
etiam me mouet id quod ſecundo loco deduce
batur; quia teſtatrix potuit moueri etiam alia
5 ratione † quandoquidem in diſpoſitione nun-
quam præſumitur unica ratio, Iaſ. in d. l. quam-
uis. C. de fideicom.& qui vnicam eſſe dicit, de-
bet id probare. Salyc. in l. 2. C. de noxal. Ideò cũ
ratio iſta non ſit expreſſa, in ea non eſt facienda
uis; ſed ea non obſtante, firmandum eſt, ut ſu-
pra diximus.

Ego Ant. Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 Confeſſio coram notario et teſtib. parte præſente facta valida cenſetur.

2 Promittens ob cauſam, ſi ea non ſequatur, exceptione cauſa non ſecuta defenditur.

3 Diſpoſitionis cauſa & origo ſemper inſpicienda.

4 Perſonis in pluribus quod obſeruatur, illud idem cõtinetur in una.

CONSILIVM LIX.

In Dei nomine.

PROPONITVR in facti ſerie, ꝙ
quidam Pellegrinus Bargenſis reco
gnouit ſe debitorem cuiuſdam D.
Mariæ in ſcutatis duodecim, quos
promiſit d. D. Mariæ infra annum ſoluere, hoc
tamẽ pacto, ut d. D. Maria teneat̃ lactare & veſti-
re Ioannam infantem, & filiam d. Mariæ ex di-
cto Petro, quatuor annos. Cumque ipſa Ioanna
circiter ſex menſibus poſt hanc factam conuen
tionem deceſſiſſet, & conſequenter non fuerit
lactata per integrum tempus aſſignatum, quæri
tur vtrũ Pellegrinus ad prædictos ſcutatos 12.
teneatur? Et quoniam ex facto ius oritur. l. ſi ex
plagis. §. i cliuo cap. ff. ad l. Acq. ad huius quęſtio
nis deteterminationem arbitror eſſe diſtinguẽ-
dum; Quoniã aut iſta recognitio facta fuit pro-
pter pecuniam prouenientem a d. D. Maria, aut
recognitio, ſeu confeſſio facta fuit propter ſolã
cauſam alimẽtorum. Nam ſi dictus Pellegrinus
antequam fieret huiuſmodi conuentio erat
debitor dicti Petri, uel dictæ D. Marię, quia rẽ-
uera recepiſſet illos ſcutatos duodecim ex pecu
nijs dictæ D. Marię, ut dicitur in inſtrumento cõ
feſſionis ubi habetur ꝙ d. Pellegrinus confeſſus
fuit habuiſſe & recepiſſe dictã ſummam a Petro
eius filio, & uiro ſupraſcriptæ D. Mariæ de pecu
nijs d. D. Mariæ, tũc utiq; Pellegrinus teneretur
ſoluere d. ſcutatos 12. quanuis Ioanna non fue-
rit per integrum tempus lactata, quia ipſe non
uidetur eos principaliter promiſiſſe ob cauſã ali-
mentorum, ut præſupponere uidebatur infor-
matio facti ad me tranſmiſſa, ſed videretur eos
promiſiſſe ex ueteri cauſa alicuius præcedentis
debiti, propter quod deuenit ad huiuſmodi cõ
feſſionem, & tranſactionem, ut ſuadet dicta con
1 feſſio † quę cũ facta ſit coram notario & teſtib.
parte præſente, cenſetur ualida l. 1.& in rub. de
confeſſ. Et quamuis tertio non præiudicaret, ut
per Grat. conſ. 54. lib. 1. num. 38. tamen præiudi-
caret dicto Pellegrino confitenti, arg. §. illud, in
auth. de æqual. dot. cum in facto eius proprio
exiſtimetur dicta confeſſio mera ueritas, Grat.
conſ. 141. lib. 2. num. 2. Quare licet dicta Ioanna
non fuerit per totum tempus lactata, tamen pri
mum debitum firmum perduraret, & pro dicto
debito obligatus remaneret, licet cauſa alimen
torum non ſequeretur, ut per Bart. in l. ſiquis do
naturus, nu. 3. uer. aut ſoluit pro ſua obligatione
& l. qui ſe debere, uerſ. ſinautem. ff. de cõd. ca. da
ta. ca. non ſecuta, & ipſius principalis debiti cau
ſa cenſeretur facta confeſſio, quemadmodum
aliàs dicimus traditionem uideri factam ex cau-
ſa præcedentis contractus, ut per Ruy. in l. hoc
edicto §. nuntiatio, num. 98. ff. de op. no. nunt.

Nec obſtat quod promittat ſoluere intra an
num hoc pacto, & conditione, quòd teneatur
d. Domi-

d. Domina Maria quatuor annis lactare, quod non fuit ſubſecutum, quoniam reſpondetur, quòd hoc pactum non reddit promiſſionem, uel confeſſionem conditionalem, ſed eſt quoddam pactum, quod auget & ampliat formã contractus & aliquid ei addit, quòd eſt compatibile, neque ipſi contrarium, tametſi dicatur quid diuerſum ab ipſa confeſſione, quemadmodum eueniret ſi in contractu promitterentur centum, & in pacto appoſito iuxta contractum promitteretur iri Romam hoc enim non perimeret contractum, ſed ſi cubi forte ſtipulatio deficeret, tunc informaret ipſam actionem, & ideo pactum informatorium appellaretur iuxta ea, quæ latè tradunt doct. in l. petens. C. de pact.

Si uerò ipſa recognitio debiti ſeu confeſſio facta eſſet ob ſolam nouam cauſam alimentorũ, & re uera Pellegrinus non recepiſſet dictos ſcutos 12. ex bonis filij ſeu eius nurus, ſed ita confeſſus fuiſſet, vt ſibi aliqua in re caueret; tunc ſanè putarem ꝙ cum præſtita non fuerint alimenta, dictus Pellegrinus non teneretur ſoluere integros dictos ſcutatos duodecim, ſed teneretur tantum pro rata temporis quo Ioanna vixiſſet, quoniam ſi promiſit ob ſolam cauſam alimento
2 rum; †certum eſt, quòd promittens ob cauſam, ſi cauſa nõ ſequatur, defenditur exceptione cauſę nõ ſecutæ, ut per Bart. in l. ſe debere in princ. ff. ca. data ca. non ſecuta, & in l. ſiquis donaturus
3 §. ſiquis indebitam. ff. eo. †ſemper enim inſpici debet origo & cauſa diſpoſitionis l. ſi procuratorem dedero in princ. ff. mand. & debet inſpici qua contemplatione actus fiat, Bal. l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adopt. Deci. conſ. 283. colu. 6. in princ. Et propterea ſi illa confeſſio facta fuit cõtemplatione dictorum alimentorum, & alimenta deinde non præſtentur, tunc quod datum, uel promiſſum eſt reuocatur l. non enim l. licet in princ. l. promittendo in princ. ff. de iure dot. & l. fi. ff. de hæred. inſtit. quinimo etiam ſi non fuiſſet appoſitum huiuſmodi pactum, tamẽ ſubintelligeretur, ſicut quando fit promiſſio pro dote, ſub intelligitur conditio, ſi matrimonium ſubſequatur, & ideo ſi non ſequatur, uidetur deficere conditio, ut per Soci. iun. conſ. 13. num. 5. parte 2. Quæ opinio etiam ſuadetur, quia obligationis cauſa ceſſante, ceſſat obligatio. Socin. conſ. 31. colum. penultim. uerſicul. quarto etiam lib. 1. Andr. Tiraq. in tract. ad regulam ceſſante cauſa, parte 1. in verbo obligationis, nume. 184. & in uerbo promiſſionis num. 218. & 217. ubi inquit, quòd promiſſionis cauſa ceſſante debet etiam ceſſare promiſſio c. 2. ubi Buttius in primo not. de cuſtod. euchar. & Roman. conſ. 417. in propoſito caſu, col. 1. cum locis conſocijs per Tiraq. ibi deductis; Ideoque cum per mortẽ alimenta finiri conſtiterit l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. l. in ſingulos. ff. de annuis leg. ſequitur ut ceſſante cauſa promiſſionis, debeat ceſſare ipſa promiſſio; quod etiam comprobatur, quia ſi uel ſit alimenta pluribus, quorum numerus ſit diminutus, minuitur etiam onus l. dominus §. fi. ff. de vſufr. l. 3. §. debuit, & l. pecunia. ff. de alim. & cib. leg. igitur quotieſcunque debetur vni, & ipſe è medio tollitur, certe onus in totum extingitur, ſumpta argumentatione a ſimili. l. non
4 poſſunt. ff. de legib. †Quod enim in plurib. perſonis obſeruatur, illud idem obtinet in vna, Iaſ. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. num. 7. & 8. Quamobrem cũ unum uideatur proponi in facti informatione, aliud uerò in inſtrumento confeſſionis, exiſtimo iudicem, qui cuncta rimari debet. c. iudicantẽ. 30. q. 5. l. ubicunque. ff. de interrog. act. oportere diligenter inſpicere facti circunſtantias, & rem decidere, habita ratione ſuperioris diſtinctionis, & conſiderare ſub quo mẽbro comprehendatur caſus propoſitus. Id quod ego dijudicare nõ poſſum, quia non uidi proceſſum uel acta totius cauſę.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis qui interfuit tractatui & non concluſioni non probat.*
2 *Teſtes de certa quantitate non deponentes, non probant.*
3 *Teſtes de auditu non probant.*
4 *Locationis in contractu merces & penſio in pecunia eſſe debet.*
5 *Contractus innominatus regulatur ſecundum naturam contractus nominati, cui aſſimilatur.*
6 *Scientia dicitur eſſe ſtatui, ut nota. eſt in loco praſumitur q; in his, quæ quis tenetur inueſtigere.*
7 *Soluturus proteſtari debet ſe eſſe paratum ſoluere in tali loco, ut pœnam euites.*

CONSILIVM LX.

Reueren. Pater & Excell. Iudex.

QVANVIS plura ſcribere potuiſſem in fauorem Magnifici Domini Petri Stradellæ, tamen quia res agitur cotam ſummæ doctrinæ & experientiæ viro, non attingam niſi ea, in quibus mihi uidetur conſiſtere huius cauſę difficultas. Nã Iacobus ab Antiſante prouocator, & conductor decimarum plebis Caſtelli Epiſcopatus Aleriæ, ſumpta occaſione ex bello geſto in inſula Corſicæ affictum ſtariorum 130. tritici dicto Domino Petro ſoluere recuſat principaliter tribus de cauſis. Prima eſt, quia aſſerit ſe inuitũ fuiſſe coactum conſignare dictum triticum Illuſtri Domino de Termis. Altera, quia triticum corruptum fuit. Tertia, quia ſibi fuit furto ſubtractum. Quarum tamen nullam cõcludenter probat. Quod enim ad primam cauſam attinet, nõ uidetur probatum, quòd ipſe Iacobus ſoluerit

triticum

triticũ illis miniſtris, qui miſſi fuerunt a præd. il
luſt. D. de Termis: quia licet teſtes examinati in
Inſula Corſicę per d. Iac. ſuper 5. c. dicant ſe uidiſ
ſe dictos miniſtros publicos in domo d. Iac. ad-
ſtringētes ipſum ad ſoluendum; non propterea
tamen dicunt ꝙ ipſis triticum fuerit traditũ: ſed
potius teſtificantur de tractatu, q̄ de cõcluſione
1 aſſignationis tritici, † quo caſu teſtis, qui inter-
fuit tractatui, & nõ concluſioni, nihil probat. gl.
in uerbo, puto, in l. eleganter. in prin. ff. de cond.
indeb. Bal. in c. fi. col. ult. de iura. calu. quia multa
tractantur, quæ non perficiuntur. Dec. conſ. 463
n. 1. par. 4. & ideò nõ concludũt ſolutũ fuiſſe tri-
ticũ. Quandoquidē euenire põt, vt quis adſtrin-
gatur ad ſoluendũ, captis alijs pignorib. vel for-
te teſtes loqui intelligebant de ſolutione pecu-
nię, iuxta ea, quæ ponũtur in d. c. vbi ponitur, ꝙ
Iac. ſoluit ſcutos 45. d. miniſtris. Quinimò Serra
ualles Damiani 6. teſtis ſuper eo c. examinatus
dicit ſe uidiſſe illum cogi ad ſoluendũ, ſed igno-
rare quantitatē pecunię ſolutę. Quo fit, vt nõ cõ
cludēter dicatur probatũ de ſolutione præd. tri
tici. arg. l. neq; natales. C. de prob. & l. nõ hoc. C.
vnde legi. & c. in pręſentia. de ꝓb. Quo verò ad
ſecundam cauſam dici poteſt, ꝙ quãuis teſtes aſ
ſerant ſe uidiſſe madidum triticũ in viã proijci,
tamen oẽs ijdem teſtes examinati ſuper 3. c. di-
2 cũt ſe neſcire illius quantitatem, † & propterea
cum de certa quantitate non depoſuerint, nihil
probant, vt per Corn. conſ. 179. n. 7. uol. 1. cũ ſi.
Adde ẽt teſtes dicere ſe neſcire cuiꝰ fuerit illud
triticum quod proijciebatur, unde tanquã ea q̄
incerta eſt, minuſq; ſpecifica reijcitur eorũ depo
ſitio. d. conſ. 179. prealle. Tertia quoq; cã in qua
aſſerit triticum fuiſſe ſibi furto ſubtractum, non
uidetur ſufficienter probata: tum quia teſtes af-
firmant ſe non uidiſſe triticũ menſurari, & aper-
tè dicunt ſe neſcire quot modij tritici ibi aderãt
vel quot fuerint furto ſubtracti, ideoq; incerta,
& dubia redditur eorum atteſtatio. l. certũ. ff. de
confeſ. tum ẽt quia oẽs fermè teſtes examinati
3 ſuper 2. c. dicunt ſe hoc dici audiuiſſe. † Quo ca-
ſu teſtis de auditu non probat, ut per Alex. cõſ.
101. n. 16. uol. 7. & conſ. 25. n. 3. lib. 4. Et Mat. de
Affl. deciſ. 248. inc. fuit diu. n. 5. Ex quib. colligi-
tur, ꝙ cum ipſe Iac. non probauerit ſuas aſſertio
nes, nullo mõ in hac appellationis cã poterit ob
tinere. arg. l. qui accuſare. C. de edē. Veruntamē
poſito, & non dato, ꝙ d. Iac. omnia præd. ſufficiē
ter probaſſet, quod audacter negatur, adhuc tñ
dicendum vr̄, illum obtinere nõ poſſe, quia licet
prima facie uerba cõtractus, quo Iac. obligaī ad
ſtaria 130. tritici quolibet anno ſoluenda, videã
tur denotare contractum locationis; tamē ſi dili
gentius conſiderentur, apparebit inter d. partes
nõ fuiſſe propriè celebratum contractum loca-
4 tionis, † cum in contractu locationis, merces, &
pẽſio dẽat eſſe in pecunia. gl. in prin. inſt. de loc.
& l. 1. §. ſiquis ſeruum. ff. depoſ. ſed potius cõſta-
bit eas iniuiſſe contractum innominatum. d. §. ſi
qs ſeruũ. Bar. in l. ſi merces. §. uis major. in prin.
ff. loc. & in l. ſi olei. C. eod. quia hic præſtatur fru-
mentum loco penſionis, quo caſu contractus dr̄
innominatus, ut ꝑ Fab. de Mõte in trac. de emp.
& uend. in 2. q. prin. n. 29. & 30. Vtcunq; tamen
res ſeſe hẽat, & ſiue locationē, ſiue ĩnominatum
5 contractum factum fuiſſe dicamus, † certi iuris
eſt; cõtractum inter d. partes initum, regulari ſe-
cundum naturam contractus nominati cui aſſi-
milatur d. §. ſiquis ſeruum, & d. l. ſi olei. Et ideò
perinde de eo iudicabimus, ac de locatione, ut ꝑ
Bar. in l. ſi uno. §. itē cum quidã n. 7. ff. loc. & in l.
ſi merces. §. uis maior. in fi. eo. & Panor. & alij in
c. ꝑꝑ ſterilitatē. ext. loc. & Nic. Bello. cõſ. 45. n. 5.
At in cõtractu locationis, uel in cõtractu inno-
minato, qui locationi aſſimilaī ſi fructus uel bel-
lo, uel incurſu hoſtium, uel incēdio, uel alia ſimi-
li cã pereãt; idq; accidat cum ipſi fructus ſunt ſe
parati a ſolo, tunc ſanè dicuntur perire dãno ip-
ſius coloni, ut dicit Bal. in l. ex cõducto. §. ſi uis. ff.
loc. uer. in textu ibi hoſtium, ubi inquit in ſepara
tis a ſolo fructib. dãnum eſſe coloni, quia ſi tunc
damnum in meſſe contingat, dr̄ in re coloni cõ-
tingere, nõ autē in re domini, quēadmodum in
re domini dr̄ contigiſſe, quando fructus pēden
tes ſunt. l. fructus. ff. de rei uendi. Quã opi. tenet
& Paul. Caſtr. in d. §. ſi uis tēpeſtatis. d. l. ex cõdu
cto. n. 2. uerſ. itē quod contingat ante ſeparatio-
nē fructuum a ſolo. Et ꝑpea dicit Iaſ. in l. 1. col.
22. C. de iure emph. uerſ. quid ſi res, ꝙ ſi emphy-
teuta tenetur ad penſionē conſiſtentē in quãti-
tate, uel in genere puta ad tot ſacchos frumēti,
eo caſu emphyteuta nõ liberatur a ſolutione pē
ſionis, ẽt ſi ꝑꝑ bellum colere, & fructus collige-
re nõ potuerit. Cuius rei ea rõ redditur, qđ ipſe
conductor, uel emphyteuta dr̄ tunc eſſe debitor
generis, qđ perire nõ põt. l. incendium. C. ſi cer.
petiũ rõne. §. incertæ. ff. ad l. falc. Quare cum ex
actis factis in inſula Corſicæ conſtet, tpē belli ge
ſti anno 1553. nimirum menſe Aug. fructus fuiſ
ſe ſeparatos a ſolo, atq; recollectos, ut fateī ẽt d.
Iac. in ſuis c. dum ponit triticum partim aſſigna-
tum, partim ſubtractum, partim corruptum fuiſ
ſe conſequēs eſt; ut oẽ dãnum dẽat pertinere ad
d. Iac. qui a penſione ſoluēda nõ põt, nec dēret
liberari, niſi probaſſet ſterilitatē, uel ſe nõ potuiſ
ſe fructus colligere ꝑꝑ impedimentum belli: de
quo tamen ipſe nõ docuit. Quinimo Raph. Pet.
Ant. & Lucius Mariani examinati ſuꝑ 1. c. dicũt
ipſum recollegiſſe fructus, licet quantitatē igno
rent. Quare cum probatæ nõ fuerint qualitates
ſequitur ut ex hoc capite non dẽat obtinere, ut
per Gra. conſ. 161. n. 10. uol. 2. Nec obſtat dum obij-
citur, ꝙ d. D. Petr. Stradella dēbat notum facere
d. Iac. ſe miſiſſe ad loca, in quib. erat facienda ſo-
lutio. Nã ut optimè deponunt teſtes examinati
ſuper 1. c. pro parte d. D. Pet. notoriũ erat, d. D.
Pet. miſiſſe ſuos exactores ad loca deſcripta in
contractu. ideoq; ad eius etiam notitiã uenisſe
6 præſumitur, † quia ſcientia ſtatim dr̄ eſſe proba
ta, ut no. res eſt loco, Grat. cõſ. 9. n. 11. lib. 1. & cõſ.
49. nũ. 8. 1. lib. neque oportebat eum, qui certus
eſt, ulterius certiorari. c. eum qui certus eſt. extr.
de reg. iur. præſertim cum interpellaretur a die

ap poſito in contractu.l.quod te.ff.ſi cer.peta. &
prȩſumitur ſcientia in h:s,quȩ quis tenetur inue
ſtigare.Grat.conſ.12.nu.39.Quinetiam amplius
dico,quòd imò ipſe Iac.debebat proteſtari Do.
Petro, in quo loco ex altetnatiuis ſoluere conſti
7 tuiſſet,cum ſolutio eſſet in eius arbitrio.Et †po-
ſito,& non dato, quòd tunc nõ adeſſent exacto
res d.Do.Petri,tamen d.Iac. debebat proteſtari
ſe eſſe paratum ſoluere in tali loco, & coram Iu
di ce offerre ſolutionem,&eo modo euitaſſet pȩ
nam,vt per Dec.in conſ.566.n.4.& 5.par.4.inc.
promiſit Antonius,quod cum d.Iaco.non fece-
rit,meritò d.D.Petrus petijt,vt ſententia reſpe-
ctu pretij reformaretur in eius commodum cũ
ſufficienter per teſtes examinatos in 1. c.demõ
ſtrauerit,triticum maiori pretio vendi eo tem-
pore conſueuiſſe quàm in ſententia fuerat de-
claratum. Et ita iuris eſſe arbitror ſaniori ſen-
tentia ſemper ſalua,

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 Filius an præſumatur patris hæreditatem adijſſe. quando poſt patris mortem reperitur emphyteoticũ fundum poſſidere, quem pater pro ſe & filijs ſuis acceperat.

2 Statutum in ſuo loco pro lege ſeruari debet.

3 Verba quantumcumque generalia ad habilitatem reſtringuntur.

4 Interpretatio in ſtatuto eam fieri debet, ut minus lædatur ius commune quàm fieri poteſt. & nu. 6.

5 Statuta ſtricti iuris ſunt.

CONSILIVM LXI.

Diuino nomine implorato.

STATVTO Piſtorienſi diſponitur,
quòd ſi maior 20.annis, cui hæredi
tas delata eſt bona immobilia quæ-
cunq; defunctus tempore ſuæ mor-
tis poſſidebat; non deſeruerit poſt quindecim
dies a morte defuncti, intelligatur adijſſe hære-
ditatem,nec prætextu dotis maternȩ, vel auitæ,
aut aliquo alio iure talia bona, uel ſe defendere
poſſit. Quo ſtante contigit, ut quidam bona
emphyteutica pro ſe,& filijs cõduxerit,quo mor
tuo illius filius hæreditatem paternam repudiãs
ingreſſus dicitur poſſeſſionem bonorũ emphy-
teuticorum; quæritur vtrum hoc caſu cenſeatur
adijſſe attento ſtatuto prædicto. Atque ut rem
breuiter expediam. Stante huiuſmodi ſtatuto,
poſitoq; &non dato,ꝙ filius poſſederit prȩdicta
bona emphyteutica,concludendum arbitror,ꝙ
prædictus filius non cenſeatur ob id adijſſe hæ-
reditatem paternam.

1 Primò,† quia ſecundum iuris communis di-
ſpoſitionem, quando filius poſt mortem patris
reperitur poſſidere fundum emphyteuticum,
quem pater acceperat pro ſe,& filijs ſuis;tũc cer
tum eſt quòd filius nõ præſumitur propter hoc
adijſſe hæreditatem patris, ut tradit Bar. in l.ge-
rit.col.4.verſ.ad ſecundum. n.21.ff.de acq.hær.
& Rober.Maranta in repet.l.is poteſt.ff.de acq.
hæred.col.10.uerſ.tertio limita.num.59.Et licet
præſens inſpectio non uerſetur circa ius cõmu-
2 ne,ſed circa ſtatutum Piſtorienſe, † quod in ſuo
loco pro lege ſeruari debet.l.1.C.de eman.lib.l.
3.uerſ.quid tamen.ff.de ſepul.viol.& c.ius ciui-
le.1.diſt.& doct.in l.omnes populi. ff. de iuſt. &
iur.in quo ſtatuto videntur comprehendi bona
etiam emphyteutica: nihilominus firmandũ eſt
quòd illa uerba,quæcunq; bona,&c. non debẽt
3 referri ad emphyteuſim. † Quãuis.n.uerba quæ
cunque,generalia ſint,& omnia comprehendãt,
vt per Soc.in conſ.197.nu.6.col.2.uol.2.& Iaſo.
in l.1.§.nuntiatio.ff.de ope.no.nun.& Grat.cõſ.
134.nu.61.uol.1.Tamen verba etiam quantum
cunque generalia ad habilitatem reſtringi de-
bent.l.ut gradatim.ff.de mune.& hon.l.1.§.nnn
ciatio.ff.de ope.no.nun.& Grat.cõſ.45.n.9.uol.
1.Ratio autem quare uerba, quæcunque, in eo
ſtatuto poſita ita reſtringi debent,vt non cõpre
4 hendant bona emphyteutica, aſſignatur, † quia
debet fieri in ſtatuto ea interpretatio, vt minus
lædatur ius commune quàm fieri poteſt, vt per
doct.in l.ſerui veſtri.C.de nox.act.& in c.cũ dile
ctus.de conſue.& Soc.iun.conſ.1. nu.22.uol.2.
& Caſſa.conſ.32.nu.2.Franc.Cur.iun. conſ.7.n.
8.par.1.Imo.conſ.145.n.7.Grat. conſ.13. 2.uol.
Sed ſi propter illa verba quȩcunque diceremus
quod filius poſſidens bona emphyteutica cenſe
retur adiuiſſe,tunc maximè læderetur ius cõmu
ne,quandoquidem de iure cõi filius qui ea poſ-
ſidet,non cenſetur adire,iuxta doctr.Bar.ſup. re
latam in præal.l.gerit.nu.21.ergo non eſt facien
da ea interpretatio, ut ſtatutum loquatur de bo
nis emphyteuticis. Secundò quòd illud ſtatutũ
ita ſtrictè intelligi debeat, ut non uerificetur in
emphyteuſi,demõſtratur,quia non eſt veriſimi-
le, quòd ſtatutum prohibere uoluerit filium in-
gredi in poſſeſſionem bonorum emphyteuticò
5 rũ.Nã † cum ſtatuta ſint ſtricti iuris. l. quicquid
adſtringendȩ.ff.de uerb.obl.Dec. conſ.669.n.7.
par.5.& conſ.625.n.4.& conſ.438.nu.5.Vtique
in dubio non cenſetur uelle ſtatutũ adimere ius
filio quæſitum in dictis bonis ex contractu pa-
tris, nec videtur illi denegare nelle poſſeſſionẽ
6 dictorum bonorum, † quia in dubio ſtatuta, ita
intelliguntur, vt minus præiudicẽt tertio, quàm
fieri poſſit.Alex.conſ.15. nu.16. lib.3. & conſ.3;
nu.3.lib.4.Et ſemper fit interpretatio,vt ſtatutũ
non contineat læſionẽ iuris tertij.Ale.conſ.106
n.9.lib.5.& conſ.144.n.7.lib.2. & Goza.conſ.5;
n.2.Atq; ita accipiũtur ſtatuta,ut nullus indebi-
tè damnũ patiatur.Dec.conſ.545. nu.50. par.4.
Ale.conſ.32.n.7.li.7.& conſ.106.lib.5.& Bertrã.
conſ.211.n.4.par.1.Nec ob.ꝙ ſtatutum uoluerit
ẽt comprehendere bona, in quib. eſſet quæſitũ
ius filio,quẽadmodũ demõſtratĩ ex verbis ſtatu-
ti,dũ loqĩ de dote,cuius dñiũ mortua uxore, &
uiro,ſtatim ad fil.ux.redit.l.1.C.de priu.do.&dũ
dicit,ꝙ nõ poterit ſe defendere ꝑtextu dotis,vel
alio iure; quæ uerba tanquã generalia videntur
compre-

comprehendere emphyteuſim. Quoniam re-
7 ſpondetur † quòd dupliciter nobis acquiritur ius in bonis. Primo modo ex diſpoſitione legis veluti vt ſuccedamus alicui ab inteſtato toto ti. Inſtit. de ſucceſſ. ab inteſt. Cuiuſmodi eſt etiam ius, quo diſponitur, vt dos materna ad filios pertineat. l. dos a patre. C. ſolut. mat. l. poſt dotem ff. eo. & propterea ſucceſſio ab inteſtato dicitur alienatio legis, vt per Grat. conſil. 9. nu. 162. vol. 1. Et propriè dicitur ſucceſſio legitima quæ ab inteſtato venit, Grat. conſ. 32. num. 5. uol. 2. Et de hoc iure ſpe ſaltem quæſito loquitur ſtatutum, dum prohibet ne talia bona filius poſſidere poſſit quin cenſeatur adijſſe, loquitur etiam de hoc iure quæſito in bonis ex diſpoſitione legis, dum dicit & alio iure, quia intelligitur alio
8 iure ſcilicet ſimili, † vt demõſtrat illa dictio alio quæ eſt relatiua ſimiliũ iuxta glos. in l. ſi fugitiui C. de ſeru. fugit. Et propterea dum ſtatutum dicit alio iure, intelligi debet, alio iure, ſcilicet legitimo, & ſimili, cuius ſupra mentionem fecerat, exempli cauſa de eo iure, quod defert ſucceſſionem matris ad filium ex autoritate Senatuſconſulti Orphiciani, ut inſt. ad Senatuſc. Orphic. in prin. & l. 1. C. ad Orphic. & l. 1. ff. ad Tertullia. Vel etiam ſi diceret filius ſe poſſidere iure ſuæ legitimæ; nam hoc caſu ſtatuto cauetur, nec hoc prætextu ſe tueri poſſit, ut per Bar. in l. gerit. col. 5.
9 nu. 22. ff. de acq. hęred. † Secundo uerò modo acquiritur nobis ius in bonis ex diſpoſitione hominis, veluti ex contractu, vel teſtamento, exemplum peti poteſt ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, uel ex bonis emphyteuticis emptis pro ſe, & filijs, ubi ius quęritur ex facto ipſius hominis, & de hoc iure quęſito in bonis ex facto hominis non uidetur loqui ſtatutum, dum inquit filium bona poſſidentem adijſſe cenſeri. Ratio autem quare ſtatutum de hoc non ſenſerit, aſſignatur,
10 quia lex ſuum non tuum denegat auxilium, gloſ. magna. in l. fine. C. de tranſac. gloſ. & doct. in l. 1. C. ſi aduerſ. uend. Et propterea cum ſtatutum, & lex facilius ſuum, quàm ipſius hominis propriũ adimat beneficium. gloſ. in l. aſſiduis. in gl. mag. circa medium. C. qui potiores in pig. hab. meritò concludendum videtur, quòd dictum ſtatutum Piſtorienſe prohibeat ſolum poſſeſſionem in bonis quæſitis ex diſpoſitione legis, non autem in bonis quęſitis ex diſpoſitione hominis, cuiuſmodi ſunt bona emphyteutica, & bona ſubiecta fideicommiſſo. Ex quibus omnibus concluditur quòd filius prędictus bona etiam emphyteutica poſſidens non cenſetur adijſſe paternam hæreditatem, præſertim cum qualitates ſtatuti non verificentur, neque probatum ſit, ut mihi proponitur ꝙ filius ipſe poſſederit, quo caſu ſi non verificantur qualitates ſtatuti, manifeſtum eſt, ſtatutum non habere locum, ut per Socy. conſ. 55. inc. præſtantiſſime docto. 1. vol. Bar. l. vn. ff. de cond. ex lege, Bal. in l. ſiquis non dicam rapere. C. de epiſ. & cler. Soc. conſ. 57. n. 8. lib. 3. & conſ. 47. n. 8. lib. 4.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſe referentes ad articulum, rectè probant omnia, de quibus mentio habetur in capitulo.*
2 *Compenſatio quõ facienda ſit & quando in eam cauſam, inquam quis elegerit ſe compenſaturum.*
3 *L. 1. de ſolutionibus procedit in ſolutione debiti ſimpliciter facta: non autem quando agitur de compenſatione.*
4 *Debitum, pro quo datus eſt fideiuſſor duriorem cauſam cenſetur habere.*
5 *Debitor ante diem ſoluere poteſt & præuenire etiam creditore inuito.*
6 *Expenſa facta, & melioramenta in re conducta ſemper repeti poſſunt.*
7 *Inſtrumentum, ueritas manifeſta & probatio probata dicitur.*

CONSILIVM LXII.

Dei nomine Implorato.

IN facto propoſito pro parte monaſterij Sancti Michaelis de Piſtorio obijcitur. Primo ꝙ Paulus Ioãnis molẽdinarius, qui erat debitor d. monaſterij ex pluribus cauſis, non potuit Calend. Auguſt. 1557. declarare, ſeu eligere, ut mercedes, & creditum molendarum conferentur in debitũ tritici, cuius erat debitor pro reſiduo affictus, quaſi nõ uideretur amplius eſſe in eius arbitrio in quod potius debitum velit eſſe ſolutum, quia non elegerit ſingulis vicibus, quibus præſtabantur molendæ, ſed cenſeretur facta ſolutio in cauſam affictuum decurſorum in prima locatione, & conſequenter in cauſam duriorem, vt habetur in l. 1. ff. de ſolu. cum ſimil.

Secundò obijcitur, quòd ipſæ molendæ non poſſunt cenſeri factæ, ſeu ſolutæ in cauſam poſterioris debiti dictorum ſtariorum octo tritici; propterea quòd non venerat adhue dies, quo ipſum triticum deberetur, vt ex inſtrumento patet; quo caſu in eam cauſam non videtur facta ſolutio, quid id videtur ſolutum, cuius dies iam venit. l. 3. in fi. ff. de ſol.

Veruntamen his minimè obſtantibus, verius eſſe puto quòd imò in arbitrio ſoluentis fuerit prædictis Cal. Aug. 1557. declarare, ſeu eligere in quod debitũ ſolutas eſſe uoluerit dictas molendas. Nam Paulus molendinarius prædictus erat debitor Monialium dicti monaſterij ſtariorum octo tritici. Ex aduerſo autem erat creditor plurium molendarum, quas cum tandem ſimul omnes liquidare uellet, rationes confecit prædictis calendis cum dictis monialibus, & facto calculo, collatoq; debito, & credito, compertum eſt mercedes dictarum molendarum aſcendiſſe ad ſummam lib. 23. & ſol. 8. Et propterea de communi conſenſu deinde compenſarunt d. lib. 23. & ſol. 8. cum præd. ſtarijs octo tritici, & in hoc fuerunt concordes, vt deponunt teſtes examinati in fauorẽ Pau. Peraccini fideiuſ. ſuper 6. & 7. c. vbi atteſtãtur ita factũ fuiſſe ut in c. dici
1 tur ipſis præſentibus. † Quo circa cum ſe referãt

ad articulum rectè dicuntur probare omnia de
quibus mentio habetur in capitulo, ut per Bar.
conſ. 10. par. 5. nu. 5. & 6. & conſ. 54. nu. 6. parte
prima, & Soc. conſ. 56. nume. 12. lib. 4. Ex quibus
colligitur quòd hic agitur de compenſatione,
2 non autem de ſimplici ſolutione. † Quo fit, ut
cum de compenſatione agatur, in poteſtate de-
bitoris ſit compenſare in quam cauſam velit
quando ſit calculus, quia compenſatio non ſit
ipſo iure magis in unam cauſam quàm in aliam
ſingulis uicibus, quibus aliquid pręſtantur; ſed
ſit quando debitor opponit, uel allegat compen
ſationem eſſe faciendam. & conſequenter ſit in
eam cauſam, in quam elegerit ſe compenſatu-
rum: l. ſi quid. & ibi no. & l. quod Labeo. ff. de
compenſa. & in l. ſi conſtat. C. de compenſat. &
in indiuiduo. Alex. in conſ. 85. lib. 3. ponderatis
narratis. num. 3. Id quod ante eum tradidit Io.
de Imola in l. cum ex pluribus. 1. & l. 1. col. fi. uerſ.
item adde quòd per prędicta. ff. de ſolutio. Vbi
dicit qnod quando mercatores in aliqua pagi-
na ſuorum librorum ſcribunt creditum ſuum;
uel id quod exigitur; & è regione notant etiam
debitum ſuum, & ſic ea quæ receperunt; nec ap
paret, uel non ſcribunt ſolutum ſibi aliquid fuiſ
ſe animo diſſoluendi magis unam obligationē
quàm aliam, tunc ſanè uidetur locus compenſa
tioni, in poteſtateque ipſius debitoris ſoluentis
eſt, eligere in quam cauſam uelit compenſare,
non autem eſt in poteſtate mercatoris in quam
cauſam uelit illud cedere, ut refert, & ſequitur
Ale. dicto conſ. 85. nu. 3. lib. 3.

Qua opinione ita firmata. Non obſtat primo
quòd ſingulis uicibus eligere debuiſſet, & ideo
cum id non fecerit, uideatur ſolutum in cauſam
duriorem. d. l. 1. ff. de ſolution. Quoniam reſpon
3 detur, † qnòd illa lex prima procedit in ſolutio-
ne debiti ſimpliciter facta, uidelicet quando de-
bitor ex pluribus cauſis ſoluit ſimpliciter, nec e-
legit, tūc enim intelligitur cedere in cauſam an-
tiquioris debiti. & ſic in cauſam grauiorem. Nō
autem procedit. d. l. 1. cum ſimilib. ubi agitur de
compenſatione, ſeu non procedit, quando repe
ritur debitum, & creditum hincinde; prout ac-
cidit in caſu noſtro. Vbi tractatur de compenſa
tione, & ideò ex diuerſis non infertur. l. Papinia
nus exul. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil com-
mune. ff. de acq. poſſ. quod autem lex prima. ff.
de ſolutio. cum materia procedat ſolum, ubi agi
tur de ſolutione ſimpliciter facta; non autem
quando agitur de compenſatione, tenet Bar. in
l. cum ex pluribus. ult. in fi. ff. de ſolutio. & Io. de
Imol. in l. cum ex pluribus. 1. & in l. 1. col. fi. uerſ.
item adde. ff. de ſolutio. Vide Iaſ. col. 48. l. 2. C. de
iur. emph. uerſ. 19. quæro, & Alex. d. conſ. 85. nu-
me. 3. lib. 3.

Præterea poſito, & non dato, quod. l. 1. ff. ſol.
cum ſimilib. procederet in caſu noſtro, & conſe
quenter uideretur facta ſolutio in caſum durio
rem, tamen ipſe Paulus Peraccinus deberet ob-
tinere, & cenſeretur facta ſolutio in ſecundum
4 debitum, † quia hoc ſecūdum debitum, pro quo
eſt datus fideiuſſor, cenſetur habere duriorem
cauſam. l. & magis. in fi. ff. de ſol. Corn. conſ. 295.
uol. 3. cum ſimi. Secundò non ob. quòd eo tem
pore, quo Paulus Ioannis conuenit, datas eſſe
molendas in ſecundum debitum, non ueniſſet
adhuc dies, quo deberentur dicta ſtaria octo tri
tici. Quoniam reſpondetur, quòd licet triticum
peti non potuerit, tamen rectè ſolui potuit ipſi
5 creditori recipienti, † quia debitor poteſt ſolue
re ante diem. l. continuus. §. cum ita. in fi. ubi gl.
in uerbo, nam. ff. de uerb. obl. l. ſub conditione.
cum l. ſeq. ff. de cond. indeb. Poteſt item ipſe de
bitor præuenire diem ſolutionis inuito etiam
ipſo creditore, tametſi inuitus creditor recipe-
re præciſè non compellatur. l. quòd in diem. ff.
de ſolutio. ubi Paul. Caſtr. Quare cum dictæ mo
niales conſenſerint compenſare dictas molen-
das, ut patet ex depoſitionibus teſtium examina
torum pro parte Pauli Peraccini ſuper 6. & 7. c.
conſequens eſt, vt dictus debitor potuerit, præ-
ſertim illis ita acceptantibus, eligere etiam cau-
ſam, in quam voluerit eſſe datas, & factas molen
das, quamuis debitum non fuiſſet. Quæ eo ma-
gis uera uidentur, quòd quis ita ſoluere poteſt,
ut liberentur fideiuſſores. l. in ijs. §. ſi duos. ff. de
ſolutio. poteſtq; ipſe debitor obligatus ex pluri
bus cauſis, declarare in quam cauſam ſoluat inui
to etiam, & non conſentiente ipſo creditore, ut
per Petr. Stel. in repetitione. l. ſi creditores. C.
de pact. nu. 36.

Quod verò pertinet ad ipſa melioramenta;
concludendum uidetur, ea quæ facta reperiun-
6 tur, peti potuiſſe, † quia expenſæ, & melioramē-
ta facta in re conducta, repeti ſemper poſſunt. l.
dominus horreorum. §. 1. ubi Caſtr. ff. loc. Qua-
re cum in inſtrumento locationis, ubi Paulus Pe
raccinus fideiuſſit facta fuerit locatio molendi-
ni pro ueteri æſtimatione, quæ conficiebat ſum
mam librarum 94. ut patet ex publico inſtrumē
to, ultimo verò loco cū ꝑdictus Paulus reſtitue
rit molendinum, cuius melioramenta aſcende-
runt ad ſummam lib. 132. manifeſtiſſime patet,
quot melioramenta ſoluenda ſunt, & quot facta
7 fuerint, † quia inſtrumentum dicitur ueritas ma
nifeſta, & probata, non autem probanda, vt per
Bal. in l. Imperator. in 2. col. 2. de ſta. hom. & l. 2.
col. 1. C. quando fiſcus, vel priuat. & l. quoties. in
fi. C. de iud, & propterea ex inſtrumentis publi-
xis res legitime conſtare dicitur, ut per Bar. in l.
1. col. 3. uer. uenio ad q. ff. de ope. nou. nun. cū ſi.

Idem Antonius Ciofius.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtituto in venditionum inſtrumentis appoſito an in emptorem poſſeſsio transferatur.*
2 *Mendax nemo præſumitur.*
3 *Confeſsio tacita, ſibi & ſucceſſorib. nocet.*

CON-

CONSILIVM LXIII.

Diuino nomine implorato.

EXCEL. Dom. Iudex, ad præcludendam uiam omnibus ſubterfugijs aduerſariorum dum obijciunt, anteriorem titulum nobis nõ prodeſſe quaſi non probauerim poſſeſſionem. Exiſtimo rurſus animaduertendum eſſe, quòd imò de poſſeſſione concludenter docuimus, tum per teſtes, & mercis perceptionem, ut corám Excel. V. aliàs
1 dedúximus, † tum etiam ex conſtituto in noſtris inſtrumentis uenditionum appoſito. Ex quo ſine dubio transfertur poſſeſſio in emptorem, ut tradit Alexand. conſ. 85. & conſil. 141. libr. 6. & oc. conſ. 239. lib. 2. nu. 8.

Neque obſtat illud, quod ait Bar. in l. quædam mulier. ff. de rei vendica. ubi dicit, tunc demum per conſtitutum transferri poſſeſſionem, quando ille, qui conſtituit, poſſidebat, quod nos non feciſſe aiunt aduerſarij. Quoniam ueriſſimè reſpondetur, dictum illud Bar. locum non habere in antiquis contra conſtituentem, prout ſumus in caſu noſtro, ubi ſimplex conſtitutum probat poſſeſſionem contra ipſum conſtituentem quãuis de eius poſſeſſione aliter non conſtet. Nec eſt uerisimile, ipſum conſtituiſſe ſe poſſidere, ni-
2 ſi eſſet in poſſeſſione, † quandoquidem nullus præſumitur mendax. arg. l. meritò. ff. pro ſocio. Imò ita cõſtituendo, implicitè confitetur ſe poſ-
3 ſidere, † quæ tacita confeſſio ſibi, & ſucceſſoribus ſuis debet nocere, ita in terminis dictum Bar. limitando firmat Ang. in d. l. quædam mulier. ff. de rei uend. & tenet Aret. in l. interdum. in princip. num. 3. uerſ. uerba autem in dubio, circa finem. ff. de acq. poſſ. Et in ſpecie per ſupradicta firmat Soc. in conſ. 187. num. 12. uerſ. tertio probatur. & num. 13. lib. 2. ubi etiam dicit friuolum eſſe aliter Bar. dictum interpretari, & idẽ Soc. conſ. 106. lib. 3. num. 2. uer. concurrit etiam inſtrumentum, & poſtremo ſequitur in indiuiduo hoc idem. Ruy. conſil. 46. numero 13. libro quarto. Ex qua limitatione communiter, & apertè per doctores in ſupradictis locis firmata conſtat, in caſu noſtro ex prędicto conſtituto ſufficienter probatam eſſe poſſeſſionem, & conſequenter titulum noſtrum tanquam antiquiorẽ nobis prodeſſe iuxta tradita per Ang. in l. ſiue. §. ſi duobus. ff. de publ. Præſertim cum non ſolum ex libello aduerſariorum conſtet de iure uendẽtis, ſed etiam ex ipſa uenditione iuncta hac aſſertione præſumatur dominium fuiſſe penes illum ut tradit Bar. in l. non ab re. C. unde ui. cum ſimilib. Et ex his apparet non temere me dixiſſe leues, & friuolas eſſe aduerſariorũ cauillationes.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſubſtitutionis cui conueniunt, & ſubſtitutio conuenit.*
2 *Emancipationis & patria poteſtatis differentia hodie ſublata eſt.*
3 *Legitima pater nullum grauamen apponere poteſt.*
4 *Legitima in generali fideicommiſſo non uenit.*
5 *Bona prohibita alienari poßunt a filijs uſque ad legitimam portionem alienari.*

CONSILIVM LXIIII.

Diuino nomine implorato.

EX his quę in facto proponuntur, concludendum eſt, prędictum Antoniũ cenſeri comprehenſum inter ſubſtitutos datos filijs ipſius teſtatoris; licet enim teſtator ſubſtitutionem tribus tantum filijs fecerit, ut ex teſtamento colligitur, prę ſertim ex illis uerbis aliorum duorum &c. tamen in ipſa ſubſtitutione tribus illis filijs facta comprehenditur etiam Hugo filius emancipatus, & eiuſdem Hugonis filij. Quoniam ſubſtituti fuerunt alij ſuperſtites maſculi filij dicti teſtatoris, & horum filiorum filij. Quæ uerba conueniunt ipſi Antonio, quia eſt filius Hugonis filij maſculi di-
1 cti teſtatoris, † & proptèrea cum ei conueniant uerba ſubſtitutionis, dicendum eſt etiam ei conuenire ſubſtitutionem. argum. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. & l. quod conſtitutum. ff. de mili. teſtam. Soc. conſ. 5. 2. uol. nu. 26. Alex. conſ. 17. lib. 1. Neque obſt. quòd teſtator uoluerit bona ſua remanere debere apud eius familiam, & propterea excluſum uideri ab ipſa ſubſtitutione prędictum Hugonem, & eius filium tanquam de familia, & agnatione non ſit. l. pronunciatio. in uerſicul. emancipatus. ff. de uerborum ſignificatione. Moderni in l. qui ſe patris. C. unde li. Quo-
2 niam reſpondetur, † quòd hodie ſublata eſt differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, tã ex teſtamento quàm ab inteſtato, ut per Bartol. Paul. Imol. Alexand. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ſecundum communem opinionem. ff. de libe. & poſthum.

Et poſito & non dato, ut ipſe Hugo, & eius filij non continerentur inter ſubſtitutos datos filijs ipſius teſtatoris, dicendum eſt adhuc quòd ipſe Antonius poteſt exigere, & conſequi legitimam portionem debitam Domino Matthęo, &
3 Petro eius patruis in bonis eorum patris. † In qua legitima pater teſtator nullum grauamen apponere potuit, & ſi fuiſſet appoſitum ab ipſa lege ſublatum eſſet. l. quoniam in prioribus. C. de inoffícioſo teſtamento. l. ſcimus. §. cum autem. eodem titulo. & capitul. Raynaldus. extra de teſtament. hęc enim legitima data eſt

filijs a lege, pater verò in ea ſolum miniſterium
præbet.l.ſi adrogator.ff.de adop.Ioan.Nicol.in
l.generaliter.nu.129.C. de ſecund.nup. licet er-
go prædicta bona ſubiecta ſint fideicommiſſo,
4 tamen in generali fideicommiſſo non uenit legi
tima.gl.in l.precib.C.de impub.& alijs ſubſt.do
cto.in l.ex tribus.ff.de uulg.& pup.Fab.de Gioc.
in Authen.nouiſſima.C.de ſecund.nup.nu.166.
5 † Bona enim prohibita alienari poſſunt a filijs,
uſque ad legitimam portionem alienari.Ambr.
Opizon.in l.filiusfam.§.Diui. ff.de leg.1. nu.44.
& nu.45.& habetur per doc.in l.Marcellus.§.res
quæ.ff.ad Treb.& l.in quartam. ff.ad leg.Fal.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Nunciatio in re præſenti fit, ſed ipſo tempore, quo aqua diuertitur, cum de ea auerſanda agitur.

2 Clauſula ſi ſenſeris te grauatum, adiecta præceptum in vim ſingularis citationis conuertitur.

3 Confinium quæ ſunt, communia eorum fiunt qui ab vtraque parte prædia poſſident.

4 Aqua labens inter duas ciuitates fit communis pro indiuiſo, iuriſdictionemq́; illis reſeruari, qui ex laterib. prædia poſſident.

5 Socius in re communi, inuito ſocio aliquid facere non poteſt.

6 Aquam, fundum meum ingreſſam meam effici regula quando procedat.

7 Aqua illius propria eſſe dicitur, in cuius fundo fontem, & originem, & curſum habet.

8 Facere in meo aliquid ſemper prohibemur quando immittimus aliquid, vel facimus in re aliena.

CONSILIVM LXV.

Diuino nomine Implorato.

EXCEL. D.Iudex.Vt aperiantur du
bia ſubtiliter excitata contra Nob.
Delmoſcas,ſpero,&cupio;ut Exc.V.
ea,quæ dicentur inferius diligenter
conſideret uti ſolet.

Nam quod attinet ad primum principale du
1 bium, † in quo dicitur, dum controuerſia eſt de
aqua auerſanda, nuntiationem noui operis illi
ædicto locum non facere quando auertens ædi
ficat in ſuo,ſed oportere, ut nunciatio fiat in re
præſenti, ſeu in ipſo tempore,eo demum tempo
re,quo quis effectu diuertit,ut tradit Bal.conſil.
245.libro ſecundo.& Iaſo. in l.de pupillo.§.nun
ciatione.in ſecuudo no.ff.de nou.ope.nun. Re-
ſpondetur in primis dictos Nob. Delmoſcas in
hoc iudicio,his non obſtantibus obtinere debe
re; quoniam ut legitur in actis cauſæ charta pri-
ma,& charta ſexta, prædictum præceptum nun-
ciationis conceptum eſt cum clauſula iuſtifica-
tiua, & quòd ſi ſenſerint ſe grauatos cōpareāt;
quo caſu certiſſimi iuris eſt, quòd licet contro-
uertant doctores an tale præceptum, tanquam
præceptum ſuſtineatur,tamen conſeutiunt,præ-
dictum præceptum executiuum habens prædi-
ctam clauſulam, ſi ſenſeris te grauatum reſolui
2 in uim ſimplicis citationis; † quia adiectio iſtius
clauſulæ,parte in iudicio aſſiſtente, rem omnem
ad iudicij ordinem reuocat, ob idque præceptū
in uim ſimplicis citationis conuertitur. Stepha.
Bertrand. conſilio ſexageſimoprimo. numero
tertio. uolumine primo. in antiq.ut firmat An-
gel.Aret.in §.curare.columna fin.numero deci-
mo.uerſiculo quid dicendum, inſtitu. de actio.
& Alexand.in l.de pupillo. §.meminiſſe, colum-
na quarta.uerſicul.item ſubdit,ubi etiam atteſta
tur hanc eſſe communem ſententiam. & Iaſon
d.§.meminiſſe.columna quarta.uerſicul.Tertio
nota,& idem Iaſo. in l.nequicquam.§.ubi decre
tum,columna ſecunda, uerſicul.limita, ff.de off.
proconſ.& legat.& Io.Bap.de Plot. in repet.l. ſi
quando.C.unde ui.numero centeſimo quinto.
ubi & ipſe quoque fatetur hanc eſſe magis com
munem opinionem,

Præterea poſito & non dato, ut huiuſmodi
præceptum non eſſet rectè formatum. Nihilo-
minus prodeſſe deberet dictis actoribus, quem
madmodum dicitur in conſtitutionibus ciuita-
tis Piſ.de inepta petitione, quæ actori non ob-
eſt, modo generaliter in ea contineatur illud,
quod petitur,ut habetur in conſt. uſus Piſ.in ru
bric.de pœn.publ.in §.cum nos compoſitores,
in uerſ.& quòd nullam.

Ad ſecundum uerò principale dubium, dum
in prima parte eiuſdē dubitationis dicitur,Nob.
Lanfreduccios effici Dominos prædictæ aquæ
ſimul ac illa,in eorum fundum ingreditur,ob id
que eiſdem licere pro ſuo arbitrio aquam diuer
tere l.manifeſta.C.de ſeru.&aqua, ubi Salyce.l.
quo minus.ubi Bar.ff.de flumin. Reſpondetur,
ſumpto argumento a partium enumeratione,l.
patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur.
Etenim aut Lanfreducij arbitrantur ſe, ideo a-
quam diuertere poſſe quod per communem
fundum labatur. Aut quia in proprium ipſorū
prædium ingreſſa ſit. Ac neutro quidem capite
obtinere poſſunt. Nam quod ad primum caput
pertinet,ſi aqua prædicti riui,cum accedit ad lo
cum,qui uocatur la Tinta, incipit excurrere per
locum,qui propter finium terminos communis
ſit Lanfreduccijs,& Delmoſchis, prout colligi-
tur ex dictis in 5.c.actorum,& in 8.c.reorum,uti
que & ipſa aqua communis efficitur pro indiui
3 ſo; † quoniam omnia,quæ ſunt in confinio,com
munia fiunt eorum, qui ab utraque parte præ-
dia poſſident.Bar.in trac.de allu.in uer.acquiri-
4 tur.uer.item uidendum.nu.8. † Aqua.n.flumi-
nis labentis inter duas ciuitates fit communis
pro indiuiſo. Vero.in tract. de fluminib. nu.14.
per l.arbor.ff.com.diui.& idem firmat Nic.Boe.
in conſ.24.inc.Antequam deſcendam. numero
15.& idem Boer.deciſ.352. numero 5. parte ſe-
cunda, & Aegidius Boſſius in trac. de aquis, &

flumi.

ſlumin. numero 15. & Hierony. de Monte in
tracta. de finibus cap. 24. numer. 8. Et propterea
dicit Guido Pap. Deciſ. 557. numero primo iu
riſdictionem in dictis fluminibus reſeruari illis,
qui ex lateribus prædia habent. quod firmat
etiam Bal. in l. ſi plures. C. de cond. inſert. &
in Rub. ff. de rer. diuis, & Riminaldus conſi. 197.
numero 18. volum. primo & Bolognin. conſ. 14.
numero 7. qui plures citat. Quod ſi aqua com
munis eſt horum litigantium, conſequens eſſe
debet, ut Lanfreducij rei conuenti inuitis Del
moſchis actoribus non poſſint aquam diuerte-
5 re; primo † quia ſocius in re communi non po-
teſt inuito ſocio aliquid facere l. Sabinus. ff. cō.
diuid. l. in re communi. ff. de ſeruitut. urb. præd.
Albert. Brun. in tracta. de Augmento in ſeptima
concluſione princip. numero quarto uerſ. præ-
dicta concluſio. & Ioan. Igneus in l. neceſſarios
§. non alias num. 152. ff. ad Senatus Conſultum
Syllan. 2. quia poſito, ut quilibet ſociorum uti
valeat dimidia parte aquę, & eam poſſet in va-
rias partes, & quaſi ramos diuidere, tamen id
ſolum eo caſu obtinet, quo prædicta aqua omni
bus ſufficiat, & non aliàs, ut tradit Bal. in l. Item
lapilli col. 2. numer. 5. verſ. ſed pone quòd iſtud
ff. de rer. diuis. & in l. aquam numero 2. C. de
ſer. & aqua. Quare cum in propoſita ſpecie
aqua riui non ſufficiat ambobus, vt deponit
Stephanus, Andreas, Santes, Pierinus, & Simon
teſtes examinati ſuper nono capitulo actoris; ſe
quitur, ut Lanfreducijs non liceat prædictam
aquam diuertere, & è ſolito curſu deducere.

Si uerò eo prætextu aquam diuertere volũt,
quòd in eorum ſundum ingreſſa cum fuerit, eo
rum propria effici videatur, deque ipſa ad libi-
6 tum diſponere valeant: Reſpondeo, † regulam
quæ habet, aquam in fundum meum ingreſ-
ſam effici meam, procedere quando dicta aqua
licitè in fundum meum ingreditur, nempe, quia
forte aquã capiam ex aliquo flumine publico,
quod iuriſgentium eſt, Corn. conſ. 268. nume-
ro 30. uolumine quarto & hoc modo, regulam
hanc intelligit Bal. in l. aquam. C. de ſeruit. &
aqua nu. 1. & ita eam accipit Deci. in conſ. 373.
parte 3. num. 1. & conſ. 244. num. 5. uerſ. ſecun-
do principaliter parte 2. At in caſu propoſito
aqua non ingreditur licite in fundum Lãfreduc
ciorum quia nõ ex publico aliquo flumine, ſed
ex priuato quodam riuo, qui ortũ, progreſſum,
& finem, totus ferme habet in predijs Delmo-
ſcarum; aquamq; deducerent, quæ aqua priuata
eſt, & propria dictorum actorum; ergo illicite
per reorum fundum excurrit, ideoque pro ſuę
voluntatis arbitrio aquam diuertere de iure ne
7 queunt, † quoniam quidem aqua illius propria
eſſe dicitur, in cuius fundo fontem, & originem,
& curſum habet. Veronenſ. in tracta. de ſeruit.
& aquædu. numero 51. Ruy. conſ. 98. incip. quia
Priuilegium libro quarto Decius conſ. 373. nu-
mero primo part. tertia Pariſi. conſ. 129. nume.
1. 2. & 3. uol. 4. & conſ. 112. numero primo vol.
1. Igitur rei conuenti aquæ curſum in præiudi-
cium actorum mutare non debent Crauet. con
ſi. 124. num. 8. parte 1. neque aquam a ſolito al-
ueo cum aliena iactura deducere poſſunt. Bertr.
conſ. 351. nu. 1. par. 2. in corpore antiquiori. Rur
ſus dum Exc. V. in 2. par. 2. prin. dubitationis, co
pioſè dicebat, deducto argumento a partibus
enumeratis, actores non habere ius prohibendi
ne aqua diuerteretur, neque ex iure ſeruitutis,
neque ex deſtinatione conſtruendi noui molen
dini, neque ex tempore diuturno. Ego omiſſis
alijs, de quibus etiam, niſi temporum anguſtijs
intercluderer, non pauca diſſerere potuiſſem, ac
cedendo ad id, in quo uertitur cardo difficulta-
tis, reſpondeo, prædictos actores ius prohiben-
di ne aqua diuertatur habere ex proprietate, &
dominio, quod ipſi habent in fonte, & aqua, quę
in eorum prædijs erumpit, & deinceps per eo-
rum prædia labitur. Quod ſanè dominium facul
tatem præbet, ut ad eorum volũtatem, de aqua
illi diſponant, qui domini ſunt, ut per Iac. Butri.
in d. l. aquam. verſ. aut ego uolo. C. de ſeru. & a-
qua. & Aug. Bero. in q. 65. incip. cecidit. nu. 1. &
3. Neque quicquam obeſt, dictæ aquæ auerſio-
ne nocere tantum fundo inferiori dictorum a-
ctorum, ex quo fundo aqua non oritur, non au-
tem nocere ſuperiori eorũ fundo, in quo aqua
naſcitur, quo caſu Exc. V. pſupponit quòd pro-
hibere poſſent. l. 1. §. illud. ff. de aqua plu. arc. &
Caſtren. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infec. Ve-
ronen. in trac. de ſeru. aquæd. nu. 64. Quoniam
8 reſpondetur, † ſemper nos in re noſtra aliquid
facere generaliter prohiberi quando faciendo
aliquid in noſtro emittimus, uel immittimus, &
conſequenter aliquid facimus in re aliena. l. 1. §.
denique. ff. de aqua plu. arc. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi
ſeruit. uend. l. 1. §. item aiunt. ubi Paul. Caſtrē. ff.
de aqua plu. arc. & copioſe Io. Fab. in d. l. aquam.
C. de ſeru. & aqua, & Paul. Caſtren. d. l. fluminũ.
§. fi. nu. 3. ff. de dam. infect. Corr. in l. quoties. 1.
nu. 11. ff. de ſeru. Quamobrem, poſito etiam, &
non dato, ut nob. Lanfreduccij in eorum fun-
do aquam acciperent, quo caſu de ea, ſicut eis
placet, diſponere poſſe dicunt, iuxta prædicta; ni
hilominus, quoniam eam accipiendo faciunt ali
quid in re aliena, nimirum quia ex alieno riuo a-
quam deducunt. Idcircò non ſolum in re aliena,
ſed in ſua etiam aliquid facere in propoſita ſpe-
cie prohibentur locis ſupra proximè citatis. Et
ex his tolli uidentur ea, quæ acutè, & copioſè cō
tra actores deducebantur, ſaniori ſententia ſem
per ſalua.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Res ſuas ſi quis in alterum transferat ne alienentur, contrafaciens ad intereſſe tenetur.*
2 *Inferiora ſolent præcedentia declararare.*
3 *Ita quòd dictionis natura.*
4 *Cauſa finalis attenditur, ratioque declarat & limitat dictum.*
5 *Hæredibus, & ſucceſſoribus uerba filios ſignificare.*

CONSILIVM LXVI.

Chriſti nomine inuocato.

EX his, quæ proponuntur in facto, du
bitatur utrum deſcendentes Dom.
Io. Baptiſtæ Octonarij, ad illa bona,
quorum mentio habetur in inſtru-
mento donationis ſibi factæ a Ioanne Octona-
rio admitti debeant tanquam filij, etiam ſi ab il-
lis hæreditas non fuerit adita. Circa quam dubi
tationem, rem breuiter perſtringendo, dico præ
dicta bona in donatione comprehenſa, hæredi-
tate etiam non adita, ad deſcendentes d. Dom.
Io. Baptiſtæ ſpectare, & pertinere debere, tan-
quam ad filios, nedum tanquam ad illius hære-
des, & ſucceſſores.

Hoc autem primo oſtenditur, quoniam cer-
tum eſt dominum de ſuis rebus ad arbitrium
ſuum diſponere poſſe. l. in re mandata. C. mand.
Idq́ue adeo uerum eſſe, ut ille, qui alicuius con-
tractus titulo, res ſuas in alium transfert; poſſit
omnino, lege, pactove cauere ne recipienti li-
ceat eaſdem diſtrahere, aut aliquo modo aliena
1 re. † Quo fiet, ut ſi contrafactum fuerit, quamuis
non impediatur trãslatio dominij, nihilominus
contrafaciens teneatur ſaltem ad intereſſe, ut
firmat Bart. in l. filiusfamilias. §. Diui. uerſ. quæro
an per contractum, numero 14. ff. de leg. 1. & ſe
quitur Alex. d. §. Diui. columna 6. uerſic. item in
quantum tetigit Bar. & poſt eum Iaſon d. §. Diui
columna 13. uer. quarto quærit Bar. ff. eod. Sed
in propoſita ſpecie, ut ex inſtrumento prædictæ
donationis colligitur, Ioannes Octonarius do-
nator dedit, & donauit irreuocabiliter, in contra
ctu donationis inter uiuos, licet habeat effectũ
poſt mortem, prædicta bona Dom. Io. Bap. Octo
nario, ad ipſumq́ue, & eius deſcendentes, & filios
uoluit omnia prædicta liberè ſpectare, & perti-
nere, & eorundem alienationem cum cauſa ue-
tauit. Igitur dicendum eſt, ex uoluntate, & diſpo
ſitione Ioannis donatoris, cui licuit de reb. ſuis
libere diſponere, & illarum alienationem prohi
bere poſſe deſcendentes Dom. Io. Bap. prædicti
capere bona in donatione deſcripta, tanquam fi
lios, & deſcendentes, non ſolum tanquam hære
des, & ſucceſſores.

2 Secundò, † quia inferiora ſolent præceden-
tia declarare. l. quiſquis. ubi etiam gloſ. in uerſi.
adiecturum. ff. de leg. 3. & l. ſi cum fundum. ubi
glo. in uer. inferiore. cum iuribus in ea citatis. ff.
de uerb. ſig. Sed in inferiore parte inſtrumenti
ipſius donationis apparet Ioãnem donatorem
contuliſſe hanc donationem in deſcendentes
Dom. Io. Bap. tanquam in eius filios, ut patet ibi,
& ſpectet ad dictum Dom. Io. Bap. donatarium,
& eius filios, & deſcendentes, & ibi peruenire
poſt mortem d. Dom. Ioann. Bap. ad filios, & de-
ſcendentes d. Dom. Io. Bap. &c. Igitur illa uerba,
filios, & deſcendentes, declarant, & explicant,
quid ſibi donator uoluerit, dum ſuperius uſus
fuit illa uoce, hæredibus, & ſucceſſoribus, & con-
ſequenter, neceſſe non eſt, ut adeatur hæreditas
ſed tanquam filij ex uoluntate donatoris prædi
cta bona capere poſſunt.

Tertiò, dum Io. donator in hoc inſtrumento
donationis exprimit, & apponit leges, conditio
nes, & pacta ſeruanda a donatario in huiuſmo-
di donatione utitur dictione. Ita quod dicens;
Ita quod finita uita naturali &c. † Sed natura
3 huius dictionis, ita quod eſt; præcedentia limi-
tare, & declarare. c. cum M. Ferrarienſis. §. man-
damus. in fi. de conſt. & c. ſignificatum. de præb.
in prin. & tenet Soc. ſen. in conſ. 99. 4. uolumine
numero decimoquinto. circa primam. cum ſimi
libus. Igitur illa uerba ſuperiora, quæ habent, hæ
redes, & ſucceſſores. limitantur, & declarantur
ab illis uerbis, filios, & deſcendentes, infra po-
ſitis.

4 Quartò, † cauſa finalis ſemper attendi debet
l. fi. de hæred. inſt. & quotieſcunque uerba diſpo
ſitionis ſunt ambigua, tunc cauſa diſponendi
ſemper inſpicitur. l. uxorem. in principio. ff. de le
gatis tertio. Quia ratio declarat, & limitat di-
ctum. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legatis ſe
cundo. Bartol. in l. 1. in principio. ff. de legit. tut.
l. Ita autem in princ. ff. de adminiſtr. tuto. Et per
rationem rei ueritas habetur l. ſolum C. de teſti
bus; Sed cum donator prohibet prædicta bona
diſtrahi, uel alienari, rationem aſſignat, in qua ui
detur ipſe conſiderare, deſcendentes dicti Do-
mini Iohannis Bapt. ut filios, dicens, quia voluit
dictus Iohannes donator prædictus dicta bona
immobilia peruenire poſt mortem d. Domini
Iohannis Bapt. ad filios, & deſcendentes d. Do
mini Iohannis Bapt. non autem conſiderat illos
veluti hæredes, & ſucceſſores, ut ſupra dixerat.
Igitur dicendum eſt, ex hac ratione finali, & di-
ſponendi cauſa, quæ ſemper eſt inſpicienda, ma
nifeſte conſtare, non oportere, ut iſti filij domi
ni Iohannis Bapt. adeant hæreditatem, ſed tan-
quam filij ſimpliciter & deſcendentes ad bona
contenta in prædicta donatione, debeant ad-
mitti.

Huic opinioni, ut ſupra firmatæ, non obſtat,
prædictum donatorem in priori parte inſtru-
menti donationis pluries uſum fuiſſe uerbis il-
lis hæredibus & ſucceſſoribus, quæ uidentur in
nuere hæreditatem eſſe adeundam; Quoniam
5 reſpondetur † illa verba, hæredibus & ſucceſſo-
ribus: & hæredes & ſucceſſoras ita intelligi de-
bere, ut filios ſignificent, & denotent per ſupra
dicta, ut dicit tex. in l. ex facto. §. fi. ff. ad. S.C. Tre
bell. & tenet Corn. conſ. 148. nu. 6. 3. vol. in hac
conſulatione, & idem Corn. conſ. 253. ardua eſt,
num. 6. 4. uol.

Non obſtat etiam dictum Bart. in l. quiſquis.
ff. de lega. 3. ubi dicit præcedentia magis decla-
rare ſequentia, quam è contra; Quoniam ipſe-
met Bart. ibi concludit, id obtinere in caſu illius
legis, ubi clauſula fuit prolata per uerbum de
futuro, ſecus verò, ſi per verba alterius tempo-
ris concepta eſſet, ut dicit ibi gloſ. in uer. 53. in

futura. Sed in caſu noſtro, clauſula & pars ſupe
rior ipſius inſtrumenti donationis non conti-
net donationem in futurum faciendam, ſed iam
per ſtipulationem factam præſenti & acceptan-
ti, ut patet ibi, dedit, donauit, tradidit &c. con-
ceſſit &c. pręſenti &c. ſtipulanti &c. Igitur pro-
pter caſus diuerſitatem, doctrina illa Bart. in pro
poſita ſpecie locum ſibi uendicare non debet.
Sed firmum remanet, ut ſequentia declarent
præcedentia, & conſequenter ut tanquam filij,
prædicti deſcendentes domini Iohannis Bapt.
petere poſſint prædicta bona donata, quamuis
hæred. non fuerit adita. Et ita Iuris eſſe arbitror
ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

*1 Filij, & deſcendentes in conditione poſiti an cēſean-
tur uocati in diſpoſitione & nu. 6.*

*2 Interpretatio odioſa præſertim in vltimis uolunta-
tibus fieri non debet.*

*3 Filij cum certa reſtrictione & qualitate ſeu adie-
ctione maſculorum poſiti in conditione, ex conie-
ctura uocati cenſentur in teſtamento per fidei-
commiſſum.*

*4 Verba enunciatiua per modum cauſæ probata fidei
commiſſum inducunt.*

*5 Teſtator vocans aliquos gradatim ſucceſſiuè, & in
infinitum ſimplex & abſolutum fideicommiſſum
inducit.*

CONSILIVM LXVII.

Diuino nomine implorato.

LICET ad explicandam dubitatio-
nem, quæ oritur ex teſtamento Io.
Cerbini multa deduci poſſent, nihi-
lominus quoniā breue tempus ad
ſcribendum aſſignatum eſt: Ego breuiter rem
perſtringens è multis, quæ præſenti inſpectio-
ne ſe ſe mihi obtulerunt, ſeligam quæ magis ne
ceſſaria videbuntur.

Quatenus ergo dubitatur, an creditores Pe-
trifranciſci d. Ioannis conſequi poſſent eorum
creditum ex illis bonis quæ olim fuerant dicti
teſtatoris, primo videretur dicendum poſſe.

Primo quia ipſius teſtatoris deſcendentes
non videntur ſe poſſe tueri prætextu fideicom
miſſi, nam ſicuti ea quæ fiunt ſub conditione,
nō videntur poſita in diſpoſitione. l. ſi quis ſub
conditione. ff. ſi quis omiſſ. ca. teſtam. l. cedere
3 ff. de verb. ſignifi. † Ita etiam filij & deſcendētes
poſiti in conditione, non cenſentur eſſe vocati
in diſpoſirione, gloſſ. in l. Lutius. ff. de hære. inſt.
l. ex facto, ubi Alex. & alij. ff. eo. Imola in l. filiusfa
milias. §. cum quis. ff. de leg. 1. ubi dicit eſſe cō-
munem opinionem. l. 1. ubi Iaſ. & Deci. idem at-
teſtantur. C. de pact. Oldrad. in conſi. 21. & con
ſi. 94. Iaſ. in l. generaliter colum. 1. verſi. ſecunda
ex iſta. C. de inſti. & ſubſt. Sed Ioannes teſtator
dum dixit & caſu quo d. Petrusfcanciſcus & a-
lii filij maſculi &c. decedant ſine filijs &c. ſubſti-
tuit &c. certè poſuit ipſos filios & deſcenden-
tes in conditione, ergo non cenſentur eſſe vo-
cati in diſpoſitione, neq; ſub contraria cōditio
ne ſubſtituti eſſe videntur iuxta ea quæ tradit
Bart. in l. centurio. ff. de vulg. num. 37. vbi dicit
quòd ſi teſtōr inſtituto filio dixit, & ſi deceſſerit
ſine filijs ſubſtituo talem, filius uerò decedat cū
liberis, tunc illi liberi nati ex filio non dicuntur
teſtatori uocati ex fideicōſſo, uel ſub cōditione;
ſed patri ſuo ab inteſtato, neq; dicuntur ſub cō-
traria condōne uocati. l. hæredes in fi. ad Treb.
& idem dicit Cur. in l. 1. C. de pact. num. 13. ſed
intelligitur quando non eſt qualitas maſculini-
tatis, & quando ex alijs non apparet quòd vo-
centur diſpoſitiuè.

Secundò quòd non ſit inductum fideicom
2 miſſum in deſcendentib. videtur probari, † quo
niam odioſa interpretatio pręſertim in vltimis
voluntatibus fieri non debet. l. cum quidam. ff.
de lib. & poſth. c. odia de reg. iur. in 6. Sed ſi di-
ceremus teſtatorem feciſſe fideicommiſſum,
hæc eſſet odioſa interpretatio, quia fideicom-
miſſum & prohibitio de nō alienando eſt odio
ſa. §. nos autem, in Auth. de reſtit. fideicommiſ.
Alex. conſi. 59. colum. pen. nec dicatur, nu. 20.
3. vol. Iaſ. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. primo,
edit. 2. nume. 8.

Ergo non debet fieri ea interpretatio, qua in-
ducatur fideicommiſſum ad onus & grauamē
ipſorum deſcendentium per notata per Bar. in
l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de lega. 2. Bal. in l.
cum uirum vlt. colum. C. de fideicom.

Tertiò quod non ſit inductum fideicom-
miſſum, & conſequenter quòd bona ob ſoluen
dum æs alienum poſſint alienari videtur proba
ri, quia teſtator non prohibuit eorum bonorū
alienationem quemadmodum poterat. d. §. Di-
ui. & l. cum pater. §. libertis. ff. de legatis ſecun-
do. Ergo poſſunt alienari, arg. l. præcipimus. C.
de appel. in fi.

Quibus tamen non obſtantibus contraria opi-
nio iure defendi poteſt, quòd imò creditores d.
Petrifran. creditum eorum cōſequi non poſſūt
ex illis bonis. quæ iure fideicommiſſi ad ipſos
deſcendentes Ioannis teſtatoris pertinent prin
cipaliter.

Primò quia cum teſtator in ſubſtitutionis cō
ditione dixerit, & ſi deceſſerit ſine filijs, & deſcē
dentibus maſculis, uidetur eos deſcendentes
propter adiectionem maſculorum uocaſſe ex fi
deicommiſſo, licet eos in conditione poſuerit.

Primò quia ut dicit Dec. in l. 1. C. de pact. ult.
no. numero 16. teſtator adiecit eam qualitatem
maſculorum, ut excluderet fœminas, quæ de iu-
re communi ab inteſtato admittebantur. l. maxi
mum uitium. C. de lib. præte. Sed fœminæ non
poſſunt dici excluſæ, niſi teſtator in ſuo teſtamē
to maſculos deſcendentes ſubſtituat per fidei-
commiſ-

commiſſum,quia ſi non uocerentur maſculi,utique fœminæ non excluderentur, ſed ſuccederent, d.l. maximum uitium. ergo dicendum eſt eos non tantum poſitos eſſe in conditione,ſed etiam uocatos fuiſſe per fideicommiſſum ab ipſo teſtatore.

Neque obſtat,ſi quis obijciat quòd qualitas maſculorum non inducit uocationem deſcendentium,ſed tantum excluſionem ſubſtitutorũ, ut ſcilicet ſoli maſculi excludant eos, non autem fœminæ,qnoniam reſpondetur,quòd imò teſtator uoluit,ut maſculi excluderent fœminas dũ appoſuit illam dictionem maſculorum,& noluit eos deſcendentes uocare. Nam ſi hic ſubſtitutus excludit fœminas, deſcendentes uerò excludunt ſubſtitutum, ergo ſecundum uoluntatem teſtatoris deſcendentes excludunt fœminas.gl. in l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab.ſi.n.ninco.&c.

Secundò quòd propter qualitatem maſculinitatis dicantur uocati,adducitur ſimile,qnoniã ſi ſtatuto cauetur ꝙ ſtantibus maſculis &c.tunc duo ex eo ſtatuto inducuntur. Primum eſt, ut fœminæ excludantur. Secundum,ut maſculi uocentur.Bar.in l.liberorum.ff. de uerb.ſig. uerſic. pone exemplum.Bal.in l.maximum.in 2.not. C. de lib.præt. Ergo eodem modo illa qualitas maſculorum hoc operabitur, ut inducatur diſpoſitio,& uocentur ex fideicommiſſo præſertim cũ illa uerba,maſculis debeant aliquid operari. l. ſi quando.ff.de leg. 1.Et prædicta ratio Dec.uiget etiam ſtante ſtatuto, quòd extantibus maſculis &c.quia coniecturandum eſt teſtatorem hoc inducere uoluiſſe,ut conformaret ſe cum diſpoſitione iuris communis.arg.not.in l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad Treb.

Tertiò quòd filij poſiti in conditione cum adiectione maſculinitatis cenſeantur uocati,ꝓbatur ex his quæ dicit Dec. conſ.534. num. 3. & 4. par.4. quia quãdo aliquis remouetur a lucro contemplatione alicuius perſonæ, tunc lucrum debet applicari ei,cuius contemplatione ille remouetur.Bar.l.liberorum.col.pen. uerſic. pone exemplum.ff.de uerb.ſig.& in l.2.§.uidendum. ff.ad Tertul.

At filiæ excluduntur contemplatione maſculorum,& deſcendentium,ergo illis debet applicari lucrum, & conſequenter cenſentur uocati.

3 Quibus omnibus rationib. probatur, † quòd quando filij cum certa reſtrictione,& qualitate, ſeu adiectione maſculorum ponuntur in conditione,tunc ex coniectura cenſentur uocati in teſtamento per fideicommiſſum.Quam opinionẽ tenet Dec. d.l. 1.C. de pact.num. 16. & idem Deci.conſ.545.in fi.num. 11.par.4. & in conſ. 270. num: 3.uerſ.2.concl.& num.6. uerſ.uenio. par. 2.& in conſ.655.num.32.col.fi. par.5. & conſil. 516.nume. 11.par.4. Eandem opinionem tenet Cur. iun.d.l. 1.C.de pact.num. 14.ubi dicit ſe pluries ſecundum hanc limitationem conſuluiſſe, præſertim in ciuitate Brixiæ,& fuiſſe confirmatũ per Senatum Venetum, & idem Cur. conſ.87. in fi.num.8.& conſ. 113.num.5. Eandem opinionem ſequitur Lud.Gozad.conſ.29.num.22. Tenet eandem opinionem Soc.iun.conſ.114.num. 16.par.1.& conſ. 151.par.2. ubi dicit ſe ſolitum ſæpe eſſe ita conſulere,& ſe hoc tenere in l.Centurio.ff.de uul.& Grat.cõſ. 101.li.2.nu.20.ubi dicit ſemper ſe hoc modo iudicari uidiſſe,licet Socy.iun. & idem Grat. deficientibus coniecturis aliter quandoque dixerunt.

Secundò principaliter, quòd in propoſita ſpecie inductum ſit fideicommiſſum, probatur quia ubi verba diſpoſitionis ſunt clara,non eſt vlterius diſputandum. l. ille aut ille §. cum in verbis.ff.de leg. 3.l.continuus. §. cum ita. ff. de ver.ob.Sed ex illis verbis teſtamenti,apparet teſtatorem expreſſe vocaſſe filios & deſcendẽtes diſpoſitiuè dũ dicit, & quia uoluit bona d teſtatoris ſemper eſſe, & permanere in filios & deſcẽdẽtes d.teſtòris maſculos & illis deficientib. in filios deſcẽdentes maſculos fratrum ſuorũ; Ergo concludendum eſt inductum fuiſſe fideicommiſſum diſpoſitiueq; ipſos filios & deſcendentes in teſtamento aui eſſe vocatos per fideicommiſſum.Illa enim uerba quia voluit, rationem finalem deſignãt.l. demonſtratio. §.quod autem,vbi not.ff.de cond.& demonſt. quæ ratio apertiſſimè fideicommiſſum apertè adeſſe deſignant.l.pater filium.§. fundum.ff. de legat 3.Gozad.conſi. 102.num.5.Illa autem uerba eſſe & permanere,ſeu ſtare,& peruenire & ſimilia,quę ſunt,vt per doct.in d.l.centurio,demonſtrant & ipſa fideicommiſſum inductum fuiſſe.

4 Tertiò † ſi verba enunciatiua prolata per modum cauſæ fideicommiſſum inducunt,ut inducunt Oldr.Bar.Imola & alij in l.Lucius.§. filia.ff. ad Trebell.per l.pen.ff.de coll.dot. l. ſi ſocer. §. Lucius.ff.ſolut.matri.vbi doctores, ergo multo magis inducũt fideicommiſſum in caſu noſtro, vbi; illa uerba, quia volo &c. ſunt diſpoſitiua, Auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccl. præſertim cum adſit verbum uolo quod conuenit fideicommiſſo.l. 2.D.comm.de lega. cum ſimilibus

Quarto principaliter colligitur ex uolũtate & mente teſtatoris.l.fideicommiſſa. §. hæc uerba. l.Pamphilo.ff.de leg. 3.l.unum ex familia. §. ſed ut ſi fundum,& §.item Marcus,& §.ſi omiſſa. ff. de leg.1.Cum.d.§.diui, num. 4. & ibidem Opizon.num. 22. Sed teſtator ſemper mentionem habuit maſculorum,eosq; nocauit tam in conditione,quàm in diſpoſitione, nunquam autem uocauit fœminas,ſed eas dotatas eſſe uoluit,ergo euidenter apparet ,teſtatoris uoluntatẽ fuiſſe ut bona ſemper apud deſcendentes ex eius domo permanerent:& fauere uoluiſſe ſuæ maſculinæ poſteritati,ut familiæ dignitas ſeruaretur.l. 1.§.pen.ff.de uent.inſpic.Dec. conſi. 227. num.6.uer.& ſtante,parte 2.

5 Quinto principaliter idem probatur, † quia quãdo teſtator uocat aliquos gradatim ſucceſſiuè & in infinitum, tũc ſine dubio inducit ſimplex,& abſolutum fideicommiſſum non tantũ in caſu alienationis.l.fi.C.de uerb.ſignifi.l. 1. §. in fideicommiſſo.ff.de legat. 2. Ludo. Gozad. conſi. 102.

conſ.102.nu.8.& num. 10. uerſ. quinto omnes. Sed teſtator hic uocauit deſcendentes gradatim, quia prius uocauit maſculos deſcendentes, illis autem deficientibus, uocauit Simonem ex filio ſer Barth. ut in ſimili dicit Goz. d. nu. 10. & num. 8. Præterea uocauit eos in infinitū, quia dixit ſemper, ut conſiderat in ſimili Gozadi. d. conſ. 102. nu. 7. Ergo cum gradatim uocati ſint dicendum eſt inductum eſſe fideicommiſſum.

Hac opinione retenta, nō obſtant ea, quę in contrarium deducta fuerunt.

6 Primo enim non obſtat, † quòd filij poſiti in conditione, non cenſentur uocati; quoniam, ut ſupra diximus illa concluſio non procedit, quando adijcitur qualitas maſculorum, ut proponitur factum fuiſſe in caſu noſtro, tunc enim filij poſiti in conditione cenſentur etiam uocati d. l. 1. C. de pact. ubi Deci. cum alijs ſupra deductis. Addo etiam multos tenuiſſe contrariā opinionem, uidelicet, quòd poſiti in conditione, dicerentur uocati, ut tradit Galia. in l. centurio num. 102. ff. de uulg. Corn. conſ. 226. nu. 3. parte 4. Pariſ. conſ. 66. num. 17. uol. 3.

Præterea ut ex prædictis patet, iſti deſcendētes non ſolum ponuntur in conditione, ſed etiā in diſpoſitione, ut apparet ex uerbis, & mente teſtatoris; ergo poſito & non conceſſo, ut non uocarentur per conditionem, nihilominus dicendum eſſet eos ad ea bona per fideicommiſſum admitti diſpoſitiuè ex mente & uerbis teſtatoris, ut ſupra probaui.

Secundo non obſtat, quòd odioſa eſſet interpretatio ſi diceremus deſcendentibus inductū eſſe fideicommiſſum; quoniam illud procedit quando neque ex uerbis neque ex mente de fideicommiſſo facto conſtaret, Bero. c. in præſentia de probat. num. 344. Soci. conſ. 69. 3. uol. 5. col. Sed hic contrarium aperte colligitur ex uerbis & mente teſtantis, ut dixi, ergo fideicommiſſum non inducitur dicta l. fideicommiſſa. §. hæc uerba. ff. de lega. 3. & propterea prohibitio hoc caſu ualeret.

Tertio non obſtat quòd non appareat teſtatorem alienationem prohibuiſſe, quia licet in teſt. non reperiatur expreſſa prohibitione ſcilicet bona alienentur, nihilominus ibi adeſt tacita prohibitio legis propter ſubſtitutionem, quā teſtator fecit deſcendentibus l. fi. §. Sed quia noſtra Auth. res quæ. C. commun. de leg. Bart. in l. filiusfam. §. diui, ubi Iaſ. num. 60. 1. lect. & nu. 100. in 2. præterea quando teſtator ſolum dicit, ſe uelle ut bona in familia conſeruentur abſque eo, quòd prohibeat alienationem, tunc nihilominus reſultat ſimplex & abſolutum fideicommiſſum, ut Curt. iun. conſ. 114. numer. 18. uerſ. puto igitur, & dicit Soci. conſ. 227. num. 2. col. 1. uerſ. quarto confirmatur. uol. 2.

Quare cum teſtator hic dixerit, & quia uolo, ut ſemper apud filios &c. ſequitur, ut iniunctum ſit deſcendentibus fideicōmiſſum, & conſequēter non poſſint huiuſmodi bona alienari, ut creditoribus ſatisfiat.

Quia licet bona reſtitutioni ſubiecta & fideicommiſſa alienari poſſint & ſatisfiat creditoribus defuncti teſtatoris. §. diui. uerſ. ſed hæc neque creditoribus l. filiusfamil. ff. de legat. 1. ubi Iaſ. num. 11. 1. lect. & num. 14. in 2. Nihilominus bona fideicōiſſo ſubiecta non poſſunt alienari, vt ſatisfiat a creditoribus hæredis. d. §. diui. vbi gloſſ. in verſ. nam ſi hæredis, cuius intellectum Barto. ibi num. 8. dicit eſſe communiter approbatum, & tenet Iaſ. & repetentes dicto §. diui. & Pau. Caſtr. in l. fina. C. commun. de lega. num. 4. verſ. ſol. intellige. Quare cum creditores, de qui- 5
bus hic agitur, ſint creditores Petrifranciſci hęredis, non autē Ioannis teſtatoris, ſequitur eos non poſſe conſequi creditum ſuum ex eiſdem bonis.

Atque ita iuris eſſe arbitror ſaniore iudicio ſemper ſaluo.

Ego Ant. Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio, quando, cum obligationem reſpicit conditionem ſignificet ad tempus implementi reſtrictum.*
2 *Conditionis ad implementum ſat eſt ſemel eam extitiſſe, licet deinde deficiat.*
3 *Natus ſexto menſe & incontinenti mortuus non efficit ut conditio exiſtat.*

CONSILIVM LXVIII.

Diuino nomine implorato.

DE conſultatione propoſita idem arbitror reſpondendum, quod antea ſupra reſpondit Excellentimus Iuriſconſultus Dom. Hannibal Nozzolinus vti frater honorandus & ideo vt ſubſcriberem duntaxat requiſitus, ita illius opinionē ex infraſcriptis breuiſſimè comprobo. Nā Sempronius, de quo agitur, cum promiſerit ſe daturum ſemper & quando filium haberet; videtur
1 ſe obligaſſe ſub conditione; † quia illa dictio quando, licet ſit temporis expreſſiua, tamen cū reſpicit obligationem, ſignificat conditionem ad tempus implementi reſtrictam. l. quib. dieb. §. quidam Titio. ff. de cond. & demonſt. & Dec. in conſi. 421. num. 5. part. 3. & Hyeron. Grat. in conſi. 38. num. 11. parte 1. Quare cum in caſu noſtro conditio dicatur impleta, conſequens eſt, vt ipſe Sempronius teneatur. Quod autem dicta conditio impleta ſit, oſtenditur, quia dicto Sempronio natus eſt filius in ſexto menſe, qui & ſi iuxta ordinem naturæ viuere non potuit, ob idq; poſt paucas horas deceſſit, nihilominus rectè dicimus, eum aliquando in rerum natura fuiſſe, dictumque Sempronium filium habuiſſe; quia hi poſſunt filij appellari, qui ſeparati ab utero matris in lucem eduntur, & uiui naſcuntur. l. qui mortui in fi. ff. de verb. ſignific.

ſumpta

ſumpta argumentatione a contrario ſenſu,& l. etiam ea mulier;vbi Doctores.ff. eod. Quod ſi Sempronius filium habuit,certum eſt, conditionem eſſe impletam,& obligationis diem ueniſſe,quamuis poſtea filius deceſſerit. Sufficit enim conditionem ita ruditer impleri,ſicut ruditer eſt concepta Ioan.de Anan.in conſ.22. incipiente ad improbandum.nume.3.ſed in rudi forma & conceptione conditionis expreſſum fuit,ſi filium haberet;ergo ſi aliquo tempore filium habuit, verificatur conditio, ſiue deinde
2 uixerit,ſiue obierit. † Ad implementum enim conditionis ſat eſt ſemel eam exiſtere, licet deinde deficiat. l. ſi quis hæredem. C. de inſtitution.& ſubſtitut. ſub cond. fact.Pariſ. conſi.32.num.84.volum.1.vbi dicit,ſatis eſſe conditionem impleri momento;etiam ſi non duret. l.Gallus.§.quęramus ubi doc.ff.de lib.& poſth. quo in loco dicunt, quod ſi aliquis ita inſtituitur, ſi naſcatur ſuus, mox verò contingat eum naſci ſuum, tunc ſane dicitur impleta conditio, & eſt locus diſpoſitioni, licet poſtea eſſe deſinat uel nolit; Nam cum ſemel extiterit, tunc illius repudiatio non efficit ut deficia dicta conditio, gloſ. in l.ſi mater §.ſi.ff.de vulg. & pupill. & Oldrad. in conſ.21. Incip. Thema tale eſt, teſtator num. 1. & Fortun. Grat. in l. Gallus §. & quid ſi tantum nume. 176.ff.de lib. & poſthum. & Soci.iun. conſ. 102.num.38.parte 1.ubi dicit quòd quando cõditio ſemel deficit propter natiuitatem filij,eo caſu non attenditur neque impletur conditio per mortem, cum ſemel defecerit.

Qua opinione firmata animaduertendum eſt ad illud, quod ſcribit Bartholom. à Caſſene, in conſ. 21.in 2.dubio nu.6.ubi concludit quòd filius, qui natus eſt in ſexto menſe, & incontinenti moritur, non efficit ut conditio exiſtat, uel impleatur, nec deficit fideicommiſſum, ſed admittitur fideicommiſſarius. Ibi enim pater ſcripſerat hęredem Claudiam filiam ſuam adieceratqne vt ſi claudia filia decederet ſine liberis ſuperuiuentibus, ei tunc ſubſtitutus eſſet Ioannes dicti teſtatoris nepos; Contingit autem ut Claudia facta prægnans emitteret partum viuum ante ſex menſes,qui ſanè partus illico deceſſerit; demum diem ſuum obijt Claudia mater infantis; quæſitum fuit utrum diceretur extitiſſe conditio, qua impleta ad fideicommiſſum admitteretur Ioannes nepos, & fideicommiſſarius; & reſpondetut non defeciſſe fideicommiſſum; quoniam is, qui natus eſt in ſexto menſe, ordine naturæ inſpecto, viuere nõ poteſt, nec eſt perfectus partus, ſed abortiuus, & natiuitas illius non eſt conſiderabilis, cum illicò deceſſerit, quia ante ſex menſes mater potius dicitur eieciſſe partum, quàm emiſiſſe arg. l. ſi ſeruum alienum.§. ſi mulier & l. quintus. ff. ad legem Aquil. Nec dicitur natus, qui ſtatim moritur Abb.in c.nam & ego de uerb.ſignif.Ex quibus hic etiam concludendum videretur, eũ, qui naſcitur in ſexto menſe non ſolum teſtamẽtum non rumpere, ut per Tom.Grammat. conſi.154.num.4.& ſeq. ſed nec etiam efficere, ut conditio impleatur iuxta tradita per Caſſen. in d.conſ.21.in 2.dubio pręall.

Sed ad hoc primo reſpondetur, illum caſum a caſu noſtro multum differre;quia in conditione, de qua in d.conſ.21. non ſolum mentio facta eſt filij nati, ſed etiam ſuperuiuentis, quandoquidem nepos ſubſtitutus fuit Claudiæ ſi ea ſine filijs ſuperuiuentibus deceſſiſſet;unde cum filius natus eſſet in 6.menſe, & deceſſiſſet illicò ante matrem conſequens fuit, ut natiuitas filij non eſſet conſiderabilis quia ſuperuixit, quæ tamen conſiderabilis fuiſſet, ſi poſt matrem Claudiam deceſſiſſet, quamuis natus eſſet in ſexto menſe. At in caſu propoſito conſideratur ſolũ an Sempronius filium habuerit: non autem an ſuperuixerit: merito in caſu noſtro filij natiuitas conſideratur.Ideoque ex diuerſis non licet inferre l.naturaliter §.nihil commune. ff. de acqui: poſſ.

Secundo reſpondetur, bona, de quibus agitur in d.conſ. 21. omnia fermè fuiſſe bona feudalia,in quibus natus,& ſtatim mortuus... licet alias ſecus fit tamen non eſt in conſideratione gloſ. in c. 1. Ep. uel Abbatem in uerſiculo non additur ubi Bal.& in l.1.§.in nouiſſimo. C. de caduc.toll.& Caſſen.in d.conſ.21. in 2. dubio nu. 8.cum ſimil.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniori ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Ciofius.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio uno primoq́; actu an impleatur,& an ſemel exiſtere ſufficiat,& ſi non duret. nu. 5.*

2 *Datum ſub conditione ſub contraria ademptum videtur.*

3 *Incluſio unius,alterius eſt excluſio.*

4 *Conditio reſolutiua non ſuſpendit actum ſed ipſum reſoluit.*

CONSILIVM LXIX.

In Dei nomine.

VERBA teſtamenti ſunt.Iure legati, & pro remedio animæ ſuæ reliquit & legauit dictus teſtator Dominæ Mattheæ vnum petium terrę, &c.itẽ ſcutos &c.danda & ſoluenda dicta bona, & pecunias dictæ Dominę Mattheę ſtatim ſecuta morte dicti teſtatoris per infraſcriptum eius hęredem, ſiue per infraſcriptos tutores & curatores. d. n. cum hac tamen conditione, quòd ſi Domina Matthea non compateretur ſtare cum Petro Vincentio nepote dicti Franc. teſtatoris, & eiuſdem teſtatoris hęrede, in dictum caſum reliquit & legauit etiam iure legati, & pro remedio ani-

dio animę ſuę dictę Dominæ Matthеę, durante eiuſdem vita annuatim ſtaria duodecim grani. Hoc facto teſtamento, deceſſit teſtator, eoque mortuo Domina Matthæa ſtetit; & cohabitauit ſimul continue cum dicto Petro. Vinc. circiter quinque menſes. Deinde uerò nupſit: Quibus nuptijs contractis deſceſſit a Petro Vinc. & petijt legata. Quęrunt modo tutores, an, & quę legata debeantur prędictę Dominę Matthеę.

Et prima facie uideretur dicendum omnia legata in dicto teſtamento relicta ei deberi, quoniam teſtator ea, quę primo loco legauit, tunc demum uidetur relinquere Dominę Mathęe ſi ipſa ſtaret cum Petro Vinc. Sed in propoſito caſu conditio iſta impleta eſſe uidetur, quādoquidem plures menſes cum eo ſtetit; ergo etiam quę primo loco relicta ſunt debita eſſe uidentur;

1 Namque iuris notiſſimi eſt † conditionem vno primoque actu impleri, conſumi, & perfici & ſat eſſe eam ſemel exiſtere etiam ſi non duret l. heredibus in princ. ff. ad Senat. Conſ. Treb. & l. ſi quis hæredem ubi gloſ. & doct. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. hæc conditio in princ. ff. de cōdit. & demonſtrat. & Tiraquell. in regula l. boues. §. hoc ſermone in princ. nu. 118. ff. de uerb. ſignif. & eſt communis opinio, ut atteſtatur Pariſi. conſ. 32. num. 89. uol. 1.

Veruntamen hoc minime obſtante, uerius eſſe puto deberi ſolum ea, quę ultimo legato cōprehenſa ſunt. Nam verba legati quæ dicunt legauit petium terræ &c. hac conditione, ut ſi cū Petro Vinc. non ſtaret in eum caſum relicta ſint duodecim annua, utique prædicta uerba, aut cōtinēt conditionem ſuſpenſiuam, aut uerò continent conditionem reſolutiuam.

Si ergo velimus legatum ſuſpendi per dictā conditionem, ſicut eſt natura conditionis, vt per Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de condit. & demonſtrat. tunc dico, eadem uerba tacitè innuere Dominam Matthęam habere debere primum legatū ſi ſteterit cum Petro Vinc.

Quod ſi uerba hæc aliter intelligerentur, ſequeretur, nunquam dari caſum, in quo Domina Matthæa admitteretur ad primum legatum, quod dicendum non eſt, quia eſſet abſurdum, quod eſt euitandum l. nam abſurdum. ff. de bonis libert. Si Verò præſupponamus, eam nō ſtetiſſe cum dicto Petro Vinc. tunc uerba ſuadere puto, dictam Dominam Matthæam excludendam eſſe a primo legato, id quod probatur.

2 Primo † quia datum ſub conditione, uidetur ſub contraria conditione ademptum, & contra l. ſi legatum, ff. de adimen. legat. l. quod purè. ff. quando dies lega. ced. l. pecuniam quam mihi. ff. ſi cert. peta. Curt. inn. conſ. 73. num. 25. parte 1. Iaſ. d. l. pecuniam num. 8. uerſ. in gloſ. ibi. Quare cum dicta Matthęa non ſteterit cum Petro Vinc. ſed poſtquam nupta fuit ab eo diſceſſerit, conſequens eſt, ut dicatur priuata primo legato.

Secundo hæc opinio comprobatur, quia cū teſtator dicit hac conditione, quòd ſi non ſtaret, habeat annua duodecim &c. proculdubio uidetur feciſſe translationem legati prius facti, voluiſſeque vt loco primi legati habeat ſolū ſecundum; quoniam translatio legati fieri dicitur quando res pro re; datur l. translatio. ff. de adimen. lega. & conſequenter teſtator dando ſecundum legatū uidetur tacitè primum ademiſſe l. ſicut adimi. ff. de adim. lega.

Tertiò, quia cum teſtator dicat ſe relinquere dominæ Matthеæ vltimum legatum, & includat illud, videtur etiam excludere primum legatum,

3 † quia vnius incluſio eſt alterius excluſio. l. cum prætor in princ. ff. de iudic. l. maritus. C. de procur. in fi. l. patri datur. ff. de adulter. l. cum delanionis. §. cui fundus. ff. de fundo inſtruc. c. nonne de præſumpt. Si uerò volumus uerba teſtamenti continere conditionem reſolutiuam, primumque legatum ab initio non fuiſſe ſuſpenſum, tunc adhuc dico, dictam domin. Matthæam non eſſe admittendam ad legatum, quia legatū primo loco factum reſolutum fuit per dictam conditionem appoſitam in teſtamento; cum. n. intentio teſtatoris fuerit relinquere primum legatum, ſi domina Matthæa ſteterit cum Petro Vincentio profectò ſi non ſteterit, videtur voluiſſe, ut dictum primum legatum reſoluatur, finiatur, & locum ſolum ſit ſecundo legato,

4 † quia conditio reſolutiua non ſuſpendit actum, ſed ipſum reſoluit. l. 2. ubi gloſſ. ff. de in diem adiec. l. ſub conditione. §. fi. ff. de aſſig. liber. Soc. conſi. 62. nu. 4. uolum. 4. Pariſi. conſi. 5. num. 12. uolum. 4.

Quibus ita ſtantibus, non obſtat dum diceba-

5 tur, ſatis eſſe conditionem ſemel exiſtere, † quia reſpondetur quòd illa regula limitatur non procedere, quando ex coniecturis veroſimiliter colligeretur, diſponentes aliter ſentire, & interrogati ſi eſſent, aliter reſponſuros fuiſſe. l. tale pactum. §. fi. ubi gloſſa, & Bal. ff. de pact. & Tiraq. d. l. boues. §. hoc ſermone in 2. limit. nume. 7. ff. de uerb. ſignific. Nam quando per primum actum non ſatisfit menti, & intentioni diſponentis tūc non dicitur impleri conditio per unicum actum Bal. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis alicui decem. ff. de leg. 3. & Tiraq. d. §. hoc ſermone in 6. limitat. num. 1. & per totum. At in caſu propoſito teſtator voluit ut domina Matthęa ſtaret cum Petro Vinc. quæ uerba factum ſucceſſiuum, & cauſam permanentem ſignificant, quo caſu non ſufficit aliquid ſemel fieri l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. ergo propter eam ſolam cauſam teſtator cenſetur reliquiſſe legatum, dicendumque uidetur ab eadē cauſa regi, atque declarari debere diſpoſitionem c. requiſiſti, de teſtament. Deci. in conſ. 120. colu. fi. Ex quo ſequitur, quòd cum dicta Domina Matthea diſceſſerit a dicto Petro Vinc. debeat cenſeri priuata primo legato, & ad ſecundum ſolūmodo admittatur. Nam cum primum tacitè ei relictum dicatur, ſi ſteterit cum Petro Vinc. ſecundum uerò ei relictum ſit ſub expreſſa conditione ſi non ſteterit cum eo, proptereaque dicta le-

cta legata relicta videantur ſub contrarijs conditionib. quæ ſemel exiſtere, uel in eodem ſubiecto locum habere non poſſunt l. ſi per errorem ff. de iuriſ. om. iud. quia cũ duo contraria ponuntur, ſequitur deſtructio vnius l. ſed & ſi §. ſi inſtitoria. ff. de inſti. acti. & l. pomponius in fi. ff. de procur. conſequens eſt ut Domina Matthea primum tantum legatum habere poſſit, non autem & primum & ſecundum ſimul, quoniam ſi utrunque peteret tanquam ſibi contraria repelli poſſet l. 1. C. de furt. l. contra maiores. C. de inoff. teſtam. c. 1. ut eccleſiaſt. benef. c. ſolitudinẽ de appellation.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, cui ſolutio fit, ad cedendum ſoluenti compellitur.*

2 *Filius oẽ, quod quærit, patri acquirit. Noſtrum quod eſt, ſine facto noſtro ad alium non transfertur.* 3.

4 *Ceſſio ex falſa cauſa uitiatur.*

5 *Iura quæ ceduntur in ceſſionarium tranſeunt cum eorum omnibus qualitatibus, vt ſi inutilia ſunt in cedentis perſona, pariter in ceſſionario.*

6 *Actiones & iura aliena cedi non poſſunt.*

7 *Mãdati fines diligẽter ſeruãdi alias illud irritatur.*

8 *L. ſi nunquam. C. de reuocan. donat. locus eſt, quamuis procuratoris poteſtas generalis data ſit conficiendi inſtrumẽta cum pœnis, obligationib. & renunciationibus.*

9 *Cedens non uidetur cedere actiones contra ſe ipſum.*

10 *Pacta omnia ſiue actiuè, ſiue paſſiuè ad hæredes trãſire, etiam ſi de illis mentio non fiat.*

11 *Taxatiua etiam in materia pactorum, caſus ſimiles non excludit.*

12 *Donatio ſeu ceſſio ex titulo donationis, excedens ſummam 500. annorum inſinuationem requirit, quando defectus inſinuationis non tollitur per iuramentum.*

13 *Ceſſiones titulo donationis, quando in inſtrumento locus loci non ponitur celebrationis contractus, impugnantur.*

CONSILIVM LXX.

Diuino nomine Implorato.

IN cauſa ceſſionis iurium, & actionũ dotalium, quæ oritur inter Nob. Tanaim de Nerlis ex uno latere, & Nob. Philippum de Pictis, & litis cõſortes ex alio: Idcirco paucis agam, quòd intelligo principales omnes articulos, in quibus vertitur cardo difficultatis, adeo copioſe fuiſſe diſputatos a clariſſimis iuriſc. qui pro Pictis ante me ſcripſerunt, ut uix mihi locum aliquem relictum videam, quẽ ego ſcribendo poſſim diligẽtius illuſtrare.

Quamobrem pauca quædam addens, & eorundem opinioni libenter ſubſcribendus, dico dictum Tanaim obtinere non poſſe contra Philippũ & alios litis conſortes.

Nititur enim Tanais quibusdam ceſſionibus quæ ipſum minimè iuuant. Nam in primis comperio ceſſionem iurium, quam fecit Domina Maria de Neronibus Ioanni Baptiſtæ de Pictis ſoluenti, ut aſſerunt, de ſuis pecunijs ſcutatos 870. nomine dotis reſtituendæ, huiuſmodi eſſe, ut neceſſaria ceſſio dici poſſit. quandoquidem prædicta Domina Maria cogi poterat cedere iura dotalia, & actiones illi, qui ſummam ex
1 cauſa dotis debitam ſibi ſoluiſſet. †quia creditor ſolutionem recipiens cõpellitur cõtra alios cedere iura ſoluenti nomine ſuo l. mulier ubi gloſſ. & Bal. ff. qui potior. in pignor. hab. & Bal. in l. iubemus num. 2. uerſ. quærunt. C. ad Senatus Conſ. Velleian. Deci. conſ. 104. nume. 2. verſ. ſed prædictis non obſtantibus parte prima, & in conſ. 446. uiſo eleganti in princ. parte 4. ubi dicit, creditorem cui ſolutio fit, cogi poſſe ad cedendum iura ſoluenti; Quo caſu ceſſio fieri dicitur ex iuris neceſſitate, ut not. in l. modeſtinus ff. de ſolut. & l. ſi res obligata in fi. ff. de lega. 1. & Bart. in l. poſt dotem num. 35. ff. ſolut. matr. & Bal. Nouell. in tract. de dote in 12. parte principali q. 4. nume. 15. uerſ. Item quia, & uerſ. ſed aduertendum.

Atque hac quidem prima ceſſione neceſſaria prædictus Tanais niti non poteſt; quoniam, aut ipſe uult per huiuſmodi ceſſionem fuiſſe acquiſita prædicta iura dotalia Ioanni Bapt. ſoluenti nomine ſuo, tam & ſi re uera de paternis pecunijs, ut uoluit Deci. in conſ. 99. incip. in cauſa Ioannis de Ricas. num. 1. & 2. parte prima & tunc reſpondeo quòd immo dicta ceſſio facta Ioanni Bapt. non valuit, ut in ſimili ferme facti ſpecie tradit Soci. in conſ. 18. num. 13. & nu. 8. primo vol. ubi cum quidam extraneus de pecunia cuiusdã Chini obligati ex perſona patris ſoluiſſet nomine Chini cuidam Dominæ Corradinæ, ipſaque mulier ceſſiſſet iura dotalia dicto Chino, concludit eo in loco Soci. dictam ceſſionem Chino fieri non potuiſſe nec ualuiſſe. Vel poſito & non dato ut dicta ceſſio firma eſſet, reſpondeo eadem iura dotalia deinde per dictum Ioannem Bap. translata cenſeri in dictũ Laurentium de Pictis eius patrem, in cuius poteſtate tunc erat, & etiam poſtea fuit. quandoquidem aſſerta emancipatio facta non fuit ſeruatis ſolemnitatibus, uel ſoluta taxa, prout diſponitur in ordinationibus communis Flor.
2 †certum eſt n. id omne, quod quęrit filius, acquirit patri conſueuiſſe, vt communiter dicunt doc. per l. 1. §. 1. ff. ſi quis a parente fuer. manumiſſ. & per l. placet. ff. de acq. hæred. & Petr. Bellapert. in repet. l. 1. C. qui admitti num. 2. per. l. cum filiofamilias. ff. de legat. primo, & Bart. & Paul. Caſtrenſ. & Igne. & alij in d. l. 1. C. qui admitti. Aut uero dicit iura dotalia ex prædicta ceſſione

ne ſtatim & immediatè videri acquiſita prædicto Laurẽtio de Pictis, de cuius pecunia effectu & re vera ſolutio facta fuit; quamuis ad hoc nil reſponderetur, nihilominus manifeſtum eſſet dictam ceſſionem prædicto Tanai prodeſſe nõ poſſe, quia ſi hæc iura per hanc ceſſionem iam deuenerunt in Laurẽtium de Pictis, vtiq; Ioan. Bap. e iuſdem filius cum ſuperuiuente Laurẽtio patre deceſſerit, nõ potuit ſine conſenſu patris
3 eadem cedere Tanai de Nerlis; † cum id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad aliũ transferri nõ poſſit l. quodcunque §. ſiquis ita. ff. de uerb. obligat. l. cum maritus. ff. de iure dot. l. id quod noſtrum ubi etiam Deci. ff. de reg. iur. Quare cum ceſſio facta a dicta Domina Maria nullius fuerit momenti, vel ſi fuit, & per eam acquiſitũ eſt ius Ioanni Bapt. qui deinde illud omne tranſtulit in Laurentium, uel directò, & immediatè dicta iura Laurentio acquiſita fuerunt, conſequens eſſe debet, ut dictus Ioannes Bap. non potuerit huiuſmodi iura in aliũ deinde transferre.

Secundo impugnari etiam poteſt hæc prima
4 ceſſio alia ratione, † nimirum quia dubium non eſt, ceſſionem ex falſa cauſa vitiari Bal. in l. fin. C. de falſa ca. adiec. leg. Dec. conſ. 464. incip. placet concluſio. num. 4. ver. ſecundo reſpondetur parte 4. & ad idem facit Ruy. conſi. 125. Viſo inſtrumento num. 13. 1. volum. At in ceſſione facta a dicta domina Maria falſum exprimitur; Id quod patet, quoniam ibi dicitur Laurẽtium de Caualcantibus, qui numerandæ pecuniæ præfuit nomine Ioannis Baptiſtæ ſoluiſſe ſcutatos 870. de pecunijs proprijs d. Ioanni Baptiſtæ cum tamen re uera illa pecunia fuerit patris dicti Ioannis Baptiſtæ vt conſtat ex declaratione eiuſdem Laurentij de Pictis facta die vigeſima Iulij 1531. & ex declatione Laurentij de Caualcantibus facta die 8. Septembris 1531. apparet dictam pecuniã non fuiſſe Ioannis Baptiſtę cuius nomine ſolutio facta fuit, ſed exijſſe ex menſa Laurentij de Pictis & ſociorum; ergo huiuſmodi falſitatis expreſſio dictæ ceſſionis authoritatem & robur valdè imminuit.

Præterea quod attinet ad ceſſionem uoluntariam, quam dictus Ioannes Baptiſta ſeu Reuerendus dominus Petrus de Nerlis eius procurator ſponte fecit dicto Tanai ſecundo ceſſionario, concludendum videtur multis de cauſis, huiuſmodi ceſſionem non ualuiſſe.

5 Et primo, † quia iura, quæ ceduntur, tranſire ſolent in ceſſionarium cum earum omnib. qualitatibus. l. prætore. l. uia. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & Signorol. in conſ. 217. incip. factum ſic ſe habet num. 12. uerſi. præterea ius quod ceditur. Quod adeo uerum eſt, ut ius, quod inutile eſt in perſona cedentis, generaliter etiam ipſi ceſſionario inutile ſit Signorol. d. num. 11. & l. & hæredi. ff. de pac. Valde enim abſurdũ eſſet, ut iuri, quod eſt inefficax in perſona Ioannis Baptiſtæ robur deinceps adderetur in perſona Tanais ſecundi ceſſionarij, qui propriè dicitur ſubrogatus in locum cedentis, vt inquit Auguſt. Berou. in c. Raynutius num. 291. de teſtam. argum. l. ſi. C. mand. & l. 2. §. ſi quid iuncta. l. uenditor. ff. de hære. uel actione uend. Quapropter cum dicta iura dotalia fuerint inutilia pœnes Ioannem Baptiſtam quemadmodum ſuperius demonſtrauimus, cõſequens eſſe debet, ut eadem inualida quoque ſint in perſona Tanais, qui in illius locũ ſubrogatus fuit.

Secundo probatur, quia cum iura per d. domi. Mariam ceſſa Ioanni Baptiſtę ipſo iure tranſijſſe dicantur in dominium & patrimonium d. Laurentij eius patris, ſecundum ea, quæ diximus, vtique plusquàm manifeſtum eſt, Ioannem Bapti-
6 ſtam ea poſtea cedere non debuiſſe, † quia actiones & iura aliena cedi non poſſunt, quippe quę oſsibus noſtris adhærent, nec poſſunt ſine facto noſtro a nobis auelli. l. quis ergo. ff. de pecu. & in ſpecie dicit Alciat. in conſil. 70. incip. Baſsiani cauſa nu. 4.

7 Tertiò comprobatur, † quia mandati fines diligenter ſeruandi ſunt. l. non diſtinguemus. §. officium. ff. de arbitr. Corn. conſi. 103. nu. 19. lib. 2. Bertrand. in conſi. 193. num. 4. parte 1. in corpore recẽtiore, Dec. conſil. 493. nu. 9. parte 4. Ideoque ſi fines mandati ſeruati non fuerint, procul dubio irritatur. l. diligenter. ff. mand. c. cum dilecta de reſcript. c. cum Abbas de offi. deleg. Soc. conſi. 15. num. 11. 1. volum. 1. At Reuerendus dominus Petrus procurator exceſſit fines mandati propterea quod, vt patet ex inſtrumento dictæ ceſſionis, ipſe uoluit nomine ſui principalis renun. l. ſi unquam. C. de reuocand. donat. dum dicit, & cogitando de filijs, omnia tamen iura prædictus Ioannes Bap. tranſtulit in dictum Tanaim; quod ex poteſtate ſibi in mandato con-
8 ceſſa facere non potuit, † nam; & ſi data fuerit facultas dicto procuratori inſtrumenta conficiendi cum pœnis, obligationibus, & renuntiationibus, tamen huiuſmodi generalis renuntiatio nihil obeſt quin ſit locus prædictæ legi, ut firmat Oldrad. in conſ. 95. incip. ex forma iſtius col. 2. & Bal. in l. 1. in ult. q. C. de inoff. donat. Rom. in conſ. 169. incip. non eſt dubium, Quæ quidem opinio tutior & humanior eſt, ut tradit Tiraquellus in præfat. l. ſi unquam numero 132. uerſiculo ſi poſteriorem. C. de reuoc. donat.

Quarto prædictum Tanaim in hoc iudicio obtinere nõ poſſe petita, ex eo colligitur, quòd poſito & non dato, ut ceſſio ſibi facta valeret, nihilominus experiri non poſſet contra hæredes Ioannis Bap. qui, ut ex mandato ceſſionis conſtat; pactus fuit ne dicta ceſſio extenderetur contra perſonam dicti conſtituentis, ſed intentari poſſent dictæ actiones contra quoſcunque præterquam contra perſonam conſtituentis tã tum; ut dicitur in inſtrumento dictę ceſſionis. id quod etiam ſine ulla expreſſione, & in dubio
9 ſemper intelligitur eſſe factum, † quia cedens non uidetur cedere actiones contra ſe ipſum l. ſi peculium §. ſicut. ff. de pecul. lega. Bal. in l. 2. C. an ſer. ex ſuo facto, Alex. conſ. 149. nume. 6. lib. 2.

lib. 2. Riminal.conſ.152.num.1.uolu.1. Quo fit, vt aduerſus hæredes Ioannis Bap. hac præcipue ratione nullo modo obtinere poſſit. quamuis .n.in dict. inſtrum.exprimatur perſona Ioannis Bapt. nihilominus dici poteſt, illud pactum etiã hęredi prodeſſe l.ſi pactum ubi gloſ.ff.de proba
10 tion. † etenim generaliter omnia pacta ſiue acti uè ſiue paſſiuè tranſeunt ad hęredes etiam ſi dę illis non fiat mentio Bart. & alij in l. ſi decem cũ petiero .ff de verbor.oblig. Tiraq.in tract.de re tract. conuention. §. 1. in ver. eiusùe hæredes gloſ.6. numero 1.

Nec obſtat φ in contractu ceſſionis appona
11 tur hæc dictio taxatiua, tantum † quia taxatiua non ſolet excludere caſus ſimiles l.ob æs vbi gl. & doct.C.de præd.minor. quod etiam in materia pactorum tradit Tiraq.in d.tract. de retract. conuention.gloſſ.6.num.6. Ideoque per eam dictionem non cenſetur excluſa perſona hæredis, quæ non tam ſimilis eſt, quam eadem cũ perſona defuncti.l.hæres.ff.de vſuca. & in Auth. de iureiur.a morte præſtito.§.1.

Quinto præterea animaduertendum eſt, ceſſionem, quam fecit Ioannes Bap.ſeu eius procurator dicto Tanei, factam fuiſſe ex tit.donationis, vt conſtat ex nerbis inſtrumenti dictę ceſſio
12 nis, † proptereaq; inſinuationem requiri quotieſcunque donario excedit ſummam 500. aureorum gloſ. not. in l. donatio. C. de donat. & Petrus de Rauen. in ſingul. 86. Incip. ceſſio, & ob id ea non appoſita vitiari donationem quando defectus inſinuationis non tollitur per iuramentum iuxta ea, quæ tradit Decius in conſilio 432.Incip.cum ſit nu.18.parte 4. & Pariſi.conſ. 33.nu.15.& 16.uol.3.& conſ.69.nu.95.& 97.& 162.volum.3.

13 Sexto & ultimo, † impugnari ſolent huiuſmodi ceſsiones quando in inſtrumento non ponitur locus loci, in quo celebratur contractus, vt dicit Stephan.Bertrand. in conſilio ducenteſimo trigeſimo, num. 1.parte ſecunda in corpore antiquiore; quamobrem cum proponatur idẽ quoque accidiſſe in caſu noſtro, ſequitur vt ex hoc etiam capite hæ ceſsiones debeant tanquã inualidæ reputari, & ferenda ſententia ſit in fauorem d.Philippi de Pictis & litis conſortium.

Ego Antonius Ciofius.

CONSILIUM LXXI.

S V M M A R I V M.

1 *Nauta rem quamcumq; vel mercem, & pecuniam, num cuſtodire teneantur.*

2 *Conſuetudo nautica modo a lege non improbata, ſeruanda eſt.*

3 *Culpa quando dicatur non ordinata ad caſum.*

Chriſti nomine implorato.

IN FACTI ſpecie, de qua lis eſt inter Gulielmum Gyraldum & Bernardinum Colam Niceníes propter fugã hominis recuperati a claſſe turcica; quæritur an prædictus Bernardinus teneatur de fuga prædicti hominis. Et perſtringendo rem breuiter. Reſpondendum eſt prædictum
1 Bernardinum de fuga teneri, † quia nautarum cuſtodiæ res committuntur, easque ſaluas fore nautæ recipiunt.l.1.in princ.ff. nau. cap. ſtabul. Benuenut.in tract.de mercator.in 3.parte ſextæ partis princip. in princ. Et ideo tenentur quamcumque rem vel mercẽ cuſtodire, l.1. §.ait prætor, ff.nau.cau.ſtabul.& licet eis pecunia non ob cuſtodiam detur, ſed propter res importandas, tamen cuſtodię nomine tenentur, eaſque ſaluas fore ab omni damno recipiunt. l. 5. in fin.ff.eo. Et ideo dicit Paul.Caſt.in l.1.in princ.num. 4.& in §.ſi veſtimenta num.3.ff.depoſiti quòd nautę ex eorum officio tenentur res cuſtodire, modo penes illos res poſitæ ſint eis ſcientib. & patientib. quare ſi nõ benè cuſtodiant, tenentur de leui culpa, quod etiam obtinet quando, vt in caſu noſtro, nauta alterius nautæ rẽ receperit.l. 4.ff.nautæ, caup.ſtabul.

Neque obſtat quòd prędictus Gulielmus nõ videatur conſignaſſe cuſtodi rerum nauticarũ in naui, aut alij prędictum hominem, qui aufugit & propterea non teneatur magiſter nauis de fuga: quoniam reſpondetur, quòd nautę dicuntur recipere cuſtodiam omnium rerum, quæ in nauim illatæ ſunt, etiam ſi eis aſſignatæ expreſsè non ſint.l. 1.§.fi.ff.nau.caupones, ſtabul. ſatis eſt enim res apud illos poſitas eſſe ipſis ſcientibus & patientibus, vt dicit Paul. Caſtr. in l.1. ff. depoſ.in princ.nu. 4. & Bal.d.§. fi.l. 1. ff. nautæ, caup.ſtabul.

Quare cum prędictus magiſter nauis ſciuerit ipſum hominem eſſe in naui, tenebatur eum ex officio ſuo cuſtodire, & debebat habere cuſtodes & miniſtros expertos, quia ex eorum facto tenetur l.utique in fine.ff. de rei uendica. Benuenut.tracta.de mercator.in 3.parte ſextæ partis principalis nu.12. Et cum eum non cuſtodierit, de fuga tenetur, quandoquidem non prædixit, neq; proteſtatus fuit, ut unuſquiſq; ſuas res ſibi ſeruaret, quod facere poterat.l.fi.§.item ſi prædixerit ff.nau.caup.ſtabul.Petr.de Vnzol. in pract. notar. capite de actionibus ex quaſi malef.numero 3.

Neque obſtat quod teſtes examinati ad inſtantiam dicti Gulielmi atteſtentur d.Gulielmũ dediſſe licentiam & mandaſſe prædicto magiſtro nauis, ut hominem ſineret è naui egredi, & in terram uenire, & propterea damnum, quod ſua culpa quis paſſus eſt, ſibi imputet capitu.damnum, de reg.iur.in 6.quoniam reſpondetur

detur quòd illa licentia egrediendi cenſetur da
ta ſecundum conſuetudinem nauticam, uideli-
cet ut res illatæ in nauim, importentur uſque in
portum, ſeu, ut aiunt, uſque ad ſcalas ipſius por-
tus, ut lege Doanæ cauetur; & non aliter cenſe-
2 tur conceſſa; † eſt enim ſeruanda conſuetudo
nautica, modo a lege non reprobetur. l. depreca
tio. ff. ad leg. Rod. de iact. Bald. in l. obſeruare. §.
antequam. ff. de off. proconſul. & in conſ. 58. nu.
ſecundo. uolumine ſecundo. & ideo tenetur ma
giſter nauis, quia per loca non tuta hominem
miſit. l. qui petitorio. §. qui rem. ff. de rei uend.
ubi culpæ reus poſſeſſor dicitur, qui per loca
non tuta ſeruum miſit. Quod etiam ſuadetur,
quia nauta in mandatis habens onerare, uel exo
nerare nauim in loco aliquo ſibi aſſignato, ſi
in alio loco id faciat, uidetur exceſſiſſe fines mã
dati, & propterea tenetur reſarcire damnum
datum propter improuiſum caſum, qui non ac-
cidiſſet, ſi ipſe mandatum non exceſſiſſet. Corn.
conſil. 273. numero 16. primo uolumine. Cul-
pæque reus cenſetur magiſter nauis, quod non
prouiderit id, quod a diligente fuiſſe & prouiſũ.
l. ſi putator. ff. ad legem Aquiliam. debebat enim
ſpectare perſonę conditionem. l. plenum. §. equi
tij. ff. de uſu & habit. nam furta, & damna rerum
nauticarum cenſentur commiſſa culpa eorum,
ad quos illarum cuſtodia pertinebat. Corn. con
ſil. 273. lib. 1. nu. 27.

Præterea licentia de egrediendo a naui, uide
tur data ſecundum petitionem dicti hominis re
cuperati. §. præterea. Inſt. de inut. ſtipul. nam ip-
ſe recuperatus cum alloqueretur Gulielmum
præſente d. magiſtro nauis, ut atteſtatur primus
teſtis, petijt a d. Gulielmo ſibi licere Liburnũ in
terram deſcendere, ut facilius pecuniam inue-
niret, quam ſolueret d. Gulielmo; Cuius teſtis
dictum inditium facit ob id ſolum, & fuiſſe da-
tam licentiam, & non, ut aquandi cauſa in ter-
ram exponeretur, quemadmodum fecit cuſtos;
qui debebat præuidere id quod diligens quiſq;
præuidiſſet: quod ſi non fecit de culpa tenetur;
quia illa conceſſio etiam ſi eſſet ambigua, intel-
ligeretur facta in fauorem concedentis, argu-
mento eorum, quæ dicit Dec. in l. in contrahen-
da. numero ſecundo. ff. de reg. iur. quia ſenten-
tia proferentis ſpectanda eſt. Bartol. in l. 3. ff. de
reb. dub. & l. in ambiguis. ubi Dec. ff. de reg. iur.

Vltimò non obſtat, quòd culpa commiſſa per
magiſtrum nauis non fuerit ordinata ad finem,
quo caſu improuiſum damnum non imputatur
illi, qui eſt in culpa. l. qui furtum. ff. de cond. fur.
l. non omne. ff. de ſtabul. Corn. d. conſ. 273. nu-
3 mero decimoſeptimo. libro primo. † Quoniam
reſpondetur, quòd tunc culpa dicitur non ordi-
nata ad caſum, quando nullo modo caſus, qui
accidit occurrere ſciri potuiſſet. Bar. l. ſi ut cer-
to. §. interdum. ff. cõmod. & Cor. d. conſ. 273. nu
mero decimooctauo. hic autem probabiliter ſci
ri poterat hunc caſum euenire potuiſſe, & idem
magiſter tenebitur ſecundum prædicta.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniori ſententia ſem
per ſalua.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio ſimulata, quia ſimulatio tanquam malum ſemper reprobatur, pro infecta habetur.*
2 *Contractus licet non præſumantur ſimulati, ſimulationes tamen ex coniecturis probari poſſunt.*
3 *Confeſsio non veriſimilis attendi non debet.*
4 *Confeſsio liberatoria ſine cauſa, non tenet.*
5 *Obligatio de re aliena, in damnum domini non valet.*
6 *Actio perſonalis contra ſingularem rei ſucceſſorem regulariter non datur.*
7 *Excipiendi ius tranſit ipſo iure in ſingularem ſucceſſorem.*
8 *Actio perſonalis in factum ex aliquo actu geſto oriens in ſingularem ſucceſſorem tranſit.*

CONSILIVM LXXII.

Excellentisſime Domine Iudex.

AD aperienda dubia ſubtiliter excita
ta ab Excellentia Veſtra contra no-
bilem, & ſtrenuum Capitaneum
Lanfredinum, & Nicolaum Celle-
ſios; pro temporis anguſtia nonnulla breuiter
deducam, ex quibus manifeſtè conſtabit ſubſi-
ſtere debere capturam factam ad inſtantiam di
cti Nicolai Celleſij actoris, & curatoris hæredi-
tatis iacentis, olim Hieronymi de Celleſijs, &
obtentam pro non facto, uidelicet quia Ioan-
nes non dedit operam, neque curauit, ut Ludo-
uicus eius patruus ratam haberet ſolutionem,
ſeu extinctionem prædictæ annuæ præſtationis,
quemadmodum Laurentius pater prædicti Io-
annis olim promiſerat Hieronymo prædicto
ſoluenti, & extinguenti ſupradictam annuam
præſtationem.

Ad primum enim dubium quod reſpicit prę
dictum Nicolaum actorem, & curatorem, in
quo Excellentia Veſtra dicit, quòd dicta pro-
miſſio de rato videtur deinde fuiſſe extincta
atque remiſſa per contrariam conuentionem
factam anno milleſimo quingenteſimo quin-
quageſimo, die nono Maij, in quo (ut dici-
tur) inter Laurentium, & Hieronymum con-
uenit ſolutionem, & extinctionem prædi-
ctæ annuæ præſtationis; quo ad dimidiam
partem contingentem dictum Ludouicum,
non ualere, dictumq; Dominum Hieronymum

uelle pro dimidia parte adhuc obligatum re-
manere,prout erat a principio. Id quod Hiero:
facere potuiſſe dicitur,cum vnuſquiſque ſuo iu-
ri poſſit renuntiare.l.ſiquis in conſcribendo.C.
de pact. cum conſocijs.

Reſpondetur quòd non obſtante huiuſmodi
ſecunda conuentione, nihilominus promiſſio
de rato,manet valida,& firma,& per conſequẽs
captura non eſt reuocanda,quia aut iſta confeſ-
ſio,ſeu conuentio facta die 9.Maij fuit ſimulata,
aut fuit vera.

1 Et † ſiquidem ſimulata fuit, certum eſt, eam
pro infecta habendam eſſe,ut tradit Spec.in tit.
de confeſſ.§.nunc uidendum. uerſicul. de facto,
quæritur.numero uigeſimotertio. quandoqui-
dem ſimulatio tanquam malum ſemper repro-
batur Card.in clem.prima. de iureiuran. primo
uerſicul,no.14.Quòd autem in caſu noſtro dicta
2 conuentio fuerit ſimulata facile credi poteſt. † li
cet enim in dubio contractus non præſumantur
ſimulati,ut per Dec.conſ.491.parte quarta. nu-
mero quatto.& Grat.conſ.157.numero 13. uo-
lum.ſecundo. Tamen ſimulationes probari poſ
ſunt ex coniecturis. Bal.l.3. C. plus ualere quod
ag.& l.multum intereſt. C.ſi quis alteri, uel ſibi.
columna prima,& ſecunda.& Bar.Soc. conſ.18.
num.24.primo uolum.& Dec. conſ.543. nu.13.
par.4. & conſ.587. Coram Magnificis. numero
tertio.& conſ.660. parte 5.numero primo, cum
multis ſimilib.de quibus per Cagnol.in l.imagi-
3 naria.numero octauo.ff.de reg.iur. † Inter quas
quidem coniecturas connumeratur etiam con-
feſſio non ueriſimilis,quæ non debet attendi,ut
per Bal.in l.ſiquis in hoc genus.C. de epiſ.& cle.
& latè in indiuiduo tradit Dec. in conſ.644. in-
cip. Viſo, & perlecto. numero 6. & numero 7.
par.5. Quare cum de extinctione dictæ præſta-
tionis annuæ,& de ſolutione debiti conſtet,tum
ex publico inſtrumento, tum ex codice rationũ,
utique non eſt ueriſimile, ipſam confeſſionem
fuiſſe ueram,ſed potius ſimulatam,cum de uera
ſolutione conſtet ex inſtrumento, & ex partitis
in rationibus, tum Hieronymi, tum Ludouici
præallegati.

Accedat etiam illud ad hoc ipſum compro-
4 bandum, † quòd confeſſio liberatoria ſine cau-
ſa,cuiuſmodi dicitur iſta,non tenet,ut per Sign.
l.poſtquam. numero 39. C. de pact. per l. quo-
niam.ff. de his qui no.infam. Dyn. in cap. quod
ſemel,uerſicul.ſed opponitur.numero 4.de reg.
iur.in 6.& cap.ſi cautio.ubi Fely.extra de fide in
ſtrumen.l.cum de indebito.§.fi. ff. de probatio.
Bar.in l.generaliter.C.de non nume.pecu.Cor-
ne.conſ.300.volum.primo. Iaſon in l.cum falſa.
in fi.C.de iur.& fact.igno.& Matheſil.in ſingul.
13. vbi Gab.Saray.in annota. num. 10. Ex qui-
bus omnibus patet,quòd hæc confeſſio ſine cau
ſa,& ſimulata nullius eſt momenti, adeo etiam,
vt iuramento firmari non poſſit. gloſ.in l.3.C.
plus valere quod agitur.& Petr.de Rauen.in ſin
gul.108.incip. contractus.

Quod ſi huiuſmodi confeſſio vera fuit,adhuc
arbitror concludendum, per eam non impedi-
ri capturam prædictam, quia licet Hieronymus
voluerit remanere obligatus, prout erat a prin-
cipio,dum conſtituit annuam præſtationẽ, quo
tempore fortè obligauerat, & hypothecauerat
dicto Laurentio,& Ludouico omnia ſua bona:
tamen poſtea non potuit obligare, uel hypothe-
care dicto die 9.Maij 1550. eas officinas, ſeu a-
pothecas,quas antea Abſaloni Celleſio fratri di
cti Capitanei iamdudum uendiderat: quia cum
ex titulo emptionis in dominium dicti Abſalo-
nis emptoris, cui ſucceſſit dictus Capitaneus
Lanfredinus ſecuta traditione tranſierant. l. ex
empto.ff.de actio.emptio.& §.cum autem.inſti.
de emptio.& uenditio,& §.aliæ.inſtitutio.de do
natio.proculdubio ipſæ apothecæ erant tunc ef
5 fectæ alienæ, quo caſu obligatio de re aliena fa-
cta non valet in damnum, & præiudicium domi
ni.l.1.§.1.ff.de pignor.& hypoth.ubi gloſ.& Bar
tol.& l.rem alienam, vbi Bar.ff.de pignor.actio.
& Ant.Negoſantius in tractatu de pigno. & hy-
poth.in tertio membro ſecundæ partis principa
lis.numero 52, uerſ.octauo limitatur.& numer.
60.uerſ.quarto adde. Quo fit, vt ſi res aliena o-
bligari non potuit; ualere etiam non debeat
prædicta confeſſio in præiudicium dicti Abſalo
nis, ſeu Capitanei eius ſucceſſoris, ut ex prædi-
ctis patet; & probatur etiam, quia contractus
ab uno factus in alterius præiudicium nullius eſt
momenti,ut tradit Matth.de Afflic.in trac.de iu
re prothomiſ.§.quartus.uerſ.ſecundo nota,n.3.
Quapropter concluditur quòd ſi dicta confeſ-
ſio ualuiſſet, certè d.Hier.nõ ſuo iuri renũtiaſſe
diceretur.Id enim facere potuiſſet, quemadmo
dum inquit Exc.V.ſed renuntiaſſet iuri alterius:
& iniquam conditionem alteri intuliſſet, quod
nõ eſt admittendum.l.nõ debet alteri ff. de reg.
iur.l.ſi quis in ſuo §.legis C.de inoff. teſtam.&
c.non debet, de reg. iur.lib. 6.l. tranſactionem
matris.C.de tranſact.Non enim debet vnius fa-
ctum alteri dãnum afferre. l. quidã ita. §. ſiquis
ad Trebell. l. meminerint,vbi gloſ.in ver. non
erat.C.vnde vi.l.hæredes.§.illa ff.famil. hereiſc.
& l.ſancimus.C.de poen.cum ſimil. At ſi per il-
lam confeſſionem captura reuocaretur, profe-
cto dictus Capitaneus magno damno afficere-
tur, propterea quòd bis ſoluere teneretur præ
tium dictarum apothecarum quod eſſet ualde
iniquum.l.qui bis idem ff.de verb.oblig.& Soc.
Iun. conſ.61. nume. 48. parte 2. ergo dicta ca-
ptura non eſt reuocanda, præſertim cum appa-
ret ipſum Ioan. teneri ad obſeruandũ factum
ſui autoris defuncti. lege cum a morte. Codi-
ce. de rei uendicatione. Alexand. conſilio cen-
teſimo nonageſimoquinto, proſpectis. nume-
ro octauo. libro ſexto, Ruynus conſilio qua-
drageſimoſecundo. numero tertio. libro quin-
to, quo caſu cum apparet aliquem teneri,captu
ra non retractatur.l.fin.§.fin.ff. quod met.cauſ.
Bald. in capitul. tuę, ut lite non conteſta. Iaſon

in l.a Diuo Pio.§.in venditione.columna 3.ff.de re iudicata.

Ad ſecundum verò dubium, quod reſpicit dictum Capitaneum Lanfredinum hæredem dicti Abſalonis eius fratris, in quo Exc. V. inquit dicendum videri, capturam fieri non potuiſſe ad inſtantiam Capitanei Lanfredini: qua licet Laurentius pater dicti Ioannis promiſerit dicto Hieronymo, ſe curaturum, vt Ludouicus eius frater ratificaret ſolutionem, & extinctionem dictæ annuæ præſtationis, nihilominus hæc promiſſio, & actio, ſeu ius hoc perſonale acquiſitum Hieronymo ex promiſſione ſibi facta a dicto Laurentio, non videtur poſſe tranſire, aut transferri in ſingularem ſucceſſorem dicti Hieronymi venditoris, qualis eſt Capitaneus Lanfredinus mediante perſona Abſalonis ſui fratris emptoris, cum iura, & perſonales actiones non trāſeant in ſingulares ſucceſſores.l.3.in fi.ff.vſufructuar. quemad.cau.l.quædam. §. is autem. ff. de edendo.

6 Reſpondetur, † verum quidem eſſe regulariter, actionem perſonalem non dari contra ſingularem rei ſucceſſorem.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebellianum.l.fi.§.fi.§.Lucius Titius. ff.de contrahen.emp.l.non aduerſus.C.ſi cer.pet.l.ſi tertius §.ſiquis prius.ff.de aqua pluu.arcen. ubi Bartol. Verum prædicta communis regula complures habet exceptiones, quas partim refert Socy. in reg.276. incip. obligatio perſonalis, partim cumulat Ripa in l.prima. §. ſi hæres. in primo no. numero primo. vſque ad numerum decimumoctauum.ff.ad Trebellianum. partim verò tradit Dynus in cap.is qui in ius ſuccedit.de regul. iur.in ſexto.numero quinto. verſiculo in ſingulari autem ſucceſſore, & Bar. in ſecunda quæſtione incipien.Piſanæ ciuitatis.§.ex aduerſo. verſiculo quinto hoc probat. numero decimoquarto.& Pariſ.in 32.no.numero centeſimo decimo octauo. parte prima. Atque inter has quidem exceptiones, duæ præcipuè connumerantur, quæ maximè ad rem noſtram faciunt. Quarum prima habet; quod licet ius perſonale non ſoleat dari contra ſingularem ſucceſſorem rei, vt
7 Excellentia Veſtra dicit, † tamen id limitatur non procedere in iure excipiendi: quod excipiendi ius tranſit ipſo iure in ſingularem ſucceſſorem.l.dolia.§.cum. ff.de contrahend.emptio. Dyn.d.cap.is qui in ius ſuccedit alterius. de reg. iur.in ſexto.numero quinto.& Bartol.in dicta ſecunda quæſtione. numero decimoquarto. qui omnes multa citant. At in propoſita ſpecie ſi rectè animaduertimus, dici poteſt ius, quod competebat olim dicto Abſaloni, & nunc competit dicto Capitaneo Lanfredino eius fratri, eſſe ius excipiendi: ergo in ſingularem ſucceſſorem trāſire poteſt. Quòd autem ſit ius excipiendi probatur, quia cum Ludouicus moueat tantum ad dictas apothecas, cogitur prædictus Nicolaus, & prædictus Capitaneus Lanfredinus ſe defendendo impetrare capturam dicti Ioannis, & ob eandem fermè cauſam quaſi reconuenire dictum Ioannem, quæ reconuentio habet vim exceptionis, ut per Bald.in l.ſi conſtat. ſecunda columna. uerſicul.item contrahemus. C. de compenſa.& Soc.iun.conſilio 34. numero ſecundo. primo uolum.

Secunda uerò limitatio ad caſum noſtrum proximè accedens eſt, quia poſito, & non dato, quòd hic tractetur de iure agendi, non autem ius excipiendi; nihilominus firmandum eſt hoc caſu id ſingularem ſucceſſorem tranſire poſſe;
8 † quia actio perſonalis in factum quæ oritur ex aliquo actu geſto, tranſit in ſingularem ſucceſſorem, ut in terminis tradit Pariſ.in d.conſilio trigeſimoſecundo.numer. centeſimo decimooctauo. verſicul.præterea licet in primo uolumine. At actio, qua uſus eſt prædictus Capitaneus Lāfredinus ad obtinendam, & impetrandam capturam dicti Ioannis dicitur actio perſonalis in factum quæ prouenit ex actu geſto a dicto Laurentio patre dicti Ioannis, qui Laurentius promiſit Ludouicum eius fratrem ratum habiturum, qua quidem actione ſubſiſtente dictus Capitaneus Lanfredinus capi curauit dictum Ioannem pro non facto, vt faceret id quod facere promiſit dictus Laurentius, id eſt vt efficeret, quòd Ludouicus effectu ratificaret dictam ſolutionem, & extinctionem prędictę annuę pręſtationis. ergo huiuſmodi perſonalis actio hoc caſu tranſire debet in dictum Capitaneum ſingularem ſucceſſorem dicti Hieronymi venditoris ex perſona Abſalonis Celleſij. Atque ex huiuſmodi captura, & actione dictus Capitaneus cōſequetur; vt dictus Ioannes curet prędictam ratificationem fieri, uel teneatur ad intereſſe, niſi habuerit ratum. ut in l.ſi procurator. ff.rem rat. haberi, iuxta tradita per Horman. in lege quarta. §. Cato.numero trecenteſimo ſexageſimooctauo. vbi etiam Socynus iunio. numero centeſimo octuageſimoſexto.ff.de uerborum obligatio.& Bartol.in l.quoties. ff. eodem. Ex quibus colligitur dictam capturam ſuſtineri etiam ad inſtantiam dicti Capitanei Lanfredini, quòd ſi ad illius inſtantiam non ſuſtineretur quemadmodum certè ſuſtinetur, profectò ſuſtineri ſaltem deberet ad inſtantiam dicti Nicolai, iuxta prędicta, cum iure cautum ſit, utile per inutile non vitiari.cap.vtile non debet.extra de regul. iur.in ſexto.& l.1. §. ſed & ſi mihi. ff.de verborū oblig. Ideoq́ue ex his omnibus concludendum puto prædictam capturam nullo modo reuocandam eſſe, vt diligenter, quę ſua eſt prudentia, animaduertet Excellentia veſtra, cui plurimum me commendo.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Pater filiam dotare ex officio paterno non autem ex liberalitate tenetur.*

2 *Legati caduci onus cum dicto legato tranſit apud omnes hæredes, ad quos redierit.*

CONSILIVM LXXIII.

In Dei nomine. Amen.

IN propoſito caſu reſpondendum arbitror, quòd quando extraneus, qui dat dotem ſtipulatur, vel paciſcitur incontinenti eam reſtitui ſibi ſoluto matrimonio, eo caſu dicta ſtipulatio, vel pactum ualet, quamuis etiam uxor marito ſuperuixerit. Verum quando pater ipſe dotem dat, utique regulariter non poteſt etiam in ipſo contractu matrimonij paciſci in præiudicium filiæ. Ratio uerò, propter quam extraneus poteſt ſtatim, ut dotem dat, ſtipulari incontinenti ſoluto matrimonio dotem ſibi reddi, pater autem id facere nequit, ea poteſt aſſignari, nimirum, quia lex uoluit prouidere extraneo tanquam ei, qui liberalitatem meram exercebat dotando mulierem extraneam, ſeu illam, quam dotare non cogebatur, & prouidere uoluit lex, ne abſtraheretur ab exercenda liberalitate; quæ quidem ratio ceſſat
1 in patre, † quoniam ex paterno officio, non autem ex liberalitate dotare filiam tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. quemadmodum etiam firmant doctores in l. 2. in prin. & in l. ſi cum dotẽ. ff. ſol. mat. & in l. un. in §. accedit. C. de rei uxor. ac. & in l. quoties. C. de dona. quæ ſub mod. & li Guido Papæ in ſing. 568. inc. no. pactum. Cum igitur in propoſita ſpecie prędictus presbyter Laurentius dotem conſtituat, & intuitu d. D. Catherinæ extraneus dici poſſit, promiſeritq; d. Io. Bap. uir eiuſdem Dom. Catherinæ in caſu dotis reſtituendæ, ſe reſtituturum dicta bona eidem presbytero Laurentio, & eius hęredibus conſtãte matrimonio, uel ſoluto, abſque dubio optimè reſpondetur, huiuſmodi pactum initum incontinenti in eodem contractu matrimonij ab extraneo ualidum, & efficax eſſe, & conſequenter opinor, hæredem dicti presbyteri Laurentij poſſe recuperare dictam dotem vigore pacti facti in dicto contractu matrimonij: quamuis enim dicta mulier prima facie indotata remanere uideatur, nihilominus pactum ualet, quia is, qui illi dotem dedit, potuit eam conditionem apponere, ut dos ad hæredes rediret; quandoquidẽ ille non tanquam obligatus, ſed ex mera liberalitate dotem dabat ex ſuis bonis, non autem ex patrimonio dictæ Dominæ Catherinæ. Quòd ſi dicta Domina Catherina non volebat ſe teneri ad dotem hoc pacto reſtituendam, oportuerat omnino dotem alio modo ſibi conſtitutam eſſe, & illius virum non præſtare conſenſum de dicta dote eo modo reſtituenda; quod tamen ipſe fecit, & eo non obſtante de dicta dote reſtituenda ſecundum ſupradicta conuenerunt.

Nec quicquam obeſt, dictam Dominam Catherinam rurſus eſſe nuptam, modo tamen hæredes dicti presbyteri Laurentij non conſenſerint dictam dotem illi relinquere; tunc enim ſibi præiudicauiſſent.

Quod uerò ad legatum attinet. Reſponden-
2 dum puto, † onus legati caduci cum dicto legato tranſire apud omnes hæredes, ad quos redierit, doctores communiter in l. un. C. de cad. tol. Bertachinus in tractatu de gabel. in quinto membro octauæ partis. nu. 12.

Et hæc omnia, ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Verba ambigua intelliguntur ſecundum qualitatem loci, in quo proferuntur.*

2 *Facere quid in re aliena nemo poteſt, niſi ſeruitus impoſita ſit.*

3 *Verba ſententia iuxta illud, quod iudex pronunciare debebat, ſunt intelligenda.*

4 *Iudex ad partis voluntatem ſententiam ferre poteſt.*

5 *Sententia qua non continet abſolutionem, vel condemnationem, aut æquipollens, nullius eſt momenti.*

6 *Verba ſententia, vt ipſa ſuſtineatur, etiam impropriè capi licet.*

7 *Beneplacitum, an ſignificet arbitrium boni viri.*

8 *Verba ſententia, an, & quando strictè capi debeant.*

9 *Verba ſententia, an interpretanda contra eum, qui ſe fundat in illius verbis.*

10 *Verba ſecundum loquentis conditionem, & proferentis intentionem intelliguntur.*

CONSILIVM LXXIIII.

Diuino nomine repetito.

CIRCA conſultationem propoſitam id eſſe firmandum arbitror, quod ſupra firmauit Excellentiſſimus Iuriſconſultus, Dominus Bartholomæus Vignia, vti frater honorandus.

Primò,

1 Primò, † quoniam verba ambigua intelli-
guntur ſecundum qualitatem loci, in quo pro-
feruntur cap.ex literis. primo de ſponſal. Dec.
conſilio ſexageſimoquinto. numero 3. parte 1.
Grat. conſilio centeſimo quinquageſimonono.
numero decimoſeptimo. volumine ſecundo.
Ioannes Staphil. in tracta. de Gratijs expectat.
§. videndum eſt nunc de ſexta parte. numero
trigeſimoſecundo. Ant. Capyc. deciſ. 159. nu-
mero 9.
Sed in facto proponitur, quòd Florentiæ obſer
uatur, & apud architectos receptum eſt, vt quan
do vicino permittitur ædificare ad ſuum placi-
tum, tunc etiam ei liceat immittere tigna in vi-
cini parietes, vt colligitur etiam ex quibuſdam
priuatis atteſtationibus mihi propoſitis; ergo
verba ſentẽtiæ, quæ permittit, vt Ioãnes & Mat-
theus Caccini ędificare poſſint ad eorum placi-
tum intelligi debent vt poſſint etiã immitti re ti
gna in parietes Martini ſecundum prædictam
2 obſeruantiã quam Florentiæ vigere dicunt, † li
cet de iure communi hac obſeruantia circum-
ſcripta regulariter nemo in re aliena aliquid fa
cere poſſit. l. quoſdam. ubi glos. C. de metallar.
lib. 11. Niſi ſeruitus ſit impoſita. l. quemadmodũ.
§. protectum. ff. ad l. Aquil. l. ſi uicem. §. ſi ad la-
nuam vbi. ff. quod ui aut clam, & Barthol. Vero
nen. in tracta. de ſeruit. vrban. prædiorũ in rub.
de ſeruit. tigni immittendi nu. 2. verſ. ſecundo ui
3 dendum. Accedit etiam ſecundo, † quòd ver-
ba ſententię intelligi debent, iuxta illud, quod
Iudex pronuntiare debebat, glos. & Bart. in l. ſi
procurator. §. Celſus. ff. de condi. ob cauſam, &
l. miles. §. 1. ff. de re iud. & Stephanus de Federic.
in tractatu de interpretat. iuris parte 3. nu. 7.
Sed uigente dicta conſuetudine & obſeruantia
Iudex ab ea non poteſt in iudicando recedere,
vt habetur in l. de quibus. ff. de legib. & in §. ex
non ſcripto. Inſtit. de iure nat. gent. & ciu. ergo
iſtius ſententiæ uerba ita interpretari debemus
vt intelligamus eos voluiſſe vt Caccinis liceret
tignum immittere in vicini parietem, dum pro-
nuntiarunt illos ædificare poſſe ad eorum placi
4 tum, quod ſtatuete potuerunt, † quia Iudex ſen
tentiam ferre poteſt ad voluntatem partis le-
ge tertia. Codice. de patr. pot. & Dynus in ſin-
gul. 175.
Quod tertio comprobatur, quia ſi dicere-
mus, ſententiam non concedere quòd Caccini
tigna immittere poſſent in ædes vicinas, vtique
ſententia iſta nõ contineret abſolutionem, uel
condemnationem eius rei, quæ præcipuè pete-
batur, videlicet vt tigna liceret immittere: quo
5 caſu ſententia nulla eſſet, † quia ſententia, quæ
non continet abſolutionem, vel condemnatio-
nem, aut ęquipollens nullius eſt momenti, vt tra
dit Mattheſillanus in l. 3. C. de ſentent. & interlo
cu. omn. Iud. & l. cũ Iudex nu. 1. C. eod. Id quod
6 nullo modo debemus concedere, † quoniam
verba ſententiæ licitum eſt etiam impropriè ca
pere vt ſententia ſuſtineatur gloſ. in l. puto. ff.
famil. erciſcun. & Aluyſ. de Alber. ſing. 24. Qua
opinione ita comprobata, non obſtat ſi quis
obijciat, quòd illa verba, à lor piacimento, ſigni
ficare videantur, eorum beneplacitum, vt ſentit
7 Decius conſ. 108. parte 1. nu. 4. † Beneplacitum
autem ſignificet arbitrium boni viri l. lucius 1.
vbi Bart. ff. de fideicom. libert. & in l. cum propo
nas. C. eo. & Bal. in l. captatorias. C. de teſtam.
mil. & Canon. in c. 1. in gloſ. in ver. ſuo ſenſu de
conſtit. Quoniam reſpondetur, quòd licet ſentẽ
tia permittat ut tigna immittantur, non tamen
cenſentur hoc permiſiſſe niſi quatenus boni vi-
ri arbitrio permitteretur, & ideo crederem
quòd ſi illi parietes non eſſent apti ad ferenda
prædicta onera, tunc ea immittere non liceret
argumento eorũ quæ dicit Veronen. in d. Rub.
de ſeruit. tigni immitt. verſ. quarto quæritur nu
mero 4. eo enim caſu, placitum illud non regu-
laretur ſecundum boni viri arbitrium prout de
bet, meritò cum de præiudicio tertij ageretur,
reſtringi deberet ad boni viri arbitrium iux-
ta tradita per Dec. conſ. 355. numero ſexto. par-
te tertia.
8 Nec me quoque mouet, † quòd uerba ſenten-
tiæ & laudi tãquã ea, quæ ſtricti iuris ſunt, ut per
Alex. conſ. 46. num. 6. 1. uol. ſtrictè & proprie cã
pi debeant, ut per Deci. in l. ius noſtrum nu. 11.
ff. de reg. iur. & Alex. conſ. 164. numer. 2. lib. 1. &
Guid. pap. ſingul. 278. §. uerba ſententię. Quo-
niam reſpondetur, quòd tunc uerba ſententiæ
ſtrictè capiuntur, quando ſententia poteſt ex ſe
ipſa ualere, ſecus autem ſi aliunde declarari de-
bet, quia tunc non oportet ut eius uerba ſtri-
ctè capiantur, ut colligitur ex traditis per Mat-
theſill. in ſingul. 141.
9 Nec obſtat etiam ſiquis diceret, † quòd de-
beremus interpretari uerba ſententię contra
eum, qui ſe fundat in illius uerbis, ut per Gratũ
in conſ. 102. nu. 14. uol. 1. Namque reſpondetur
quòd licet hoc regulariter uerum ſit, tamẽ hoc
limitatur niſi ueriſimile ſit, proferentem ſenſiſſe
& uoluiſſe contrarium, quia tunc alia fieret in-
terpretatio, ut per Oldr. conſ. 95. ex forma iſtius
ſtatuti. & Dec. in l. in contrahenda. numero ter-
tio. ff. de reg. iur. At ex prædictis colligitur quòd
dicti iudices voluerunt etiam cõcedere, vt Cac-
cini poſſent tignum immittere: ergo illa verba,
ad eorum placitum, intelliguntur in fauorem di
10 ctorum Caccinorum, † quia uerba intelliguntur
ſecundum conditionem loquentis, & ſecũdum
intentionem proferentis. l. ſi miles vnum. ff. de
milita. teſtamen. Grat. in conſil. centeſimo quin
quageſimonono. numero ſecundo. volumine ſe
cundo. & Socyn. iun. conſil. primo. numero cen
teſimonono. & conſilio uigeſimoprimo. nume-
ro quarto. primo volumine. Atque ex prædictis
credo, quòd ita, & ipſi quoque iudices reſpon-
derent, ſi ſententiam ſuam declaraturi eſſent.
iuxt. notata per Alb. de Roſa. in tract. de teſtib.
in quarta parte primę partis principalis. §. & hęc
eſt differentia. nume. decimotertio. & Soc. iun.

conſilio centeſimo octuageſimo primo. ſecundo uol. cum conſocijs.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio adimpleta, pro pura habetur.*

2 *Donator legitimæ conditionem aliquam, aut grauamen poteſt.*

3 *Data ab auo nepoti, filio imputanda ſunt in legitimam.*

4 *Mater ad ſucceſſionem filiorum uocatur, omnibus que perſonis legitimis, exceptis fratrib. & ſororibus, anteponitur.*

5 *Parentes ad ſucceſsionem deſcendentium, niſi tranſeāt ad ſecundas nuptias regula uocans limitatur in feudis, quibus mater non ſuccedit.*

6 *Fœmina de communi iure in feudalibus dignitatibus regulariter non ſuccedunt, niſi aliter ſit expreſſum.*

7 *Fœmina principaliter iuriſdictionem habere non poteſt licet in conſequentiam ſuperioritatis & ſucceſſionis poſſit.*

8 *Fœmina ſuccedens in hæreditate, cui iuriſdictio adhæret, illam exercet.*

9 *Conſuetudo in regalibus dignitatib. quod ad ſucceſſionem attinet, ſeruatur.*

CONSILIVM LXXV.

Diuino nomine implorato.

AD primam dubitationem, quæ exoritur ex donatione facta ab Illuſt. Do. Comite Marſciani, dum quæritur an bona ab eo donata pertineāt hodie ad Illuſt. D. Conteſſinam. Reſpondetur, bona, de quibus mentio fit in donatione, ſpectare ad d. Conteſſinam, quia cum dictus Petrus Ioannis donauerit Marcantonio, & Hieronymo poſthumo nepotibus ex Comite Hieronymo filio, hoc addito, quòd ſi & quando d. Marcantonius, & fratres, ſiqui fuerunt, morerentur abſque filijs, tunc & eo caſu locum donationis ſubintret Illuſtriſ. Dom. Conteſſina eius filia, & euenerit caſus ut Marcanton. & Hieronymus poſthumus deceſſerint ſine filijs, nulli dubium eſt, quin D. Conteſſina ad bona donata admitti debeat; quia donator ſubſtitutionem fecit in dicta donatione, quod facere potuit, arg. l. ut hæredibus. ff. de lega. 2. l. ei cui. ff. de dona. cau. mor. & in donatione ſubrogauit d. D. Conteſſinam ſub conditione, ſi nepotes abſque filijs deceſſiſſent; quare cum conditio iam extiterit, manifeſtè patet, di-
1 ſpoſitionem effectum ſortiri debere † cum conditio adimpleta habeatur pro pura. l. ſi pupillus. ff. de cond. inſt. l. fi. §. Titius. ff. de cond. & dem. Pari. conſ. 37. nu. 16. uol. 2. Ad ſecūdū, in quo quæritur an Illuſt. Do. Florentia Farneſia aliqua in parte ſuccedere debeat Hiero. filio ſuo nuper defuncto, reſpondetur diſtinguendo. Aut nos quærimus an Do. Hortenſia ſuccedere debeat Hiero. in ipſis bonis donatis per Comitem Petrum Ioan. eius ſocerum, & tunc uidetur dicendum D. Hortenſiam nihil ex dictis bonis conſequi poſſe dummodo in bonis Comitis Petri Io. eius ſoceri ſalua remanſerit legitima d. Comiti Hieronymo eius uiro. Cum enim Comes Petrus Io. ea lege nepotibus ſua bona donauerit, ut ijs mortuis abſque filijs ad Conteſſinam deuoluerentur, & donatarij acceptauerint donationem, eoque titulo bona poſſederint donec uixerunt, profectò D. Hortenſia non poteſt efficere quominus ſortiatur effectum diſpoſitio dicti donatoris, quandoquidem dicto donatori licuit eam legem donationi adijcere, & pro ſuo arbitrio de rebus ſuis diſponere. l. in re mandata. C. mand. Pariſ. conſ. 72. nu. 48. uol. 4. ſed ſi legitima ei ſalua remanſiſſet eo caſu dicto D. Marcantonio, & Dom. Hiero. poſthumo legitima ex
2 perſona patris debita diceretur. † Cui quidem legitimæ donator non potuit adijcere aliquam conditionem, aut grauamen. Paul. Caſtren. in l. cum patronus. ff. de leg. 2. & l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſtam. l. ſcimus. §. cum autem & §. ſancimus. l. omnimodo. C. eod. Quapropter D. Hortenſia poſſet prætendere aliquod ius in legitima debita ſuis filijs in bonis auitis ex perſona eorum patris, & bona donata nepotibus non imputarentur in legitimam ſi emancipatio interceſſiſſet, quia non imputātur liberis in legitimam, & tunc nec ea, quæ parentes in ipſos contulerunt per donationem inter uiuos, quæ perfecta, & ualida ſit. l. illud. §. ad hæc. C. de colla. l. & ſi quando. §. & generaliter. C. de inoff. teſtam. Si uerò nulla emancipatio interceſſit, & donatio ab initio inualida fuit, certum eſt eo caſu donationem morte cōfirmari. l. donationes quas parentes. C. de don. inter uir. & uxo. & in legitimā
3 imputari, † quia data ab auo nepoti filio imputanda ſunt in legitimā. Ruy. conſ. 171. nu. 9. parte prima. Atque hæc quidem legitima conſeruari debuiſſet d. D. Hortēſiæ cum in ea per adiectionem conditionis, uel grauaminis nō potuerit inferri præiudicium dictis liberis; vel eorum matri, niſi ipſi acceptando donationem, & titulo donationis poſſidendo, & tacendo in dicta legitima ſibi præiudicauerint. cap. is qui tacet. ubi Dy. de reg. iur. in 6. quod noceret etiam Dominæ Hortenſiæ cum hæres teneatur obſeruare factum defuncti. l. cum a matre. C. de re uend. Aut verò nos quærimus an dicta Do. Hortenſia ſuccedere debeat dicto Hiero. filio in alijs bonis, quæ fortè d. Hier. acquiſiuerat aliunde, & an excludere poſſit dictam Dominam Conteſſinam.

Et quo ad hoc ſubdiſtinguo, nam aut nos loquimur ſecundum ius commune, aut ſecundum ſtatuta municipalia. Et ſiquidem loquamur de iure communi, uidetur mihi quòd dicta Domina Hortenſia mater Comitis Hierony. excludat d. Conteſſinam amitam dicti Comitis Hierony.

uoca-

uocatur,& omnibus perſonis legitimis,exceptis
fratribus,& ſororibus anteponitur.§.ſed cũ an-
tea.inſt.ad Tertu.l.2.§.ſi ſit agnatus.ff.eo,Auth.
defuncto.C.ad Ter.& in filij ſucceſſione mater
excludit amitam.Corn.conſ.276.nu.1.& 2.uol.
4.& Soc.iun.conſ.71.nu.21. 1.uol.& Ang.conſ.
68.& conſ.69.& Cur.iun.conſ.176.n.1.& in du-
bio mater non eſt excludenda a luctuoſa filij hæ
reditate.Cur.iun.conſ.133.n.4.uol.2.Sed quo-
niam D.Florentia tranſiuit ad ſecundas nuptias
animeduertendum eſt,quòd mater,quæ plures
habet filias,& tranſit ad alia uota ante,uel poſt
mortem alicuius filiorum,poterit,ſi filius mori-
tur inteſtatus,eidẽ ſuccedere in ſolo uſufructu
portionis ſibi debitæ,reſpectu habito ad nume-
rum filiorum,cum quibus ſuccedit æqualiter fi-
lio ſuo defuncto.Auth.defuncto.C.ad Ter.ne-
que uſufructu mater fruitur,dum uiuit interdi-
cta alienatione proprietatis,quæ proprietas ad
filios fratresque defuncti filij pertinet,& conſe-
quenter talem uſumfructum dimidiæ portionis
in hoc caſu conſequi debuiſſet de iure commu-
ni propter mortem Comitis Marcantonij.Rur-
ſus animaduertendum eſt,quòd mater,quę uni
cum habet filium,quæve ante,vel poſt mortem
filij tranſit ad ſecunda uota,ſi filius moritur inte
ſtatus relicta ſola matre,eo caſu mater ſuccedit
pleno iure etiam quo ad proprietatem.l.fœmi-
næ.C.de ſecund.nup.vbi Bar.& alij.Ideoq; dicẽ
dum uideretur,matrẽ ſucceſſiſſe d.Comiti Hie-
ro.de iure communi ſecundum prædicta.Præte
4 rea animaduertere oportet,† quòd regula iu-
ris communis,quæ uocat parentes ad ſucceſſio-
nem deſcendentium,niſi tranſirent ad ſecundas
nuptias fallit,& limitatur in feudis,in quib.ma-
ter filio non ſuccedit.c.1.de nat.ſucceſ.feud.ubi
Bal.Item fallit quando mater omiſit petere tu-
torem filio pupillo infra annum,tunc enim ab
eius legitima ſucceſſione excluditur.l.ſciant om
nes.C.de legi.hæred.& §.fi.inſt.ad Tertul.iuxta
ea,quæ habentur in l.matres,& l.omnem.C.ad
Tertul.& l.2.C.ſi aduerſ.delic.

Si uerò quæratur de ſtatuto Vrbeue.opinor
quòd deſcendentibus non ſuperſtitibus ſucce-
dant agnati proximiores excluſis cognatis,& ẽt
matre,præterquam in tertia bonorum hæredi-
tatis,quam ipſa mater habere poteſt,& debet.
Sed hac in re non ſatis certam reſponſionẽ ad-
ferre poſſum,tum quia exemplum ſtatuti mihi
tranſmiſſum,plurib.in locis ualde corruptè ſcri
ptum eſt,tum etiam quia dum in ſtatuto dicitur
quam ipſa mater habere poſſit,& debeat dum-
modo mater ſeruauerit ea,quæ de iure tenetur
ſecundum Auth,defuncto.C.ad Tertul.ſcriptor
eſt dubius,& anceps debueritne in d.ſtatuto al-
legari.Auth.matri,& auiæ.C.quãdo mul.tut.off.
fungi poteſt an uerò d.Auth.defuncto.Ideò ſo-
lum dico,quòd Auth.matri,& auiæ loquitur de
tutela,& non de hæreditate,de qua principali-
ter tractatur in dicto ſtatuto.Item in dicta Au-
then.defuncto dicitur parentes,qui cum fratri-
5 poſthumi† quia mater ad ſucceſſionem filiorum
bus defuncti ſuccedunt,non poſſe præteriri,uel
exhæredari,niſi tales parentes fuerint ingrati,&
hoc fortè reſpicere uoluit d.ſtatutum,ſed hoc
amplius conſiderandum.

Ad tertium,in quo quæritur an dicta bona
donata pertineant etiam cum dominio,& iuriſ-
dictione ad dictam Domin.Conteſſinã,nunc
dare non poſſum certam reſponſionem,quia
non uidi inſtrumentum inueſtituræ dicti Comi
tatus,nec apparet ex narratione facti propoſi-
ti an Comitatus iſte pertineat ad dictos Domi-
nos Comites ex ſimplici conceſſione,& dona-
tione,an uerò ex conceſſione feudali.Illud autẽ
6 non eſt ambigendum † in feudalibus dignitati-
bus fœminas de iure communi regulariter non
ſuccedere,niſi in conceſſione aliud ſit actum,at-
que expreſſum.Panor.in cap.ſignificauit.de re-
ſcrip.Dec.conſ.269.& conſ.390.Cag.in l.fœmi
nę.num.4.ff.de reg.iur.Pariſ.conſ.17.nu.13.uo-
lum.2.Sed ſi Marchionatus,vel Comitatus fęmi
nis deferatur iure hęreditario,& ad Comitatũ
uocentur,eo caſu harum dignitatum capaces
ſunt,& iuriſdictionem exercere poſſunt Panor.
in c.dilecti.de arb.Dec.conſ.32.Ruy.conſ.40.n.
7 9.uol.1,Pariſ.conſ.23.nu.14.vol.1.† Et licet mu
lier principaliter iuriſdictionem habere nõ poſ
ſit,tamen habere poteſt in conſequentiam ſupe
rioritatis,uel dignitatis,aut ſucceſſionis.Cag.in
l.fœminę.ff.de reg.iur.n.40.Si uerò Comitatus
iſte conceſſus eſſet ab Imperatore per ſimplicẽ
donationem,quę non eſſet conceſſio feudalis,
utique dicta Conteſſina in iuriſdictione ſucce-
deret.Pariſ.conſ.23.nu.16.uol.2.
8 Pręterea † iure cauetur quòd fœmina ſucce-
dens in aliqua hęreditate,cui cohęreat aliqua iu
riſdictio certum eſt,mulierẽ dictã iuriſdictionẽ
exercere poſſe.d.c.dilecti.de arb.Ruy.cõſ.24.n.
6.& conſ.38.nu.7.& conſ.208.nu.19.uol.1.Rur-
9 ſus eſt animaduertendum † in regalibus dignita
tibus quod ad ſucceſſionem attinet ſeruandam
eſſe conſuetudinem.Bal.in c.2.de feud.March.
Duc.& Comit.& Gul.Mayn.in l.fęminę.nu.6.ff.
de reg.iur.Conſuetudo enim tribuit iuriſdictio
nem.l.1.C.de emancip.lib.Mayn.d.l.fœminę.n.
20.Et interdum ex conſuetudine,uel priuilegio
fœminæ ſuccedunt in Comitatu.Bar.in l.1.C.
de mulier.& in quo loco.nu.10.lib.10.Ange.de
Peruſ.in l.cum prętor.§.cum autem.ff.de iud.&
Ruy.conſ.uigeſimoquinto.numero decimoter-
tio.uolumine ſecundo.Verum ut rei ueritas di-
lucidius elucèſcat,oportet cognitas habere om
nes circunſtantias facti de quo diſputatur,quia
ex facto ius oritur.l.ſi ex plagis.§.in cliuo Capi-
tolino.ff.ad leg.Aquil.

Ego Ant.Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor obligationi ad tempus conſtitutæ accedens, ſi creditor impleto tempore debitori terminum prorogat inſcio fideiuſſore, liberatur.*

2 *Liberatio fideiuſſoribus quæſita illis non poteſt tolli, niſi iterum obligentur.*

CONSILIVM LXXVI.

Diuino nomine implorato.

1 QVANDO † fideiuſſor accedit obligationi ad tempus conſtitutę, tunc impleto tempore, ſi creditor prorogat terminũ debitori inſcio fideiuſſore, regulariter fideiuſſor liberatur ſecundum communem opinionem de qua in l.item quęritur §.qui impleto.ff.loca. ubi Alber. num. 12.& l.3.§.cum quinquennium.ff.de iure fiſci l.lucius
2 §.paulus reſpondit. ff.de adminiſtr. tut. † & propterea liberatio quæſita fideiuſſoribus non poteſt tolli, niſi iterum obligentur. Fulgo.& Paul. Caſtrenſ.d.§.qui impleto,& Decius conſ.93.cũ ergo Marcus ita obligatus fuiſſe præſupponatur,& deinde factæ fuerint duæ prorogationes non tantum conſultori, ſed etiam debitori, & fideiuſſoribus, ut patet ex ſcriptura prorogationum, in quarum prima expreſſe ſit prorogatio conſultori Marco, & fideiuſſori, & in ſecunda ſit prorogatio cum conditionibus appoſitis in prima; & propterea ibi etiam uidetur expreſſum quicquid exprimitur in prima l.aſſe toto.ff. de hæred.inſtituendis, procuidubio conſequẽs eſſe debet, ut fideiuſſor propter dictas prorogationes ſe præſertim inſcio factas ſit prorſus liberatus.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Mora de iure ciuili, ubi iuramentum interuenit, purgari non poteſt & quomodo procedat hac regula.*

2 *Mora ex æquitate iuris canonici quamuis iuramentum interuenerit ſemper purgari poteſt. & quomodo procedat hac regula.*

3 *Moram purgari poſſe intra modicum tempus, quomodo procedat.*

4 *Abſolutionem a iuramento is qui contrauenerit, petere poteſt antequam contrauentum fuerit.*

CONSILIVM LXXVII.

Diuino nomine implorato.

REVER. Pater, & Excell. D.Iudex. quamuis aliàs in cauſa uenerabilis presbyteri Laurentij de mora quidam attigerim; nihilominus quoniã diſputando magis ueritas eluceſcit l.munerum. ff.de muner.& honor.c.graue 35.q.9.Rurſus ad tollenda dubia ſubtiliter excitata, comperio doctores firmare duas communes concluſiones,
1 quarum prima eſt, † moram de iure ciuili ubi interuenit iuramentũ purgari non poſſe l. ſi quis maior. C. de tranſact. quam opinionem tenet & atteſtatur eſſe communem Alex.in l. ſi inſulã col.12.uerſ. 12. fallit num. 37. ff. de uerb. obligat. ubi Iaſ. in 5.q.Bart. nume.35. ultra ea, quæ
2 olim deduxi. Altera eſt, † moram regulariter ex ęquitate iuris canonici, quamuis interuenerit iuramentum, ſemper purgari poſſe, ſicut intelligi debet id, quod inquit Iaſ. in d.l.ſi quis maior nu.26. uerſ. ſecundo ex eodem textu.C. de tranſact. & Alex. conſ. 105. incip. Mag. Pretor num.11.& Zoan.in tract.de differ.iur.can.& ciu. differ. 55.num.91.& alia complura allegata per Exc.V.uerum hæc ultima concluſio procedit ſolum in foro pœnitentiali, ſeu poli, ſiue conſciẽtię, quo ſcilicet ad euitandum peccatum. Sed limitatur non procedere in foro contentioſo; & iudiciali, quia in foro iudiciali etiam de æquitate canonica mora purgari non poteſt. Hanc limitationem tradit Alex. in l. ſi inſulam col.12. num.38, uerſ. duodecimo fallit.ff.de uerb.obligat.& ita etiam hanc concluſionẽ limitat Rom. in ſing. quadringẽteſimo quadrageſimoquarto, aliàs 449. incip. Iuramentũ ubi dicit, quòd iuramentum impedit moram purgari in foro iudiciali, ſed in foro pœnitentiali mora purgatur ita etiam hanc concluſionem limitat Deci.in conſ. 452.n.14.& num.15.& in conſ.238. partẽ 1.nũ. 7.& Parpal. in d.l.ſi quis maior.C. de tranſ. numero 77.Et eandem limitationem ſequitur Ripa in d.l.ſi inſulam num.93.uerſ. contrarium tenet, ubi dicit, quòd de æquitate canonica mora purgatur, ſi loquamur in foro poli ſeu pœnitentiali quo ad euitandum peccatum; ſecus in foro contentioſo, in quo de iure canonico mora non purgatur interpoſito iuramento, ut tradit idem Ripa in l.ſi.C. de reuoc.donat.in q.32. num.112.Et eandem limitationem aſſignat Cathell. Cotta in memorabilibus in uerſic. mora non obſtante. Et hoc eſt illud, quòd dicit Cagnol. in d.l.ſi quis maior C. de tranſact. numer 152.idem quoque firmat Alci.in l. 4.§. Cato. ff. de uerb.obligat.& ſequitur Nicol. pign. & Gabriel. Saray. in adition. ad dictum ſingul. Roma. 449. Ita, ut intrepide dici poteſt hanc limitationem eſſe communem igitur cum in caſu noſtro Domina Taddea nelit purgare moram de ęquitate can. non quoad forum poli, ſeu pœnitentiale,

nitentiale, uel conſcientiæ, ut euitet peccatum: ſed uelit purgare moram quo ad obtinendum in foro iudiciali contentioſo in præiudicium, & damnum dicti presbyteri Laurētij, conſequens eſſe debet ut attenta prędicta communi limitatione ei moram purgare nō liceat. Et dum Exc.
3 V. dicit, †moram purgari poſſe intra modicum tempus, ſecundum æquiorem opinionem, ut per Cagnol. d. l. ſi quis maior num. 156. & Corn. conſ. 25. parte 2. reſpondeo; ut patet ex prædictis, id procedere poſſe in foro pœnitentiali, ſeu in foro iudiciali ſecundum prædicta. Rurſus dum Excellen. V. dicit, hic non agi de intereſſe dicti presbyteri Laurentij. Reſpondetur, quòd imò de magno eius incommodo, & intereſſe ageretur ſi per purgationem moræ liceret Dominæ Taddeę reſuſcitare actionem extinctā in præiudicium tertij, quod eſſe non debet, ut tradit Crot. in d. l. ſi inſulam nu. 75. & Alex. con ſi. 9. num. 6. lib. 7.

Quod uero attinet ad abſolutionem a iura-
4 mento, †certum eſt eum, qui contrauenerit, nō poſſe petere abſolutionem, ſed eam eſſe petendam antequā contrauētū fuerit, ut tradit Alex. conſ. 222. num. 9. uerſ. & ſine dubio parte 2. & conſ. 17. col. 1. vol. 3. & Bartol. Soci. conſ. 59. in cip. in 2. difficul. uol. 3. & Cagnol. in proœm. ff. §. hæc autem tria col. ſi. num. 11. & Fely. in c. 1. de iu reiuran. num. 28. uer. retenta, ubi dicit poſt periurium, & poſt contrauentionem non poſſe peti abſolutionem a iuramento. Quare cum d. Domina Taddea prius ueneris aduerſus contractum uolens ipſum reſcindere, & non obſeruare, ſequitur, ut abſolutionem a iur. nunc impetrare non poſſit. id quod quę ueſtra eſt iuſtitia & doctrina apertiſſ. cognoſcetis, & uti ſpero diligenter conſiderabitis.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *§. Seia. l. ſi ita quis. tractat de mora purganda quo ad actionem iam quæſitam ſibi conſeruandam.*
2 *Moram purgari de æquitate canonica procedit ſolum in foro poli & conſcientia.*
3 *Mora purgari non poteſt, quando actio eſt extincta.*
4 *Ius canonicum a ciuili in dubio non differt.*

CONSILIVM LXXVIII.

Diuino nomine implorato.

MVLTVM Reuerende Pater & Excellens Doctor. Ad primum de l. ſi ita quis. §. Seia cauit. reſpondetur vltra antea dicta, † quòd §. ſeia tractat
1 de mora purganda quo ad actionem iam quæſitam ſibi conſeruandam vt tenet Iacob. de Nigr. num. 94. & Angel. nu. 34. & d. l. ſi inſulam ultra olim per me deducta; quo caſu poteſt mora purgari. Sed in caſu noſtro tractatur de mora purganda quo ad actionem nouam acquirendam; & quòd agatur de actione quærenda in hoc caſu retrouenditionis tradit in terminis Alex. cōſ. 9. lib. 7. nu. 6. & tunc non licet moram purgare.
2 † Et licet de ęquitate canonica mora purgetur, tamen id procedit ſolùm in foro poli & cōſcientiæ & pœnitentiali, ſecus uerò in foro contentioſo & iudiciali in quo domina Taddea experitur; tunc enim mora nō purgatur etiam de ęquitate can. Roman. ſingul. 444. Incip. Iuramentum. Alex. d. l. ſi inſulam. numero 38. & eſt communis, vt aliàs dixi in ſecundis allegationibus. Ra-
3 tio † autem quare in caſu noſtro mora purgari non poſſit, eſt, quia actio eſt extincta, vt per Angel. conſ. 119. ſuper puncto præmiſſo. num. ſecundo. Soc. conſ. 241. par. 2. num. 14. & Dec. conſil. 108. num. 8. vbi dicunt quòd lapſo tempore, perit actio ad redimendum; & quòd ſit extincta, tenet etiam Iac. de Nigr. d. l. ſi inſulam. n. 88. quo caſu actio ſemel extincta non reuiuiſcit. l. qui res §. aream. ff. de ſol. Bero. in c. Ray. nu. 336. extr. de teſtam. quod obtinet non ſolum de iure ciuili,
4 ſed etiam de iure canonico: †quia in dubio non differt ius canonicum a ciuili. Dec. conſ. 452. columna 3. parte quarta & Gozad. conſ. 66. numero 13. & ſequen. Vnde dicta Domina Taddea eſt reijcienda, quā ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. ſi uideam*. ff. de neg. geſt. l. quoties. §. itē ſi tpali ubi Bart. ff. de adm. tut. Et dum dicebat actionem non eſſe extinctam, cum ea, quæ ſtatim fiunt, cenſeantur ineſſe ultra ea, quæ ultimo loco ſcripſi in fauorem dicti presbyteri Laurentij, in quibus adhuc inſiſto: Rurſus reſpondere poſſe arbitror, cum tempus præfixum in inſtrum. tranſactum ſit, moram etiam in continēti non poſſe purgari; quia cū elapſo die ius ſit quæſitum d. presb. Laurentio, utique id non poteſt ei auferri etiam in continenti vt tradit in terminis Iacob. de Nig. in l. ſi inſulā. ff. de verb. obligat. nu. 140. in verſ. nono limitatur, vbi adducit doct. Alex. in l. iudex poſtquam col. 3. ff. de re iudic. vbi Alex. concludit, quòd quando ius eſt parti quæſitum, tunc non poteſt etiam incōtinenti ab ea auferri: Neque obſtat, quòd quæ incontinenti fiunt, cenſeantur ineſſe, quia illud procedit ſecundum fictionem iuris, ut colligitur ex l. lecta. ff. ſi cer. pet. At in caſu noſtro lex non fingit actionem renouatam actionis extinctæ ineſſe cenſeri, uel contra: imò diſponit contrarium, uidelicet lapſo tempore agi non poſſe iuxta prædicta, ergo &c. Neque obſtat quòd loquatur de reo, quia cum de actione agamus, quæramusq; an actio ſit extincta, certum eſt, actionem reo non competere, ſed contra reum, cui exceptio datur non actio. Inſtit. de excep. in princ. & l. 1. ff. de excep. vnde Bar. in d. 9. q. non loquitur de reo reſpectu actionis, de qua tractamus modo, ſed dicit theoricam, quam ipſe tradidit circa moram purgandam, pertinere ad reum, non autem ad actorem, ideoque illa doctrina

ctrina Bar. nobis non obſtat. Neque obſtat, quòd quando fit executio a lege, uel ab homine non admittatur purgatio moræ ex parte rei, nos uerò de actore tractamus, quia reſpõdetur quòd nos non fundamus intentionem noſtram ſuper iſto fundamento executionis, neq; innitimur tantum. l. ſi quis maior. C. de trãſact. quæ non obtinet de æquitate canonica ſecundum Dominationem V. quia non dicimus excludendam ab actione D. Taddeam ſolum p.p. l. ſi quis maior, neq; agimus ad pœnam periurij, ſed dicimus q D. Taddea debet ſuccũbere alijs de cauſis, & maximè quia trãſijt tpſ aſsignatũ, & q a fecit depoſitũ, & mox ſtatim reuocauit, unde non dicitur depoſuiſſe quia non attenditur initium, ſed perſeuerantia. l. nam & ſi parentib. §. ſ. ff. de inoffic. teſtam. & quia actio eſt extincta, & quia D. Taddea tractat de actione quęrenda in præiudicium dicti Venerabilis præsbyteri Laurentij contra omnem æquitatem; In qua tamen fundatur purgatio ut per d. l. ſi inſulam 3. nota. Ex quibus puto optimè conſtare de iurib. dicti præsbyteri Laurentij & puto presbyterum Laurentium obtinere debere, tum ex primis, tum ex ſecundis, & tum ex his allegationibus.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Debet uerbum, neceſsitatem deſignant.*
2 *Diſtributiones ſeruientibus in eccleſia debentur.*
3 *Niſi dictio, negatiua præcedente potentiam ponit.*
4 *Argumentum a contrario ſenſu, in materia negatiua procedit.*

CONSILIVM LXXIX.

Diuino nomine implorato.

IN propoſita ſpecie quatenus quæritur, an uirtute cuiuſdam Bullæ Leonis 14. ſummi Pontificis teneatur capitulum collegiatæ eccleſię Camaiorij, admittere ad diſtributiones quotidianas quoslibet fundantes & dotantes poſt ipſam bullam nouas capellanias in dicta eccleſia collegiata, exiſtimo eſſe concludendum prædictum Capitulum teneri & obligatũ eſſe ad admittẽdum prędictos omnes fundatores ad prędictas diſtributiones quotidianas; quoniam apertiſſimè dicitur in eadem bulla, quòd reſiduum dictorum fructuum diſtribui debet pro quotidianis diſtributionibus inter priorẽ & Canonicos & Capel-
1 lanos prædictæ eccleſiæ; Quare †cum in Bulla ſummus Pontifex utatur uerbo, debeat, quod regulariter neceſſitatem deſignat, Clement. 2. in uerbo debeat in princ. de ſta. mon. & c. 1. ne eccleſia benefi. ſine dimin. conferantur l. prætor ait in princ. iuncta l. argentarius. ff. de eden. certum eſt ipſum capitulum ad hoc cogi poſſe, neque eſſe admittendam uoluntatis quęſtionẽ ubi uerba ſunt clara l. Ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3.

2 Quod etiam comprobatur, †quoniam ipſæ diſtributiones debentur ſeruientibus in eccleſia c. conceſſo c. mos eſt 12. q. 2. c. ex his 12. q. 1. & habetur in c. Rainutius de teſtament. Accedit quoque quòd ſi illi, qui fundant, non deberent admitti ad prædictas diſtributiones, capitulum locupletaretur cum eorum iactura, quod eſt cõtra l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. & fraudaretur iure ſuo cõmunitas Camaioris, quæ ſoluit quandam ſummam pecuniarum. quò bulla ſortiretur effectum in omnibus & per omnia ſecundum tenorem ſupplicationis, cum tamẽ nemini ius ſuum detrahi debeat. §. ſi. inſtit. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur.

Quod eo maximè dicendum eſt, quòd hęc fundatio & perceptio diſtributionum ratione religionis fauorabilis eſt arg. l. ſunt perſonæ. ff. ff. de relig. & ſump. fun. neque redundat hoc in præiuditium alicuius; quinimmo ijdem ſupplicãtes in eodem corpore bullæ, vltra determinatũ numerum, petunt vt de cætero nullus poſſit fundare, niſi prius aſſignauerit ſtaria ſex grani &c. Ideoque ipſis volentibus non dicitur fieri præiudicium arg. l. 1. ff. de iniur.

Neque obſtat dum in ea clauſula habetur, niſi & aliter hoc aſſignent, non poſſunt admitti ad diſtributiones; quaſi uelit quòd ſi aſſignauerint poſſint admitti; non tamen debeat cogi inuitum capitulum ad admittendos eos, ſed ſolũ
3 ſint deducti in ſtatum potentiæ, † quandoquidem dictio, niſi, præcedente negatiua ponit potentiam Bar. in l. actione. C. de tranſac. Quoniã reſpondetur, quòd reſpectu fundationis, verbũ poteſt, ponit ſolam potentiam, & non cogit aliquem ad fundandum; ſed reſpectu dotationis, ſeu aſſignationis faciendæ, illud uerbum, nullus poſſit, ſignificat neceſſitatem, quia præcedit negatiua, ut per doctores in l. Gallus. in prin. ſuper gloſ. in uer. poſſe, vbi Bart. Are. & Iaſ. qui atteſtatur eſſe communem opinionem. ff. de liberis & poſthum. & Bart. in l. de his num. 4. ff. de tranſact. & ideo ipſi, qui fundant Capellanias, coguntur & neceſſe habent aſſignare. Quamobrẽ cum ipſi prius aſſignare debeãt dicta ſtaria ſex, ſequetur quòd ſi aſſignauerint, tunc non ſolum ſint in ſtatu potentiæ, ſed etiam ut prædictum capitulum cogi debeat & neceſſe habeat ipſos admittere ad pręcipiendas diſtributiones; quemadmodum enim ipſi aſſignare tenentur, & Capitulum admittere eos debet ad diſtributiones poſt fundationem, ne diſpoſitio claudicet, quod eſſet contra. l. litigatores. §. penultim. ff. de arbitr. & not. Inſtitut. de authen. tut. in princip. Et ideo uerbum admitti non poſſint, ſignificabit admitti non debeant, niſi aſſignauerint, & conſequenter ſi aſſignauerint, admitti debeãt, †ſumpto arg. a contrario ſenſu, quod argumentum in hac materia negatiua procedit ſecundum opinionem ueriorem, per l. Titia. §. final. ff. de man. teſtam.

teſtam. & dicit Deci. in l. 1. ff. de offic. eius, & ſic una pars ſcullæ aliam declarabit argum. l. ſi ſeruus pluribus in fin. ff. de leg. 1.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Mora purgari non poteſt, quando de actione de nouo quærenda agitur.*

2 *Actio de nouo quærenda per lapſum temporis aſſignati extinguitur.*

3 *Dictio quandocunque, conditionem ſignificat.*

4 *Dictio, quando, obligationem reſpiciens, conditionẽ ad tempus reſtrictam an ſemper ſignificet.*

5 *Moram de æquitate canonica interpoſito etiam die & iuramento, ſemper purgari, quomodo procedat.*

CONSILIVM LXXX.

Multum Reuer. Pater & Excell. Doctor.

QVAMVIS noua dubia quarta uice ſubtiliter excitata ab Exc. V. in cauſa uenerabilis presbyteri Laurentij prima facie uideantur plura capita continere, nihilominus ſi diligenter inſpiciantur, re uera ad tria fundamenta principalia tantummodo rediguntur; Quæ cum (ut ſpero) ſuſtulero, cetera quoque corruent ædificia c. cum paulus 1. q. 1.

In primis enim dicit Exc. V. pactum, quo cauebatur, emptorem teneri ad retrouendendum ſemper & quando intra tres annos uenditores præcium reſtituiſſent, eſſe purum, non autem conditionale; ideo dicit Exc. V. ſi non erat conditionale, ſed poterat uenditor agere ad retrouendendum etiam ſi intra tres annos prēciũ non obtuliſſent, ſequitur ut ortus actionis non impediatur, ſed nata ſit actio ad retrouendendum; quo caſu ſi actio nata eſt ante oblationem infert Exc. V. quòd in caſu noſtro agatur de cõſeruanda actione iam nata, meritò mora purgari poterit iuxta doctr. Bal. in l. ſi inſulã q. 9. ff. de uerb. oblig.

Verum hoc primum fundamentum nihil obſtat, quoniam & ego quoque concedo pactum de quo agimus, non eſſe conditionale, ſed purum; præterea admitto etiam actionem eſſe iam natam, nego tamen illationem, quam facit Exc. V. dum inquit, ſi actio eſt nata, ergo agitur hic
1 de actione conſeruanda. †Nanque animaduertendum eſt, quòd imò hic agitur de actione de nouo quærenda, quo caſu mora purgari non poteſt, Alex. Iaſ. Ripa & cæteri doct. communiter in d. l. ſi inſulam. ff. de uerb. obligat. Neque obſtat quòd pactum ſit purum, & conſequenter, quòd actio ſit iam nata; quia licet nata fuerit ab initio, tamen poſtea extincta fuit per lapſum tẽ
2 poris aſſignati ad reſtitutionem præcij. †Quòd autem per lapſum temporis actio iſta ſit extincta & mortua, notius eſt quàm ut egeat demonſtratione; Id enim tradit Angel. conſ. 119. incip. ſuper puncto præmiſſo numer. 2. & Socin. ſen. conſ. 241. col. antepen. uerſ. circa ſecundã quæſtionem num. 14. parte 2. Decius in l. petẽs num. 7. C. de pact. Gozad. l. 2. C. de pact. inter empr. & uend. col. 17. uerſ. principaliter. num. 64. Deci. conſ. 108. parte 2. nume. 8. Iacob. de Nigris in d. l. ſi inſulam num. 88. Hieronym. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. in prima repet. nume. 24. & in 2. repet. nume. 63. & num. 65. uerſ. tertio limitant, ubi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem, & omnes doct. in locis proximè citatis dicunt, quòd promittens retrouendere intra certũ tempus, poſt terminum non poteſt agi ad uendendum cum actio ſit extincta; Vnde ſequitur, actionem ſemel extinctã non reuiuiſcere l. qui res §. aream ff. de ſolution. Bero. in c. Raynutius nume. 336. extra de teſtam. Quare cum actio olim nata, deinde finita, mortua, & extincta fuerit, ſequitur ut dũ dicta Domina Taddea uenditrix agit ad retrouendendum, uolens moram purgare, conetur & nitatur omninò purgare moram reſpectu nouæ actionis quærendæ; quandoquidẽ reſpectu ueteris extinctæ purgari non poſſit, quia non entis nullæ ſunt qualitates l. 4. ff. de act. empti. c. ad diſſoluendum de deſponſat. impub. At moram purgare non licet actori quoad actionem de nouo quærendam; ergo neceſſe eſt dictam actricem ſuccumbere quoquò ſe uertat; Atque hoc certo certius eſt, ut in ſimili dixit Iuriſc. in l. ſtipulatio iſta habere licere §. ſicut autem ex parte. ff. de uer. obligat. idcirco his ſuperſedendum putaui.

Secundo principaliter dicit Exc. V. errare Alex. in conſ. 9. nume. 6. & 7. uolum. 7. proptere quòd Alex. ibi concludit, ante oblationem pecuniæ factam non oriri actionem; Itẽm quia firmat, aduerbium (quandocunque) reddere diſpoſitionem conditionalem; quæ duo Exc. V. putat à uero ualde aliena, ex his, quæ ſupra firmauerat.

Ego tamen exiſtimo, dictum conſilium nonum maximè facere ad quæſtionem noſtram, & Alexandrum optimè loqui, neque dignũ hac in re eſſe reprehenſione.

Et primo quòd in caſu, de quo tractat Alex. in d. conſ. actio nata non fuerit ante oblationem probatur, quoniam uerba inſtrumẽti dicebant, quandocunque & quotieſcunque ſupradictus Paulus uenditor intra quatuor annos ſoluerit &c. tunc dictus Marcus teneatur retrouendere ut dicit ibi Alex. num. 1. Quare cum intra tempus ibi non ſoluerit, defecit cond. qua deficiente deficit diſpoſitio arg. l. item ſi à ſubſtituto. ff. de lega. præſt. deficiente uerò diſpoſitione, & conditione, impeditur ortus actionis l. cedere
3 diem. ff. de uerb. ſignif. Præterea †quòd dictio quandocunque ſignificet ibi conditionem, ut

ſcilicet

ſcilicet agere poſſit venditor, ſi intra tempus aſſignatum oblatum fuerit precium, & non aliter probatur per ea, quæ dicunt doct. in l. centurio ff. de uulg. & pupill. ſubſtit. in 3. q. Bart. dum loquuntur de ſubſtitutione compendioſa, quæ fit per uerbum, quandocunque quod ſecundum doct. in loco citato conditionem deſignat, ut tradit etiam Pariſi. in conſ. 73. num. 1. parte 3. & doct. in l. 1. ff. de cond. & demonſtr. ultra deducta per Alex. d. conſ. 9. Meritò illa uerba quãdocunq; & quotieſcũq; ſoluerit teneatur retrouendere, in caſu Alex. ſignificant conditionem.

Amplius etiam dico, pactum de retrouendo, in quo tempus ex conuentione partium nõ eſt expreſſum in ſe continere conditionem, videlicet ſi intra triginta aunos id fiat, vt tenuit Pariſi. in conſi. 92. parte 3. per totum. Patet igitur ex prædictis in caſu dicti conſilij noni num. 6. actionem non naſci ante oblationem & diſpoſitionem eſſe conditionalem, vt optimè dixit Alex. ibi.

Quod ſi his ita ſtantibus Exc. V. reſpondeat illud conſilium Alexandri non facere ad caſum noſtrum, vbi ego præſuppono actionem eſſe iã natam, & diſpoſitionem pacti non eſſe conditionalem, cum tamen ſecus ſit in Alexan. reſponſo iuxta prædicta.

Ad hoe ego replico ex eodem reſponſo, validè comprobari iura prædicti uenerabilis præſbiteri Laurentij, quia Alex. primo ponit ibi concluſionem, qua firmat eum, qui elapſo termino agit ad retrouendendum, tractare de mora purganda quo ad actionem de nouo quærendam. Et ex hac concluſione, quæ veriſſima eſt, dico optimè iuuari cauſam dicti præsbyteri Laurentij

Secundo uero Alex. ibidem comprobat hanc ſuam concluſionem quadam ratione, nimirum quia diſpoſitio illa eſt conditionalis, meritò actio non dicitur nata, & propterea mora nõ poteſt purgari; quæ quidem ratio & ſi in ſpecie, de qua per Alex. in d. conſ. 9. optime concludit. Veruntamen caſui noſtro non conuenit, quandoquidem nerba inſtrumenti noſtri non dicũt teneri emptorem ad retrouendendum quotieſcunque & quandocunque intra tres annos ſoluerit præcium; ſed dicunt emptũ eſſe prædium ea lege & pacto, ut ſemper, & quando &c. quæ ſane uerba in caſu noſtro non continent condi
4 tionem; †licet enim dictio (quando) reſpiciens obligationem deſignet conditionem ad tẽpus reſtrictam l. quibus dieb. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtr. & Deci. conſ. 421. nume. 5. parte 3. & Grat. conſ. 138. num. 11. parte 1. tamen in propoſita ſpecie non poteſt ſignificare conditionem propter illa uerba, ea lege, & pacto, quæ demonſtrant, ꝙ ſubſequens dictio quãdo hic non importat conditionem, ſed pactionem propter expreſſam contrahentium uoluntatem; ideo cum ſimus in claris non eſt opus coniectura l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligat.

Atque ex prædictis firmandum arbitror, prædictãm Alex. concluſionem, & rationem, qua concluſionem ſuam fulciuit in terminis, & caſu, de quo tractat Alex. ibi ueriſſimas eſſe: Quod uero attinet ad caſum noſtrũ dico iura presbyteri Laurentij mirum in modum corroborari ex præallegata concluſione Alex. dicentis enim, qui elapſo termino agit ad retrouendendum, tractare de mora quoad actionem quærendam non tamen negauerim, rationem Alex. dicentis ibi diſpoſitionem eſſe conditionalem, caſui noſtro non conuenire; & propterea egò nunquam me fundaui in ea ratione; ſed inhæreo dicto Alex. & illud dictum, ſeu illam concluſionẽ comprobo alijs rationibus, ad caſum noſtrum maximè facientibus; Neque enim dico, ideo hic agi de actione quærenda, quia diſpoſitio ſit conditionalis, ut in caſu illo dicebat Alex. ſed utor alia ratione ad idem dictum probandum, & dico tractari hic de mora purganda quoad actionem quærendam, quia ſcilicet prior actio fuit extincta per lapſum temporis, & ita omnia quadrant ſecundum meram ueritatem.

5 Tertiò principaliter dicit Exc. V. †moram de æquitate canonica interpoſito etiam die & iuramento ſemper purgari per not. per Bald. in l. qui crimẽ in 11. q. C. de his qui accuſ. non poſſ. cum ſimil. Verum iſta concluſio, vt aliàs pluries demonſtrauimus, non obeſt; quia concluſio prædicta procedit ſolum in foro pęnitentiali ſeu poli, ſeu conſcientiæ quoad euitandum peccatum, & limitatur non procedere in foro contentioſo & iudiciali, in quo etiam de æquitate canonica mora purgari non poteſt, vt dicit Alex. in d. l. ſi inſulam colum. 12 num. 38. & Rom. ſingul. 449. & Dec. conſi. 452. num. 14. & conſi. 138. parte 1. nume. ſeptimo. & Parpalia in l. ſi quis maior, numero ſeptuageſimoſeptimo. C. de tranſact. & tandem eſt communis opinio, vt colligitur ex multis, quæ ego aliàs allegaui in ſecundis quę ſunt pœnes Exc. V. Quare cũ Domina Taddea velit moram purgare de æquitate can. non quoad forum pœnitentiale, ſed quoad forum contentioſum, conſequens eſſe debet, ut dicta Domina Taddea non poſſit moram purgare; neque aliquo modo in hoc iudicio obtinere; tum per ea, quæ diximus, tum quia non fundamus intentionem noſtram in doct. Ripæ nume. 103. d. l. ſi inſulam. ff. de uerb. obligat. neque in d. l. ſi quis maior, ut aliàs dixi in tertijs allegationib. quæ ſunt apud Exc. V. & paruo negocio uideri poſſunt; Quæ cupio ut per Exc. V. diligenter cõſiderentur; Quam etiam atque etiam rogo, ut animaduertat quantopere damnificaretur dictus presbyter Laurentius ſi iure quæſito priuaretur a pręd. Domina Taddea, quæ uenit contra iuramentum, a quo non poteſt impetrare abſolutionem ut aliàs dixi, quæ uult recuperare rem poſt lapſum temporis in prę iudiciũ tertij, & perſonæ eccleſiaſticę, quarum cauſę ſolent apud Iudices eſſe fauorabiliores, arg. l. ſunt perſonę. ff. de relig. & ſump. fun. & hæc hactenus.

Ego Antonius Cioſius.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Dominus non uidetur a ſe poſseſsionem abdicare, quam retinuit per colonos nunquam ex ea expulſos. & quando hoc uerum nu. 5.*

2 *Beneficium retinens poſt priuationis ſententiam & non appellans intruſus dicitur potiusquàm poſsidere. ampliaturq́ nu. ſeq.*

5 *Poſseßio naturalis acceßoria dicitur ciuilis.*

6 *Supplicatio ſola quãuis ſignata ante tamen literarũ confectionem; nullius momenti ſit. & quando ſola ſignatura ſine literis ſufficiat num. 8.*

7 *Literæ neceſſariæ ſunt in beneficijs conſiſtorialibus, & a Papa collatis.*

9 *Commendatarius licet non dicatur habere titulum, ſed tantum communem dationem: commendæ tamen noſtri temporis loco titulorum habentur. titularesque dicuntur illuſtrib. magnisq́, uiris conceſsa. nu. 10.*

11 *Supplicatio circa futura non excuſat, dum de partis præiudicio agitur.*

CONSILIVM LXXXI.

Diuino nomine inuocato.

DVBITATIONIBVS in cauſa
poſſeſſionis ſubtiliter excitatis con-
tra Illuſt. & Vener. Fr. Do. Ioannem
ex Comitibus Vintimilij Priorẽ San
cti Sepulchri Piſarum quam breuiſſimè reſpon
debo, propterea quòd intelligo cauſam agitari
apud iudices peritiſſimos, & maximis occupa-
tionibus impeditos.

1 Dum ergo obijcitur primo loco, † Illuſt. D. Iu
lium Simoncellum idcirco obtinere debere in
hac controuerſia poſſeſſionis, quòd ipſe fulcia
tur & nitatur poſſeſſione, quam aſſerit ſe reti-
nuiſſe per colonos, qui ex dicta commenda del
l'albereſe nunquam expulſi fuerũt; quo caſu do
minus non uidetur a ſe abdicaſſe poſſeſſionem
ut per Deci. conſ. 103. num. 1. parte 1. & conſ.
400. num. 9. parte 4. & Auguſt. Bero. in quę-
ſtione 47. Reſpondetur, poſſeſſionem, quam a
colonis retentam dicunt, prædicto D. Iulio nihil
prodeſſe; quoniam tanquam cõtumax per Pau-
li 4. Pontificis max. literas, & per ſententiam ma
gni Magiſtri Sacrę domus Hoſpitalis Sancti Io-
annis Hieroſolimitani prędicta cõmenda pri-
uatus fuit, & ab ea ſententia non appellauit;
quo fit ut pro partę dicti Venerandi Domini
Prioris, meritò dici poſſit Illuſt. D. Iulium non
poſſidere, quamuis non ſecuta fuerit amotio
2 facti. † Namqui poſt priuationis ſententiam ad
huc retinet beneficium, & non appellat, intru-
ſus potius eſſe dicitur, quàm poſſidere Innoc.
in c. qualiter 2. colu. 3. numer. 10. de accuſation.
Felyn. in c. ueniens col. 2. uerſ. Tertio qui de-
poſitus extra de accuſ. & c. in noſtra de reſcrip.
Rebuff. in prax. benefić. parte 1. in regula de ſu-
brogan. colligit. gloſ. 4. num. 10. & in tracta.
3 de pacif. poſſeſſ. num. 50. † Atque hęc adeo ue-
ra ſunt, ut etiam qui titulum habet, & a lege uel
ab homine priuatus atque depoſitus eſt, ipſo fa
cto dicatur habere titulum decoloratum, Fely.
c. in noſtra in corollar. 36. uerſ. trigeſimum ſex
tum in princ. de reſcrip. & Gomes in Regul. can
cell. de triennali poſſ. q. 10. num. 4. uerſ. Acce-
dit, & nume. 16. id quod etiam comprobatur,
quia acquiſita poſſeſsio in beneficijs ſine titulo
retinetur c. 1. de reſtitut. ſpol. & c. 1. de eo qui
mitt. in poſſeſſ. ca. rei ſer. Ideoque huiuſmodi
iniuſta poſſeſsio cum non iuuat, ſed pro nulla
planè reputatur arg. l. quoties. ff. qui ſatiſd. co-
gant. & c. cum qui de præbend. in 6. Deci. conſ.
169. nu. 5. uerſ. uenio ad tertium. Rebuff. tract.
de pacif. poſſeſſ. nu. 298.

Huic autem ſententię nõ refragatur id quod
tradit Deci. in d. conſ. 103. & Bero. q. 47. cum
4 conſocijs, † vbi dicitur, dominum poſſidere per
ſuos colonos, dummodo dicti coloni expulſi
effectu non fuerint; quia reſpondetur, tunc de
mum colonorum detẽtatione dominos iuuari
quando ipſi domini ciuiliter poſſidebãt; Id qđ
Deci. locis citatis in primis perpendit; & non
immeritò, quoniam dominus ciuiliter poſſidẽs
facilius naturalem poſſeſsionem, uel nanciſci-
5 tur, uel conſeruat; † quandoquidem naturalis
poſſeſsio acceſſoria dicitur ciuilis poſſeſsionis.
c. cum veniſſet vbi Panormit. in vlt. not. de re-
ſtit. ſpoliat. & l. ſi id quod. ff. de acq. poſſeſſ. Pariſ.
conſ. 145. num. 1. uol. 4. & in habentibus ſim-
bolum facilior eſt tranſitus l. in rem. §. item quę
cunque. ff. de rei uendic. l. 3. §. fi. ff. de bon. poſ-
ſeſſ. Bart. in l. centurio in prima opp. ubi Gal.
& Ripa. ff. de uulg. & pupill. At in caſu noſtro
res aliter ſeſe habet; cum enim aduerſarius tan
quam is, qui intruſus eſt, legitimam poſſeſsio-
nem non habeat, detentio colonorum, ſi qua
aliquãdo acceſsiſſet, nihil omnino ei prodeſſet;
& propterea ex his, quę tradit Deci. d. conſ. 103.
quę certè a re, de qua agitur, non parum diſtãt,
ad caſum noſtrum non licet inferre l. Papinia-
nus exuli. ff. de minorib.

Quòd ſi ſecundo loco obijciatur, Illuſt. D. Iu-
lium, nõ obſtante dicta priuatione, nihilominus
poſſidere, quia per ſupplicationem porrectam
Pio quarto Summo Pontifici poſſeſſorio prę-
dicta uidetur ei reſeruata, vel reſtituta. Reſpon-
detur, cum ex huiuſmodi ſupplicatione nihil cõ
modi conſequi poſſe; quia licet ſupplicatio ſigna
ta fuerit, tamen ſuper illa deinceps non fuerunt
confectæ, ſeu expeditæ literę Papales cum plum
6 bo; † Quapropter ſupplicatio ſola, tametſi fuerit
ſignata, nihilominus ante literarum confectio-
nem, dicitur res informis & imperfecta, & quæ
mandari non debeat executioni, ob idq́ue illius
uirtute poſſeſſio beneficij ſine literis plumbatis
dari non poteſt, & ille, qui abſque prædictis lite
ris per ſolam ſignaturam ſupplicationis in poſ-
ſeſſionem ingreditur, utique amittit omne ius,

quod

quod habet,& quicquid agit nullius roboris uel momenti eſt,ut copioſè tradit Iohan.Bapt. Ferret.in conſi. 127.colum. 1.num. 1.& ſeq.Incip. ſola ſupplicatio. & in conſilio. decimoſexto nume. 10.Et ante eum idem tenuit Fely. in c. ueniens colum.2.de accuſat.& Rot.deciſi.457.incip. circa ſecundum in nou.& Staphil. in tract. de gratijs Rub.de literis iuſtitiæ,uerſi. quando aliquis petit gratiam,& Petrus Rebuff.in prax. benefic. par.ſecunda.de reſcript.verſ.perinde ualere nu. 57.& in regula de ſubrogan. collitigat. gloſſ. 4. nume.15.

Hac opinione retenta,non obſtat dum dicitur,poſſe aliquem in iudicio poſſeſſorio obtinere per ſolam ſupplicationem,etiam ſi literę deinde confectæ non ſint,ut uoluit Caſſador. in deciſi.8.de reſt.ſpol.& Ludou.Gomes in reg. Cancell.in regul.de non iudicando iuxta formã ſupplicationis q.5.nume. 1.& 2. Quoniam reſpondetur.

Primo tunc literarum expeditionem in poſſeſſorio iudicio non requiri cum agitur de beneficijs non conſiſtorialibus, ſeu nõ collatis apud ſedem apoſtolicam;uerũ cum tractatur de beneficijs collatis per prouiſionem factam per ſummum Pontificem, cuiuſmodi eſſe dicitur prouiſio iſta facta in perſonam Illuſt.D. Iulij, tunc ſine bullatę literę & plumbo munitæ neceſſariò requiruntur, Gomes in regul. Cancell. de non iudicando iuxta form. Supplicat.q.5.numer.2. uerſ.nec reperitur,ubi inquit, in beneficijs cõſiſtorialib.literas requiri c.iniunctæ. §.præſenti de elect. in extrauag. Bonif. 8.& ita intelligi dicit dictum Fely.in c. conuenien s col.2. uerſ. ſe-
7 ptimo dicitur, de accuſat. †Rurſus quòd in beneficijs conſiſtorialibus & a Papa collatis literæ neceſſariæ ſint tenet Petr.Rebuff. in prax. benefic. parte 3.& in Reg.Ratione perſonæ & rei uitia. reſign. num.3.& Ioan. Bapt. Ferret.in conſi. 188. incip. legatus Papæ col.fi. nu.12.
8 Secundo reſpondetur †quòd tunc ſola ſignatura ſine literis ſufficit quãdo agitur de minoribus dignitatibus & beneficijs, ſed cum quęritur quid ſeruetur in maioribus dignitatibus & beneficijs.reſpondetur circa eos nõ ſufficere ſimplicem ſignaturam, ſed prorſus intruſum dici qui ſine literis plumbatis poſſeſſionem beneficij capit c.ſuſcepti in extrauag. Ioann. 22.& Rebuf. de miſſione in poſſeſſ.numer.39.in 1.parte prax. benefic. & in reg. de ſubrogand. collitigat. gloſ.4. nu.15.& in tract. de pacif. poſſeſſ. num.51.& num.254.uerſ.quinto procedit, quare cum beneficium dell'albereſſe, de quo cõtrouerſia eſt, collatum modo dicatur a ſummo Põtifice prædicto Domino Iulio ad uitam, ut innuit ſupplicatio conſequens eſt,ut quoad perſonam dicti Domini Iulij, reputetur beneficium titulare,ob idque ex prædictis cauſis literarum confectionem ſeu expeditionem omnino requi-
9 rat; †licet enim commendatarius non dicatur habere titulum, ſed tantum commendationem Gomes.de triennali poſſeſſ.q.5.nu.7.& 8.& Alciat. conſ. 24.incip. in cauſa poſſeſſorij nume.5 Tamen commendæ noſtri temporis habentur loco titulorum, Gomes in Regul. cãcell. Regul. de publicand. reſignat.q. 4. num.2. & in regula de triennali poſſeſſ. quęſt.5.num.2.& nume.16. Panorm. in c.ſi conſtiterit col.fi. de accuſat. Rebuf. in praxi benefic. parte 2. Reg. de diſpenſatione rõne ætatis in ver. quoad uixeris nu. 1. Etenim quando ſummus Pontifex non propter neceſſitatem uel utilitatem eccleſię commendã concedit prout de iure fieri ſolet c. nemo deinceps de elect. in 6. ſed propter ſuſtentationem perſonæ, ut deductis his, quibus eccleſia indiget, cęteros omnes redditus in vtilitatem ſuam conuertat, ſuęque perſonę ſtatum conſeruent,
10 & conditionem ſuam honorifice tueantur, †id quod aliquando concedi ſolet Illuſtribus magniſque uiris; eo ſane caſu commenda dicitur eſſe titularis Gomes in reg.cancel. de publicãd. reſignat.q.4.num.9.& num. 10. & Alciat. conſ. 14.Caſus pręſentis conſultationis num.3.in his enim commendis propter ampliſſimam diſpoſitionem,& licentiam, quæ datur a ſummo Pontifice prędictis commendatarijs, & propter uerborum ubertatem in eius forma poſitam nihil a uero tit. differt, Gomes in Regul. de triennali poſſ.q.5.num.11.& num.15.Caſſador.ſuper Regul.cancel.deciſ.32.incip.Paſcaſius nu.6.

Tertiò reſpondetur,prædictum dominum Iulium nullo modo obtinere poſſe in hac controuerſia poſſeſſionis, quia ſuſcipientes crucem extra conuentum etiam a ſummo Pontifice tenentur intra annum comparere coram magno Magiſtro, & conuentu, aliàs omnibus commodis, & honoribus dictę Religionis ipſo iure priuati ſunt,ut conſtat ex bulla Pij Papę quarti confirmationis, & ampliationis priuilegiorum,Religionis Sancti Ioann. Hieroſolimitani pag.36.verſicu. & nihilominus ſtatuimus. Quare cum proponatur Illuſtrem.D. Iulium intra annum non comparuiſſe,concludendum uidetur, eum denuo depoſitum atque priuatum cenſeri omni iure & commodo dictæ commendæ Dell'albereſſe,neque iuuari a prima aſſerta reſtitu-
11 tione ſeu diſpenſatione; †.quia dum agitur de præiudicio partis, quẽadmodũ agitur hic ſupplicatio non excuſat circa futura,Bar.& Alexã. in l. fi.§.in computatione.C.de iure deliber. Caſſad. ſuper regul.deciſ.36. Incip.diſpenſatus num.6. cum ſimil.

Ego Ant.Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 Pater,an & quando poſſit alienare bona filio delata. & quid ſi legitimus adminiſtrator bonorum filij ſit & alienet ſine decreto,nu.2.

3 Pater vſumfructum habet in dote matris ſuorum filiorum præmortua.

4 Venditio rei alienæ,modo domino non præiudicet, valet.

5 Pater

5 Pater inops pro filia aduentitia habente dotem ſimpliciter dans, an de bonis filijs dotare poſſit.
6 Pater bona filij, quando uendere non prohibeatur.
7 Poſſeſſio transfertur per conſtitutum factum ab his, quorum nomine alius poſſidet.
8 Vſufructuarius ſibi, nõ autem domino rem poſſidet, in qua habet vſusfructum.
9 Procurator habens mandatum ad uendendum, uidetur etiam habere ad ipſa conſecutiua ipſius uenditionis.

CONSILIVM LXXXII.

Diuino nomine implorato.

IN aperiendis dubijs ſubtiliter excitatatis, id me faciet breuiorẽ, quia intelligo rem apud peritiſſimũ iudicẽ agi.
1 Dum ergo primum obijcitur, † titulum alienarionis, quo innititur Iulius, nullum eſſe, nec potuiſſe Ioannem uendere bona ſuorum filiorum. l. vltima. §. ipſum uerſi. non autem, ubi gloſ. in uer. laqueos C. de bon. quæ lib. Reſpondeo, licet regulariter pater non poſſit alienare bona filio delata d. §. ipſum, & l. cum oportet. §. non autem & l. quæcunque in princ. & §. parentibus C. eod. Tamen reperio hanc regulam non procedere; ſed limitari eo caſu, quo pater, qui in bonis filij habet uſumfructũ, & eſt legitimus administrator, uendit ad utilitatem ipſius filij, tunc enim uenditio ualet.

Quod primò tradit gloſ. in uer. interdicta in l. quæcunque in princ. C. de bonis, quę liberis.

Secundo idem firmat ibi Bal. nu. 1.

Tertio Barbatia in l. ſi is cui bonis col. 6. uerſ. ego addo ad finem. ff. de uerb. obligat. & idem Barbat. in add. ad Baldum in d. l. quæcunque in uer. nota mirab.

Quarto idem firmat Aret. in l. mutum, colu. fi. num. 4. uerſ. quærit hic Ang. ff. de acquir. hæreditate,

Quinto Socin. in l. in conditionibus num. 1. in princ. ff. de condit. & demonſtrat.

Sexto hoc quoq; tenet Petrus de Vergnia in add. ad Butrigar. in l. 1. C. de bonis mater.

Septimo ſequitur Iaſ. in l. Barbarius colu. 4. uerſ. facit quod notant. ff. de off. prætoris, & in l. contra iuris nu. 8. ff. de pact.

Octauo hanc opinionem comprobat Matthe ſil. in ſingul. 155. incip. nota, quòd ſi minor in annotat. Gab. Saray. nu. 8. ubi multa citat.

Nono idẽ tenet Tiraquel. in legib. connub. gl. 8. in uerſ. de ſon Mary, nu. 74. Et poſtremo, decimo loco cum hac opinione pertranſit Hyppol. Riminal. Inſtit. quib. ali. licet uel non,
2 in prin. num. 185. † Quæ limitatio adeo uera eſt, ut ampliaretur & locũ ſibi etiam uendicet quando pater, qui legitimus adminiſtrator eſt bonorum filij alienat ſine decreto, ut tenet Azo in ſumma Cod. de bon. quæ lib. col. 3. num. 9. uerſ. habet autem pater, & Stefan. Bertrand. conſi. 84. uol. 2. num. 7. uerſ. etiam non uidetur in copore antiquiore, ubi dicit eſſe communem, & Afflic. deciſ. 393. incip. Hieronymus Ferret. nume. 1. & Deci. conſ. 209. nume. 3. parte 2. Tunc enim ſibi ipſi authoritatem dare poſſe uidetur, ut inquit Ruy. conſ. 142. nu. 9. uol. 1.

Quamobrem cum prædictus Ioannes fuerit vſufructuarius in dicto fundo filiarum a ſe
3 uendito, † quandoquidem pater habet vſumfructum in dote matris ſuorum filiorum præmortuæ Bald. conſi. 257. numero tertio, parte tertia incip. quæritur utrum filiofam. proptereaque in illis bonis dicatur fuiſſe legitimus adminiſtrator, quòd in eis uſumfructum haberet, glo. in Auth. excipitur ubi Paulus. C. de bon. quę liber. Rimin. conſi. 160. num. 33. uolum. 1. Pariſi. conſi. 157. nu. 15. uol. 4. conſtetq; prædictũ Ioã. alienaſſe fundum, de quo agitur, in utilitatem dictarũ filiarũ ſuarũ nimirũ, ut nuptui traderẽtur conſequens eſſe debet, ut ualuerit dicta uẽditio, quã pater fecit noĩe filiarũ tãquã pater, & eorũ
4 bonorum legitimus adminiſtrator. † Valet. n. uẽditio rei etiam alienæ, modo non intelligatur domino præiudicare. l. rem alienam. ff. de contrah. emp. & Cy. in l. 2. C. pro empto. & Affl. deci. 369. cũ conſoc. Id quod in propoſita ſpecie eo maximè aſſeueramus, quòd, ut mihi proponitur, ex publica aſſertione communis Põtrewoli in ſcriptis redacta tempore, quo facta fuit uẽditio fundi poſiti in loco, qui dicitur alla groppa, manifeſtè conſtar, prædictum Ioannem venditorẽ nil aliud in bonis habuiſſe, vnde dictæ filiæ dotari
5 potuerint, † quo caſu ſi pater, qui laborat inopia, ſimpliciter dotem dederit pro filia, quæ habet aduentitia, cenſetur, & poteſt eam dotare de bonis filiæ. l. fi. C. de dot. promiſſ. Moderni in l. qui liberos ff. de ritu nupt. doct. in l. § 1. ff. ſoluto matrim. Bart. in ſingul. 173. incip. ſi pater.

Pręterea ad tollendam hanc primam obiectio
6 nem facit alia limitatio; † nam quamuis regulariter pater bona filij vendere prohibeatur, tamen hæc regula limitatur non habere locum quãdo res filij venditur vt ſoluatur æs alienum. d. l. fi. §. ipſum autem. C. de bonis quæ liberis, & Azo in ſumma Cod. num. 9. eo. tit. & Dec. in pręalleg. conſ. 393. num. 2. Quare cum hic fundus uenditus fuerit propter filias dotandas; ut dictum eſt quæ dos dicitur æs alienum l. pater filiam. ff. ad l. falc. ſequitur, ut hoc caſu alienatio non ſit prohibita.

Ad ſecundam uerò dubitationem, in qua præſupponitur, Iulium in iudicio poſſeſſorio obtinere non poſſe; quoniam cum bona filiarum fuerint, & earum nomine a Ioanne poſſiderẽtur tempore factæ uenditionis non potuit pater per conſtitutum in dictum Iulium transfer-
7 re poſſeſſionem, quam non habebat, † ſiquidẽ per conſtitutum factum ab his, quorum nomine alius poſſidet, poſſeſſio transfertur l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & Tiraquell. de conſtit. poſſeſſ. in limit. 13. & in limit 14. Reſpondetur, primo dici poſſe prædictum Ioannem

ea bona

eã bona poſſediſſe nomine ſuo; quoniam, ſicu-
tí diximus, erat uſufructuarius, & propterea poſ
8 ſidebat; † quia uſufructuarius poſſidet ſibi, non
autem domino rem, in qua habet uſumfructũ,
ſecundum opinionem, quam eſſe communem
atteſtatur Iaſ. in l. naturaliter in prin. in 1.2.& 3.
col. vbi etiam Claud. Seyſel. col. 1. uerſ. in gloſ.
vn. ff. de acq. poſſ. à qua opinione in iudicando
non eſt recedendum, licet apud nonnullos ea
opinio controuerſiarum pleniſſima uideatur.

Secundo poſito & non dato, ut Ioannes pa-
terea bona contractus celebrati tempore nomi
nẽ filiarum poſſideret, non autem ſuo; itẽ quòd
non poſſit regulariter trãsferri poſſeſſio per cõ-
ſtitutum factum ab ijs, qui alieno nomine poſſi-
dent, Tiraquell. d. tracta. de poſſeſſ. limit. 15.
num. 1. Adhuc tamen reſpondetur, Iulium obti
nere de iure debere; quoniam quando pater
alienat lege permittente, ut accidit in caſu no-
ſtro, nemo dubitat quin poſſeſſionem quoque
tradere poſſit, eamque per cõſtitutum transfer
re in conſequentiam promiſſæ venditionis, ſcili
cet ut ipſa perficiatur, & effectum habeat, ut in
ſpecie tradit Tiraquell. in tracta. de conſtit. poſ
ſeſſorio, parte 3. in 15. limit. nume. 3. uerſ. & ne-
9 minem hactenus; † Quemadmodum dicitur de
procuratore, qui cum mandatum habeat ad uẽ
dendum, uidetur etiam illud habere ad ea, quæ
ſunt conſecutiua ipſius uenditionis l. 2. ff. de iu-
risd. omn. iud. nam cui committuntur antece-
dentia, cenſentur eſſe commiſſa ſequentia. l. in-
debitam. ff. de cond. indeb. & Tiraquell. d. tract.
de conſtit. parte 3. limit. 13. nume. 4. ubi plurib.
hoc idem comprobat.

Et ex his, niſi planè fallor, ſublatæ uidentur
ſubtiliſſimę dubitationes mihi propoſitæ. Et
ita iuris eſſe arbitror, ſaniore iudicio ſemper
ſaluo.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Pater an & quando in filiorum praiudicium bona ex matris eorum ſucceſsione pertinentia alienare poſsit. & nu ſeq.

3 Teſtes rectè probant omnia in capitulo contenta cũ ſe ad articulum referunt.

4 Pater, vel auus pauper filias, vel neptes alere non tenetur.

5 Pupillus ſi per quinquennium tacuerit, ratificatio inducitur venditioni, a die quo illa fit.

CONSILIVM LXXXIII.

Diuino nomine implorato.

QVONIAM propoſitæ quæſtionis in
ſpectio expeditam habere uidetur
deliberationem; & conſultor, qui mi-
hi perpaucas horas aſſignauit ad re-
ſpondendũ, inſtatq; vt iam meam adferam opi-
nionem; Ego breuiter hac in re concludendum
arbitror prędictum Laurentium in caſu propoſi
to uẽdere potuiſſe materna ſuorum filiorum bo
na, de quibus agitur.

1 Quamuis † enim generaliter & ſecundum cõ-
munes regulas iuris pater non poſſit alienare in
præiudicium filiorum bona, quæ ex matris eorũ
ſucceſſione ad eoſdem pertinent, iuxta text. in l.
1. uerſi. ita ut ſi quando, & l. 2. ibi non poſſit, ubi
Bar. Bal. Salyc. & alij. C. de bonis mater. Tamen
iſta communis concluſio non obtinet, neq; pro
cedit in caſu neceſſitatis: Vrgente enim neceſſi-
tate, ueluti propter æs alienum, uel propter iuſtã
cauſam pater poteſt dicta bona filiorum, in qui-
2 bus ipſe vſumfructum habet, alienare; † Id quod
eſt etiam ſi nõ interponatur decretum, ut tradit
Azo in ſumma. C. de bon. quæ lib. ver. habet au-
tem, & Bal. & Paul Caſtr. & Alex. in l. præſes. C.
de tranſact. Imola in c. conſtitutus de reſtitut.
in integ. & Dec. in conſi. 219. incip. In caſu pro-
poſito num. 3. & Ioan. Crot. in l. frater. ff. de con
dit. indeb. nume. 54. ubi atteſtatur opinionem
Azonis eſſe communem, quemadmodum atte-
ſtatur etiam Curt. in d. l. præſes numer. 14. C. de
tranſact. cuius quidem deciſionis ratio eſt, quia
lex multum confidit paternæ pietati, ut per De
ci. d. conſ. 209. num. 3. & ideo non eſt opus de-
creto. l. nec in ea. §. 1. ff. ad l. Iul. de adul. & Crot.
d. l. frater a fratre nu. 54. ff. de cond. indeb. Sed
in caſu noſtro ipſe Laurentius Iacobi ſer Colæ
vendidit propter neceſſitatem, ergo ipſa uendi
tio ualuit. Quòd autem Laurentius propter ne
ceſſitatem alienauerit patet, quia ipſe continuè
alit filios ſuos, ut deponit Pierus Iuliani primus
teſtis, & Marcus Pieri Matthęi ſecundus teſtis,
& Ioannes tertius teſtis examinati ſuper tertio
cap. propoſito pro parte dicti Michaelis; qui
3 omnes dicunt contenta in cap. eſſe uera; † quo
caſu cum teſtes ſe ad articulum referant, rectè
dicuntur probare omnia, quæ habentur in cap.
ut per Bal. in conſ. 10. parte 5. nu. 5. & 6. & conſ.
54. num. 6. parte 1. & Soci. conſ. 56. nume. 12.
lib. 4. Cumque ipſe Laurentius pauper eſſet, ut
rectè deponunt teſtes examinati ſuper 5. & 6.
cap. qui omnes dicunt eum fuiſſe pauperem, ne
que habuiſſe bona, quibus his difficillimis tem
poribus filios alere potuiſſet, niſi dicta bona uẽ
didiſſet, conſequẽs huic rei eſt, eum huiuſmodi
bona potuiſſe alienare propter hanc alimento-
rum neceſſitatem.

Nec quicquam obſtat, quòd ipſe Laurentius
debuiſſet alere filios de ſuo, & non uendere

bona dictorũ filiorũ, quandoquidẽ pater tene-
tur alere filios. l. ſiquis a liberis de lib. agn. & l. 1.
4 C. de alend. liberis; quoniam reſpondetur, † quòd
quando pater, uel auus pauper eſt, & non habet
unde filias, uel neptes alat, tunc non tenetur il-
las alere, ut per gloſſ. & Abb. c. cum haberet, de
eo, qui duxit in matr. & in ſpeciẽ Caccialup. in §.
quæſitum. in l. frater a fratre. num. 107. ff. de con
di. indeb. Atque eo quidem caſu, cum ſcilicet pa
ter pauper eſt, & filij habent bona, tũc ſe de ſuo
alere debent. l. ſi quis a liberis. § ſed, & ſi filius. ff.
de lib. agnoſ. & Abb. & Butr. in cap. cum haberet
præalleg. & Soc. in conſ. 121. num. 47. lib. 4. cum
multis locis conſodijs.

Præterea poſito, & non dato, vt ipſa uenditio
retractari potuerit; hoc debuiſſent petere ipſæ
filiæ intra quinquennium a die perfectæ, & ab-
5 ſolutæ uenditionis connumerandum, † alio-
quin ſi pupillus in hoc caſu per quinquennium
tacuerit, a lege inducitur ratificatio propter hãc
ipſius taciturnitatem, ita ut contrauẽniri nõ po
teſt l. fi. C. ſi maior fact. & in ſpecie tradi Deci.
in d. conſ. 209. parte 2. num. 4. Quare cum in
caſu propoſito ipſæ filiæ Laurentij tacuerint, ut
mihi relatum eſt, circiter decem annis, ſequitur
ut per huiuſmodi longam taciturnitatem iuxta
prædicta, ſibi noceant.

Ego Ant. Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Amaſia ex bonis amaſii ditari præſumitur.
*2 Vxor negans acquiſiuiſſe ex bonis viri ceſſante ma-
trimonio, ſed antea affirmet, onus contrarium
probandi ad maritum, ſeu eius hæredes perti-
net.*
*3 Habitans cum matre iure familiaritatis non poſ-
ſidet, ſed dicitur in ea domo retineri.*
4 Poſſeßio dotalis apud maritum eſt.
*5 Emiſſe quis præſumitur, in dubio pecunia pro-
pria.*

CONSILIVM LXXXIIII.

Diuino nomine implorato.

CONTRA D. Annam poſſet oppo-
ni eam diuitem factam uideri ex bo
nis dicti D. Hieronymi & ex eis do-
1 tem conſtituiſſe, † cum amaſia præ-
ſumatur ditari ex bonis amaſij Bal. l. cum opor-
tet in princ. in 3. col. uerſ. inſuper quæro C. de
bonis quæ liber. Sed reſpondetur quòd Domi
na Anna poterit probare, ſe habuiſſe bona a
conſanguineis, quo caſu ceſſat dicta præſumptio
Bal. d. l. cum oportet col. 3. uerſ. quæro nun-
quid. Reſpondetur ſecundo quòd dict. Domina
Anna adminiſtrauit bona, & conduxit ad affi-
ctum, & negociabatur, & emebat, & uendebat,
& propria induſtria, & labore lucrabatur, quo
caſu non præſumitur acquiſiſſe ex bonis Dom
ni Hieronymi. l. etiam, in verbo matrimonij tem
pore, vbi Saly. C. de dona. inter vir. & vxor. Ale-
xan. conſ. 40. proſpectis his. col. pen. lib. 3. & con
ſil. 82. lib. 2.

Quod ſi iuxta prædicta dicatur, pertinere pro
bare ad dictam Domin. Annam vnde dicta bo-
na habuerit, non autem ad hæredes Domini
Hieronymi, & bona ſui autoris eſſe. Reſponde-
tur, quòd imò cum dicta Domina Anna fuerit
in poſſeſſione dictorum bonorum, & ea tradide
rit viro, ex quibus ſuſtinerentur onera matri-
monii, concludendum eſt, onus probandi per-
tinere ad hæredes: quibus non probantibus di
cta Domina Anna abſoluetur. Aret. in conſ. 31.
incipien. conſiderata. in principio. l. qui accuſa-
2 re. C. de eden. † Quod comprobatur a ſimili,
quia licet uxor præſumatur quæſiſſe ex bonis
viri, tamen ſi mulier negat quæſiſſe dicta bona
conſtante matrimonio, & aſſerit antea acquiſi-
uiſſe, tunc onus probandi contrarium pertinet
ad maritum, vel eius hæredes. Saly. in d. l. etiam,
C. de dona. inter uir. & uxo. & Are. dicto conſil.
31. per plures autoritates; & quamuis ibidem
Aret. determinet in fine, mulierem, de qua ibi,
probare debere illud, ideo concluſum fuit, quo
niam ibi mulier confeſſa fuit ſe habuiſſe illa bo-
na ex facultatibus ipſius viri; hic autem ſecus
eſt. Rurſus ſi dicatur Dominam Annam non
poſſidere, ſed Franciſcum eius filium. Reſpon-
3 detur, quòd imò Franciſcus non poſſidet, † quia
iure familiaritatis habitat cum ipſa matre; quo
caſu non poſſidet, ſed potius dicitur in ea domo
retineri, vt per Paulum Caſtrenſ. in l. qui iure fa-
miliaritatis. ff. de acq. poſſeſſio. Ruynus conſilio
51. uolumine quarto. vbi filius habitans cum ma
tre in ea domo, cuius poſſeſſionem mater dotis
nomine accepit, non dicitur domum poſſidere,
ſed potius in ea detineri.

Vel etiam reſpondetur, quòd vt apparet ex
contractu affictus, filius non poſſidet, ſed ſoluit
pro alimentis, & habitatione condecentem pe-
cuniam dictæ Dominæ Annæ. Ex quibus pa-
tet, quòd filij Dominæ Annæ non ſunt in poſſeſ
4 ſione, ſed uel ipſa, vel eius maritus, † quia poſſeſ-
ſio rei dotalis apud maritum eſt. l. Pomponius,
§. in dotem. ff. de acq. poſſ. & per doct. in l. aſſi-
duis. C. qui pot. in pig. habeant.

Præterea ſi dicatur, quòd Domina Anna nõ
potuit dare has res in dotem, cum fuerint Do-
mini Hieronymi. Reſpondetur, quòd vt ſupra
dictum eſt, hoc negatur. Et poſito, quòd ali-
quid habuerit a Domino Hieronymo. Reſpon
detur, quòd cenſetur ei donatum; & ideo non
poteſt reuocari, neque per donatorem. l. dona-
tiones in concubinam. ff. de dona. ubi doct. ne-
que per eius ſucceſſores, qui tenentur ſeruare
factum defuncti. l. cum a matre. C. de rei uendi-
catione. Et quamuis regulariter non præ-
ſumatur donatio. lege, cum de indebito.
de probation. tamen cum Domina Anna poſ-
ſederit dicta bona per ſe, uel per uirum, ui-

O uente

uente etiam D. Hiero. & patiente, & diu dicta bona tanquam ſua cum uiro adminiſtrauerit ſcien te, & patiente Domino Hieronymo ad libitum de dictis fructibus diſponendo, certum eſt, propter huiuſmodi aſſignationem ſibi, uel eius marito factã præſumi donationem ex parte D. Hiero. ut latè per Grat. in conſ. 7. lib. 2. nu. 23. Si uerò dicatur, D. Annam debere reddere ea, quę accepit a D. Hiero. uel hæredib. uel etiam mag. Religionis Maltæ, ubi equitis dignitatem habebat d. D. Hiero. ſiquidem amaſia debet reddere Abbati quicquid habuit a monacho. Bal. l. do minus ſeruum. de ſeruo corrup. Reſpondetur, quòd D. Hiero. habebat etiam alia bona quàm prouenientia ex commenda: & poſito quòd nõ habuiſſet alia, tamen religionis Præſidentes nullum ius prætendere poſſunt, uel contra D. Annã uel contra eius maritum; quia hæc bona peruenerunt ad D. Annam ante profeſſionem, & ante annum probationis, de quo in c. non ſolum. & c. conſtitutionem. de conſ. & ſic eo tempore, quo D. Hiero. non dederat adhuc ſe in manibus congregationis; quo caſu poterat D. Hiero. donare D. Annæ, & poterat teſtari, ut per docto. in c. in præſentia. de prob. imò inter liberos potuiſſet teſtari etiam poſt profeſſionem. Bero. d. c. in præſentia. de prob. nu. 61. Et ideò multo magis diſponere de rebus iſtis poterat D. Hiero. ante profeſſionem; præſertim cum neque de his ſit iudicandum, ut de monachis, neque ſint prælati; Soc. ſen. conſ. 32. nu. 17. 1. uol. ſed ſimplices adminiſtratores. Corn. conſ. 66. uol. 3. Accedit & quòd factæ ſunt plures fines, & quietationes inter D. Annam, & Do. Hiero. quæ cum prohibitæ non reperiantur iuxta ea, quæ dicit Azo in ſumma. C. de tranſact. cenſentur permiſſæ, & ualidæ. l. præcipimus. in ſi. C. de appel. Item ſi dicatur, quod prædia empta per D. Annam ſunt empta de pecunia D. Hiero. Reſpondetur, † quòd in dubio

5 quis præſumitur emiſſe pecunia propria. Bar. in l. cum proponas. C. pro ſoc. Bal. in l. pen. C. ſi quis alteri, uel ſibi. l. ſi defunctus. C. arb. tut. Alc. conſ. 152. uol. 7. Rom. conſ. 3. Bertrand. conſ. 253. nu. 2. uol. 3. in antiquior. Quo uerò ad maritum D. A nnę certum eſt, quòd ſi quid ex bonis in dotẽ ſibi datis euinceretur, ipſe de euictione contra Do. Annam, uel eius hæredes agere poſſet iuxta tradita in l. 1. C. de iure dot. & in l. un. §. & ut plenius. C. de rei uxo. actio. ubi doct.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 Regula. l. teſtium. C. de teſtib. ſolutionem debiti in ſcripturam redacti non niſi per ſimilem ſcripturam, vel quinque teſtes probari poſſe, limitatur.
2 Nihil refert quid ex aequipollentibus fiat
3 Filia non contradicẽdo uidetur patri conſentire agẽti ad dotem.
4 Iudex iudicare debet ſecundum acta, & probata.
5 Compenſatio quid ſit.
6 Compenſatio non admittatur in depoſito.
7 Creditor tenetur debitori, ſoluenti facere ſolutionem.

CONSILIVM LXXXV.

In Dei nomine.

AD primum dubium ſubtiliter excitatum contra Franciſcum Caſtellum in quo dicitur, ſolutionem debiti in ſcripturam redacti non niſi per ſimilem ſcripturam, uel quinque teſtes probari poſſe. l. teſtium facilitatem. C. de teſtib. Reſpondeo

1 regulam. † d. l. teſtium limitari niſi per æquipollens facta ſolutio probaretur; nam quando interuenit probatio æquipollens perinde eſt, atq; ſi ſcriptura ſimilis interueniſſet. & ita limitat Bal. in d. l. teſtium. nu. 1. uerſ. quinto nota. ubi etiam Salyc. nu. 2. uer. item nota quod ſolutio. C. de te-

2 ſtib. Cuius rei ratio poteſt adferri, † quia nihil refert quid ex æquipollentibus fiat. §. nominatim. inſt. de exhæred. lib. l. 2. ff. de lib. & poſthum. l. 3. C. de inſti. & ſubſt. ſub cond. fact. l. mulier. ff. ad Treb. l. ſi ita. ff. quando dies leg. ced. cap. licet ex quadam. de teſtib. Hiero. Butigel. l. certum. n. 3. ff. ſi cer. pet. Andr. de Beſſet. in Auth. habeat. nu. 169. C. de ſacroſan. eccleſ. Id quod procedit etiã in caſu quo ꝓ forma aliquid requiritur. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandatu. ff. de acq. hæred. præſertim in forma tradita a lege. gloſſ. in l. iubemus. C. de teſtam. l. 2. §. uoluntatem. iuncto

3 §. præcedenti. ff. ſol. mat. ubi † filia non contradicendo, uidetur patri conſentire agenti ad dotem, & tamen conſenſus ille pro forma requiritur, ut dicit Io. Corraſ. in priori repe. l. 1. in princ. num. 4. ff. de uerborum oblig. At in caſu propoſito ſolutio debiti probatur, per alias legitimas probationes, uidelicet per libros, & codices rationum Io. Caſtelli in iudicio productos, quibus fides adhiberi debet. Bald. Ang. & alij in l. quædam. §. nummularios. ff. de edend. Cur. in l. admonendi. numero centeſimo uigeſimonono. ff. de iureiurand. ubi etiam Lanfranc. numer. quinquageſimo: quaſi tunc ea ſcriptura publica cenſeatur. cap. cum dilectus. de fide inſtrumentorũ. quemadmodum etiam ſuadent dicta teſtium hic examinatorum qui ſanè probare dicuntur d. Ioan. fuiſſe probum, & dignum uirum cuius ſcriptis fides adhibeatur: igitur per dictos codices optimè probari uidetur ſolutio quando quidem in dictis codicibus rationum apparet dictum Gherardum actorem eſſe debitorem d. cti Ioannis Caſtelli, magnæ ſummæ pecuniarum.

4 Ad ſecundum dubium † in quo dicitur iudicem iudicare debere ſecundum acta, & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præſid. propterea cum Franciſcus in iudicio deduxerit quoſdam codices

Codices in quibus ſolum apparet ſatisfactum
fuiſſe parti ipſius debiti non autem integro de-
bito,ſequi uidetur, ut Franciſcus remaneat de-
bitor ad reſiduum poſito etiam ut compenſatio
fieri deberet. Reſpondeo, uerum quidem eſſe
compenſationem fieri debere,tantummodo vſ-
que ad concurrentem quantitatem.Gozad.con
ſil.69. n.8. & compenſari ſolummodo debitum
cum credito.l.1.ff.de compen. Soc.iun.in 3.par
te.Rub.ff.ſol.mat.num.4. Attamen ſi diligenter
fiat computatio,& diſpūctio omnium debitorū,
& creditorum dictarum partium,& fiat compen
ſatio depoſiti utique apparebit, ut mihi propo-
nitur integrè ſatisfactum fuiſſe,& plenariam ſo-
5 lutionem interceſſiſſe,cum † compenſatio nihil
aliud ſit quàm ſolutio.l.ſi debitor. ff.qui pot. in
pig.habeantur.l.amplius non peti,vbi Bar.col.fi.
ff.rem rat.hab.l.uel permutauit.ff.de lib.ca.& l.ſi
conſtat.C.de compen.Fulg.l.ſi hebas.n.4. de cō
pen.Tindar.in trac.de compen.art.6.nu.77.Ber
tran.conſ.118.nu.6.tomo 3. Rim.conſ.133.nu.
15.uol.1.Crat.conſ.121.nu.11.lib.1.Ruy.conſi.
102.nu.4.uol.3.Nat.conſ.54.nu.3.uol.1. Ad 3.
6 dub. † in quo dicitur in depoſito non admitti re
gulariter compenſationem.l.fi.in fi.C.de comp.
Bar.in l.cum is.§.fideiuſſor.nu.5.ff. de cond.in-
deb.Dec.l.1.nu.6.in 3.no.C.de eden. cum ſimi.
& propterea non licere Fran.contra quem agi-
tur ad reſtituendum depoſitum;opponere com
penſationem alterius crediti quod requirere
uidetur altiorem indaginem. Reſpondeo regu-
lam quæ habet in depoſito non admitti compē
ſationem in primis limitari ſecundum quoſdā,
ut non procedat in depoſito confeſſato,& ficto,
ſed ſolum habeat locum in depoſito uero & rea
li,de quo conſtet per numerationē. & hanc opi.
tenuit Bal.in conſ.384.nu.2.in fin.inc.duo ſunt
uidenda.uol.1.& eum ſequitur Soc.conſ.143.n.
15.uerſ.confirmantur.uol.1.ubi concludit.l.pē.
C.depoſ.locum habere ſolummodo in naturali
depoſito,& actualiter facto non autem in eo qđ
conſtat ex ſola confeſſione.& eādem opi.ſequi-
tur Dec.in c.ſignificaſti.nu.53.col.fi.ext.de elec.
& Nic.Boe.in deciſ.295.nu.8.par.2.ubi dicit qđ
licet depoſitum habeat executionem paratā, ut
non poſſit aliquo modo impediri etiam per cō
penſationem.Tamen id limitatur procedere in
depoſito uero,ſecus in depoſito confeſſato.Po-
ſtremò reperio hanc eandem opi.tenuiſſe ēt Ca
gno.in l.ſingularia.nu.1.1.ſect.33.ff.ſi cer.pe.ubi
dicit priuilegia, & prærogatiuas depoſiti circa
compenſationem, & alia non habere locum in
depoſito ficto, & improprio. l.Lucius Titius. ff.
depoſ. & hoc etiam tenet idem Cag. in l.ſi libra
rius.nu.89.ff.de reg.iur.uerſ.rurſus intelligas.&
in l.contractus.nu.16. uerſ.ſunt etiam alij caſus.
ff.de reg.iur. At in caſu propoſito non apparet
depoſitum ex numeratione reali conſtare,quini
mò in d.inſtr. depoſiti dicitur ſponte confeſſus
fuit,quæ uerba arguunt depoſitum fuiſſe confeſ
ſatum,& ſolum oſtēſam fuiſſe pecuniam in quo
dam ſacculo non autem numeratam fuiſſe ſum-
mā, ergo in caſu propoſito non prohibetur Frā.
ſecundum opi. ſupradictorum opponere com-
penſationem alterius crediti contra petitum de
poſitum.Secundò reſpondetur d.reg. qua caue
tur in depoſito non eſſe locum compenſationi.
l.pen.C.depoſ.limitari niſi agatur de illa compē
ſatione quæ fiat ipſo iure ex diſpoſitione legis,
namque illa nō eſt prohibita etiam in depoſito.
c.1.& 2.de uſur.l.1.& 2.C.de pig.act.& in ſpecie
ita limitat Crot.in conſ.137.col.fi.nu.20.uerſic.
non obſtat. cum enim ipſo iure fiat compenſa-
tio a lege,ut per Guid.Pap.deciſ.221.nu.2.inci.
item dicta die Tindar. trac.de compen.in 6.art.
uerſ.ſed certè.nu.70. res non requirit altiorē in
daginem,ſed illico facta cenſetur compenſatio,
ideoque dicit Alexand.in conſ.85.lib.3.compē-
ſationis titulum hodie magis in vſu eſſe, quàm
ſolutionis quia in libris mercatorum aliquis
ſcribitur debitor & creditor, & eo pacto cen
ſetur illico compenſatio fieri. At in propoſita
ſpecie compenſatio facta eſt ipſo iure à lege,
quandoquidem in vltima conuentione facta an
no 1553. die 15 decembris inter dictas partes
ſeu eorum autores apparet,omnes debitores &
creditores aſſignatos fuiſſe dicto Ioanni Caſtel
lo,igitur cum per dictam aſſignationem de cō-
penſatione ipſo iure facta conſtiterit, certum
eſt,in caſu propoſito D.Franc. nō prohiberi uti
compenſatione contra dictum aſſertum de-
poſitum.ſed eundem Franc. obtinere debere
præſertim cū aduerſarij hypotheca nitantur de
qua tamen repreſſe non conſtat in ipſo depoſi-
to ut ex inſtrō depoſiti colligi pōt: in quo nulla
hypotheca conſtituta fuit deponenti & propte
rea ex eo capite moleſtari non poteſt D.Fran.cu
ius ſanè moleſtia, & intereſſe in omnem euentū
reſarcienda omnino eſſet, ſaltem per reſeruatio
nem iurium concedendam d.Fran. contra d.uē
ditorem domus,uel eius hæredes,& ſucceſſores
iuxta ea quæ dicit Bal.in l.1.nu.77.C.qui accuſa.
non poſ.& in Auth.ſed & ſi quis.nu.8. uerſ.item
illa ſemper.C. de ſecū.nup. ubi probatur iudicē
reſeruationes facere poſſe,& facit ēt id ꝙ dicitur
7 † debitori ſoluenti creditorē ceſſionem neceſſa
rio facere debere.l.mulier. ubi glo. & Bal. ff.qui
pot.in pig.habeantur.& in l.iubemus.nu.2.uerſ.
quærunt.C.ad S.C.Velle.Bart.l.poſt dotem.nu.
35.in fi.ff.ſol.mat.Dec.conſ.104.num.2.uerſ.ſed
prædictis non ob.& conſ.446.uiſo eleganti. par
te 4.cum fi. Atque ex his opinor poſſe tolli du-
bia ſubtiliter excitata per Ecc.V.cui me cauſam
que plurimum commendatum eſſe cupio.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Qui uult agere contra aliquem tanquam contra hæredem alicuius, probare debet reum conuentum hæredem eſſe, & hæreditatem ad illum perueniſſe.*

2 *Actore non probante reus abſoluitur.*

3 *Teſtis de auditu fidem non facit.*

4 *Hæreditatis aditio non inducitur per actum, qui poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis.*

5 *Teſtis unicus non probat, neque eius teſtimonium iuſtificat, aut damnat.*
6 *Vox unius vox nullius.*
7 *Hæreditatis aditio an probetur per teſtes.*
8 *Teſtes de auditu cum publica fama, an probent.*

CONSILIVM LXXXVI.

In Dei nomine.

MAGNIFICI Dom. Priores populi,& communis ciuitatis Piſarum, in cauſa quæ coram Mag. Dominationibus ueſtris uertitur, inter Dominicum cognomento il Romagnuolo, a Caſtro Anſelmo actorem,& appellantem ex vno latere,& Tomaſium Viualdium ciuem Piſanum reum cõuentum & appellatum ex altero: Vidi petitionem, poſitiones, & atteſtationes dicti Dominici cum reſponſionibus, & interrogatorijs propoſitis per dictum Tomaſium in utraque inſtantia, & ſententia lata per Mag.D. Commiſſarium ciuitatis Piſarum. Et accurate perſpexi omnia, quæ tam coram dicto Mag. Dom. Commiſſario, quàm coram Mag. dominationibus ueſtris, ab utraque parte deducta,& allegata fuere. Idcirco omnibus quæ conſideranda fuerant diligenter conſideratis Diuino nomine repetito, conſulo, dico,& refero partes Magnificentiarum ueſtrarum fuiſſe, & eſſe, ut declarent, pronuntient,& decernant per d.Do. Commiſſarium iudicem a quo bene fuiſſe,& eſſe iudicatum,& pronunciatum,& per dictum appellantem male appellatũ, & propterea d. Tomaſium Viualdium reum cõuentum a petitis fuiſſe, & eſſe liberandum,& abſoluendum; & ambas tamen partes propter probabilia iuris dubia,& rationes quæ animum noſtrum mouerunt,& mouere debuerunt ab expenſis utriuſque inſtantiæ abſoluendas fuiſſe, & eſſe omni meliori modo.

Inducor autem ad hoc dicendum rationibus potiſſimum infraſcriptis. uidelicet quoniam, 1 qui vult agere † contra aliquem tanquam contra hæredem alicuius; is legitimè probare debet reum conuentum, hæredem eſſe,& hereditatem ad illum perueniſſe. l. edictum. cum l. ſeq. ff. de interroga. act. l. fi. §. ſi vero. C. de iure delib. Bald. in l. nec intentio. C. de tranſact. ubi dicit eum qui agit contra aliquem, tanquam contra hæredem, probare debere illum eſſe hæredem, alioquin obtinere non poſſe, & idem Bald. in l. fi. in princ. in col. 5. C. de iure delib. vbi tradit, hæredem non iure poſſe conueniri, niſi hæreditatem agnouiſſe probetur, Barb. conſ. 73. col. 6. uerſ. capio aliam dubitationem. uolum. 4. Cag. in l. hæredem eiuſdem numero ſeptimo. ff. de reg. iur. Beroius conſ. 15. numero primo. uolum. 3. Crauet. conſ. 197. numero 4. & 5. par. prima. deque aditione docere debet, qui ſe fundat in ea. Crauet. conſil. 37. numero 4. uolum. primo.

Atqui in propoſita ſpecie, ipſe Dominicus, qui (vti patet ex illius petitione) experitur,& agit contra Tommaſium, ut hęredem Io. Bap. cui aſſerit ſe mutuo dediſſe pecuniam non oſtendit, nec probat legitimè dictum Tomaſium eſſe hęredem dicti Io. Bap. eius aſſerti debitoris; igitur d. Dominicus actor non poteſt obtinere, ſed abſolui debet d. Tomaſius reus conuentus, quia 2 actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo. l. fi. C. de rei uend. c. fi. de iure iuran. c. unico. de eccleſiaſt. benefi. c. dilectos. de fide inſtrum. Corn. conſ. 123. numero 8. primo volum. Crot. conſ. 34. numero 7. & num. 8. Quę quidem abſolutio facienda eſt non ab obſeruatione iudicij, uel inſtantię, ſed a petitis,& diffinitiuè, ut per Io. And. & Calderin. & Cardinalem & Panorm. in cap. paſtoralis. §. quia vero. de off. iud. deleg. Panorm. & Imol. in c. 1. de off. ord. ubi etiam Alc. numero 85. uerſicul. ex hoc infertur, quod ſi iudex. & Tommas Gramma. uoto 31. numero 15. & ſeq. & Didac. Couar. libro primo. variarum reſolutionum. cap. primo. uerſicu. 4. conſtat. numero 8. ubi atteſtatur hanc eſſe opi. magis communem.

Non oſtendiſſe autem Dominicum, cognominato il Romagnuolo, Tomaſium reum conuentum, hęredem eſſe Io. Bap. Viualdi, conſtat tum ex primo, tum ex ſecundo proceſſu. licet. n. Dominicus in ſecundo cap. primę inſtantię poſuerit,& articulauerit Ioan. Baptiſtam deceſſiſſe relicto Tomaſio hęrede, qui bona dicti Io. Bap. poſſidet, nihilominus teſtes deinde ſuper eodẽ capitulo examinati, nihil concludenter probãt. Nam Carolus olim Raynerij Gaddi a S. Proſpero primus teſtis ſuper dicto ſecundo c. examinatus, inquit, ſe dici quidem audiuiſſe Io. Bap. Viualdium deceſſiſſe, ueruntamen de cęteris in c. prędict. contentis aperte dicit ſe nihil ſcire. Vincentius quoque Puuij filius a Santo Proſpero ſecundus teſtis examinatus in ſecundo capitulo primæ inſtantiæ dicit, deceſſiſſe Ioannem Baptiſtam relicto poſt ſe Tomaſio eius fratre, atque ut dicitur, ſecundum ea, quę ipſe dici audiuit publicè Tomaſius relictus eſt hæres ſui fratris Ioannis Baptiſtæ, & dici audiuit bona eiuſdem Io. Baptiſtæ a tempore illius mortis citra detenta, & poſſeſſa fuiſſe per dictum Tomaſium. Quæ quidem atteſtatio nihil proficit ad oſtendendum, 3 Tomaſium eſſe hæredem, quia † hic teſtis de auditu deponit, qui regulariter fidem non facit. gloſſ. Bar. & alij in l. teſtium. C. de teſtib. Specul. in tit. de teſte. §. primo. uerſicu. teſtimonium autem. Panormitanus cap. licet ex quadam. numero primo. de teſtibus. Felyn. cap. cum multis eo. Corneus conſilio centeſimo trigeſimoſeptimo. numero nono. uolumine tertio. De hoc itidem nullam fidem faciunt teſtes examinati ſuper ſecundo capitul. ſecundæ inſtantiæ, & quo ponebatur,& articulabatur Tomaſium poſt mortem Ioannis Baptiſtæ tenuiſſe, & poſſediſſe tanquam hæredem Ioannis Baptiſtæ omnia illius bona &c.

Namque

Namq; Petrus Laurentij primus teſtis ſuper
d.2.c.examinatus in ſecunda inſtantia, aperte
dicit de cōtentis in eo nullam habere notitiam.
idem quoque deponit tertius teſtis ſuper eodē
c. examinatus dicens, ſe neſcire, an Tomaſius
poſſideat bona Io.Bap.

Rurſus nihil concludit atteſtatio Iacobi Chri
ſtophori a Caſtro Anſelmo ſecundi teſtis exami
nati ſuper d.2.c.quia licet ipſe dicat contenta in
c.eſſe uera, quod ſanè dictum regulariter, opti-
mè probat Bar.l.Labeo.nu.9. in fi.ff.de ſupellec.
lega. Tamen illud tunc procedit, & uerum eſt,
quando teſtis concludentem ſui dicti rationem
reddit. Atqui in caſu noſtro, ipſe teſtis ſcientiæ
rationem aſſignans, dicit ſe id ſcire de auditu a
pluribus, quę quidem atteſtatio de auditu alie-
no non probat doct. d.l.teſtium, ergo teſtimo-
nium dicti ſecundi teſtis non iuuat ipſum acto-
rem. Quæ cum ita ſint primo non obſt.ſiquis
obijciat intentionem actoris aſſerentis Toma-
ſium eſſe hæredem, probari ex atteſtatione Vin
centij Puccij ſecundi teſtis examinati ſuper ſe-
cundo c.primæ inſtantiæ dum dicit ſe ſcire To-
maſium poſſidere bona Io.Bap.tum quia hoc di
ci audiuit, tum etiam quia dictus Tomaſius poſt
mortem Io.Bap.ſoluit dicto teſti ſcutatos qua-
tuordecim aureos, quos Io.Bap.debebat Caro-
lo eiuſdem teſtis fratri, per quam ſolutionem a-
diri uidetur hæreditas.l.2.C.de iure delib.Bar.l.
imperatores.§.ſi debitor. ff.de tranſac. Quoniā
4 † reſpondetur per actum qui poteſt fieri citra
ius, & nomen hæredis, non induci hæreditatis
aditionem.l.pro hærede.ff.de acq.hæred. Ange
lus, & Butrigarius, & Corneus d.l.2. C. de iure
delibe. Atqui actus ſoluendi poteſt fieri citra
ius, & nomen hæredis, quia unus poteſt ſoluere
pro alio etiam inuito.l.ſoluendo.ff. de neg.geſt.
inſt. quib.mod.tol.oblig. in prin. l. ſolutionem.
ff.de ſol.Corn.& Iaſ.d.l.2.Dec.conſ.449. nu. 10.
Rim.conſ.283.nu.1.& ſeq. uol.2. ergo dicta ſo-
lutio facta per Tomaſium non arguit neceſſa-
riò aditionem, & conſequēter probatio nō con
cludit, & propterea rejjcienda.l.non hoc. C.un-
de cogn.

Secundò non obſt. ſi quis obijciat ex eo pro
bari Tomaſium adijſſe quòd per ſolam poſſeſ-
ſionem rerum hæreditariarum in dubio quis
cenſetur adire, & effici hæres, ut per Alex.conſ.
32.num.1.in princ.lib.3.Alc.conſ.192.nu.2.Ma
ran.in l.is poteſt.nu.58. ff.de acq.hæred. Atqui
Iacobus Chriſtophori ſecundus teſtis examina-
tus ſuper 1.c.ſecundæ inſtantię dicit Tomaſium
tanquam fratrem Germanum Io. Bap. poſſide-
re omnia eius bona quaſi ſua propria, igitur, ex
prædicta poſſeſſione cenſetur Tomaſius adijſſe
hæreditatem Io.Bap.

5 Quoniam † reſpondetur ex proceſſu non con
ſtare Tomaſium, hunc poſſidere bona quæ fue-
runt Io.Bap. Neque hoc probari ex atteſtatione
d.Iac.ſecundi teſtis, quia Iacob. in hoc eſt teſtis
unicus; cuius teſtimonium, neque juſtificat, ne-
que damnat. c.admonere. iuncta gloſſ. 13.q.2.
l.ut iuriſiurandi.C.de teſtib.Franc.Cur.in tract
6 de teſtib.concl.58. nume. 110. quia † uox unius
uox nullius eſſe cenſetur.c.in omni.de teſtib.A-
lex.conſ.171.nu.15.uol.6.Corn.conſ.185. nu. 3.
uolu. 3.& conſ.41.nu.4.uol.2.& conſ.163. nu.6.
eod.2.uol.Alb.trac.de teſtib. §.fi.num.16.

7 Tertiò nihil obeſt † ſi dixeris aditionem hæ-
reditatis probari per teſtes ſingulares, ut per
Paul.Caſtr.in conſ.113.num.1. uolu. 1. ubi dicit
quando agitur de una aliqua re probanda ex
pluribus, ac diuerſis actibus, tunc ſanè nihil no-
cet, teſtes eſſe in probandis illis actibus ſingula-
res; nimirum quia unus de uno tantum, depo-
nat; alter de altero. Et propterea cum hic aga
tur de probanda aditione hæreditatis; ſatis ui-
deretur probata aditio per diuerſitatem actuū,
de quibus teſtes deponunt, uidelicet per ſolu-
tionem debiti de qua ſupra, & per poſſeſſionem
bonorum etiam ſi in iſtis actibus teſtes ſingula
res fuerint. Reſpondetur enim per ſingulares te
ſtes tunc probari aditionem, quando quilibet il
lorum actuum de quo unus tantum, & ſingula
ris teſtis deponit; ſat eſſet ad inducendam pro-
bationem rei de qua ageretur; ueluti quod ad
rem noſtram attinet ſi unus tantum teſtis depo
neret reum conuentum poſſediſſe bona, alter
uero probaſſet, eundem reum exegiſſe credita
hæreditaria, uel alium actum geſſiſſe per quem
aditur hæreditas iuxta ea quæ latè dicit Maran-
ta in l.gerit.ff.de acq. hæred.tunc ſanè quanquā
non ſunt conteſtes, ſed ſinguli de ſingulis diuer
ſis actibus deponerent, & conſequenter eſſent
ſingulares. Nihilominus per eos diceretur pro-
bata aditio, atque ita declarat idem Caſtr.præal
leg.conſ.113.nu.2.uerſ.ſed reſpondetur. uol.1.
Atqui in caſu propoſito, quilibet actus de quō
ſingulares teſtes deponunt; non ſufficit, neque
ſat eſt ad probandam aditionem; quia licet pro-
baretur aditio per actum poſſeſſionis ſi de illo
duo ſaltem teſtes deponerent; tamen aditio nō
poſſet probari ex alio actu ſolutionis facto citra
ius, & nomen hæredis etiam ſi plures teſtes de
hoc teſtimonium perhiberent, & conſequenter
non quilibet actus ex ſe ſufficit ad rem compro
bandam, ergo per ſingulares iſtos teſtes non di
citur probari aditio, neque reſultare perfecta
probatio ex poſſeſſione, & ſolutione ſimul iun-
ctis.arg.l.ſpadonem.§.qui multa.ff.de excuſ.tut.
& Paul. Caſt.d.conſ.113. nu.3. par.1. Quar-
8 to † & ultimo non obſtat ſi dixeris, teſtes om-
nes qui tam in prima, quàm in ſecunda inſtan-
tia de auditu deponunt; uideri in propoſita ſpe
cie fidem facere quandoquidem non ſimplici-
ter dicunt, ſe hoc dici audiuiſſe; ſed addunt quo
que hoc dici audiuiſſe publicè, & a pluribus quo
caſu teſtes de auditu cum quibus publica fama
concurrit probare ſolent. Innoc. & Panor. in c.
præterea.de teſtib.& atteſta. Namque reſponde
tur; uerius eſſe in propoſita ſpecie, teſtes de au
ditu, fama publica etiam concurrente regulari-
ter nullam fidem facere, ut firmat Alexander
in conſilio 25. numero tertio. uolumin. quarto.

Et Ripa in l. 1. nu. 86. ff. ſi cer. pet. & Lancilo. Cot
rad. libro primo. cap. 9. de prætore. §. ſecundo.
rubric. de auditu num. 41. Cui quidem opinio-
ni non aduertatur id quod dicit Innocen. & Pa
normita. d. c. præterea præallegato; quia illud lo
cum ſibi vendicat in probanda copula, ad quam
probandam fama, & auditus fidem facere con-
ſueuerunt, ut per Panor. d. §. præterea: hic autē
non agitur de probanda copula, ſed de aditio-
ne re valde diuerſa. ex quibus inferri non ſolet.
l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. ni
hil commune. ff. de acq. poſ. Atque ex his, & alijs
quæ breuitatis cauſa non proſequor iuſtifican-
tur prædicta, & propterea ita iuris eſſe arbitror.
& ita conſulo, dico, & refero omni meliori mo-
do ad laudem Dei. die 4. Nouemb. 1569. miſi
ad D. priores per eorum domicellum.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari an poſſit a pronuntia iudicis de exe-
quendo.*
2 *Ius abhorrere proceſſus in infinitum protrahi.*
3 *Appellari poteſt ab interlocutoria, & quando.*
4 *Executio per ſupplicationem an debeat ſuſpendi.*
5 *Ordinarius ſe intromittere non poteſt in cauſa, in
qua ſuperior manum appoſuit.*
6 *Supplicatio an ſufficiat ad docendum de iure tertij.*

CONSILIVM LXXXVII.

Diuino nomine inuocato.

DVO excitantur dubia in cauſa Coſ-
mi Campanę, quorum primum ad
appellationem alterum ad ſupplica-
tionem pertinet. In quibus aperien
dis conſiderandum in primis eſt in facto propo
ni Dominum iudicem (quod ad primum atti-
net) conceſſiſſe fieri executionem pro quantita-
te dę qua in petitione, & conſequenter in libro
Curiæ qui baſtardellus dicitur id ſcribi mandaſ-
ſe omni meliori modo, Deinde ad petitionem
d. Coſmi ſuſpendiſſe dictam executionem, ulti-
mo uero loco ad inſtantiam partis aduerſæ con
firmaſſe dictam executionem. Ideoque per d.
Coſmum appellatum fuiſſe a dicta ſententia cō
firmatoria, & a prædicta executione. Nunc au-
tem quæri an appellari a pronuntia dictæ exe-
cutionis potuerit. Atq; ut res breuiter perſtrin-
gatur arbitror concludendum eſſe, ut in propo-
1 ſita ſpecie de iure poſſit appellari. Quoniam † li-
cet appellari non poſſit a pronuntia iudicis de
exequendo. l. ab executore. ff. de appel. Spec. de
execu. ſen. §. pen. uerſ. ſed ſecundum eum. Cyn.
& Bal. in l. ab executione. C. quorum appel. non
recip. Dec. in c. nouit. in 4. no. de appel. Alex. cō-
ſil. 95. numero 5. libro ſecundo. Corn. conſil. 71.
columna 4. primo volum. Craue. conſ. 273. co-
lumna pen. in fi. Maran. de ord. iudic. ſecundo a-
ctu. de appel. 4. quæſt. prin. uerſicul. ſeptimo limi
ta. numero 249. fol. 279. vbi dicit eſſe commu-
2 nem; Tamen ſupradicta † concluſio procedit
quando iam præceſſit ſententia, tunc enim non
appellatur ab executione ne detur proceſſus in
infinitum nulluſque ſit litium finis quod ius ab-
horret. c. finem litibus. de dolo, & contumacia. li
mitatur uerò dicta communis opinio non habe-
re locum quando agitur de executione inſtru-
menti quam executionem nulla præceſſit diffi-
nitiua ſententia, eo enim caſu ab executione in-
ſtrumēti facta uigore ſtatuti appellare licet. quā
limitationem tenet Saly. in l. ab executione. nu-
mero 4. C. quorum appel. non recip. Ang. in cō
ſil. 115. incip. primo quærimus. numero primo.
& in l. ſi ſic. ff. de leg. primo. & l. qui reſtituere. ff.
de rei uend. & l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. &
in l. 5. in prin. numero 5. ff. de uerborum oblig.
3 ubi dicit † appellari poſſe ab interlocutoria quā
do iudex pronuntiauit inſtrumentum mandan-
dum eſſe executioni, quia non eſt mera interlo
cutoria, ſed uim habet diffinitiuæ. & ita fuiſſe iu
dicatum dicit in eamque ſententiam olim iuiſſe
doctores Bononienſes, Peruſinos, & Patauinos,
eandemque opinionem ſequitur Imola d. l. 5. in
prin. columna ſecunda. uerſ. ult. per iſtum tex. &
ibi etiam Raph. Cum. in ſecundo no. & Paul. Ca
ſtrenſ. columna prima. numero ſecundo. & Are.
conſ. 106. incip. in præſenti. numero ſecundo. &
Iaſon d. l. 5. in prin. in primo no. qui dicit omnes
ita tenere, & Fely. in c. quoad conſultationem.
columna decima. uerſ. pro qua. in prima limi. ex
tra de re iud. & in rub. eodem tit. de re iud. co-
lumna 3. & columna 5. & Bernard. Diaz. in reg.
43. inc. appellari quibus omnibus locis dicitur
concluſionem quæ habet a pronuntia iudicis
de exequendo non appellari, non procedere
quando ſuper eo cuius petitio, vt executio nulla
ſententia lata prius eſt, ueluti ſi tractetur de in-
ſtrumentis publicis ſuper quorum executione
pronuntietur, tunc enim ſecundum prędicta po
terit appellari. Id quod multo magis in caſu no-
ſtro dicendum eſt, ubi Ioſeph Ambillozzius pe-
tijt per Dominum iudicem pronuntiari, & de-
clarari executionem fuiſſe legitimam, ut ex actis
patet, quo caſu, licet abſq; dubio appellare quan
doquidem cauti defenſores non ſolent petere
pronuntiari ſupra executione inſtitrum. ne a di
cta pronunciatione appelletur, ſed petunt rea-
liter exequi, ut dicit Ang. r 12. & Felynus. d. cap.
quoad conſultationem. col. 10. uerſ. a pronuncia
tione iudicis. de re iud. Quod uerò pertinet ad
ſecundum dubium quod exoritur circa ſuppli-
cationem, arbitror. Iudicem ordinarium nō de-
4 bere ſe amplius in hac cauſa intromittere. † Quia
licet per ſupplicationem executio ſuſpendi non
ſoleat. Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imp.
offe. Ruy. conſ. 34. n. 5. & 11. uol. 5. & Lanf. de O-
ria. in trac. de ſen. & interlo. §. uideamus. nu. 71.
Tamen in caſu noſtro ubi præces principi
non ſolum porrectæ ſunt, ſed etiam emanauit
reſcriptum directum delegato ad referen-
dum.

dum, & infirmandum proculdubio dicendum eſt ſi cauſa eſt) delegata ſecus ſi non eſt delegata ſicut non fuit delegata hic. Et in hoc ſtatu Ducali per ſupplicationem, & reſcriptum de informando nil ſuſpenditur) principem delegantem exemiſſe cauſam ab ordinario. Crot.in l. 1. §.ſiquis ſimpliciter.nu.24.ff.de uerb.obl.eumq́; priuaſſe iuriſdictione,ut per Maran. in tract. de
5 ord.iud.Par.4.in 19.diſtin.nu.37.quo caſu † certum eſt ordinatium non poſſe ſe intromittere in cauſa in qua ſuperior manum appoſuit. l.præſenti.ff.de mino.c.cum inferior. de maio.& obedien.Bertr. & Iaſ.in d.Auth. quæ ſupplicatio. C. de præcib.imperat.offe.Pariſius conſ.118. nu.6. uol.1.Dec.in c.prudentia.§.adijcimus.num.4.ff. de off. & poteſta.iud.deleg. Rip.in c.cum M.Ferra.de reſcr.nu.195.&197. Ideoque per tale reſcriptum acquiſitum eſt ius delegato quandoquidem etiam per ſolam ſupplicationem acquiritur ius tertio. Gomes in regu. de infirm.reſig.
6 q.18.in lit.C.uerſ.nec obſtat. Et dici ſolet † ſolam ſupplicationem ſufficere ad docendum de iure tertij.Caſſad.deciſ.Rot.8.nu.13. ſub tit. de reſt.ſpol.Pariſ.conſ.12.nu.23. vol.4. cum ſi.

Ego Ant.Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Conuentiones puræ ex partium uoluntate ſub conditione reſoluuntur, atque euaneſcunt.

2 Is, qui contra aliquem experitur, ut eligat, eidem eligendi facultatem præſtare debet.

3 Promiſſa ex parte ſua, qui perfectè non implet in contractibus in quibus non habet locum pœnitentia, non poteſt conſtituere aduerſarium in mora implendi.

4 Tranſactio eſt contractus innominatus.

5 Citatum aliquem non fuiſſe, vel non fuiſſe habitam cauſæ cognitionem, per actorum inſpectionem probari poteſt.

6 Fidem frangenti fides frangatur eidem.

7 Debita, & credita per compenſationem in ſuſpenſo eſſe deſinunt; compenſatio enim vim ſolutionis habet.

8 Computatio generalis, & tranſactio facta circa rationes alicuius negociationis reſtringi debet ad eas tantum rationes, & earum menſam, non autem extra eam rem debet porrigi.

9 Aequitas præcipuè eſt ſpectanda, ubi agitur de mercatoribus, & ex bono, & æquo cauſa dirimenda.

10 Conditionem apponere non licet alicui in alterius præiudicium.

11 Nomen falſum non dicitur nomen.

CONSILIVM LXXXVIII.

Diuino nomine implorato.

PROPONITVR Coſmum Campanam, ſuo fratrumque nomine, cũ Ioſepho Ambillozzio, ad quandã pactionem atq; trãſactionem ueniſſe; in qua inter alia cõuenerũt ut dictus Ioſephus intra ſtatutum temporis ſpatium teneatur, & debeat proponere & offerre, conditionem ſeu partitum Campanis fratribus ea forma & modo de quibus in inſtrumento dictæ tranſactionis; De qua quidem conditione d. Ioſephus tenebatur certiorem facere Coſmũ prædictum. Cui ſanè Coſmo confeſſam eſſe uoluit d. Ioſephus, ſicut ex nũc prout ex tunc ei conceſſit & dedit facultatem & optionem utram partem. Coſmus uoluerit eligendi & acceptãdi, & alterã Ioſepho remittendi ac relinquendi. Quoniam vero conditio quam obtulit Ioſephus non conformabatur ad tranſactioné quemadmodum oportuerat cõformari idcirco aſſerit Coſmus ſe non teneri alterutrum caput dictę conditionis uel accipere uel eligere. Hac re ſic ſtante quæritur an Coſmus teneatur eligere, vel optare conditionem oblatam a Ioſepho. Itaque rem breuiter perſtringens verius eſſe puto, ut in propoſita ſpecie Coſmus optare non teneatur. Id quod primo demonſtrari poſſe videtur. Nam & ſi Coſmus pure promiſit eligere conditionem; id tamen inter eos agebatur, ut dicta eius promiſſio & obligatio ſub ea conditione reſolueretur ſi Ioſephus aliam conditionem propoſuiſſet quàm quæ formæ in tranſactione traditæ conueniret.
1 Neque enim ignotum eſt puras conuentiones ex partium uoluntate ſub conditione reſolui atque euaneſcere conſueuiſſe. l.ſi pater.ff.de iure dot.l.2.ubi doct.ff.de in diem adiect. Bar. in l. fideicommiſſa.§.ſi ſic.n.1.ff.de leg.3. Pau.de Caſtro in l.quibus diebus.§.quidam Titio. nu.4.ff. de cond.& demon.Bar.Soc.conſ.62.col.2.nu.4. uol.4.Abb.Panor.in c.verum.in prin. vbi etiam Anch.nu.3.& Zaberel.nu.5.de cond.appoſ.Pariſ.conſ.5.nu.12.uolu.4. At Ioſephus quandam obtulit conditionem quæ vti mox oſtendemus conſona tranſactioni non eſt. Coſmus igitur nõ compellitur aliquam partem illius eligere. Se
2 cundò † non debere Coſmum adſtringi ad eligendum inde oſtenditur quòd is, qui contra aliquem experitur, ut eligat eidem eligendi facultatem præſtare debet. l.ſi tibi.§.ſi. in ſi ibi facultatem mihi eligendi præſter. & ibi Odoff. & Salyc.ff.de optio.leg.& gl.in l.3.§.item ſi optare.ff. ad exhibend. At Ioſephus eligendi facultatem Coſmo non dedit; quandoquidem alio modo obtulit quàm quo in tranſactione conuentum fuit, quo fit vt oblatio conditionis, ſeu partiti facta aliter quàm ut oportuerat, nihil operetur; ut per Ruy.conſ.119.nu.11.uol.5.ergo Coſmus eligere nõ tenet. Tertio q Ioſeph. nõ poſſit cõpellere Coſmũ ad eligẽdũ partẽ aliquã d.cõd; obla

3 probatur quoniam qui † promiſſa ex parte ſua,
perfectè non implet in illis contractibus inno-
minatis, in quibus non habet locum pœniten-
tia, cuiuſmodi doct. communiter dicunt eſſe trã
ſactionem; is profectò non poteſt aduerſarium
conſtituere in mora implendi, neque poteſt a-
gere, uel ex capite cauſæ non impletæ, uel ex ca-
pite pœnitentiæ. Paul. Caſtr. in l. ſi pecuniam. n.
15. & 16. ff. de cond. cau. da. cauſa non ſecu. Cor.
conſ. 108. nu. 10. 1. uol. gl. in l. actione. C. de tran
ſact. At in propoſita ſpecie certum eſt dictum
Ioſephum non impleuiſſe tranſactionem ex par
te ſua quippe qui aliter partitum obtulit quàm
debuerat; ergo non poteſt conſtituere Coſmũ
in mora, neque ipſum, ut optet, adſtringere.
4 † Cõſtare autem arbitror tranſactionem ſecun-
dum doct. communiter eſſe contractum inno-
minatum ex his quæ tradit Bar. in l. ſiue apud a-
cta. C. de tranſac. gl. & doc. in l. ſi intra. ff. de pac.
Bald. in rub. C. de rerum permu. Iaſ. in d. l. ſiue a-
pud acta. nu. 8. Dec. in l. cum proponas. 1. col. C.
de pac. Fortun. Gar. in l. iuriſgentium. in prin. nu
me. 36. ff. de pac. Galiau. in rub. ff. de uerb. oblig.
col. 3. Cur. in repe. d. l. ſiue apud acta. col. fi. num.
52. ubi atteſtatur hanc opinionem eſſe commu-
nem. Præterea in contractu tranſactionis pœni
tentiæ locũ non eſſe. no. in l. 3. in prin. ff. de cõd.
cauſ. data cauſa non ſecu. Pau. Caſt. in d. l. ſi pecu
nia. in prin. nu. 15. & 18. ff. eo. Iaſ. in l. quamuis. C.
de tranſac.

Inde uerò colligere licet dictum Ioſephum,
neque ſeruauiſſe promiſſa, neque obtuliſſe con
ditionem conſonam tranſactioni. Quòd tenor
conditionis per eum oblatę dicto Coſmo die 5.
Maij 1565. egreditur formam traditam in prædi
cta tranſactione, ut ex inſpectione inſtrumentõ
rum tranſactionis, & conditionis patet, ex quo-
rum quidem inſtrumentorum lectione inten-
tio negantis, rem eſſe geſtam probari ſolet. Bar.
5 in l. hi qui ad ciuilia. nu. 4. C. de appel. ubi † dicit,
aliquem non fuiſſe citatum, uel non fuiſſe habi-
tam cauſæ cognitionem probari per actorum
inſpectionem. & Bar. in l. fi. C. de reb. cred. & in
l. Titiæ textores. in prin. nu. 2. ff. de leg. 1. ubi di-
cit ſi nego alij eſſe legatum, id apparere ex inſtru
menti inſpectione. Panor. in c. bonæ. de electio.
Guid. Pap. ſing. 607. §. articulus. & Tommas Par
pal. in rub. ff. ſol. mat. nu. 15. & Panorm. in c. quo-
niam. contra. ſuper 1. glo. ubi etiam Bero. nu. 65.
de proba. Etenim primum omnium diſſentire
conditionem a tranſactione oſtenditur, quia
conuenerunt in tranſactione, ut dict. Ioſephus
in primis, & ante omnia tabulas accepti, & ex-
penſi dictæ ſocietatis conferret, omneſq; ratio-
nes debitæ, & creditæ pecuniæ coequaret. quo
facilius ac dilucidius reliqua apparerent. Cum
tamen prædictus Ioſephus nihil minus, aut fece-
rit, aut cogitauerit. Quo fit ut non iniuria obij-
cere poſſet Coſmus regulam qua cauetur fran-
6 genti † fidem fides frangatur. eidem. l. cum pro-
ponas. ſecunda ubi gloſſ. Bar. & Dec. C. de pac.
& c. peruenit. 2. de iureiuran. And. ab Exea in li-
bro pactorum. nu. 382. uer. ult. facit. Secundo
uerò conditionem oblatam conuentioni non
reſpondere ex eo cognoſcitur quòd in tranſa-
ctione conuentum fuerat, ut actiones, & exactio
nes illarum pecuniarum quas alteruter ſociorũ
debuiſſet; in ſuſpenſo eſſent quatuordecim mẽ
ſes; & nihilominus in quinto capitulo dicti par
titi oblati dicitur credita, & debita aſſertorum
ſociorum illico compenſari debere, quod nemo
7 non uidet aduerſari tranſactioni † cum per com
penſationem debita, & credita in ſuſpenſo eſſe
deſinerent, ſiquidem compenſatio uim habet
ſolutionis. l. ſi debitor. circa finem. ff. qui poto.
in pigno. habe. Bar. in l. amplius non peti. col. fi.
ff. rem rat. hab. Hiero. Gig. trac. de penſio. eccle.
q. 92. nu. 1. & 2. Tertiò ſiquis inſpiciat octauũ,
nonum decimumſextum caput, & alia capita di-
ctæ conditionis propoſitę is apertè comperiet,
conditionem oblatam non ſolum diſcrepare a
tranſactione facta, uerum illi prorſus etiam ad-
uerſari. Namque in prææallegatis capitibus dicti
partiti Ioſephus proponit ea quę non ad ſocie-
tatem communem, ſed quę ad peculiaria nego
cia cuiuſque ſocij pertinent. Cum tamen illud
tranſigentes egerint, ut (tametſi uoluerint Ioſe-
phum adijcere conditiones quas uellet) adijce-
rentur ſolummodo conditiones quę actus ſo-
ciales ipſamq; ſolam ſocietatem, non autem pro
prios ſociorum actus reſpiciunt. cum certiſſimi
iuris ſit, tranſactionis uerba quantumuis gene-
ralia reſtringi debere ad caput ſolummodo de
quo agitur. Bal. & Cy. in l. ſub prętextu. C. de tran
ſac. Iaſ. in l. emptor. §. Lucius. in prin. & num. 8. &
8 9. ff. de pac. ubi dicit generalem † computationẽ,
& tranſactionem factam circa rationes alicuius
negociationis, reſtringi oportere ad eas tantum
rationes, & earum menſam, non autem extra eã
rem porrigi. Et Grat. conſ. 29. nu. 8. 9. & 10. li. 2.
& Soc. iun. conſ. 134. nu. 102. & 103. par. 3. ubi
dicit tranſactionem generalem reſtringi ad ea,
9 de quibus lis erat. Quod † multo magis dicen-
dum arbitror in caſu noſtro, ubi cum agitur de
mercatoribus ęquitas pręcipuè ſpectanda eſt, &
ex bono, & ęquo cauſa dirimenda, neque de iu-
ris apicibus diſputare conuenit. Bar. in l. ſi fide-
iuſſor. §. quędam. & in l. Quintus Mutius. ff. man
da. Alex. in l. placuit. C. de iud. & idem Alex. con
ſi. 41. uiſo puncto. lib. 3. cũ ſi. Quartò dico duo
decimum caput aduerſus ipſam tranſactionem
fuiſſe propoſitum, in quo uult ut is qui eligit no
mina debitorum, & creditorum dictæ ſocietatis
teneatur etiam recipere prædia quædam non
pertinentia ad ſocietatem. Nam & ſi conceſſum
fuerit Ioſepho, ut adijceret conditiones pro ſui
animi uoluntate, tamen cum dicta conceſſio ſit
intelligenda ciuili modo. l. ſi cui. ff. de ſeruitut.
Riminaldus conſil. ſeptuageſimoprimo. nume-
ro trigeſimoprimo. uolumine primo. intelliga-
turque data facultas proponendi ea tantum,
quæ iuſta ſunt. argumento cap. ex tenore. de re-
ſcrip. Pariſius conſilio centeſimo duodecimo.
10 nu. 3. uolu. 4. utique † non licuit dicto Ioſepho
apponere

apponere conditiones per quas alteri præiudicium inferatur. l. non debet. ff. de regul. iuris. l. tranſactione matris. C. de tranſact. l. fi. C. de acquiren. poſſeſſ.

Quinto. Inuerecundum uidetur id quod dicitur in 14. capite nimirum ut ſiqua nomina debitorum uana reperiantur, ea cedant in damnum recipientis.

Quoniam quamquam conſentaneum rationi uideri poteſt, ut ſuſcipiatur periculum nominum quæ propter eos qui, uel decoxerint, uel mortem obierint, fiunt inexigibilia, tamen iniuſtum omnino eſſet ut recipere quis deberet nomina quæ in rationibus deſcripta, uel uana, uel falſa eſſent; quia
11 †falſum nomen non dicitur nomen. arg. l. Paulus reſpondi. ff. de uerborum ſignific.

Sexto tranſactioni aduerſatur decimumſeptimum caput dicti partiti. Vbi Ioſephus proponit ſtatuendum eſſe ut ualeat tranſactio quatenus cum partito concordet, quatenus uero diſcordet partitum a tranſactione irritetur tranſactio, & ſeruetur partitum propoſitum quam quidem conditionem, uti a tranſactionis placito alienam, neque accipere tenetur Coſimus, neq; proponere poteſt Ioſephus, inter quos ut dicũt uerba tranſactionus, cõuenit vt partitum quod erat proponendum, proponeretur ea forma & modo de quo in inſtr. d. tranſactionis. Quę ſanè forma non poteſt omitti neque per aliquem ex ſocijs immutari ſed omnino ſeruãda eſt l. parietem l. in re cõmuni. ff. de ſeruit. urban. pręd. Pariſ. conſ. 63. num. 6. & 7. uol. 1. præſertim cum in propoſita ſpecie tranſigentes formam datã expreſſe ſeruari mandauerint quo caſu ab ea recedendum non eſt. Pariſ. conſ. 19. numero. 10. uolum. 2.

Quibus omnibus rebus concluditur, conditiones propoſitas per Ioſephum, ad tranſactionem factam non conformari, & conſequenter Coſimum ad eligendum non poſſe compelli.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Cioſins Iuriſconſultus Flor. in Piſano Gymnaſio Ord. lect. Iuris ciuilis Verſpertinus Interpres idcirco fidem ut huius rei facerem ſubſcripſi manu propria, & ſubſignaui ad laudem Dei die 23. Aug. 1565. Piſis.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeßio ſola an poßit eſſe communis pro indiuiſo.*
2 *Poſſeßio per conſtitutum acquiritur.*
3 *Notarius ſi non appoſuit conſtitutum an habeatur pro appoſito.*
4 *Arbitria quo caſu obtineant uim iudiciorum.*
5 *Conſequens qui uult, cenſetur etiam uelle omne neceſſarium antecedens.*
6 *Verbum ſæpius repetitum debet conſiderari.*
7 *Extremis probatis, an cenſeantur probata media.*
8 *Diſpoſitionis una pars aliam declarat.*
9 *Verba accipi debent ſecũdum ſubiectam materiam.*
10 *Ius redimendi tranſit in hæredem actiuè, non autem paßiuè.*
11 *Minor ex eo non probatur quia ei ſit datus tutor.*
12 *Notario non creditur niſi de eo, de quo rogatus eſt.*

CONSILIVM LXXXIX.

Diuino nomine inplorato.

EXCELLENTISS. & multum Reuerendus dominus meus, noua dubia accutiſſime rurſus excitãs ait ex inſtr. laudi probari quidem domino Ioannoctium ſuam dimidiam poſſediſſe; nõ tamen dimidiam filiorum Angeli, nec quicquã referre conſortes in re communi partem habere ſiquidem id intelligitur ſolummodo pro dimidia, & non aliter quo fit inquit, ut traditio non ſit probata ſicut oportet, ét in re communi.

1 Primo reſpondeo †D. Ioannoctium, & filios Angeli habuiſſe poſſ. communem pro indiuiſo cum poſſeſſio ſola poſſit eſſe communis pro indiuiſo nedum dominium l. 1. §. ſi ex parte, & §. per communem ubi gloſ. & Paul. Caſtren. ff. de acquir. poſſeſ. & Pariſi. conſ. 71. num. 59. uol. 3. At in re communi pro indiuiſo exiſtente quilibet ex conſortibus partem habet non ſolum in portione ſua ſed etiam in parte ſocij, uel etiam in qualibet minima glebula l. 2. in prin. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. cum ſimil. ergo dominus Ioannoctius poſſedit non ſolum partem ſuam rei communis pro indiuiſo inter eos exiſtentis ſed etiam partẽ filiorum Angeli.

2 Secundo per †conſtitutum acquiritur poſſ. l. quod meo ff. de acquir. poſſ. doct. in l. ab emptione. ff. de pact. Perquè ipſum conſtitutum in inſtr. appoſitum probatur traditio poſſeſſionis Alex. in l. prædia col. pen. ff. de acquir. poſſ. habeturque conſtitutum pro traditione gloſ. in l. 2. C. de dote cauta Bart. in l. Papinianus. ff. de donat. inter uirum & uxorem Pariſi. conſ. 64. nume. 13. uol. 1. Et quanquam conſtitutum ſit fictus tradendi modus Bart. in l. ſi is qui pro emptore colu. pen. q. 7. ff. de uſucap. tamen ex eo transfertur uera ac propria poſſ. non ſecus quã ſi uera traditio interueniſſet l. certe §. 1. ff. de præcar. ſecundum op. magis communẽ Tiraq. de iure conſtit. poſſeſ. parte 2. ampl. 1. num. 2. & nume. 7. At in laudo de quo agitur interueniſſe dicitur conſtitutum, ergo ſatis ſuperquè uidetur ex ipſo inſtrumento laudi probata traditio.

Interueniſſe autem conſtitutum in d. laudo inde probari poteſt quòd Not. in dubio cenſetur appoſuiſſe clauſulas conſuetas l. fin. ubi etiã Bal. C. de fideiuſſ. Et in notarijs attenditur id, quod fieri ſolet Bart. col. fi. ubi Deci. & Cagnol.
3 ff. de reg. iur. Alba conſ. 10. num. 16. Idque †ob

tinere

tinere in conſtituto ut ſcilicet apponi ſoleat nū
cupatim tradit Soci.conſ.239.lib.2.& Tiraq.in
tract. de iure conſtit. parte 3. trigeſima 1. limit
nu. 3.& ſeq. & nu. 15. Quod ſi notarius non ap-
poſuerit conſtitutum habetur pro appoſito Iaſ.
l.certi cond.§.ſi nummos nume.24.ff.ſi cer.pet.
Fely.c.ex literis nu.15.de fid.inſtrum.Alba cōſ.
59. nu.2.proptereaq; poteſt notarius ſub ea no
ta &c. id ipſum adſcribere Fel.in c. cū P.tabellio
num.11.de fid.inſtrum.Ruy.conſ.132.nume.8.
uol.5. Tiraq. in dicta trigeſimaprima lim. num.
15.At in inſtrumentis notariorum Flo.cuiuſmo
di eſt laudum de quo agimus ſolet apponi ſecū
dum ſtylum Flor. urbis dictum conſtit. ut patet
in form.inſtr.laudi in cap.adiudicationis bono-
rum & dationis in ſolutum ubi dicitur ipſumq;
N.hoc noſtro præſenti laudo conſtituimus tene
re poſſidere & ad tenendum & poſſidendum
condemnamus dicta bona pro dicto I. donec
& quouſque dictus I.dictorum bonorum tenu-
tam & corporalem acceperit poſſeſſionem quā
accipiendi, intrandi, & deinceps retinendi ſua
propria autoritate & ſine licentia uel decreto
iudicis alicuius uel curiæ ex nunc eidem poteſta
tem damus &c.

Ex quibus infertur cum probata ſit poſſeſſio
etiam per fructuum perceptionem Pariſ. conſil.
5.num.21.volum.4. non obſtare cum dicebatur
illud procedere quando voluntas domini præ-
ceſſit hic uero non apparere D.Ioannem habuiſ
ſe fructus ex dominorum voluntate.

4 Namq; reſpondetur quòd † aut nos conſide-
ramus hoc inſtrumentum tanquam laudum, &
tunc quia arbitria obtinent vim iudiciorum l.1.
ff.de arb. quæ iudicia redduntur in inuitum l.in
ter ſtipulantem §.1. ff. de acquir.poſſ.Deci. in l.
qui poteſt in uitis. ff.de reg.iur. utique hoc caſu
non requiritur uoluntas partium ad hoc ut fru
ctus acquirantur, ſed ſat eſt deciſio iudicis. Aut
uero nos conſideramus hoc laudum tanquam
conuentionem partium, propter ratificationē;
& tunc includitur et uoluntas reſpectu fructuū
5 quia † qui uult cōſequēs uult.n.neceſſariū ante-
cedens l.ad rē mobilē l.ad legatū.ff. de procu.c.
prudentiam.c.ſuper queſtionum de off. deleg.

Præterea dum dicit multum Reuer.D. meus
in caſu noſtro & terminis terminantibus Tira-
quellum ipſum dicere tempus redimendi inci-
pere a die traditionis rei redimendę. Reſpōdeo
id me non inficiari,ſed tamen aſſerere Tiraquel
lum inibi nos admonere ut ad cognoſcendum
a quo die currat tempus redimendi, diligenter
inſpiciamus uerba inſtrumenti nam ſi dicit hinc
ad annum nemo dixerit expectandam eſſe tradi
tionem cum aliud exprimatur. Tiraq.d.tract.de
conſtit.conuent.§.1.gloſ.2.num.66.At ut ego di
cebā in 3.ſolutione in laudo dicitur præſens ad-
iudicatio, & adiudicamus ergo uidetur hoc tē-
pus ex mente arbitrorum conſiderari a die di-
6 ctæ adiudicationis quia † uerbum ſæpius repe-
titum debet conſiderari gloſ. in uerbo dioceſa-
nis in clem. 1.de iure patronatus non aſit debet
conſiderari tempus traditionis. In hoc tamen
non multum laborandum cenſeo quia ex prędi
ctis apparet quòd trad. etiam cōſiderata aduer
ſarii non poſſunt obtinere iuxta ea quę diximus
de conſtituto.

Ad 2.principale,patet ferme reſp. ex prædictis
nam primū extremum poſſeſſionis probatur per
dictum inſtrumentum & conſtitutum ultimum
uero extremum poſſeſſionis pro; teſtes proba-
7 tur; quo fit ut extremis † probatis dicātur proba
ta media Pariſ. conſ.107. num. 15.uol.1.& conſ.
104.numer.92.eo.uol.Quo ſtante non ob. quæ
ſubtiliſſime per multum Reuer. d.meum oppo-
nebantur dicendo extare partis confesſionem
qua dicebatur Dominam Magdalenam ſolam
poſſidere qua nulla eſt maior probatio. Itéque
uim non poſſe facere reos in præcepto quod ip
ſi negarunt quaſi nemo ſe fundare poſſit in po
ſitione negata.

Reſpondetur.n. dominam Magdalenam poſ
ſidere quidem ſed naturaliter videlicet uti vſu-
fructuariā,quemadmodum articularunt rei prę-
dicti,ex qua poſitione & articulis declaratur ex-
8 ceptio,cum † vna pars diſpoſitionis ſoleat aliam
declarare.l.qui filiab.vbi doct.ff.de leg. 2. id qđ
procedit etiam in diuerſis diſpoſitionibus Alex.
conſi.69.num.3.volum.6.Barbatia inter conſil.
Alex.94.colum.1.volum.3.Curt.ſenior conſ.46.
9 colum.6.num.22.Quæ † expoſitio neceſſaria eſt
tum quia uerba accipi debēt ſecundum ſubie-
ctam materiam.l.ſi uno.ff.locati tum etiam quia
ſi quis dicat aliquem poſſidere non plus illum aſ
ſerit poſſidere quàm ei neceſſarium ſit ad firmā
dam intentionem ſuam Horman. l. naturaliter.
§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ.Et etiam ne-
gatio reorū,ut opinor facta fuit in parte & par-
tib. & licet dixerit dominam Magdalenam poſ-
ſidere naturaliter, non tamen negarunt ſe poſſi
dere ciuiliter ſunt.n. hæc ſeparata, quę propter
earum diuerſitatem coniungi non cēſentur arg.
eorū quæ dicit Bal.in l.ampliorem col.2.num.6.
Saly.num.3.C.de tempor.appellat.& propterea
clarum eſt,de vno ad aliud non inferri.l.Papinia
nus exuli.ff. de minor.

Quo ſtabilito, non obſtat poſſeſſionem in hæ
redes minimè transferri,hæredesque non pro-
bare ſe nactos fuiſſe poſſeſſionem.Quoniam re
ſpōdetur vim huius cōſtituti poſſeſſorij de quo
ſupra eam eſſe vt non finiatur morte conſtituta
rij ſed tranſeat ad eius hæredes. l. cum precario
quis rogat.ff.de precario.cũ.eo.tit. de precario
Tiraq.in tract.de conſtit. poſſ. parte 2. ampliat.
12. vbi etiam dicit quod dictum eſt poſſeſſionē
non tranſire ad hæredes, habet in promptu re-
ſponſionem quòd hæres ſatis accepiſſe videtur
poſſeſſionem per colonum inhærentem poſſeſ-
ſioni nomine hæredis.Namque ut dicit Angel.
in l. qui uniuerſas §. quod per colonū.ff.de acq.
poſſ. Illud quod dicitur, qui poſſeſſio defuncti
non tranſit in hæredem niſi eam apprehendat,
eſt uerum ubi defunctus poſſidebat animo ſuo
& corpore ſuo, ſecus tamen eſt ſi animo ſuo, &

corpore alieno ueluti coloni poſſideat quia tũc per colonum acquiritur poſſ. hæredi ſi in poſſ. continuet., quam op. Angeli ſequitur ibi Alex. col. fi. & Aſſlic. in deciſ. 166. col. 2. & deciſ. 325. ubi dicit ita fuiſſe iudicatum in ſacro concilio Neap. Et propterea ibidem dicit Aſſlictus ſi dominus rei alteri illam locat, & pendente locatione dominus moriatur hærede relicto. tunc ſanè quamquam hæres non capit poſſ. illius rei, tamen hæres dicitur poſſidere per colonum Aſſl. d. deciſ. 325. uerſic. item fuit & Soci. conſ. 54. num. 11. uol. 3. Maranta in tracta. iudic. parte 4. in 7. diſtinct. num. 3. vbi dicit quòd per medium coloni transfertur poſſ. in hæredem ſine ulla apprehenſione uel ratificatione; ſicut firmat etiam Bart. in d. l. qui uniuerſas §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſ.

10 Nec ob. quòd † ius redimendi tranſeat in hæredes actiuè ſcilicet, ſed non paſſiuè; quia ſcopus ſolutionis antea datæ ad 3. dubium 1. loco excitatum fuerat ut oſtenderetur caſu quo Domina Magdalena poſſideret, hæredes præſcribẽdo potuiſſe uti acceſſione temporis quo poſſedit vſufructuaria ſi oportuiſſet; ſed ſupradicta ſatis.

11 Ad vltimũ † dũ dicitur tunc demũ verũ eſſe minorem ętate nõ probari ex eo ꝙ datus ſit illi tutor cũ de tertio agitur ſecus ſi de contrahentib. Reſpondetur rationem qua nititur hæc regula locum etiam habere inter contrahentes quia ſcilicet hęc probatio non eſt concludens. l. non
12 hoc. C. vnde legi. quandoquidem † notario non creditur niſi illo de quo rogatus eſt. Bart. in authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo. quę ſanè ratio tam in tertio quàm in contrahentib. locum ſibi uendicat igitur idem ius obtinet. l. illud. ff. ad l. Aqui. Et ita generaliter, nõ autem limitatè intelligit hoc dictum Ioa. Bap. Bouius de ſtatut. urbis præſcriptione gloſ. 19. nume. 39. & ſeqq. ubi dicit dationem tutoris factam a patre probare ætatem quia cum pater præſumatur ſcire ætatem filiorum eſt ei credendum ſecus autem dicit quando poſt mortẽ tutor datur a iudice quia iudex poſſet decipi. Et propterea non obſtat dũ dicebatur compromiſſum factum nomine tutorum indicare eos fuiſſe pupillos nam ſi fuiſſent adulti ipſi compromiſiſſent cum autoritate curatorum non curatores, prout cõpromiſerunt curatores ſeu magiſtrus in caſu noſtro quia rñdetur illud procedere in arbitro. ſed ſecus eſt in arbitratore de quo tractamus, qm̃ cũ de eo agitur etiam curator nomine pupilli compromittere poteſt ut per Io. Bapt. in tract. de arbitr. lib. 2. cap. 15. unde non probatur minor ætas ex dicto laudo pręſertim cum ſint uerba enũtiatiua. Crauet. de antiquita. temporum in ſectionę incip. ampliatur num. 32.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua. Laus Deo. a di 22. d'Ottobre 1566.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Executio ante fieri non poteſt, quàm liquidatum fuerit, perſonam, contra quam ſit executio, eſſe talem in quam executio fieri rectè poßit.

2 Executio an poßit fieri contra hæredes eius, in quem tranſeunt iura actiua & paßiua defuncti.

CONSILIVM XC.

In Dei nomine.

MVLTVM Magnifice Dom. Poteſtas Caſtri Pecciolis plurimum honorande. In cauſa quæ agitatur inter Ioannem Bernabæ ſeu Bernabonis a Sancta Lucæ ex uno latere & Andream & Ioannem fratres, & filios Menici a dicto loco ex altero; in curia ueſtra uertente & mihi conſulenda commiſſa; Vidi petitionem d. Ioannis actoris & ſcripturam executionis ſeu grauamenti ad illius inſtantiam facti contra dictum Andream & Ioannem Fratres vigore inſtrumenti rogati a ſer Sante de Palaria ciue & notario publ. Piſ. die. 4. Martij' 1560. Vidi etiam exceptiones quas d. Andreas & Io. fratres oppoſuerint contra dictam executionem uidi quoque reſponſiones generales & ſpeciales dicti Ioannis Bernabæ, & dilationẽ datam & aſſignationem termini ei ad probandum factam. & accuſationem contumaciæ a dicto Andrea & Io. fratribus allegatam uidi prętera informationem mihi exhibitam pro actore & allegationes iuris pro dictis fratribus, & diligenter conſideraui omnes ſcripturas, & omnia acta actitata & producta ab utraque parte ad me per dominationem ueſtram tranſmiſſa & diligenter perpendi & conſideraui omnia quæ conſideranda ac perpẽdenda exiſtimaui. Idcircò diuino nomine repetito conſulo dico & refero partes multum mag. dominationis ueſtræ fuiſſe & eſſe ut decernat declaret ac pronunciet dictam executionem ſecundum grauamentum factum ad inſtantiam d. Ioannis Bernabæ cõtra dictum Andream, & Ioannem fratres, & filios dicti Menici reuocandum fuiſſe & eſſe; non autẽ confirmandum, uel perficiendum dictumque Ioannem Bernabæ aſſertum actorem in expenſis damnis & intereſſe propter dictum grauamẽtum paſſis condemnandum fuiſſe, & eſſe omni meliori modo &c.

1 Moueor † autem ad ita referendum his potiſſimum rationibus nempe quoniam non antea executio fieri poteſt quàm liquidatũ fuerit perſonam contra quam executio ſit eſſe talem in quam executio fieri rectè poſſit ut per Innoc. in c. quia v. de iudic. Bal. in l. per diuerſas q. 10. num. 14. C. mandati.

Etenim priuſquam executio fiat liquidari perſona debet & probari illum cõtra quem executio petitur eſſe talem in quem executio fieri valeat vt dicit Paul. Caſtrenſ. in l. poſtulante in

princ.

princ.num.4.& nu.5.ff.ad Sen.Conſ.Trebel.ubi dicit cum iſtud in facto ſibi contigiſſet reuocatam fuiſſe capturam quandam propterea quòd non fuerat liquidata perſona ideoque monet hoc eſſe mẽte tenendũ. Idẽ firmat ſẽt Alex. in d. l.poſtulante in prin.colum.2.verſi. ſubdit etiam ff.ad Trebel. ubi dicit liquidari debere an perſona contra quam fit executio ſit huiuſmodi vt aduerſus illam uel eius bona executio fieri poſſit.Atq; hoc idem nominatim firmat Ruy. conſ. 88.nu.10.vol.5.& conſi.102.nu.4.co.5.vol.& Petrus.Rebuff.in 1.tomo Commentar. in conſtit. regias tract.de liter.obligat.art.9.gloſſa 1.num. 3. ubi tradit hæredem debitoris contra quem executio fit ſi bona hæredis aſſerti capiantur: ſe opponere poſſe & apparitorem ceſſare debere ab executione & non debere uendi bona opponente ipſo hærede quia ſi in oppoſitione neget ſe hæredem eſſe iudex dilationem concedet actori ad probandam illam qualitatem quòd ſi eam non probauerit reſtituentur & bona ratione executionis capta & actor cõdemnabatur in expẽſis damnis, & intereſſe. Id quod firmat etiã idem Petr. Rebuff.in d. tract. de liter. oblig.art. 9. gloſſ.2.num.1.& 2.ubi dicit ſi hæres cõpareat & dicat ſe nõ eſſe hæredem oportet ut creditor probet illum hæredem eſſe antequam iudex declaret executionem perficiendam uel inſtrumẽtum eſſe executorium contra illam & antequã bona capta uendantur alioquin læderetur aſſertus hæres.& ſi ille contra quem petitur executio non reperiatur hæres.actor ad expenſas damna & intereſſe condemnabatur, ut latè per allegatos doctores.

Atqui dictus Andreas & Io.fratres rei conuẽti contra quos petitur executio nõ ſolum negauerunt narrata ſed etiam nominatim negarunt ſe eſſe hæredes eorum patris aſſerti debitoris ut patet in eorum exceptionibus in proceſſu deductis. Cumque conceſſa fuerit dilatio & aſſignatus terminus dicto Ioanni actori ad probandum ut patet ex proceſſu, nihilominus, ut ex eodem proceſſu conſtat actor non probauit eos hæredes eſſe, ut oportuerat. quinimò ipſe Io. actor non probauit ſe eſſe hæredem Bernabæ ſui patris quemadmodum docere debebat quia quãdo is contra quem fit executio negat illum qui executionẽ petit eſſe talem in cuius fauorẽ executio fieri debet, ut euenit in facto propoſito ubi dicti fratres opponentes executioni dixerũt Ioannem non eſſe talem qualem ſe facit & conſequenter non eſſe hæredem tunc ſi actor non docet ſe hæredem eſſe malè dicitur fuiſſe proceſſum quoniam nullum ius habet in ipſo debito ut Boeri.decil.10.incipien.ceſſionarius ad fin. num.6.parte 1.& per Petrum Rebuff.d.tract.de liter. oblig. articulo 3.gloſ. 2. numero 15. cum ſimilibus.

Igitur patet ex prædictis dictum grauamentum reuocari debere & actorem in dictis expenſis & damnis & intereſſe condemnandum iuxta
2 prædicta. Nec obſtat executionem poſſe fieri non ſolum contra principalem debitorem ſed etiam contra hæredes eius in quem tranſeunt iura actiua, & paſſiua l. prima. ff. ad Senatuſcon.Trebel.& Petr.Duenn. in regula incipient.executio.& Petr.Rebuff. dict. tract. de liter.obligat.art.3.gloſſa 2.nu.3.& ſeq.Quoniam reſpondentur tunc in hæredem fieri executionem poſſe.quando & ipſe actor probauit ſe hæredem creditoris ſi opponatur eum non eſſe hęredem.& quando ipſe probauit eum contra quem fit executio hæredem eſſe debitoris ſi id fuerit negatum: ut in ſpecie dicit Petr. Rebuff. d.art.3.gloſſ.2.num.15.& patet ex alijs ſupra deductis.

Ex quib.& alijs q̃ breuitatis cauſa omittuntur iuſtificantur prædicta idcirco ut ſupra firmaui ita iuris eſſe arbitror & ita refero dico & conſulo omni meliori modo ad laudem Dei.

Ego Antonius Ciofius.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iuris redimendi & retrahendi quo caſu fieri poſſit.*
2 *Promittens retrouendere infra certum tempus,poſt dictum tempus & terminum elapſum an poſſit compelli.*
3 *Quod limitatur ad tempus,poſt tempus videtur prohibitum.*
4 *Locationis tempore finito,reſtitui debet res conducta locatori.*
5 *Renouatio contractus locationis nõ poteſt allegari ab eo,qui non impleuit contractum.*
6 *Teſtes ſingulares de iure non probant,nec uarij,aut uacillantes aut contrarij.*
7 *Compromiſſum factum contra formam ſtatuti eſt nullum.*
8 *Arbitrator non debet excedere fines compromiſſi.*

CONSILIVM XCI.

Diuino nomine implorato.

MAGNIFICE & ſpectabilis D.Poteſtas & Conſul.Monciguli in cauſa quę uertitur inter Bartholomæum aliàs Bauinum quondam Tonarelli
1 qui primo depoſuit pecuniam pro retrahenda & in ſuum dominium reuocanda quadam petia terræ petita loco qui dicitur campus ueneris; Deinde uero conuenitur ut eiuſdem campi ſeu fundi(quam retinere dicitur)poſſeſſionem reſtituat ex parte una. Et Nicolaum quõdam Ioan. Mariæ de Moncigulo contra quem primo retractus petebatur, & qui poſtea petijt dictã fundi poſſ. ſibi reſtitui ex altera.ad curiam ueſtram deuoluta & mihi conſulenda cõmiſſa. Vidi acta depoſiti 50. ſcutatorum facti per dictum Barth. & re-

& rñſionẽ Nicolai & eorũdẽ replicationes & tri
plicationes. Diligenterq; cõſideraui notificatio
nem & intimationem quæ facta fuit dict. Barth.
ad inſtantiam dict. Nicolai ne Barth. præterea in
grederetur poſſeſſionem d. Campi Veneris ſibi
olim locati. Itemque accuratè conſideraui peti-
tionem d. Nicolai cum omnibus alijs reſponſio
nibus exceptionibus replicationibus & compa
ritionibus utriuſque partis. Legi quoque atten
tè inſtr. prorogationis temporis, & locationis,
& compromiſſi. & depoſitiones teſtium exami
natorum ſuper poſitionibus d. Barth. & interro
gatorijs d. Nicolai, & ſtatuta & allegationes, &
alia omnia ad me tranſmiſſa. Idcirco diuino no
mine repetito conſulo dico, & refero, partes
ſpectabilis ueſtræ magnificentiæ fuiſſe & eſſe, ut
decernat declaret & pronuntiet dictum Nico-
laum Io. Mariæ de Moncigulo abſoluendũ fuiſ-
ſe & eſſe a petitione quam obtulit dict. Bartho
lomęus aliàs Baccinus ſuper dicto retractu, &
conſeqnẽter depoſitum quinquaginta ſcutato
rum · propterea factum eſse reſtituendum & re-
laxandum liberè dict. Bartholomeo olim depo-
nenti. Eundemque Bartholomęum ſeu Bauinũ
prædictum condemnandum fuiſſe & eſſe ad di-
mittendam & reſtituendam corporalem poſſeſ
ſionem ſeu detentionem dicti campi Venerei,
cum adſictibus redditibus in contractu locatio
nis promiſſis & ſoluendis atque huc uſque de-
curſis. Et in omnibus litis expenſis condemnan
dum fuiſſe & eſſe dictum Barth. aliàs Baccinum
& omnia hæc, omni meliori modo &c.

Cauſæ uero & rationes quæ me ad ita reſpon
dendum & conſulendum impellunt, ſunt poti
ſſimum infraſcriptæ uidelicet.

1 Quoniam licet † Santes Vignuti, qui dictam
petiam terrę nuncupatam campum Veneris uẽ
didit Io. Mariæ a Moncigulo cum pacto de re-
trouendendo, ut ex deductis colligitur ceſſerit
illud ius redimendi & retrahendi dictum cam-
pũ Barth. aliàs Baccino prædicto, quæ ceſſio fie-
ri potuit ut per Paul. Caſtrenſ. conſi. primo li-
bro ſecundo & Alex. conſi. 228. incip. ponde-
ratis his lib. 6. Iaſ. l. 1. §. fi. col. 3. uerſic. item circa
iſtam materiam. ff. de oper. no. nuntia. Dec. con-
ſi. 164. Cagnol. in l. 2. q. 1. nu. 36. C. de pactis in-
ter emptorem & vend. & Tiraq. de retract. con-
uention. §. 26. gloſſ. 3. in verbo conuentionalis.
num. 1. Crauet. conſi. 191. 1. volum. cum ſimi. Ta
mẽ Bartholomæus prędictus dum egit ad retra-
hendum & ob id fecit depoſitum, quo ad dictũ
retractum obtinere non poteſt in caſu propoſi-
2 to, quia † promittens retrouendere infra certum
tempus, poſt dictum tempus & terminum cla-
ſum, compelli non poteſt ad retrouendendum,
ut dicit Ang. conſi. 119. incip. ſuper puncto præ-
miſſo num. 2. & Socin. conſi. 241. colum. antepe.
ver. circa ſecundum num. 14. vbi dicit eum qui
retrouendere promiſit, non teneri transacto tẽ
pore ad retrouendendum, ſed rem ſibi liberam
remanere quam opi. ſequitur etiam Decius. cõ-
ſi. 108. incip. in caſu ad nos transſmiſſo. colum.
2. num. 8. verſicul. quarto accedit parte 2. & in l.
petens. num. 7. C. de pactis quib. in locis firmat
eum qui promiſit retrouendere ad tempus limi
tatum, poſt tempus tranſactum ad hoc adſtringi
non poſſe. Id quod firmauit etiam Gozad. in l. 2.
C. de pactis inter emp. & uend. nu. 64. & Cagno.
ibidem in 1. repet. nu. 24. & in 2. repet. num. 63.
vbi dicit hanc opinionem eſſe communẽ, ut per
Ripam in l. ſi inſulam nu. 103. ff. de uer. ob. Et rõ
3 huius concluſionis eſt, † quia id quod limitatur
ad tempus poſt tempus cenſetur prohibitum
l. ſtatuliberum §. ſtichum ubi Bart. ff. de legat.
2. l. 1. §. ſi mulier. ff. de liber. agnoſ. Cagnol. d. l.
2. num. 63. Crot. 1. d. l. ſi inſulam nu. 15. Decius
conſ. 611. cum ſimilibus.

Et propterea finito tempore illa actio dici-
tur eſſe extincta quo fit ut nõ poſſit petere fun
dum ſibi reſtitui, quod ampliatur adeo eſſe ue-
rum, ut nec etiam moram purgare poſſit quo-
ad ipſam actionem iam extinctam, de nouo quę
rendam l. thais. §. intra. ff. de fideicom. libertat.
& Alex. in l. ſi inſulam. ff. de uerb. obligat. num.
44. & conſ. 9. num. 6. uol. 7. Quamobrem cum
eo tempore quo Barth. depoſitum fecit, & agit
ad retrahendum, lapſum iam fuerit tẽpus quo
Santes Vignuti poterat recuprare dictam petiã
terræ a Ioanne Maria, & præterea quoque trã-
ſierit tempus ſexennij quòd dictus Nicolaus fi-
lius Io. Mariæ prædicti prorogauit Barth. circa il
lud ius redimendi ceſſionario ſupradicto, ut ex
ſcripturis tranſmiſſis colligitur conſequens eſt,
ut dicamus dict. Barth. non competere nec cõ-
petijſſe dum egit ius redimendi, & ideo reſtituẽ
dum illi eſſe depoſitum & abſoluendum Nico-
laum a ſupradicta petitione.

Reſpondi præterea Barth. condemnandum
eſſe ad dimittendam corporalem detentionem
4 cum fructrib. decurſis d. campi Venerii quia † lo
cationis tempore finito, reſtitui debet res con-
ducta locatori l. ſiquis conductionis l. condu-
ctores C. locati & ex lapſu dicti temporis funda
ta eſt intentio dicti locatoris, arg. eorum quę di
cit Decius in conſ. 439. incip. uiſis his quæ accu
ratiſſimè. Quare cum tempus quo locatio dura
tura erat, tranſierit ut ex inſtr. locationis, & ex
temporis computatione cuius in actis fit men-
tio, colligitur, ſequitut ut Barth. prædictus cam
pum conductum reſtituere teneatur.

Quibus ita ſtantibus primo non obſtat dum
dicebatur, locationem uideri tacitè renouatam
l. item quæritur §. qui impleto & l. qui ad certũ
ff. loca. Quoniam preterquam quòd illud proce
dit ſolummodo quando conductor remanet in
re locata, domino ſciente & patiẽte ut per Odof
fred. & Bal. d. §. qui impleto, & non domino indi
to ſicut euenit in caſu noſtro, ut ex actis proba-
5 tur reſpondetur etiam † renouationem contra
ctus locationis allegari non poſſe ab eo qui non
impleuit contractum ex parte ſua l. quęro §. in-
ter locatorem ff. locati Alex. conſ. 76. incip. uiſis
dubitationib. nu. 6. vol. 5. Corn. conſ. 347. incip.
non parum dubia nu. 6. verſ. & ſi dicatur vol. 1.

Ruyn.

Ruyn.conſ.114.nu.6.vol.1.Gozad.in l.2. nume.
166.& ibi Cagnol.q.58.nu.188. verſ. nec ob. §.
qui implet. C.de pact. inter empt. & uendit.ita
que cum in caſu propoſito Barth. non ſeruaue
rit promiſſa, ſed expreſſe denegauerit ſe ſolue-
re penſionem quam antea ſoluebat, ut ex actis
conſtat; proculdubio firmari poteſt, ex aſſerta
renouatione locationis eum defendi non poſſe

Secundo non obſtat Barth. & Nicolaum prę
dictos feciſſe compromiſſum de lite uertente
occaſione dicti depoſiti pro recuperanda dicta
petia terræ Cãpi Veneris in duos arbitros,qui
iudicarent ſi ambo concordes exiſterent, de iu-
re & de facto &c. & cum ſcriptura, & ſine ſcri-
ptura &c. dictoſque arbitros deinde declarauiſ
ſe Nicolaum reſtituere debere Barth. dictũ Cã-
pum Venerum modo ab eodem acciperet tan-
tũdẽ terrę in loco qui dicitur Allortolina, & Al
piano, & huic laudo partes aſſenſiſſe, & propte-
rea non licere nunc dicto Nicolao illud impro-
bare quod ei ſemel placuit.c.quod ſemel de re-
gul. iur. in 6.

Reſpondetur nu. 1. ex actis non conſtare de
aſſerto laudo lato.Licet enim Bartholomæus aſ
ſerat dictos arbitratores tuliſse ſententiam, ſeu
laudum, non quidem in ſcriptis ſed uerbis ſecũ
dum facultatem eis in compromiſſo datam ni-
hilominus de hac aſsertione in proceſsu nihil
concludenter probatur. Ad hanc enim rem cõ
probandam pro parte dicti Barth. producuntur
quatuor teſtes qui ſingulariter, uaria, & contra
ria deponunt. Namque Venantes primus teſtis
examinatus ſupra 2. cap. dicit ipſos arbitros di-
xiſse & declarauiſse, Nicolaum teneri ad reſti-
tuẽdum dictũ Campum Veneris præd. Bartho
lomęo ex aduerſo autem dictum Barth. aſſigna
re debuiſſe dicto Nic quandam petiam terræ lo
co qui dicitur Allortolina,& quoddã Cannabe-
tum loco qui nuncupatur Alpiano, pro eo præ-
cio quod duo eſtimatores eligendi declarauiſ-
ſent.Item examinatus ſupra 3.cap. dicit dictum
Bartholomęum & Nicolaum huic laudo conſen
ſiſſe. Petrus uero Pellegrini 2. teſtis examina-
tus ſuper 2. cap. licet dicat ſe audiuiſſe dictos ar
bitratores dicentes, ſe compoſuiſſe ut ſupra di-
citur litem quę uertebatur inter Barth. & Nico
laum; tamen examinatus ſuper interrogatorijs
partis aduerſæ uidelicet an arbitratores ita iudi
cauerint uel potius iudicare tractauerint & tã-
mẽ nihil firmauerint, Reſpondet ſe præterea ni
hil ſcire.

Tertius quoq; teſtis. videlicet Ioannes An-
tonius quondam Leonardi qui fuit unus ex ar
bitris electis,examinatus ſupra ſecundo capitu-
lo & interrogatorijs dicit ſe conueniſse & con-
cordem remanſiſse cum Baptiſta Pellegrini al-
tero arbitro quòd Nicolaus reſtitueret Campũ
Veneris Bartholomęo conditionibus de quib.
ſupra.non tamen dicit ſe ita laudauiſse,vel decla
rauiſse.Quartus item teſtis nimirum ipſe Bapti-
ſta Pellegrini ſecundus arbiter examinatus ſu-
per dicto ſecundo capitulo. dicit dictum Nico-
laum & Bartholomæum poſt multa uerba remã
ſiſse inter ſe concordes, vt Nicolaus reſtitueret
dictam terram &c.demum quoque examinatus
ſuper interrogatorijs dicit ſe non tuliſse laudũ
6 vel ſententiam aliquam. Ex † quorum quidem
omnium depoſitionib. apertè colligitur dictos
teſtes non ſolùm ſingulares eſſe qui de iure non
probant.l.ob carmen vbi Bart.in fin.ff.de teſtib.
Iaſ.in l.admonendi nu.256.ff.de iur.iur.Lanfran
cus in trac.de teſtib.nu.22.ſed etiam eſſe uarios
& contrarios cum quidam eorum dicant ut pa-
tet ex prędictis,arbitros ita declarauiſse; alij ue-
ro dicant non fuiſse latum laudum uel ſententiã
aliquam,nonnulli uero deponant in hoc cõcor
des arbitros extitiſse neſcire tñ an id firmarint
uel potius firmare tractauerĩt,Quo caſu certi iu
ris eſt,teſtium qui uarij uacillantes,uel contrarij
ſunt depoſitiones nihil probare ſed eſse omnes
reijciendas.c.bonæ memoriæ.c.dilectus de ele-
ctione.c.in noſtra de teſtib.Alex.conſi.18.nu.7.
lib.1.& conſ.151.num.2.uol. quinto Nellus in
tract. de teſtibus §. teſtis examinatus num.125.
licet enim uarij & contrarij teſtes concilientur,
ut euitent pęnam falſi & periurij,non tamen cõ
cilientur ut probent Bart.Imol.Angel.Cuman.l.
1. de pecul.Hormanoct. & Soci.iun. in l.1. ff. de
operis nou. nuntiat. ſuper 1. oppoſit. Bartol.
nume.3.

Secundo reſpondetur poſito & non dato ut
ipſi teſtes probarent compromiſſum; tamen ni
hil obſtare quoniam huiuſmodi cõpromiſſum
fuit factum in forenſes & non in oppidanos, ut
7 exigit ſtatutum Monciguli ſub rub. 65. † & pro-
pterea compromiſſum fuit nullum tanquam fa
ctum contra formam ſtatuti l. cum hi §. cauſam
ff.de tranſact. gloſ. in c.cum dilecti de præben.
Bart. Bal. Alex. Iaſ.in l.1.ff.de lib.& poſthum. quo
fit ut etiam aſſertum laudum nullius momẽti di
catur. ut per Soci. conſ.95. uol.3.

Tertio quoque reſpondetur ideo aſſertũ lau
dum non ualuiſſe quia poſito & non dato quòd
dicti arbitri pronuntiaſſent tamen exceſserunt
fines compromiſſi quia in compromiſso data
fuit illis facultas a partib.iudicandi ſuper lite de
poſiti & lite redẽptionis Campi Veneris ipſi ta
men pronuntiarunt ſuper alijs petijs terrarum
uidelicet ſuper fundo loco d. Alhortolina,& Al
piano. ergo prædictum aſsertum compromiſ-
8 ſum non ualet quia † arbitrator non debet ex-
cedere fines compromiſſi l. non diſtinguemus
§.de offic. ff. de arbitr. conſi.9.incipien.Pręmit
tendum. uolum. 1. in fin.Decius conſil.10.co-
lum. 3.uerſicul. 3.principaliter incip.pro tenui.
cum ſimilib.

In omnib. uero litis expenſis dictum Bartho
lomęum ſeu Bauinum uictum, Nicolao uictori
condemnandum duxi iuxta ea quę cõmuniter
dicit Bartolus in l.properandum §. ſin autem al-
terutram C. de iudic. & alia quæ noſtrum ani-
mum ad hoc mouerunt, & mouere debuerunt.
Et ex iſtis, & alijs quę breuitatis cauſa omitto
iuſtificantur prædicta id circo, ut ſupra firma-
ui, ita

ui, ita iuris eſſe arbitror, & ita refero dico, & conſulo omni meliori modo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſolui debet, etiam in criminalib.*

2 *Teſtium dicta non probant, niſi rationẽ concludentem aſsignent.*

3 *Teſtimonium unius neque iuſtificat neque damnat.*

4 *Probatio nulla eſt melior, quàm partis aduerſæ confeſsio.*

5 *In ſeruientibus regulariter refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruientem aſſerit, non ad eum, cuius res ſeruit.*

6 *Commoda cuiuſq; rei eum ſequuntur, quem ſequuntur incommoda.*

CONSILIVM XCII.

Diuino nomine implorato.

MAGNIFICE domine Capitanee Fiuizani plurimum honorãde. In cauſa quæ agitur inter Dominicum Io. Antonij de Cecina ſeu Ioannem filium dicti Dominici accuſantes ſeu agentes ad emendationem cuiuſdam aſſerti damni ex uno latere & Antonium Petri de Cecina ſe defendẽtem ex altero, uidi proceſſum factum, in prima inſtantia coram Domino poteſtatę & Conſulib. Terræ Cecinæ, & ſententiam inde latam a prędicto domino Poteſtate. Vidi etiam appellationem & libellum appellatorium propoſitum coram Magnificentia veſtra in 2. inſtantia, cum exceptionibus replicationibus poſitionibus ſeu capitulis & atteſtationibus interrogatorijs, oppoſitionibus, iurium productionib. & iuris allegationib. utriuſque partis. Et diligenter conſideraui ſtatutum, accuſationes, comparitiones & alia omnia ad me tranſmiſſa ut ſuper illis conſulerem & de iure reſpondenderem. Idcirco diuino nomine repetito conſulo dico & refero partes Magnificẽtiæ veſtræ fuiſſe & eſſe, vt decernat, declaret, & pronuntiet prædictum Antonium Petri de Cecina reum co nuentum, ſeu accuſatum, abſoluendum & liberandum fuiſſe & eſſe ab accuſationibus ſeu petitionibus dicti Dominici, & Ioannis eius filij. Et uictum uictori in expenſis utriuſque inſtantię condemnandum fuiſſe & eſſe omni meliori modo &c.

Inducor autem ad hoc dicendum atque ita referendum præcipuè a rationibus & cauſis infraſcriptis uidelicet.

1 Quia †certiſſimi iuris eſt actore non probante, reum abſolui debere. l. qui accuſare. C. de edẽdo. c. fi. de iureiur. c. dilectos de fide inſtrumen. Corneus in conſi. 123. num. 8. 1. volum. Id quod adeo uerum eſt ut procedat etiam in cauſis criminalib. vt per Iaſon. in l. non eſt nouum numero quinto. C. de edendo. ubi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem, & Ioannes de Amic. conſi. 86. num. 1. & Tomm. Grammat. voto 31. num. 15. Atque hæc quidem abſolutio fieri debet non ab obſeruatione iudicij, vel inſtãtię, ſed a petitis ideſt diffinitiue, vt per Ioan. Andr. Calder. Cardinalem & Panormitanum in c. paſtoralis §. quia uero de offic. iudic. delega. Panormit. & Imola in capitu. 1. de offic. ordinarij ubi etiam Alcia. num. 85. ver. ex hoc infertur quòd ſi iudex & Tommas Grammat. d. uoto 31. nu. 15. & ſeq. & Didacus Couarr. lib. 1. uariarum reſolutionũ cap. 1. uerſic. quarto conſtat num. 8. ubi atteſtatur hanc eſſe op. magis receptam.

At in caſu propoſito dictus Dominicus ſeu Ioannes eius filius qui de aſſerto damno ſibi dato ex labe macerici, ſeu muri dicti Antonij contra eundem Antonium agebant; nullo modo probant, dictam maceriem poſitam inter prædium Antonij, & iter conceſſum Andreæ Baptiſtæ concidiſſe, in prædium dicti Dominici ſeu Ioannis nec probant ob aſſertam ruinam dãnum aliquod illatum fuiſſe dicto Dominico; igitur reliquum eſt ut Antonius reus prędictus de iure ſit abſoluendus diffinitiuè a petitione & accuſatione dicti Dominici ſeu Ioannis actoris uel accuſatoris.

Inde uero conſtat, Dominicum, ea, quæ probare debebat non probauiſſe quia licet dictus Dominicus in 5. poſitione ſeu in 5. cap. dixerit ſupra illam maceriem quæ a terra erigitur per ſeſquibracchium, olim collocatam fuiſſe aliam maceriem, quę ab hinc anno humi prolapſa cauſam præbuit ut altera prolaberetur. Nihilominus ea quæ in dicto quinto cap. proponuntur, uera eſſe per teſtes deinde non oſtẽditur. Nam Ioannes Petrus teſtis examinatus ſuper ſupra d. 5. cap. dicit ſe nihil eorum ſcire. Donatus itẽ 2. teſtis licet examinatus ſuper dict. 5. cap. dicat contenta in cap. eſſe uera, nihilominus nihil efficit, quoniam probare volẽs maceriẽ ſuperiorem in altitudinem trium bracchiorum ſublatã, & quę ad altitudinem hominis aſſurgit in cauſa fuiſſe cur inferior corrueret; ſe hoc ideo ſcire dixit, quòd uiderit ambas illas maceries humi ſtratas, atque iacentes. & conſequenter dicti

2 ſui idoneam rationem non reddit; quo †caſu dicta teſtium nihil probant niſi rationem concludentem aſſignẽt Corn. conſ. 10. num. 19. uol. 1. & conſ. 340. nu. 5. eodem uolumine & conſi. 123. num. 24. vol. 1. & conſ. 127. nu. 8. uol. 4. cum

3 ſim. Accedat † etiam Donatum prædictum eſſe huius rei unicũ teſtem; quo caſu certũ eſt unius teſtimonium neque iuſtificare neque damnare c. admonere, iuncta gloſ. 13. q. 2. l. ut iuriſiurandi C. de teſtib. Franc. Curtius in tract. de teſtib. concl. 58.

concl. 58.num.110. quia uox unius uox nullius eſſe cenſetur c. in omni de teſtibus Alex. conſ. 171.num.15. uol. 6. Corn. conſi. 163.numer.6. uol.2. & conſ.41.num.4. eodem.2. uolumine.

Quin etiam tantum abeſt, ut Dominicus id, quod ei probandum erat probauerit, ut etiam contrarium potius faſſus fuerit, dum reſpondẽs octauæ poſitioni ipſius Ant. dixit lapides inferioris maceriei corruiſſe in prædium, ſeu Canna
4 betum ipſiuſmet Dominici, quo fit, ut † nulla melior probatio reperiatur quàm partis aduerſæ confeſſio l.1.ff. de confeſſ. l. cum te C. de trã ſact.l. quoniam per confeſſionem de priuileg.l. generaliter C. de non numer. pecun. Alex.cõſ. 127.col.1.lib.4.& Grat. conſ. 52. num. 9. & ſeq. 2. uolumine.

His ita ſtantibus nihil me mouet ſiquis obijciat lapides inferioris maceriei ſuſtinentis iter dextrum Andreę filio Io.Bap.de Cecina per fundum dicti Ant. prolapſos fuiſſe in Cannabetum dicti Dominici ut probare uidentur teſtes examinati ad iaſtantiam Dominici ſuper 4. cap. & per octauam poſitionem dicti Antonij perquã, idem Antonius uidetur fateri illud quod ibi ponitur per Alex. in conſ. 71. uol. 3. 1. col. Et Maranta de ordin. iudic. parte 6. in 4. actu de articulorum productione num. 6. ob eamque cauſam dicat aliquis damnum dicto Dominico Maximum illatum eſſe & propterea dictum Antonium uti loci & proprietatis fundi ſeruientis dominũ teneri ad damnum reſarciendum quaſi loci corpus non ſit dominij ipſius cui ſeruitus debetur, ſed ius tantũ eũdi habeat l.loci corpus in princ. ff. ſi ſeruit. uendic.

Ad hoc enim reſpondetur dictos actores ſeu accuſatores, ſine actione contra Antonium ad damnum cauſatum ex inferiori macerie ex periri quo caſu iudex eum repellere debet l. ſi pupilli §. uideamus ff. de negoc. geſtis. l. quoties §. item ſi temporali ff. de adminiſtr. tut. vbi Bart. & l. qui habebat in princ. ff. de inſtitor. Alex. cõſ. 110.vol.5. Curt. l. vbi pactum nu 25.& ſeq. C. de tranſactionib. Cum enim Antonij prædium debeat ſeruitutem dicto Andreæ, conſequens eſt ut non dictus Ant. ſed Andreas cui debetur ſeruitus, teneatur ſuis ſumptibus reficere maceriem, cuius lapides ſeu rudera in fundum Do-
5 minici conciderunt. quia † regulariter in ſeruitutib. refectio ad eum pertinet qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eum cuius res ſeruit. l. ſi forte §. etiam ff. ſi ſeruit. uendic. l. 1. §. fi. in fi. ff. de aqua pluui. arcen. l. 3. §. ait prætor ff. de itin. actuque priuato. Et Bartholom. Veron. tract. de ſeruitut. vrban. præd. cap. 37. de ſeruit. oneris ferẽdi num. 4. uerſ. ſed nunquid ille. & cap. 59. de refectione num. 25. uerſic. decimo ſeptimo, & cap. 58. de onere ferendo nume. 5. & de ſeruit. urban. cap. 23. qualiter quis uti debeat ſeruitute num. 6. & 7. & 12. & de ſeruit. ruſtic. cap. primo num. 15.

Et licet dictus Antonius ſit dominus fundi ſeruientis nihilominus cum ſeruitus dicti itineris ſpectet ad Andream qui commodum illius ſeruitutis habet conſequens eſt, vt dicamus de damno emanante ex huiuſmodi ſeruitute non teneri Antonium, ſed Andream, cum ſecundum
6 naturam ſit, † commoda cuiuſque rei eum ſequi quem ſequuntur incommoda. l. ſecundum naturam, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. c. qui ſentit onus vbi Dyn. de regul. iur. in 6. Hyppol. de Marſil. ſingu. 264.

Et quamquam Andreas qui ſolus fruitur ſeruitute prædicta cogi non poteſt ad iter reficiendum ſi quidem illa via ſeu illo itinere uti nollet & recuſaret. tamen cogi poſſet ad tollendos ac remouendos lapides qui in prædium Dominici corruerunt arg. l. fin. ff. de arbor. cedend. & l. ſi is qui lapides. ff. de act. empt. & Veronen. c. 59. nu. 2. de refectione & cap. 79. nu. 3. de Macerie cum ſimil.

In expenſis uero vtriuſque inſtantiæ victum victori condemnandum putaui iuxta ea quæ cõmuniter tradit Bart. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. & in l. eum quem temere. ff. eod. Panormit. in c. finem litibus colum. 9. verſic. venio ad quartam partem de dolo, & contuma. cum locis conſocijs. & alijs quæ animum noſtrum ad hoc mouerunt & mouere debuerunt. Et ex his et alijs quæ ne longior ſim omitto iuſtificãtur prædicta. Quare ut ſuprà ſirmatũ eſt ita iuris eſſe arbitor. & ita refero dico & conſulo omni meliori modo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Actor ſi agit rei uendic. debet probare dominium per uſucapionem cum tit. & poſſeſſ. 30. ann.*
2 *Publiciana actio cui competat.*
3 *Actore non probãte, reus poſſeſſor etiam ſi nihil alleget, eſt abſoluendus.*
4 *Permutatio transfert dominium.*
5 *Probatio nulla maior quàm confeſſio aduerſarij.*
6 *Hæreditatis aditione acquiritur dominium adeũti.*
7 *Poſitione negata quis niti non poteſt.*
8 *Publiciana in iudicio, ſat eſt probare tit. & traditionem ſecutam uirtute prædicti tituli, & allegare bonam fidem.*
9 *Dictum unius dictum nullius num. 12.*
10 *Verba teſtium generalia & obſcura declarari poſſe uidentur per aliorum teſtium depoſitiones magis certè & ſpecifice deponentium, limita ut num. 11.*
13 *Dominus olim qui fuit, præſumitur etiam dominus de præſenti.*

CON-

CONSILIVM. XCIII.

Diuino nomine inuocato.

COLLIGITVR ex actis propoſitis
Alexium q. Christophori Bonannij
Bargenſem: propoſuiſſe actionem cõ
tra Bartholomęũ Pellegrini Capro-
nij, qua exponit d. Barth. tenere, & poſſidere pe-
tiam unam terræ uineatæ ſtar. 3. quam aſſerit ad
ſe actorem ſpectare; ideoq; petit declarari eã ui
neam ad ſe pertinere iure dominij, uel quaſi &
aduerſarium cõdemnari, ad eam cum fructibus
relaxandam. Aduerſus quam actionem Bartho-
lomæus reus conuentus excipiens ait, ſe poſſide
re d. uineam uti ſuam, eamq; recepiſſe ex tit. per
mutationis a Michaele, & Syluestro Iuſti de Mar
chuccijs qui eandem uineam olim emiſſe dicun
tur a D. Catherina ſorore d. Alexij quę dotis tit.
eam dr̃ habuiſſe. Quibus ita propoſitis contra p̃
dictum actorem quædam dubia ſubtiliter exci-
1 tantur. † Namq; primum dr̃ actorem ſiquidem
egit rei uẽditione probare dominium debuiſſe
per uſucapionem cum tit. & poſſeſſione 30. ann.
Bar. l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de rei uend. cum tamẽ
neq; de tit. neq; de uſucapione actoris uel ei⁹ pa
tris conſtare dicatur. Quo fieri vr̃, ut non demõ
ſtrata poſſeſſione 30. ann. agi non poſſit, ẽt utili
rei uenditione. l. ſiquis emptionis. C. de præſcr.
2 30. ann. † Secundò contra Alexium obijcitur a-
ctorem, neq; Publiciana ẽt experiri poſſe ſiqui-
dem ea actio, illi competere dr̃, qui demonſtrat
ſe habuiſſe rem quam petit ex aliquo tit. l. 1. & 2.
ff. de publ. in rem act. quod hic ut dr̃ demonſtra
ri minime põt. Tertiò uideretur actorẽ nõ poſ-
3 ſe obtinere, quia † actore non probãte, reus poſ
ſeſſor ẽt ſi nihil alleget eſt abſoluendus. l. fi. C. de
rei uend. l. qui accuſare. C. de eden. Itaq; cum in
caſu propoſito reus conuentus allegaſſe, & pro-
baſſe dicatur titulum, ſuæ poſſeſſionis, uirtute
4 dictæ † permutationis, quæ transfert, dominiũ,
l. 4. C. de rer. permu. l. 1. ubi Bar. ff. de rer. permu
ta. nu. 5. firmandum uidebatur, reum conuentũ
abſolui debere. Verumtamen his obiectionib.
minime obſtantibus, arbitror, & præd. Alexium
actorem meliorẽ cauſam de iure fouere, & obie
ctiones propoſitas facile dilui poſſe. Nam ad pri
mam dubitationem in qua præſupponebatur,
Alexium actorẽ dominiũ nõ probauiſſe, nec do
cuiſſe de tit. uel diuturna poſſeſſione ſua; uel pa-
tris. Reſpondetur uerius dici poſſe, ex parte di-
cti actoris de dominio, & tit. deq; præſcriptione
concludenter probatum eſſe, ſicut requiritur in
rei uenditione, ubi actor ex parte ſua de domi-
nio rei petitæ p̃bare debet. l. 1. C. de aliena. iud.
mut. cau. fac. l. in rem. l. officium. ff. de rei uend. c.
examinata. de iud. Ex parte uero actorum pro-
batum fuiſſe tit. & diuturnam poſſeſſionem ipſo
rum, aut eorum autoris oſtenditur; quia d. actor
in 3. poſitione dicit ſe, & Ant. eius fratrem adiuiſ
ſe hæreditatem Chriſtophori eorum patris, quã
5 poſitionem † ueram eſſe fatetur Barth. aduerſa-
rius, quo fit, ut nulla maior probatio hac in re
poſſit haberi. l. generaliter. C. de non nume. pec.
Demũ uero d. actor in 4. poſitio. dicit in ea hr̃di
tate quã adijt remãſiſſe uineã de qua lis ẽ, ut op-
timè probat Frã. Petri, Io. Chriſtophori, Io. Mi-
chaelis 1. 2. & 3. teſtes examinati ſup. eadẽ 4. poſi
6 tione ad inſtãtiã d. actoris. Ex quib. † cõſtat d. tit.
aditionis hr̃ditatis p̃ quã quidẽ aditionẽ, adeũti
acquiſitũ ẽ dñiũ. l. cũ hr̃des. in prin. ubi Pau. Ca-
ſtrẽ. ff. de acq. poſ. l. p̃ hr̃de. in prin. ff. de acq. hęr.
§. pẽ. inſt. de hær. qual. & diff. Bar. l. in rẽ actio. uer.
quæro qui ſunt. n. 1. ff. de rei uen. Dec. conſ. 598.
n. 4. par. 5. Præterea qđ attinet ad diuturnã poſſ.
actoris, uel autorũ cõcludendũ ẽ, de ea ſatis ſup
que probatũ fuiſſe per teſtes examinatos pro
parte actoris ſup 2. poſitio. in qua dr̃ d. Chriſto-
phorũ patrẽ actoris toto tp̃e ſuæ uitæ tenuiſſe
& poſſediſſe per 10. 15. 20. 30. an. & ultra uſq; ad
eius mortẽ cõtinuè, & pacificè quietè, & bona fi
de pro ſua, & tãquã ſuã d. petiã terrę uineatæ. nã
1. teſtis ſup. ea examinatus dicit d. Chriſtoph. te-
nuiſſe, & poſſediſſe d. uineã ab an. 1540. uſq; ad
eius mortẽ. 2. verò teſtis ſup eadẽ poſitione exa
minatus dicit uera eẽ illa q̃ i poſitione & in c. d.
ſũt dictũq; Chriſtoph. eã uineã multos ann. poſ
ſediſſe & poſtea ei⁹ filios, lʒ p̃ciſè, tp̃is nõ memi
rit. 3. quoq; teſtis deponit Xp̃ophorũ ante eius
mortẽ d. uineã poſſediſſe, & poſtea eius filios, ſi-
cut ẽt de poſſ. d. filiorũ actorũ rectè deponũt ij-
dẽ teſtes examinati ſu p 4. poſitione. Rurſus hoc
idẽ probat ex 4. poſit. Barth. rei cõuẽti, & teſtib.
ſuper ea examinatis, ubi dr̃ d. Chriſtóp. toto tp̃e
ſuæ uitæ tenuiſſe, & poſſediſſe tãquã ſuã d. uineã
quæ remãſit in hæreditate eius per unũ tres, de
cẽ an. cõtinuè &c. & q̃uis actor d. poſitio. nega-
7 uerit, † quo. caſu niti quis nõ põt poſitione ne-
gata, ut p Cur. in l. admonẽdi. n. 126. ff. de iu. iur.
Nihilominus qñ aduerſarius meus teſtib. p̃bat;
vt accidit ĩ caſu nr̃o, poſitiões a me negatas, tũc
nõ uidear probõnes eius impugnare, ut p Bar. ĩ
l. poſt legatũ. col. fi. n. 14. ff. de his quib. ut indig.
& cõſequẽter lʒ nõ utar poſitionib. quas nega-
ui. putãs aduerſariũ eas probare nõ poſſe, tñ nõ
p pa uideor impugnaſſe eas probatiões quas il-
le deinde ad ipſas poſitio. probãdas adduxerit,
ſed illis vti poſsũ, quia teſtes ab eo inducti p̃bãt
ẽt pro parte mea Grat. cõſ. 50. n. 47. uol. 1. Itaque
cũ d. actor, de tit. & diuturna poſſ. & conſequen-
ter de dñio ex parte ſua probauerit. itẽq; oñde-
rit Barth. aduerſariũ hoc tp̃e quo actor experit
detinere, uel poſſidere, ut fatet ipſemet Bart. dũ
rñdet 7. poſi. ipſius actoris, q̃ q dẽ poſ. uel detẽta
tatio requirit ex parte rei cõuẽti. gl. in §. omniũ.
inſt. de act. ubi Iaſ. n. 76. uer. ueniamus nũc ad ſe
cũdũ. & l. officiũ. ff. đ rei uẽd. & l. un. C. đ alie. iu-
di. mu. cau. fac. Cõſequẽs ẽ, ut in iudicio rei uẽdi
catiõis Alex⁹ dẽat obtinere cũ p̃bauerit ĩcũbẽ-
tia; & cum mediãte tali præſcriptione acquirat
dominium ſaltem utile. d. l. ſiquis emptionis. C.
de præſcrip. 30. uel 40. ann. Bar. in l. Sticho. ff. de
vſuf. leg. Sal. Ale. Iaſ. ĩ l. traditiõib. C. de pac. Cro.
cõſ. 75. n. 23. cũ ſi. Secũdo nõ ob. dũ opponebat

P actorem

actorẽ,nec in Publiciana quidẽ obtinere poſſe.
8 Quoniam reſpondetur † ad obtinendum in iudicio Publicianæ ſat eſſe probare titulum,& traditionem ſecutam virtute prædicti tituli,& allegare bonam fidem.l. 1.in prin. l.ſiue autem. §. 1. ff.de publ.in rem act. Ang.in l.eum qui. §.fi. ubi etiam Bar.ff. eo.tit. Afflict. deciſ.40. incip. caſus iſte.nu.4.& Soc.iun.conſ.128.incip. vidi, & perlegi. nu.18. par. 2.

At in caſu propoſito, Alexius (quem dicere poſſumus egiſſe actione Publiciana,quoniam in libello dicitur dictam vineam ad ſe ſpectare, & pertinere iure dominij, vel quaſi, quo caſu uidetur intentata actio Publiciana,vt per Ale.in conſil.96.num. 10.uol.4.Et Papien.in forma libel.in actione reali, in verbo iure dominij)rectè de titulo docuit,atque probauit, vt deponunt teſtes examinati ad inſtãtiam dicti actoris ſuper quarta poſitione, & teſtes rei examinati ſuper 4.c. ut ſupra dixi. Igitur poſito,& non dato,vt in iudicio rei vendicationis non poſſet obtinere; adhuc tamen obtinere deberet in iudicio Publicianæ.Tertio non ob.dum dicebatur reũm conuẽtum allegaſſe, & probaſſe titulum ſuæ poſſeſſionis vigore dictæ permutationis. Quoniam reſpondetur verius eſſe, prædictum reum de titulo non docuiſſe. Namque de ea re mentionem ſolummodo faciunt duo teſtes examinati ad inſtantiam actoris ſuper quarta poſitione, qui nihil probant. Quia Ioannes Michaelis tertius teſtis dicit hæredes dicti Chriſtophori tenuiſſe, & poſſediſſe dictam vineam,quouſque eam dederunt Catherinæ eorum ſorori ex cuius quidem atteſtatione, non apparet de aliquo titulo,vel cã dationis. Primus tantum teſtis examinatus ſuper eadem poſitione dicit dictos hæredes,catenus dictam uineam poſſediſſe,& tenuiſſe donec eam dederunt in dotem vni eorum ſorori ,& uxori ſer Petri Boldrini qui ſanè teſtis, nec ipſe quoque probat licet enim teſtes indncti ab uno probent etiam contra eundem producentem l. Rom.conſ.104.& Grat. conſ.50.nu.47.uolu.1,& Soc.iun.conſ.69.nu. 14. 1.uol.Nihilominus non maiorem fidem aduerſus illum faciunt quàm pro eo feciſſent ſi is eorum atteſtationibus vteretur.arg.l.pen.C. de ſolution. At dictus † pri-
9 mus teſtis ſolus pro actore nihil probaret; quia dictum unius eſt dictum nullius.l.ubi numerus. ff.de teſtib.c.in omni.de teſtib. Alex. conſ. 171. nu.15.uol.6.Corn.conſ.163.nu.6.uol.2.& conſi. 41.num.4.eodem uol.cum ſimi.Ergo prædictus teſtis ſingularis,& ſolus non probat titulum ẽt contra dictum actorem producentem,& per cõſequens d.Bartholomæus reus non uidetur titulum dictæ Dominæ Catherinæ probaſſe, ſeu oſtendiſſe quo fit,vt d.Dom. Catherina non potuerit eam uineam ex titulo permutationis in Bartholomæum transferre ſiquidem nemo dat quod non habet. l.traditio.ff. de acq.rer.domi.

Quarto non ob.dum vlt. loco dicitur, totum cardum difficultatis uerti circa depoſitionem teſtium examinatorum pro parte actoris qui ſanè teſtes licet de dominio quod olim habuit actor rectè doceant; nihilominus,uidentur quoque probare petiam terræ uineatæ de qua agitur, datam poſtea fuiſſe in dotem Catherinæ ſororis dicti Alexij agentis; namque ut in hac obiectione vnus teſtis deponit ſub hac forma,uidelicet terram prędictam datam fuiſſe in dotem Catherinæ ſorori dicti actoris.Alter uero teſtis dicit, hoc modo in genere hæredes d. Chriſtophori dediſſe in dotem d.petiam terræ uineatæ uni ex eorum ſororib. uxori ſer Petri de Boldrinis. Ex quibus depoſitionib. inferri ui detur q̃d licet unus teſtis non expreſſerit nomen propriũ d.ſororis, & conſequenter obſcurè depoſuerit, tamen ſatis ſuperq; uidetur probatus tit. dationis in dotem, intelligendumq; hæredes dediſſe uineam.ſ.in dotem ſorori .ſ. Catherinæ,
10 quia † uerba teſtium generalia, & obſcura, declarari poſſe uidentur per aliorum teſtium depoſitionem magis certè,& ſpecificè deponentium quandoquidem dictum teſtis ambiguum per aliud dictum teſtis magis clarum aperitur, & declaratur. c.cum tu. de teſtib.l. 2. §.creditum. ff.ſi cer.pet.Quoniam reſpondetur ex his depoſitionibus nullo modo probari titulum dotis,neque enim uerum eſt ambos teſtes dixiſſe, uineam datam fuiſſe in dotem,ut patet in actis ex inſpectione ipſarum depoſitionnm, ex quorum quidem actornm ſcriptura negatiua probari ſolet,ut per Bar.in l.hi qui ad ciuilia.nu.4. C.de appella.Bar. in l.fi.C.de reb.cred.Bald.in procemio decretal. col.4.nu.22.in uerbo Gregorius. Panorm. in c. bonæ.de elect.Dec.c.qnoniam contra.nu.74.de proba. ſolus enim primus teſtis examinatus ad inſtantiam actoris ſup.4. poſ. dicit dictos hæredes eam uineam poſſediſſe donec eandem dederunt in dotem uni eorum ſorori, & uxori ſer Petri Boldrini.Alius autem,& ſecundus teſtis ſolummodo dicit hęredes,uineam dediſſe Catherinæ eorum ſorori, non tamen dicit in dotem; quo caſu, non probatur ſpecialis titulus dotis. Quamuis enim ſecundus teſtis dicat eos dediſſe uineam Catherinæ non propterea tamen ſequitur eos uineam dediſſe in dotem, quinimo potuerunt eam dare tit.locationis,uel tit.uenditionis cum pacto de retrouẽdendo, uel alio tit. unde cũ ſpecialiter de tit. dotis probare uelint, & unus tãtũ dotis tit.exprimat, alter uero loquatur generaliter de datione ſolum ſequitur, ut dicta probatio tanquã non concludens reijci dẽat l.non hoc.C.unde cog.c.in præſentia.de prob. Nec ob. quod dictnm unius teſtis declaretur ꝑ alium,& propterea teſtis qui dicit uineam datũ fuiſſe in dotem uni eorum ſorori debeat intelligi.ſ.Catherinæ,ut dicit 2.teſtis. Nã licet ꝓbaret uineam eſſe datam Catherinæ non propterea tamen dicit 2.teſtis uineam eſſe datam Catherinę in dotem quod eſt illud de quo in ſpecie doceri
11 debuit. Et † quamquam unius teſtis dictũ aliud declaret, & cũ alio coniungatur ad probationẽ faciẽdã, nihilominus ea regula intelligitur locũ hẽre, qñ agitur de probando aliquid in genere

ueluti

ueluti ſi probandum eſſet aliquem uoluiſſe te-
ſtari,tunc enim dictum unius teſtis cum alio cō-
iungeretur,& aliud declararet, ut per Socyn.iu-
nio.conſil. centeſimo ſeptuageſimooctauo. nu-
mero ſeptimo, & octauo. uolumine ſecundo,&
Crauet.conſilio centeſimo quinquageſimopri-
mo.numero decimotertio.& propterea ego fa-
terer teſtem illum qui non expreſſit nomē pro-
prium Catherinæ, debere intelligi ſecundum di
ctum illius qui nomen proprium expreſſit quo-
ad probandam dationem in genere, ſeu quo ad
probandum, dictam uineam Catherinæ datam
fuiſſe; ſed tamen quo ad probandum ſpecialem
titulum dotis, & conſequenter quoad proban-
dam hanc ſpecialem dationem tituli dotalis di-
cta teſtium iſtorum non poſſunt, neque debēt
12 coniungi, ſed † remanent ſingulares, qui non
probāt.l.ubi numerus.ff.de teſtibus.cap.in om-
ni.de teſtib.Bal.l.1.c.ſi plures una ſen.aliàs con-
ſil.82.in prin.uol.4.Crot.conſ.122.nu.2.& Ro-
lan.a Val.conſ.35.nu.21.par.1.Quamobrem cū
d.Bartholomæus non probauerit in ſpecie de ti
tul.dotis,prout debebat ipſe autem actor proba
uerit de dominio quod olim habebat cōſequēs
13 eſt,ut actor debeat obtinere.Nam † qui olim do
minus fuit, præſumitur etiam dominus de præ-
ſenti.l.ſiue poſſidetis.C.de prob.ubi nō.c.præte
rea.ubi Panor.de tranſac.Socy.conſ.187. col.3.
uol.2.Corn.conſ.9.lib.3.Crot.conſ.34.num.15.
quæ concluſio, abſque dubio locum habet in ca
ſu noſtro, vbi probatum eſt de dominio ipſius
actoris. Quando enim plenè probatum eſt de
antiquo,& præterito dominio tunc de præteri-
to bene ad pręſens infertur,ita ut qui plenè pro
bauit ſe olim fuiſſe dominum nunc quoque præ
ſumitur dominus.Alc.in trac.præſump. præſum
ptio.20.nu.5.in add.Io.Nic.reg.2.cum ſi.

Atque ex his dilui uidetur contrarium excita
tum,& ſtabiliri id,quod ſupra in fauorem Alexij
actoris ſcripſi. Saniore conſilio ſemper ſaluo.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Sententia publicationis bonorum facta ſecundum ſtatuta loci non trahitur, neque extenditur ad bona ſita extra territorium.
2 Intruſus quis dicatur.
3 Poſſeſſionem eiuſdem rei plures eadem ſpecie habere non poſſunt inſolidum.
4 Acta facta in uno iudicio probant in alio non ſolum inter eaſdem perſonas, ſed inter omnes non de effectu facti, ſed de facto ipſo.
5 Probationes exacta quando requirantur.
6 Executio contra hæredem, aut tertium poſſeſſorem quando fieri non poſſit.
7 Lis bona non dicitur, neque bono iure niti uidetur, quando defunctus malum ius habuit.
8 Iudicatur idem de probationibus quod de ſententia ad effectum probandi, & quibus nocet ſententia, nocent, & probationes.
9 Præſumptioni, & coniecturis quando ſit locus.
10 Coniecturis non eſt opus in claris.

CONSILIVM XCIIII.

Diuino implorato præſidio.

DVBIA excitata ſubtiliter & erudite
contra Reuerendiſſimum D. Epiſco
pum Maſſanenſem ita aperiri poſſe
uidentur ab ijs quæ dicentur infra.

Namque dum primo aduerſus dictum Epi-
ſcopum obijcitur; ſententiam latam contra Illu
ſtriſſimum D. Ferrantem Appianum mandari
non poſſe executioni cōtra Illuſtriſſ. Do. Sfor-
tiam eius filium propterea quòd ipſe Dominus
Sfortia negat ſe habere cauſam ab eo, quo caſu
ſimpliciter & abſolute ſine diſtinctione an fue-
rit nactus poſſeſſionem ante uel poſt litem mo
tam de iure firmari poteſt; non tranſire ius exe
quendi contra tertium poſſeſſorem qui non ha
bet cauſam ab eo cōtra quem principaliter exe
cutio orta eſt. ut per Bart. in rep. l. creditores
num.23.C. de pignor. Reſpondetur dictum Il-
luſtriſſimum Dominum Sfortiam cauſam hic
ab alio non habere quàm a dicto Domino Fer-
rante eius patre; quandoquidem iuridica non
eſt alia illa cauſa quam ſe habere allegat ab Illu-
ſtriſ. Dom.Plumbini qui bona de quibus agitur
tanquam ad eius fiſcum deuoluta propter ho-
micidium admiſſum a d. Domino Ferrante do-
nationis titulo in dictum Dominum Sfortiam
tranſtuliſſe, dicitur. Quoniam licet anno
1537.bona Illuſt.dict.domini Ferrantis propter
dictum homicidium ab eo commiſſum fuerint
omnia publicata per Fiſcum Illuſtrimi D.Plum-
bini,deinde uero omnia dicta bona quæ ſecun-
dum ſtatuti loci fiſcum deuoluta fuerunt ab eo-
dem domino donata fuerint Illuſt.dom.Sfortiæ
nihilominus in ea publicatione comprehendi
non potuerunt bona dicti Epiſcopatus de quib.
agitur quæ ſita ſunt in territorio Senenſi extra
territorium Plumbini,& eſt notorium, quia cō-
1 munis eſt opinio † ſententiam publicationis bo
norum factę ſecundum ſtatuta loci non trahi,
neque extendi ad bona ſita extra territorium
publicantis in quo uiget tale ſtatutum, ut per
Bartol. in l. cunctos populos. in fine. Codice. de
ſumma Trinitate, & fide Catholica. & per
Aegid.Boſſ.tit.de bonorum public.nume.62.&
ſeq.& Iul.Clar.§.fi.prac.crim. q.78. uerſ.ſed hic
quæro.cum ſimilib. Neque bono iure,uel iuſta
poſſeſſione nititur dictus Illuſt.D.Sfortia quin
mo dicitur intruſus.licet enim ea bona tit.dona
tionis acceperit tamen cum ſententia publica-
tionis ea non comprehendiſſet,& fiſcus nullum
ius in illis habuiſſet,utique is, qui ea detinet de

2 Intruſus.Namque dicimus † etiam intruſum il-
lum qui ponitur in beneficio auctoritate ſupe-
rioris illius qui poteſtatem conferendi non ha-
ber ut per Dominic.Sãgemin. c. propter col. fi.
in fin.19. diſtinct, Qinti l. Mandos. in regula
39.de ſubrogandis collitig.q.4.nu.2.

Secundo non obſtat Reuer.Do. Epiſcopum
probare debuiſſe,Dominum Sfortiam fuiſſe in
truſum & habuiſſe poſſeſſionem lite pendente
uel finita poſt ſentẽtiam ut per Rot.decis. 477.
incip.ſuppoſito de probat.& re iudicata in nou.
& Veſtrum Rom.Au.actionũ,lib.8.tit.de execu.
rei iudicatę.& quoniam hic fuit oppoſitum con
tra proceſſum executoris; oportuiſſe intentio-
nem ſuã probare ex nouo proceſſu. Rot. deciſ.
479.incip.ſi ſententia de re.iudic.in no.nec ſuffi
cere ueterem proceſſum contra tertium poſſe-
ſſorem non citatum quaſi ſit noua litis inchoa-
tio propter mutationem perſonæ. Veſtr.loco ci
tato quæ ſanè perſona forte bono iure nititur
Rot.deciſ.411.inc.ſi lite. uerſ.ſi uero non actor,
ut lite penden.in nouis.

Quoniam reſpondetur hanc qualitatem in-
truſionis in poſſeſſionem ſuperueniſſe Illuſtr.
Domino Sfortiæ poſt litem motam,ſeu penden
tem,vel finitam poſt ſententiam; ſatis ex eo per
Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum pro-
batum fuiſſe, quia ſi Illuſtriſſ.Dom. Sfortia fa-
teatur ſe habere cauſam ſiue titulum poſſeſ-
ſionis ab eius patre iure hæreditario per appre-
henſionem, ut prætendit Reuerendiſſ.Dom.Epi
ſcopus manifeſtè conſtat Dominum Sfortiam
intruſum fuiſſe in poſſeſſionem bonorum, dę
quibus agitur, poſt litem motam, & poſt ſenten
tiam latam,quia ſententia contra Illuſt. Do.Fer-
rantem eius patrem lata fuit anno 1540. quo
tempore cum uiueret dictus eius pater certum
eſt Dominum Sfortiam non habuiſſe ueram,
3 uel perfectam poſſeſſionem, quia † plures eiuſ-
dem rei eadem ſpecie non poſſunt habere poſ-
ſeſſionem inſolidum.l.3. §.ex contrario. ubi do-
cto.ff.de acq.poſſ. & per conſequens dicendum
uidetur in dictam poſſeſſionem Dominum Sfor
tiam intruſum fuiſſe poſt mortem patris, at-
que adeo etiam poſt ſententiam latam contra
eum dicto anno 1540. ut ex actorum inſpectio-
4 ne optimè probatur † ſiquidẽ acta facta in uno
iudicio probant etiam in alio non ſolum inter
eaſdem perſonas,ſed inter omnes ſi fuerit quæ-
ſtio non de effectu facti, ſed de facto ipſo;exem
pli cauſa ſi dubitetur an ſententia lata ſit, an a-
cta,uel contenta in actis facta fuerint. l.geſta.C.
de re iud.capitul.cum olim. de uerborum ſigni-
ficatio. capitul. ex inſinuatione. de appellation.
capitul. quoniam contra falſam. de probation.
ubi habetur acta prædicta perpetuò probare no
toriumque inducere. Alexand. & Ripa numero
trigeſimotertio.& Cagn.numero.110. in l.2. C.
de edendo.

5 Si uero † Illuſtriſſ. Dom. Sfortia dicat quem-
admodum dicit, ſe habere cauſam, & titulum
poſſeſſionis ab alio quàm a patre nimirum ab.
Illuſtriſſimo Domino Plumbini, hoc etiam caſu
euidenter probatum dicitur eum fuiſſe intru-
ſum in hanc poſſeſſionem poſt litem motam, &
ante ſententiam,quia aſſerta donatio,ut ipſe al-
legat ſibi facta fuit anno milleſimo quingente-
ſimo quadrageſimonono. & conſequenter lon
go tempore poſt ſententiam. Vnde quòquò ſe
uertat Dom. Sfortia fateatur neceſſe eſt Reue-
rendiſſimum Dominum Epiſcopum ſuam in-
tentionem optime probaſſe ſicut oportuerat;
præſertim cum hoc caſu non requirantur exa-
ctæ probationes. Rot. deciſione quadringente-
ſimo ſeptuageſimooctauo. de probation. & re
iudic.in no. Et propterea ſententiam executio-
ni mandandam eſſe, ut concludit Rot. dicta de-
ciſione quadringenteſima ſeptuageſimaſepti-
ma incipiente, Suppoſito in contrariam par-
tem ſupra allegata. quę certè in hoc caſu firmat
executionem contra intruſum poſt ſententiam
fieri debere dum dicit ſi reperiret quòd poſt
ſententias habuiſſet poſſeſſionem eum non au-
diret quouſque ſententiæ huiuſmodi fuerint cõ
tra eum executioni mandatæ.

Nec me mouet oportuiſſe iſtud probare ex
nouo proceſſu,neque ſufficere ueterem contra
non citatum, cui ex primis actis ſententia non
præiudicat dicta deciſione quadringenteſima
ſeptuageſimanona.cum ſimil.

6 Quoniam reſpondetur † eam, & ſimilia tunc
locum ſibi uendicare, tuncque contra tertiũ
poſſeſſorem, vel hęredem non poſſe fieri execu
tionem quando tertius poſſeſſor, uel hæres ex
perſona propria, & ex noua cauſa ius ſuum me-
titur.

Tunc enim fateor propter perſonæ muta-
tionem quæ fortè bono iure nititur cum lis qua
ſi noua inchoetur executionem contra non ci-
tatum ſine proceſſu nouo non fieri, ut in allega
tis in contrarium dicitur.

Verum quando tertius poſſeſſor, uel hæres,
nititur defuncti perſona, & cauſa uetere, & poſ-
ſeſſione,quæ apud defunctum fuerat, & ob quã
lata fuerat ſententia contra defunctum exequẽ-
da; tunc contra eum executio fieri poteſt, ne-
7 que dicitur † noua lis,neque bono iure, niſi ui-
detur*cum malum ius defunctus habuerit quo
ſucceſſor niti conatur. quam quidem diſtinctio
nem in ſpecie tradit ita rem hanc declarans Ia-
cob.Menoch.retinen.poſſeſ.remedio tertio.nu
mero octingenteſimo vigeſimooctauo.& octin
genteſimo trigeſimoprimo.

Quapropter cum Illuſt.Domin.Sfortia no-
uam cauſam ſe habere ab Illuſt. Dom. Plumbi-
ni de iure docere non poſſit, ſed ſolum niti
ualeat uetere poſſeſſione patris per ſe apprehẽ
ſa a quo ſolo habere cauſam prætendere poteſt;
ſequitur ut contra eum ſententia executioni mã
dari debeat. Bar.d.repe.l.creditores.nu.23.uer.
primo caſu,ubi etiam Bald. Ang.& Saly.Nec ad-
uerſus dictum Dominum Sfortiam cui ſenten-
tia no-

tia nocet requiritur nouus proceſſus, ſed ſuffi-
8 ciat uetus, quoniam idem † iudicatur de probationibus quod de ſententia ad effectum probãdi, & quibus ſententia nocet, nocent etiam probationes. Bar. Dec. Rip. num. 37. Cag. num. 129. l. 2. C. de eden. & Are. cap. cauſam quæ. col. fi. ubi Fely. col. 10. de teſtib. Quam ſanè executionem ſubrogatus, ſeu ſucceſſor Victoris nouus epiſcopus Maſſan. petere poteſt iuxta tradita per P. Rebuff. de manda. Apoſtolic. §. declarantes. uerſicul. ſententia tamen lata. pag. 505. & ſeq. tomo 1. in concord.

Nec obeſt dum dicebatur præſumendum eſſe Dom. Sfortiam poſſediſſe ante litem motam non autem poſt, quaſi in dubio actus licitus præſumatur. doc. l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de ope. nou. nun. Ideoque non uideri intruſum, neque eidem nocere debere ſententiam latam cõtra eius patrem, ut per Bar. d. repe. l. creditores. C. de pig. & docto. in l. a Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. in oppo. ext. gl.

9 Quia † reſpondetur: hic non eſſe locum præſumptioni, neque coniecturæ dubiæ quæ locum habet ſuper incerto. gloſſ. in uerbo, præſumatur in §. accedit. l. uni. C. de rei uxo. act. nec uendicat ſibi locum in claris. l. continuus. §. cum ita. ff.
10 de uerborum oblig. quemadmodum † in claris uerſamur in caſu noſtro quandoquidem ex prædictis conſtat intruſionem interceſſiſſe poſt litẽ motam. ideoque concludendum uidetur Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum affatim probauiſſe. Illuſt. Dom. Sfortiam cui ſententia lata nocet ſecundum prædicta, habuiſſe cauſam, & titulum poſſeſſionis poſt litem motam, id qđ dicebatur eſſe onus, & intentio dicti Reuerendiſſimi D. Epiſ. iuxta tradita per Bar. in l. eum actum. ff. de neg. geſt. Atque ita puto fieri ſatis poſſe dubitationib. docte ſubtiliter excitatis ſaniore ſententia ſemper ſalua ad Dei O. M. gloriam, & honorem.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis locum ſibi vendicat, dummodo ſumatur ſecundum limites verborum, quæ habentur in ſenſu directo.

2 Statuto ſi cauetur quòd ſtantib. maſculis filiæ non ſuccedant, illis non extantib. ceſſat excluſio.

3 Verba negatiuè probata non diſponunt.

CONSILIVM XCV.

In Dei nomine.

EXTAT ſtatutum Carrariæ in quo dicitur ſi aliqua mulier exiſtens in matrimonio deceſſerit, ſuperuiuente uiro ſuo, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſine filijs legitimis, & naturalibus ex ipſa, & dicto uiro deſcendentibus: tertia pars dotis remaneat marito ſuo, & de duabus partibus ſtatuat quicquid uoluerit, & de iure potuerit. & ſi nihil inde ſtatuerit ſuccedat qui debet de iure in ipſis duabus partibus.

Quo ſtante cum contigerit quandam mulierem binubam ab inteſtato deceſſiſſe relicto Philippo, & alijs ex primo, itemque relicta Geneura ex ſecundo uiro; quamquam pro comperto eſt, ultimum illum virum iuxta ſtatutum prædictum nihil lucrari extante dicta Geneura eius filia. Tamen dubitatur ſecundum ea, quæ proponuntur an illud lucrum quod uiro non cedit, ſaltem a ſenſu contrario dicti ſtatuti acquiratur filijs dicti ſecundi viri, & conſequenter dictæ Geneuræ; an uero ad cæteros hæredes, & filios dictę binubæ mulieris ſecundum iuris diſpoſitionem pertineat.

Et rem breuiter perſtringendo propter temporis anguſtias, quibus nunc maximè intercludor arbitror de iure firmandum eſſe in caſu propoſito mortua dicta muliere cum liberis, dictũ lucrum non acquiri filijs ſecundi matrimonij, ſed cum reliqua dote ſpectare ad cæteros filios qui de iure, & ſecundum ſtatuta ſuccedere de-
1 bent. † Quia in ſtatutis habet locum argumentum a contrario ſenſu, dummodo ſumatur iu-
2 xta limites uerborum, quæ habentur in ſenſu directo. ut per Anto. de But. in c. cum Apoſtolica. ult. no. de his quæ fiunt a præla. & declarat Dec. in l. prima. numero trigeſimooctauo. ff. de offic. cius. & in conſilio 508. numero 3. & ſequẽ. & in conſilio 110. numero 5. & conſilio 626. numero 7. Atqui ſi ſumatur in caſu propoſito argumentum a ſenſu contrario iuxta limites verborum, quæ exprimuntur in ſenſu directo profecto colligi ex illo tantummodo poterit maritum excludi a dicta tertia parte dotis ſi contigerit uxorem decedere cum liberis ex dicto matrimonio. Id quod patet quia ſecundum diſpoſitionem dicti ſtatuti ex ſenſu directo mortua muliere ſine liberis ex ipſa, & dicto viro deſcendentibus maritus retinet tertiam partem dotis. Et propterea a ſenſu contrario infertur ſolum muliere decedẽte cum filijs maritum excludi a prædicto lucro. Conſequens igitur eſt, ut concludamus ex argumento a contrario ſenſu ſumpto ex dicto ſtatuto, non demonſtrari lucrũ pertinere ad d. Geneurã qñ eius mater deceſſit cũ liberis. ſed a dicto ſtatuto relictum fuiſſe certum diſpoſitioni iuris communis nimirum, ut ad dictam dotem admit

 ti de-

ti debeant illi, qui de iure, & ſecundum ſtatuta
ſuccedere debent, ut firmat Paul. Caſtrenſ. conſ.
359. incip. ſupraſcriptus dominus. par. 2. & Dec.
in conſ. 538. nu. 5. in 4. par. ubi ſi ſtatuto cauetur
2 ut † extantibus maſculis filiæ excludantur, reſpõ
det Dec. illis non extantibus excluſionem ceſſa
re, & remanere rem in depoſitione iuris com-
munis. Quemadmodum etiam tenet Ruy. conſ.
63. nu. 3. uol. 3. ubi ſtante ſtatuto, ut mortua uxo
re ſine liberis vir lucretur dimidiam partem do
tis, reſpondet Ruyn. ex argumento a contrario
ſenſu illius ſtatuti ſolummodo colligi poſſe vxo-
re decedente cum filijs virum excludi ab omni
lucro. Idem ſequitur etiam Gratus in conſ. 3. n.
3 21. uerſ. quarto reſpon. lib. 1. ubi dicit † verba ne
gatiue prolata veluti decedente marito ſine li-
beris communib. non diſponere, ut a contrario
ſenſu exiſtentibus liberis communibus ipſi cen-
ſeantur uocati, ut ibi per eum latius. Quod com
probat etiam Dec. conſ. 283. nu. 4. & 5. uerſ. 2. re
ſpondetur, par. 2. ubi firmat huiuſmodi filijs ſta-
tutum non deferre lucrum, ſed uenire filios de
iure communi ſub cuius diſpoſitione res dicitur
remanere. & hæc ſaluo ſemper meliori ſenten-
tia ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Pacto inito de retrouendendo oritur tantum actio perſonalis ex contractu contra illum, qui promiſit retrouendere.

2 Emptores primi quando in publico inſtrumento obligauerunt bona ſua pro obſeruantia contractus, tunc poteſt agere actione hypothecaria contra tertios poſſeſſores incumbendo pignori pro obſeruantia contractus.

3 Hypothecaria, qui experitur, quid probare habeat.

4 Diſcuſſio quando ſit neceſſaria.

5 Saluianum interdictum cui competat.

6 Agenti Saluiano interdicto ſat eſt oſtendere poſſeſſionem debitoris tempore obligationis contractæ, & poſſeſſionem rei conuenti tempore quo agitur.

7 Contractus ſimulatus ex parte emptoris excludit dominium, & poſſeſſionem.

8 Simulationem, & uſuram allegans illam probare tenetur, alias ſuccumbit.

9 Contractus in foro contentioſo debet præſumi licitus, & tamen ſimul atus.

10 Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. quo caſu competat, & cui.

11 Contractus ex conuentionibus legem accipiunt.

12 Teſtes de auditu non probant.

Nec deponentes extra articulum. nu. 13.

14 Teſtes teſtificantes per vnum præmedicatumq́ ſermonem ſuſpicione non carent.

15 Teſtes diſcordantes de tempore nullam fidem faciunt.

16 Soluens debitum non liberatur ex non integra ſolutione.

CONSILIVM XCVI.

In Dei nomine.

IN lite quam Dominus Gabriel Mar-
tianus intendit contra Meonem; ar-
bitror dictum Dominum Gabrielẽ
(ſi dixerimus eum egiſſe actionẽ hy-
pothecaria) ex hoc iudicio de iure diſcedere de-
1 bere ſuperiorem. Nã quãquã inito pacto † de re
trouendendo oritur tantum actio perſonalis
ex contractu contra illum qui promittit retro-
uendere, ſecundum opinionem Ale. in conſ. 10.
num. 3. 1. uol. & Cur. ſenio. in conſilio duodeci-
mo. columna ſecunda. numero ſecundo. uerſic.
& ideo in iudicio. Tamen omiſſis quampluri-
mis interpretum controuerſijs quas refert Cra
uet. conſilio ducenteſimo primo, columna pri-
ma, & ſecunda. uolumine ſecundo. quando pa-
ctum de retrouendendo reſpicit rem, ſeu quan
do gratia redemptiua ſapit aliquam realitatem
quod accidit quando in contractu de retrouen
dendo eſt appoſita obligatio, & hypotheca bo-
norum pro obſeruantia contractus; tunc poteſt
agi contra tertios poſſeſſores actione reali hy-
pothecaria incumbendo rei pignoratæ, & hypo-
thecatæ pro obſeruantia initarum conuentio-
num ſecundum opinionem Pau. Caſtren. quam
cum hypotheca adiecta eſt, tanquam indubita-
tam amplectitur Socy. in conſilio octuageſimo.
numero ſecundo. verſicul. uel etiam. volumine
2 tertio. vbi dicit, † quando primi emptores in
publico inſtrumento obligauerunt bona ſua
pro obſeruantia contractus, tunc poſſunt agere
actione hypothecaria contra tertios poſſeſſo-
res incumbendo pignori pro obſeruantia con-
tractus. Et eandem opinionem tenet etiam Ca
ſene. in commen. ad conſuet. Burgund. des ten-
tens rub. 5. §. 1. numero trigeſimonono, colum-
na 813. uerſicu. aduerte tu hic duæ, ubi dicit opi
nionem Alexandri dicentis ex pacto de retro-
uendendo oriri tantum actionem perſonalem
locum ſibi poſſe vendicare quando adeſt ſim-
plex pactum redemptiuum, ſed quando gratia
redemptiua ſapit realitatem veluti; quia fit ad-
iecta hypotheca bonorum pro obſeruatione
promiſſionis tunc habet locum opinio Pauli, ut
agi poſſit etiam actione reali contra tertios poſ
ſeſſores. Quam opinionem tenet etiam additio
in uerbo, ſed rectè ad dictum conſilium Ale-
xandri, uolumine primo. ubi dicitur appo-
ſita hypotheca agi poſſe reali hypoth. con-
tra tertios poſſeſſores. Idem quoque firmat
Crauet. conſilio ducenteſimo primo. & conſi-
lio ducenteſimo ſexageſimoprimo. nu. 5. par. 4.
vbi dicit

ubi dicit licet ſimplex pactum de retrouendendo rei afficiat tertium poſſeſſorem tamen ſecus eſt quando adeſt hypotheca adiecta contractui.

Atqui in propoſita ſpecie Marianus venditor promiſit Domino Gabtieli Maſtiano emptori dictum prædium non redimere, vt illud alijs uenderet, quod ſiquando vendere vellet, promiſit de hoc certiorare dictum Dominum Gabrielem, quo ille ſi vellet emere, in emendo alijs omnibus præferretur. Et pro obſeruantia prædictorum dictus Marianus venditor obligauit ſe,& ſuos hæredes, & bona omnia,& præſertim d.petiam terrę,ut apparet ex inſtrumento d. venditionis rogato a ſer Nicolao Deltroncia Notario publico Piſan. ex cuius uerbis aperte colligitur in caſu propoſito pro obſeruantia d.contractus fuiſſe expreſſe, & in ſpetie obligatum, & hypothecatum prędiũ de quo agitur. Ergo patet ex prędictis D. Gabrielem agere potuiſſe actione hypothecaria ad hoc prędium aduerſus dictum Meonem tertium poſſeſſorem,qui emit a dicto Mariano vendente contra pacta appoſita in uenditione prędicta. Sed
3 enim ille, † qui experitur hypothecaria actione contra tertium poſſeſſorem narrare in libello debet illum,qui hypothecat, & obligat bona tẽpore contractę obligationis, & hypothecæ fuiſſe dominum rerum hypethecatarum,ut per Antonium Negoſantium de Fan. in tract. de pignoribus, & hypoth. in 3.memb.8.par.prin. numero 22.uerſ.tertio quando agitur, uel ſaltem ſimpliciter dicere debet tempore obligationis contractę res fuiſſe in bonis hypothecantis.d.num. 22. uerſ. item adde. Et tandem in dicto libello hypothecarię concludere debet reum conuentum cogi ad tradendam poſſeſſionem rei hypothecatę,ut per Bar.in l.rem alienam. col.3.verſ. quęro qualiter.ff. de pig.act. Ang.Aret. & Iaſ.in §.item Seruiana.num.125.&126. col.fi.Inſt. de actionib.& Antonium Negoſan.d.tertio membro.nu.24.& Io.Petr.de Ferra.in pract. in libello in act.hypoth. vbi inter alia dicit peti.debere aduerſarium cogi, & condemnari ad dimittendum,& relaxandum &c.

Quamobrem ſi dicamus dict. ſer Matthęum procuratorem Domini Gabrielis egiſſe hypothecaria,ut indicare poſſunt illa uerba libelli dicentis ad dimittendum,& relaxandum &c.utiq; cum apparent ex inſtrumento quodam retrouenditionis factę Mariano per d.Dom.Gabrielem,illam petiam terrę fuiſſe dicti Mariani, & in Mariani bonis extitiſſe tempore hypothecę cõſtitutę conſequens eſt, ut dictus Dominus Gabriel in hypotheceria debeat obtinere litem cũ probauerit, ea quę probanda erant. nimirum Marianum qui res obligauit fuiſſe tempore hypothecę contractę dominum, vel poſſeſſorem dicti prędij uenditi quod ipſe pro obſeruantia contractus hypothecauerat.ut per Crauet.conſil.201.num.3.uol.2.

4 Nec ob. † ſi objiciatur oportuiſſe diſcutere principalem priuſquam ageretur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.Auth. hoc ſi debitor.C.de pignor.Antonius Negoſan.d.tract.de de pigno. in primo membro octauæ partis princip.num. 12.

Reſpondetur enim hanc concluſionem limitari,ut non procedat quando actum fuerit uigore inſtrumenti garentigiati, uel alterius inſtrumenti publici habentis executionem paratam, & interuenerit uera traditio rei hypothecatæ facta emptori cui res fuit hypothecata.tunc enim non eſt neceſſaria diſcuſſio,ut per Soc. in conſ. 24.in fi. 1.uol.& per eandem Antonium Negoſan.d.tract.de pigno.in primo membro octauæ partis.numero 32.uer.undecimo fallit.Quapropter cum dictæ uenditionis inſtrumentum cuius uigore agit Dominus Gabriel contra Meonem habeat quarantigiam reſque hypothecata tradita fuerit Domino Gabrieli, ut ex proceſſu patet. conſequens eſt,ut rectè ex eo agatur nulla etiam facta diſcuſſione.

5 Quòd ſi dicamus actorẽ experiri † interdicto Saluiano quod ſecundum opinionem quorundam competit cuilibet creditori hypothecario contra tertios poſſeſſores extraneos etiam extra materiam locationis, & conductionis quam opinionem tenuit Bar.in l.1. ff. de Salui.interd.& in l.1.C.de precar.& Ang.Aret.in §.item Seruiana,num.9.inſt.de actio.Alex.in conſ.185.numero 4.lib.6.Ripa in rub. de pig. numero 19.& Ant.Negoſan.trac.de pig.& hypoth.in 3.membro octauæ partis princip.numero 19. uerſicul. ſeptima concluſio. Quamuis ſecundum alios quoſdam antiquiores, & recentiores Saluianũ non dicitur competere, niſi in materia locationis, ut per Fran.Sarmentum in tract. de reddit. eccleſiaſt.par.3.c.2.& per Menoch.de adipiſcẽ. poſſeſſ.remed.3.num.17.& ſeq.Adhuc quoque firmandum eſſet, actorem rectè egiſſe quando
6 quidem † agenti Saluiano interdicto ſat eſt oſtẽdere poſſeſſionem debitoris tempore obligationis contractæ, & poſſeſſionem rei conuenti tempore quo agitur,ut firmat idem Ant.Negoſan.d.par.3.memb.3.nu.19.uerſic. 7.concluſio cum ſim. Quinetiam ſi fuiſſet intẽtatum utrũq; remedium,uidelicet hypothecaria, & Saluianũ ueluti ſi actor dixiſſet in libello rem fuiſſe in bonis hypothecantis, & tempore hypothecæ contractæ poſſideri ab eo adhuc ſuſtineretur libellus,ut per Negoſan. de pigno. in 3.membro octauæ par. num.26.

Si uero præſupponamus actum fuiſſe iudicio rei vendicationis adhuc quoque firmandum eſſet actorem ſententiam per ſe obtinere debere, quoniam dictus actor ex prææallegato contractu docuit de dominio petiæ terræ, de qua controuerſia eſt. Itemque probauit Meonem reum conuentum illius petiæ terræ hoc tempore poſſeſſionem,uel detentationem habere, ut patet ex teſtibus examinatis ad inſtantiam actoris ſuper 2. c. primæ inſtantiæ quod capitulat etiam & aſſerit Meon ſuper 6. cap. per eum producto

in d.1. inſtantia. quo caſu qui ex parte ſua oſtendit adeſſe dominium ex parte uero conuenti docet adeſſe poſſeſſionem in iudicio rei uendicationis uincere ſolet. l. in rem in princ. ff. de rei uẽdi. l. officium. ff. eod. §. 1. vbi Iaſ. num. 66. Inſtit. de action.

Nec obſt. ſi obiiciatur ex dicto contractu uenditionis, de dominio actorem non docuiſſe quaſi in illius inſtrõ nõ cõtineatur uera uẽditio ſed ſimulatus contractus pignus reuera continens
7 qui ſanè † ſimulatus contractus ex parte emptoris excludit dominium & poſſeſſionem, vt per Innoc. in c. cum contingat de iureiuran. & Bero. conſil. 212. nume. 3. volum. tertio, & conſil. 166. nu. 12. volum. 1.

Reſpondetur enim dictum contractum continere ueram uenditionem. Et licet dictus Meõ capitulauerit in 1. 2. & 3. cap. Marianum uti pecunia egentem pignori dediſſe domino Gabrieli prædium de quo agitur nomine uenditionis quam dicitur non fuiſſe ueram uẽditionem, ſed fictam & ſimulatam ſemperque Marianum in poſſeſſione dicti prædij fuiſſe & fructus percepiſſe. Tamen poſtea teſtib. id non probat immo ſuper dictis tribus capitulis vbi agebatur de ſimulatione probanda non examinantur teſtes, ſed de uoluntate eius omittuntur.

Et ideo Meonis aſſertio nihil obeſt Domino
8 Gabrieli quia † ſimulationem & uſuram allegãs illam probare tenetur aliàs ſuſcumbit, ut per Bal. in conſ. 39. proponitur quòd celebratus fuit ad ſi. & conſ. 210. incip. quæritur de tali lib.
9 3. & Dec. conſ. 167. quoniam † in foro contentioſo in dubio contractus pręſumi debet licitus & non ſimulatus Bal. in l. rogaſti §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Alexand. conſ. 200. inci. perſpectis eo lum. 11. num. 4. lib. 6. & d. conſ. 167. col. 2. ubi dicit in dubio quemlibet contractum præſumi licitum & bona fide factum.

10 Quinetiam † ſi dixerimus intentatum fuiſſe remedium & condictionem ex cap. reintegranda 3. quæſt. 1. ut uidentur innuere verba libelli dicentis ad dimittendam & relaxandam poſſeſſionem cum fructib. quæ ſanè arguere poſſunt intentatum fuiſſe tale remedium reintegrandæ poſſeſſionis, vt dicit Alex. conſi. 200. in prin. lib. 3. & Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. & Dec. conſ. 17. num. 2. parte 1. Hoc quoque caſu Meon cauſam perdat neceſſe eſt quoniam quando nouus poſſeſſor titulo etiam & bona fide nixus cauſam habet ab auctore uitio perſonali affecto cuiuſmodi erat Marianus qui mala fide vendidit Meoni tunc ſanè dictus nonus poſſeſſor conueniri poteſt remedio reintegrandæ poſſeſſionis, vt per Soc. in l. rem quæ nobis num. 12. uer. & ſecundo. Alcia. ibidem nu. 8. ff. de acqui. poſſ. in 15. remedio nu. 73. ver. tertius eſt caſus.

Nec obſtat obiectio quæ ſumi poſſet ex his quæ probare nititur Meon in 5. capitu. ubi capitulat Marianum tanquam cupidum ſeruandæ conuẽtionis appoſitæ in d. contractu ſępius quę fuiſſe & quęri curauiſſe an dominus Gabriel vellet redimere dictum prędium de qua re certus factus dominus Gabriel recuſaſſe dicitur & reſpondiſſe quid ego de malè illa culta ac derelicta uinea facerem? numeret mihi Marianus reſiduum debitæ pecunię & cui libuerit uendat.

Ex quib. apparere dicitur, Marianum poſt licentiam impetratam a domino Gabriele uendere potuiſſe petium terrę Meoni neq; ob dici poſſe, uel actum eſſe aliquid contra pacta appoſita in contractu uel licuiſſe domin. Gabrieli propter non ſeruata pacta experiri actione hypothecaria, vel aliquo ex ſupradictis remedijs contra Meonem ad auocandum prędium ſupradictum.

Reſpondetur. n. Marianum uendidiſſe Meoni contra conuentiones appoſitas in contractu facto prius inter Marianum, & D. Gabrielem
11 quæ tamen conuentiones † ſeruandæ erant cũ ex illis contractus legem accipiant l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de poſ. l. contractus. ff. de regul. iur. l. ſemper ff. eod. idcirco rectè experitur Dominus Gabriel. Nec ei obeſſe poteſt aſſerta facultas ſeu licentia uẽdendi quam Meon capitulat Dominum Gabrielem dediſſe quoniam de tali licentia data non docet. Nam Benedictus Gangi primus teſtis examinatus ad inſtantiam Meonis ſuper 5. cap. dicit ſe audiuiſſe a pluribus dici ea quæ in d. cap. aſſeruntur ſed reuera dicit ſe nunquam fuiſſe præſentem neque dũ ea uerba referrentur Domino Gabrieli neque etiam dum Dominus Gabriel reſpondit. Taddeus autem quartus teſtis deponit ſe illud idem audiuiſ
12 ſe dici quo † caſu teſtes de auditu nil probant, ut per gloſ. Bart. & alios in l. teſtium C. de teſtib. Specul. in tit. de teſte §. 1. uerſic. teſtimonium autem Abb. c. licet ex quadam colu. 5. de teſti. Felyn. c. ex literis num. 2. de teſtib. Corn. conſ. 179. num. 9. uol. 1. & conſ. 301. num. 8. uolu. 3. Decius conſ. 647. num. 5. Soci. iun. conſ. 69. 1. vol. & conſ. 86. nu. 31. uol. 2. cum ſimil.

Nec iuuatur intentio Meonis ex dict. Baptiſtæ Pierini examinati ad inſtantiam d. Gabrielis ſupra 2. cap. ubi deponit Dominum Gabrielem dixiſſe, nolo emere huiuſmodi prædium quid ego de illa uinea deſtituta facerem? uendat ilicet cui uèlit, qui ſanè teſtis a dom. Gabriele inductus contra eum probare dicitur vt per Iaſ. in rub. C. de iureiur. & Gratum in conſ. 50. nume. 47. uol. 1. nam pręterquam quòd uariat ab his quę deponit pro Domino Gabriele quo caſu non probat, ut per Nellum tract. de teſtibus nume. 215. reſpondetur etiam eius dictũ nihil urgere quoniam dum hæc deponit egreditur capitulata ut patet ex inſpectione dicti ſecundi capituli in quo nil fuerat capitulatum de iſta licẽtia
13 quo † caſu teſtis deponens extra articulum nihil probat, ut per Bertrandum in conſ. 9. num. 6. uolum. 2. & conſ. 75. num. 3. parte 1. in antiquis & conſ. 15. parte 1. num. 8. & conſ. 80. parte eadem num. 4. & conſ. 307. num. 6. eadem parte 1. in antiquis, & Nepos a Mont. Alb. in tract. de except. num. 59.

Præterea

Præterea hic teſtis inductus per D. Gabrielē ſine alijs adminiculis non rectè probaret contra producentem, ut per Soci. ſeniorem in cōſi. 69.num.14. lib. primo. Et licet Dominus Gabriel eum induxerit non propterea tamen eum abſolute approbauit ſed cenſetur ſolum approbatus quoad eius perſonam non autem quoad eius dicta quandoquidem is qui approbat teſtē quoad perſonam a ſe inductū poteſt adhuc opponere contra eius dicta ut per Fely. in c. cauſā quę de re iudic. & Marc. Anton. Natta in conſ. 196. num.8. parte 1.

Rurſus Meon non poteſt uim facere in depoſitione dicti Baptiſtæ Pierini ſecundi teſtis examinati ſuper 5. cap. eiuſdem Meonis ubi dicit tam una cum Mariano de illius mandato quàm etiam ſolum ſe quæſiuiſſe ſæpius a Domino Gabriele, an uellet emere totam dictam petiā terrę ſemperque Dominum Gabrielem reſpondiſ ſe emere nolle id quod actum fuit anno ſuperiori. Nec magis iuuatur a depoſitione Nuti quinti teſtis exam. ſupra d. 5. cap. ubi dicit ſe quæſiuiſſe ſæpius a Domino Gabriele an emere uellet totam dictam petiam terræ cumque ſemper emere recuſaſſet idque ſcire quia inter fuit uerbis articulatis iam ſunt anni ſex aut ſeptem. Etenim licet dicti teſtes ut ſupra dicitur depoſuerint nihilominus concludenter iſtud
14 non probant ſed reddūtur † ſuſpecti cum deponant ſuper eadem prope formalitate uerborū, ut per Crauettam in conſ. 79.nu.11.vol.1.quaſi teſtificentur per unum præmeditatumque ſermonem quo caſu ſuſpitione non carent l. 3. §. idem.ff.de teſtibus. ut per Specul. tit. de teſte §. nunc tradendum qualiter uerſic. cautionem quoque & per Bened.Cap.conſ.114.num.1. Et augetur ſuſpitio quinti teſtis quoniam ſupra interogatorijs dicit ſe interfuiſſe uerbis articulatis iam ſunt ſex aut ſeptem anni cum tamen nō ſit uериſimile eos recordari de dictis certis uerbis articulatis tam diu antea habitis iuxta tradita per Crauet.conſ.28.num.4.uol.1.& Natta cōſi. 315.num.13.uol.2.

Præterea idem ſecundus & quintus teſtis in tempore non conueniunt & propterea reprobandi ſunt ut per Bagar. in tract. ad reprobat teſtium nu. 63. & Iacob. Aegid.in tract. ad reprobat teſt.num.31.

Nam ſecundus dicit licentiam impetratam fuiſſe anno ſuperiori, ut ſignificant illa uerba l'annodilà. Quintus uero dicit id actum fuiſſe iā ſunt ſex, aut ſeptem anni quo fit, ut dicti teſtes
15 † de tempore cum diſcordent nullam fidem legitimam faciant ut per Alex. in conſ. 118.num. 17. uol.2.& Crauet. conſ.78.nu. 3.& conſ. 151. num.13. parte 1. Et neceſſario ex eorum depoſitionibus non concludatur, in uenditione ultimo loco facta de qua nunc agitur licentiam interueniſſe, ſed forte datam fuiſſe licentiam ſex aut ſeptem ab hinc annis in priori uend. facta ab eiſdem de eadem petia terræ unde ſaltem tanquam non concludentes depoſitiones reijcientur l. non hoc C. unde cogn. c. in præſentia de probat.

Ad hæc poſito & non dato ut dicti teſtes allegatis uitijs non laborarent adhuc quoque firmandum eſſet Meonem ab eorum atteſtationib. non iuuari quia aſſerta notificatio ſeu certioratio non fuit facta iuridice. nec oſtenſo ſpeciali mādato, nec teſtato, nec in actis ſicuti oportuerat iuxta tradita per Tiraq. in tract. de retr. gent.§.36.gl.2. ſed omnino facta fuit contra pacta appoſita in contractu quoniam ut duo illi teſtes fatentur, quæſitum non fuit ex Domino Gabriele an uellet emere petiam illam terræ trium ſtariorum cuius redimendæ Marianus ei poteſtatem fecerat in contractu; ſed an uellet emere totam quandam petiam terræ quæ licet contineret tria illa ſtariora tamen maioris erat menſuræ quàm fuiſſet illa cuius redimendæ facultas ſibi fuerat in d. contractu conceſſa. quamobrē poſito & non dato, ut Dominus Gabriel emere recuſaſſet non ob id tamen ſibi prę iudicium ullū in tulit quia ſua forte intererat redimere ſolum illam petiā de qua inter eos conuenerat & non maiorem illam quam Marianus obtuliſſe dicitur.

16 Et licet † Domi. Gabriel a Mariano receperit partem præcij non propterea tamē ſibi præiudicauit, ex non integre ſolutione facta ſoluens iuuari non poteſt ut per Alex.conſ.75.li.7.& Boe. deciſ.23.num.32. parte 1. Tiraq. de retr. conuētionali §.4.gloſ. 6.num.23. Ex quib. omnib. cōcludo potiorem mihi de iure uideri cauſam dicti Domini Gabrielis ſaniore ſententia ſemper ſalua ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Vſura committi dicitur, quando quis præſenti pecunia rem ſibi in poſterum tradendam emit minori precio, quàm eſſet tempore uenditionis & rei tradē da valitura.*

2 *Scriptura priuata ſolemniter recognita probat.*

3 *Contractus fœneraticius quis dicatur.*

4 *Vſura commiſſa tunc eſt indicium, quando emptor non curat ſe reddi certiorem conditioñis rerū quas emere uult.*

5 *Contractus figura non eſt attendenda, ſed illud quod uerè partes inter ſe agere uoluerunt.*

6 *Neceſſitas quærendi pecunias, qua adſtringitur is, qui ære alieno grauatur, præſumptionem ſimulationis & vſuræ ualidam inducit.*

7 *Conuentio contra naturam contractus arguit cōtractum ſimulatum, & vſurarium.*

8 *Vſuram quem cōmittere voluiſſe tunc eſt indubitata præſumptio, quando petit ſibi plus reddi quàm numerauit.*

9 *Vſura in alijs contractibus, quàm mutui committi poteſt.*

CON-

CONSILIVM XCVII.

Diuino Implorato præſidio.

CVM facti propoſiti ſeriem diligenter examinauerim; in eam,tandem veni ſententiam, ut exiſtimarem contractum initum inter Magnificos Dominos officiales Marmorum ex parte vna. Et Rocchum Lotti Guidi ex altera, audacter dici poſſe fœneratitium.

Namque vltra ea quæ eruditè, & copioſè dicta ſunt per Clariſſ.Iuriſcon. Dom.Ioan.de Aiola uti fratrem honorandum ex alijs quoque coniecturis,rationibus,& authoritatibus deprehenditur prędictum contractum eſſe uſurarium.

1 Primò † quia quando quis præſenti pecunia rem ſibi in poſterum tradendam emit minori præcio quàm eſſet tempore uenditionis, certumque eſt rem pluris eſſe valituram tempore rei tradendæ emptoremque non fuiſſe aliàs empturum, neque venditorem aliàs uenditurum. Tunc ſanè vſura committi dicitur, quia ex pecunia quam ipſe numerat uidetur aliquid lucrari uelle ac temporis commoditatem uendere,ut inquit Bald. in Rub.C. de vſur. numero 4. in quæſt. 3.ubi dicit ſiquis emat frumentum adhuc herbeſcens, ſeu latentem aliam ſegetem, quinque nummis, quę tempore meſſium veroſimiliter octo valitura eſt dicitur vſuram committere,ſi præſens pecuniæ numeratio eſt cauſa damni uenditoris,ut tenet etiam Lauren. de Rodulph.in tract.de uſuris,par.2.q.43.numer.7.& tradit Soc.iun.conſ.83.num.2. & num.8. & nu. 10.& num.15.vbi firmat eum qui longe minori precio emit oleum quàm tempore uenditionis valeret;& tempore contractus ideo ſoluit pecuniam ut poſtea oleum recipiat,& conſtat tempore traditionis oleum pluris futurũ dicitur uſuram committere,licet ſecus eſſet ſi fuiſſet dubium & incertum quanti valiturum eſſet tépore traditionis faciendæ, & venditor non fuiſſet aliter venditurus,nec emptor empturus. Hoc idem ſequitur etiam Guliel.Bont.in tractatu de vſur.§.in emptionibus num.57.& in §.ad propoſitum,num.63.& §.vſura num.76.verſi. non eſt vſurarius.vbi dicitur vſurarium illum cẽſeri qui exẽpli gratia cẽtũ modios auenæ tradẽdos in feſto proximo diui Ioannis emerit quanti tũc eſt cum celebratur contractus.Comprobatur eadẽ opinio ex his quæ tradit Aug.Beroius in c.nauiganti nu. 10. & 12.& 13. de vſuris ubi concludit tunc uideri contrahentes fœneraticium contractum feciſſe,quando venditur oleum, vel frumẽtum,quod poſt uenditionem factam conſideratis his quæ communiter accidunt pluris erat ualiturum.c.in ciuitate & c.conſuluit extra de vſu. Ad eandem rem comprobandam facit etiam illud quod ait Laurent. de Rodulph. in tract. de uſuris part. 2.in q.29.num. 11.& Natta in conſi. 369.num.2.& num. 3. uol. 2.ubi dicunt tunc diiudicari contractum uſurarium quando frumentum uenditum, tradendum eſt eo tempore quo ueroſimiliter erit pręcioſius. Veluti ſiquis emat triticum, & ſoluat præcium tempore meſſium ea lege, ut uenditor ſibi frumentum dimetiatur tempore paſcatis, quo quidem tempore ſecundum communem curſum, & ueroſimiliter pluris ualet. & Tiraq. de retract. conuent.in præfat.num. 17.ubi dicit ex uilitate præcij oriri conſueuiſſe ſimulationis præſumptionem Roſel. in tract.de uſuris num. 24.ubi dicit uſuram cenſeri quando quis ideo emit uilius quia ſoluat pręſenti pecunia.

Atqui in caſu propoſito d.Domini officiales Marmorũ, ut patet ex actis, anno 1565. die 29. Octobris a pręicto Roccho præſenti pecunia dicuntur, iuxta uerborum corticem emiſſe oleũ minori præcio quàm tunc ualeret, conuenerũt què oleum ſibi tradi ac menſurari debuiſſe menſe Ianuario 1566. tunc proxime ſubſequenti. quo tempore, ſecundum ea quę communiter accidere ſolent, certum erat oleum pluris ualiturum, neque contrahentes aliàs contractum488 inituros. igitur aſſerta uenditio dicitur re uera contractus fęneratitius quandoquidem conſtare uidetur dictos dominos officiales ex centum & trigintaquinq; ſcutatis quos præcij olei uẽditi nomine ſoluerunt lucrum ſolummodo quæſiuiſſe. Emptum uero fuiſſe oleum minori pręcio quàm tunc eſſet inde colligitur quòd Dominus Aug. Lazari tertius teſtis examinatus ad inſtantiam hęredum dicti Rocchi ſuper tertio cap. in quo ponebatur anno 1565. menſe Octobri ſingulas olei centenas libras uendi Carrarię cõſueuiſſe ſcutatis duobus aureis gabellis atque expẽſis omnibus detractis dicit ſe illo eodem tempore cuius mentio fit in cap.emiſſe a Magiſtro Ioanne Michaele Medico bis mille libras olei ita, ut in ſingulas centenas libras binos aureos ſcutatos impenſurus eſſet, eaque lege ut oleum aſſeruari deberet in dolijs dicti uenditoris ſine ulla locationis mercede. Præterea quoque magiſter Franc. quartus teſtis examinatus ſuper dicto tertio cap. ad inſtantiam hæredum Rocchi deponit, tempore de quo mentio eſt in cap.ſingulas olei centenas libras ęſtimari conſueuiſſe libris decem Mediolanenſibus quarum ualor ad dictos ſcutatos duos proxime accedit.

Rurſus horum dicta iuuantur ex priuatis atteſtationib. tum Hieronymi tum Andreotti in iudicio, recognitis, & in proceſſu deductis, ubi ſingulæ centenæ libræ olei boni dulcis, & dilucidi dicuntur eo tempore uẽdi fuiſſe ſolitæ duobus ſcutatis aureis uel ſi quando uilius inde ſolummodo demptis duobus carolenis quæ qui-
2 dem† priuatæ ſcripturę,cum ſolemniter recognitæ fuerint,dicuntur probare,ut per Pariſi. conſi. 90.num. 12.& conſi. 112.uolum. 1.Conſtitiſſe autem,oleum tunc uenditum, pluris fuiſſe valiturum tempore traditionis colligitur ex communi curſu

ni curſu regionis & ex peritorum communi exi
ſtimatione qui ſic diiudicant. capitu. uigilanti, de
vſur. vbi Beroius, num. 25. 26. & 27.
3 Secundo † contractum hunc initum inter di-
ctos Magnificos Dominos officiales, ex uno la-
tere, & Rochum ex altero fuiſſe fœneratitium,
ideo conijcere poſſumus; quia quando emptor
non curat rẽ quam emere uult ſibi exhiberi ne-
que dat operam, ut eum inſpiciat, certiorq́; , uel
oculata fide, uel alijs demonſtrationibus & mo-
dis oportunis reddatur ſit ne res quam emere
uult illius ualoris, & prçcij, quo uenditor illam di
gnam aſſerit, tunc profectò præſumi poteſt, con
tractum fuiſſe fœneratitium, dictumque uendi-
torem non habuiſſe animum uendendi, ſed ſolũ
ex pecunia quam numerauit fœnus percipiendi,
vt dicit Veronenſis in tracta. de ſimulatione cõ-
tract. præſumptione octaua nume. 64. ubi dicit
eos qui de re aliqua emenda cogitant, ſolitos eſ
ſe rem quam empturi ſunt prius inſpicere & ſe-
cum animo examinare ſit ne res ea ſumma quæ
petitur digna, qui uero harum qualitatum cer-
tiores fieri negligunt eos uideri nõ tam emere,
quàm fœnus ex eorum numerata pecunia perci
pere uoluiſſe Atque hoc idem tradit etiam Mat
thæus de Affl. deciſ. 40. num. 19. uerſicu. item eſt
alia præſumptio ſimulationis & Natta in conſil.
198. num. 9. uolum. 1. Et Pariſius conſi. 82. num.
4 38. uolum. 3. vbi tradit † illam eſſe uſuræ commiſ
ſæ non mediocre inditium quando emptor non
curat ſe reddi certiorem conditionis rerũ quas
emere uult. ut firmat etiam Roland. a Valle con
ſi. 40. nu. 30. volum. 2.
Atqui in propoſita ſpecie, dicti domini offi-
ciales Marmorum ſeu dominus Capitaneus eo-
rum nomine contrahens, nunquam curarunt, ſe
fieri certiores, conditionis qualitatis & bonita-
tis olei dicti Rochi, nec unquam dictum oleum
uiderunt, nec etiam uidere potuerunt cum in
promptu re vera Rocchus illud nunquam ha-
buerit vt dicuntur deponere teſtes examinati
ad inſtantiam hæredum Rocchi ſuper octauo c.
Ergo præſumendum eſt, aſſertum contractum
emptionis fuiſſe ſimulatum & vſurarium & re
uera & intus fuiſſe contractum mutui. Non ob
5 ſtante † figura contractus. Quandoquidem, nõ
debemus attendere figuram contractus ſed il-
lud quod uerè partes interſe agere uoluerunt. l.
emptione C. plus valere quod agitur. l. Celſus. §
in emptis. ff. de contrah. empt. Paul. Caſt. in l. 1.
C. de pignorat. actione Ioan. ab Anan. conſilio
58. colum. 1. in fi. cum ſim. Et per conſequens di
ci poteſt intentionem & mentem Rocchi uendi
toris fuiſſe non uendendi, ſed mutuo pecuniam
accipiendi, intentionem uero aſſertorum em-
ptorum fuiſſe non emendi ſed mutuandi ſub fœ
nore, & licèt fictè dicantur emptores, & ſimula-
tè tamen uerè ſunt ſolummodo creditores ſcu-
tatorum 135. iuxta prædicta.
6 Tertiò † in caſu propoſito idcirco præſumitur
uſura quòd paupertas qua premitur uenditor
tẽpore uenditionis, & neceſſitas quęrendi pecu
nias qua adſtringitur is qui ære alieno grauatur
præſumptionem ſimulationis & uſuræ ualidam
inducunt, ut dicit Panorm. in conſi. 113. colum.
pen. & fi. num. 5. & ſeqq. parte 2. & Veronen. in
tract. de ſimula. contract. in præſum. 15. num. 61.
& Iaſ. conſil. 153. colum. 3. volu. 4. & Calcaneus
conſi. 26. colum. 8. num. 17. in fi. uerſi. eſt etiã alia
& Crauetta conſi. 156. nu. 13. uerſi. octauo argui-
tur volum 1. ubi dicit contractum ex eo præſumi
ſimulatum quòd tempore uenditionis, uenditor
pecunia dicatur egere, tunc enim pręſumitur co
actus etiam in ſui damnum contrahere, vt pecu-
nias quibus egebat inueniret ut per Rol. a Valle
conſi. 40. nu. 37. volum. 2.
Atqui in caſu noſtro conſtat Rocchum tametſi
agrorum & domorum diuitem, nihilominus nu
merata pecunia uenditionis tempore caruiſſe,
vt deponunt teſtes examinati ad inſtantiam hæ-
redum d. Rochi ſuper 1. c. & fatentur d. Magn. of
ficiales, ſeu Capitaneus eorum noĩe in eorũ poſi
tionib. ergo contractus ab eo initus cum dictis
Magnificis dominis officialibus marmorũ fuiſ-
ſe fœneraticius. Bero. conſ. 168. nu. 27. uol. 1. ubi di
citur inde naſci vſurarum præſumptionẽ quòd
debetur cogatur promittere debitori.
Quarta pręſumptio, quæ ſuadet contractum
pręd ictum uideri fœneratitium, eſt quia quãdo
legitur in aliquo inſtrumento, ad omnes ſum-
ptus & expenſas quaslibet ex pacto inito inter
contrahentes, ipſum ſolummodo uenditorem
teneri, inde coniectura exoritur contractũ eſſe
vſurarium, cum cũ de iure hi ſumptus dẽant eſſe
communes ſiquidem contractus utriuſque gra-
tia celebratur. l. ſi ut certo. §. nunc uidendum. ff.
commod. profectò ſi conuentum fuerit, ut uẽdi
tor qui potius debitor eſt, ipſe ſolus hos ſũptus
7 faciat ea † côuẽtio cõtra naturã cõtractus eſt &
ꝑpea arguit contractũ eſſe ſimulatũ & uſurariũ
ut uoluit Albericus in l. diſſolutè. C. de cond. ex
lege & l. 2. C. de vſuris. Et Veronenſ. in tract.
de ſimulat. contr. præſumpt. 6. Alexand. in conſ.
46. col. 2. verſ. concurrit etiam alia uol. 3. Bero-
ius conſ. 84. nu. 12. vol. 3. & idem Beroius conſil.
169. nu. 7. & conſ. 166. vol. 1.
Atqui in inſtrumentis aſſertarum emptionũ
dicitur dictum Rocchum teneri & obligatum
eſſe ad tradendum dictum oleum liberum ab
omni gabella & à qualibet alia grauedine ſiue
impoſita ſiue imponenda & ab omnibus alijs
oneribus ſolitis & inſolitis ordinarijs & extraor
dinarijs ita ſcilicet ut dictus dominus Capitane
us non teneatur ad aliquas expenſas &c. ergo
ex dictis clauſulis in inſtrumentis prædictis ap-
poſitis colligi poteſt dictos contractus eſſe fœne
ratitios, ut per Beroium conſi. 168. numero 11.
uolum. 1.
Quinimmo non tam ex coniecturis quàm ex
certis atque indubitatis probationib. colligitur
hos omnes contractus de quibus agitur fuiſſe
fœneratitios. Namque dicti domini officiales aſ
ſerũt ſe emiſſe oleum a Roccho libris tredecim
exemptum ab omnibus uectigalibus & expenſis
in quodli-

in quodlibet centennarium quę quidem aſſerta emptio vt patet ex prædictis contracta fuit, eo tempore quo olei centenarium quindecim libris eſtimabatur, poſtremo uero ijdem officiales retrouendiderunt eidem Roccho dictum oleum ita tamen ut in ſingulas centenas libras ſoluere Rocchus deberet libras decem & ſeptē ut patet ex inſt. facto die 2. maij 1567. ex qua quidem retrouenditione maiori præcio contracta quā prima emptio facta eſſet colligitur manifeſte contractum eſſe uſurariū. quando enim quis
8 † petit ſibi plus reddi quàm numerarit, tunc indubitata præſumptio exoritur eum uſuram cōmittere uoluiſſe ut per Steph. Bertrand. in conſi. 170. nu. 7. uol. tertij parte priori.

9 Nec obſtat † uſuram ſolumodo in contr. mutui committi uideri quia ut per Soci. iun. conſ. 66. num. 4. uol. 2. & conſ. 83. nume. 19. eodem 2. uol. quia reſpondetur uſuram ſæpe etiam reperiri in contractibus emptionis & uenditionis ut per D. Antoninum Archiep. Flor. in ſumma in tractatu de uſur. cap. 2. §. 1. num. 2. in quocūque enim genere contractus ſub quacunque uerborum conceptione poteſt uſura committi ex deprauata intentione contrahentum, ut in contractu emptionis & uenditionis. c. ad noſtram. c. in ciuitate c. conſuluit & c. fi. de uſuris nec refert an ſit contractus mutui ueri, uel ficti ſeu præſumpti quando ſcilicet contractus quoad ſui formam eſt contractus emptionis, ſed ficiè & impropriè propter malam creditoris intentionem cenſetur contractus mutui gloſſa & Henric. Boich. in c. in ciuitate de uſu. & Beroius in conſ. 168. num. 12. & nume. 16. & nume. 28. uol. 1.

Ego Ant. Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Statuentium finis principaliter attendi debet.*
2 *Nomina, iura, & actiones ſunt quadam tertia ſpecies bonorum, quæ loco non circunſcribuntur.*
3 *Verbum, ſumma ſignificat quantitatem.*
4 *Corpus eſt, quod loco circunſcribitur.*
5 *Reſeruatio nihil addit, nec tribuit ius de nouo, ſed tantum quod habetur de nouo conſeruat.*
6 *Illatio non fit ex diuerſis.*
7 *Probatio non concludens reijci debet.*
8 *Dare inutiliter, & non dare, paria ſunt.*

CONSILIVM XCVIII.

In Dei nomine.

MVLTVM magnifice domi. Commiſſarie Ciuitatis Piſarum plurimū honorande in cauſa quæ corā multum magnifica dominatione ueſtra vertitur, inter ſer Iacobum Bizzarium notarium & ciuem Piſarum procuratorem Illuſtriſſimi Domini Alberici principis Maſſæ agentem ex uno latere, & Clementem Io. Baptiſtæ de Neruis procuratorem Vincētij Caprilis de Calci ſe defendentem ex altero. Vidi petitionem dicti ſer Iacobi petentis ſibi licentiari ſequeſtrum. Vidi etiam reſponſiones & exceptiones dict. Clementis cum deliberatione ſeptendecim reformatorum ſtatus Flor. & reſcriptis & alijs quæ mihi exhibita ſunt. Idcirco omnibus quæ conſiderari oportuerat diligenter conſiderans Diuino nomine repetito conſulo dico & refero partes multum magnificæ dominationis veſtrę fuiſſe, & eſſe ut declaret pronuntiet & decernat dict. ſer Iacobo nominibus quib. agit licentiandum & relaxandum fuiſſe & eſſe ſequeſtrum olim factum in manib. D. Alexādri Pollalionij de quo in petitione d. ſer Iacobi d. ſer Iacobū dictis nominib. & dict. Clementem. Neruium procuratorio nomine eorū ad quos res ſpectat iuxta tradita per Alexandrū & alios in l. nulla dubitatio. C. de procurator. ab expenſis litis abſoluendos fuiſſe & eſſe propter probabilia iuris dubia & rationes quę animū noſtrum mouerunt & mouere debuerunt omni meliori modo &c.

Inducor autem ad ita dicendum & referendum rationib. potiſſimum infraſcriptis.

Primo quia hęc immunitas & exemptio non conceditur hominibus Piſanis, ut oſtendunt uerba deliberationis ſeptemdecim reformatotorum Flor. ſtatus in qua quidem deliberatione dicitur quicunque in futurum ibit ad habitādum Piſas aut loca eius olim comitatus, aut terram Liburni dum in illis locis, uel eorum aliquo habitabit intelligatur habere pleniſſimam ſecuritatem, pro omni condemnatione pecuniaria, uel membri: item ſint ſecuri in dicta ciuitate Piſarum & eius comitatu & terra Liburni illi qui ſic illuc irent ad habitandum pro quocūque debito publico & priuato dum illic ſic habitabūt. non comprehendat tamen hæc ſecuritas conceſſa ꝑ debitis Piſanos neq; habitatores aliquorum dictorum loc. quæ ſanè uerba quod attinet ad rem noſtram apertè demōſtrant Piſanos & exteros qui Piſas incolunt, non poſſe in cau-
1 ſis ciuilibus frui dicta exemptione † Liburni quoniam cum finis principalis dictorum reformatorum qui attendi debet Bart. l. ambitioſa num. 19. ff. de decret. ab ord. faciend. ſolummodo fuerit concedere has exemptiones ut ciuitas Piſarum & terra Liburni repleātur habitatoribus ut patet ex dicta deliberatione & ex diplomatibus

bus dictarum exemptionum, conſequens eſt ut
dicamus diſplicuiſſe reformatoribus Piſas dere
linqui ut habitaretur Liburnum, uel contra, ne
alioquin contingeret ſpoliari unum altare, ut
aliud operiatur contra l. fi.§. ſed, & ſiquis ubi
Bal. 3. col. uerſic. nota quod non debet C.com
mũ.de legat.& Gloſſ.in authen.quomodo opor
te. Epiſc. §. ſed neque & in c. cum cauſam de-
præbend.& Iaſ. in l.cætera §. idem quærit num.
22.ff.de legat. 1.

Atqui dictus Vincentius Caprilis familiari-
ter habitauit ciuitatem Piſarum & fuit ciuis Piſa
nus ut conſtat ex fide Mag. Cancellarij commu
nis Piſani mihi exhibita. igitur Vinc. frui nõ po
terat dicta exemptione Liburni.

Secundo poſito, & non dato, ut hæc exem-
ptio concederetur Piſanis tamen in caſu pro-
poſito non competijſſet dicto Vinc. quia hæc
exemptio prodeſt tantum quoad bona, & res
quas dicti excẽptionati haberent in locis in qui-
bus impetrauerunt exemptiones, ut manifeſtè
uolunt uerba dictæ reformationis ubi dicitur
hæc ſecuritas concedatur ut dictum eſt in perſo
nam, ſed quoad bona ſit conceſſa ſolum pro il-
lis bonis quæ habebunt in aliquo dictorum lo-
corum illi qui ea loca ibunt ad habitandum. At-
qui bona in quibus factum eſt ſequeſtrũ, & quę
Vincentius conabatur defendere uirtute dictæ
exemptionis non ſunt bona ſita Liburni ubi cõ
ceſſa eſt exemptio, ergo, &c. inde autem oſten
di poteſt ea bona non eſſe ſita Liburni nec eiuſ-
modi in quib. dicto Vinc. competijſſet exem-
ptio quoniam aut nos conſideramus illos cen-
tum ſcutatos in quibus eſt factnm ſequeſtrum
tanquam creditum & nomen, ſeu ius quod-
dam incorporale. & tunc non poſſunt dici bo-
na quæ ſint, uel habeantur, ſeu poſſideantur Li-
2 burni, quia † nomina iura, & actiones ſunt tertię
quædam ſpecies bonorum quæ loco non circũ
ſcribuntur, Panormit. in c. nulli, colu. 2. uerſic.
ſed eſt dubium, de reb. eccleſiæ non alienand.
Bart. in l.ſolent, §. non uero, col. fi. ad fi. num. 8.
ff. de offic. proconſ. Decius conſ. 337, num. 1.
& 2. & Pariſi. conſ. 96. nume. 15. uolu. 2. & Ant.
Maſſa, Galleſ. in tract. ad formulam Camer. ob-
ligat. q. 3. num. 5. ergo dicta nomina tanquam il
la quę Liburni non ſunt non habent exemptio-
nem præallegatam.

Aut uero nos accipimus hoc centum ſcuta-
tos non tãquam nomina, uel iura incorporalia,
ſed tanquam ſummam, & quantitatem, ut ſuade
re uidentur uerba ſequeſtri, dicentis pro ſum-
ma, & quantitate, ut ſæpiſſimè in actis legitur. &
tunc certum eſt dicto Vincentio uti tali exem-
3 ptione non licuiſſe, quia uerbum † ſumma, ſigni
ficat quãtitatem l. ſcire debemus. ff. de uerb. ob-
ligation. l. in fraudem, §. fiſcalibus, ff. de iure fi-
ſci quantitas autem refertur etiam ad corpora,
4 l. quiſquis. ff. de leg. 3. & † eſt corpus quod loco
circumſcribitur, & alicubi eſt. quandoquidem
omnia corpora ſenſibilia ſunt in loco, ut per Ari
ſtot. lib. 1. de coelo c. 7. & phyſic. 3. cap. quinto.

Quamobrem cum dicta ſumma ſit Piſis apud
dictum Dominum Alexandrum Pellaleonem
non autem Liburnij, ubi bona habent exemptio
nem, firmandum eſt, in dicta ſumma Vincentio
prædicto exemptionem non competijſſe, quem
admodum niſi aliud obſtaret competijſſet ſi di-
cta quantitas reperiretur Liburni.

His ita ſtantib. non obſt. reſcriptum Sereniſ
ſimi Magni Ducis quod emanauit die 16. Nouẽ-
bris 1569. in cauſa cuiuſdam Petri a Roſignano
quo nititur procurator dicti Vincentij, quaſi re-
ſcriptum illud in quo dicitur ſi iſte uerè habitat
Liburnum, ſeruentur ei & alijs exemptiones: ui-
deatur oſtendere exemptiones Liburni compe-
tere etiam Piſanis hominibus cuiuſmodi erat di
ctus Petrus cui reſcriptum iubet exemptiones
ſeruari.

Reſpondetur enim illo quidem reſcripto ca-
ueri, ut aſſiduis eorum locorum habitatoribus
exemptiones quæ eis conceſſæ ſunt conſeruen-
tur; nihilominns per illud reſcriptum de nouo a-
5 liæ non cõceduntur, quia † reſeruatio nihil ad-
dit. l. ſi in conditionem. §. 1. ff. commun. pręd. l. ſi-
quis legauerit 1. vbi doc. ff. de legat. 1. Nec tri-
buit reſeruatio ius de nouo; ſed tantum, quod
habetur de nouo conſeruat. l. eleganter, in prin.
ubi not. ff. de pignor. act. Bart. in l. vltima, cod. ti.
l. ſi debitor. §. in uenditione. ff. quib. mod. pign.
uel hypoth. ſolut. Marcus Antonius Natta con-
ſi. 636. nu. 197. 198. 199. vol. 3. Præterea licet cõ-
firmatio priuilegiorum ea quę valida ſunt reno-
uet & eorum obſeruantiam excitet, ut per Alex.
conſi. 33. incip. Ponderatis, colum. 4. volum. 5. ta-
men confirmatio niſi aliud appareat nihil noui
inducit Boc. in deci. 172. nu. 25. par. 1.

Quapropter reſcriptum præallegatum, nec
Petro a Roſignano prędicto nec alijs tribuit no 8
uas exemptiones; ſed tantum eis conſeruat illas
quas dicta lex ſeptemdecim Reformatorum
antiquitus tribuebat. Cuiquidem legi non eſt
derogatum. Id quod patet primo, quia tale reſcri
ptum non habet clauſulam (non obſtãte) ſicuti
ad tollendam legem requiritur Bat. l. vlt. C. ſi cõ
tra ius, uel publ. vtil. Bald. in auth. hoc inter libe-
ros. C. teſt. & in l. oẽs col. 1. C. de præſcr. 30. ann.

Secundo comprobatur, quia non illud age-
bat Sereniſſimus Magnus Dux in eo reſcripto,
ut legem tolleret, vel nouas exemptiones conce
deret quia ibi non diſputabatur an ualuiſſet, uel
non ualuiſſet ab initio dicta exemptio, ſed prę-
ſupponebatur uti firmum exemptionem ualere,
quę res comprobatur quoniam reſcriptum ca-
uet ne exemptiones rumpantur ergo in eo præ
ſupponebatur, eas ualere arg. l. nã & ſi ſub cond.
§. poſt defectum. ff. de iniuſto rupto & irr. fa. te.
in propoſita uero ſpecie ſecus eſt. propterea
quod in caſu noſtro exemptio conceſſa à dicta
cõmunitate Liburni ab initio fuit inualida, nec
poteſt prodeſſe Piſanis, & non iure a dicta com
munitate d. Vinc. conceſſa fuit quia lex dictam
6 exemptionem Piſanis denegat, igitur † ex diuer
ſis non infertur l. 4. Papin. exuli. ff. de minor l. na-

turaliter

turaliter, §. nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſſ.

Nec ob. reſcriptum Ser. Magni Principis emiſſum ad ſupplimentum Illuſtriſſimi Principis Maſſę in quo dicebatur exemptiones Liburni eſſe claras ideoque Commiſſarium ciuitatis Piſarum de illis cognoſcere eaſque ſeruandas eſſe iubere debere, quaſi huiuſmodi reſcriptum oſtendat clari iuris eſſe Vincentio Caprili competiſſe exemptiones prędictas. Reſpondetur enim Sereniſſimum Magnum Principem non ideo reſcripſiſſe claras eſſe prædictas exemptiones quòd conſtaret eas Vincnet. competijſſe, ſed quoniam exiſtimauit eas adeo claras eſſe ut non oporteret controuerſiam earundem exemptionum decidi debere ab officialib. montis, uel à Sex uiris curiæ mercatorum ciuitatis Flor. ut in ſupplicatione petierat Illuſtriſſimus Princeps Maſſę & propterea Sereniſſimus Princeps noſter quæ hanc controuerſiam dictis officialibus decidendam committi denegauit; reſcripſit uideat Commiſſarius Piſarum exemptiones quę ſunt claræ; non tamen dicit eas eſſe claras in fauorem dicti olim Vincentij, ut ille interpre-
7 tabatur †et propterea illa probatio tanquam non concludens, reijci debet l. non hoc. Cod. unde cognati capitu. in præſenria extra de probationib.

Nec obſt. Antianos communitatis Liburni, & Conſules maris hanc exemptionem d. Vincetio & alijs Piſanis concedere cóſueuiſſe quia ipſi concedunt eas iuxta diſpoſitionem dictæ deliberationis, ex intentione, vt valeant quantum valere poſſunt argum. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerborum obligat. idcirco ſi eas concedere non poſſunt, eorum conceſſio nulla eſt, quia
8 †paria ſunt nõ dare, & inutiliter dare. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo Bal conſi. 61. col. 1. volum. 4. Fely. c. ad aures colum. 2. de præſcript.

Non obſtat reſcriptum emiſſum anno 1549. quod ſi referatur ad omnia quæ in precib. continentur uidetur dicere quòd tales exemptionarii moleſtari non poſſint neque in perſona neque in bonis.

Reſpondetur. n. per hoc reſcriptum exemptionem quæ reuocabatur in dubium, confirmatam eſſe quo ad bona quæ poſſidentur in loco vbi impetratur exemptio & non quò ad bona alibi ſita alioquin ſi exemptio cenſeretur conceſſa quo ad omnia bona dicendum eſſet, dictum reſcriptum derogare iuri communi ad quod tamen referri debet Decius. c. quoniam nu. 16. de conſtitut. itemque dicendũ eſſet tale reſcriptũ derogare deliberationi ſeptemdecim reformatorum abſque appoſitione generalis, uel ſpecialis clauſulæ non obſtãte quod non eſt admittendum per ea quæ dicit Panorm. et alij in cap. nõnulli de reſcript. & Bened. Capr. in regula 46. nu. 23. & 24. & ita intelligi debent ſaluo ſenſu reſcribentis dicta reſcripta præſertim cum ſtricte accipi debeant Decius in rubrica de reſcript. numero decimoſexto.

Atque ex his & alijs quę ne longior ſim omitto ſtabiliuntur prędicta & propterea ita iuris eſſe arbitror & ita conſulo dico & refero ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. Odoardus. de ſolutionib. cui competat & cui non.*
2 *Ceſsionis beneficio qui non fruantur, & quod beneficium ſit.*
3 *Dolus in eo præſumitur, qui ſciens ſe non eſſe ſoluendo, multa debita contraxit.*
4 *Ceſsio bonorum non permittitur, niſi creditor inſtet debitorẽ detrudi uel ex communicari per iudicem.*
5 *Geſta per falſum procuratorem non tenent, reſpectu domini.*
6 *Diſpoſitione aliqua qui nititur, probare debet qualitates ab ea requiſitas ſeruaſſe.*
7 *Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum.*
8 *Error dicitur iuſtus in facto alieno.*
9 *Ratificatio geſtorum per aſſertum procuratorem retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*

CONSILIVM XCIX.

Diuino nomine implorato.

REVERENDE Domine Abbas iudex delegate plurimum honorande in cauſa quæ uertitur inter Santem Barachini de Nodica ex parte vna & D. Prioram & Moniales Venerandi Monaſterij S. Ioſephi de Piſis ſeu Presbiterũ Ant. Vpeſſinghum & presbiterum Gherardũ de Ceperellis earum aſſertos procuratores ex altera. Vidi proceſſum factũ tam coram Domino Vic. quàm poſtea coram donmino Franc. Perignano & deinceps coram Reuerenda dominatione ueſtra iudicibus delegatis à Reuerendiſſimo Domino Nuntio Apoſtolico, & diligenter & ſingillatim conſideraui & perpẽdi omnia quæ ad me tranſmiſſa fuerunt. Idcirco diuino nomine repetito conſulo dico, & refero partes Reuerendæ dominationis ueſtrę fuiſſe & eſſe ut decernat declaret & pronuntiet, prædictam D. Prioram, & moniales Sancti Ioſephi de Piſis & eorum aſſertos procuratores admitti nõ debuiſſe nec debere ad beneficium & remedium d. c. Odoardus.

Et tamen dictam D. Prioram & Moniales abſoluendas fuiſſe & eſſe ab omnibus expenſis in quacunque inſtantia factis; Reſeruandumq; nihilominus fuiſſe & eſſe ius experiundi atq; agendi prædicto Santi contra Præsbyterum Antonium Vpeſſinghum aſſertum procuratorẽ pro expenſis

expenſis quæ factæ fuerũt in hac lite uſq; ad vlti
mum illum diem incluſiue quo d. presb. Ant. tã
quam procurator comparuit in iudicium & pro
pterea per Reuerendum D. Franciſcum Peri-
gnanum iudicem a quo in omnib. a me ſupradi-
ctis bene fuiſſe & eſſe iudicatum in fauorem di
cti Santis & male appellatum per dictas monia
les & earum aſſertos procuratores omni melio
ri modo &c.

1 Ad hoc † autẽ dicendum atque ita conſulen-
dum & referendum inducor pręcipuè ex ratio-
nibus & cauſis infraſcriptis.

Etenim beneficium d.c. Odoardus. præfatis
monialibus non competijſſe & non competere
in pręiudicium dict. Santis inde oſtẽditur quòd
is admittitur ad remedium ceſſionis de qua lo-
quitur c. Odoardus. de ſolutionibus ut uoluit
gloſ. 2. & ultima, & ſentiunt ibi doct. ut ibidem
refert Panormitanus col. 2. in uerſic. in gloſ. 2.
qui ante omnia debitum agnouit, & faſſus eſt.
Cuius rei ratio aſſignatur quia niſi debitor ita
debitum fateatur, ut antea liquidetur quàm ceſ
ſionis beneficium concedatur facilè eueniret,
ut creditor uel propter temporis interuallum,
uel propter teſtium abſentiam ſiue mortẽ non
poſſet deinceps de credito ſuo docere ſi quan-
do fortè debitor ad pinguiorem fortunam ue-
niret ut eſt tex. in l. pen. ubi gloſ. ff. de ceſſ. bon.
Hoſtienſ. d.c. Odoardus in uerbo recognoſcen-
te & ibidem Io. And. col. 1. uerſ. in glo. 2. & Ab
bas antiquus eod. cap. uerſic. ueritas enim eſt.
Roffred. in tract. de ord. iud. rubric. de officio
iudicis quo curator datur bonis parte 5. num.
2. uerſ. eſt ſecundum neceſſarium & Panorm. d.
c. Odoardus col. 2. uerſic. in glo. 2. ubi Henric.
Boic. num. 11. & Antonius de Butrio num. 16. &
Imola num. 10. & ibi etiam Guid. Papæ col. 1. in
princ. & col. 2. uerſic. quæro quæ requirantur;
ubi in tertio requiſito firmat, oportere, ut in
primis debitum agnoſcatur, & Bal. in §. fi. colu.
pen. uerſic. item quęro. Inſt. de action. Quæ cõ
cluſio ampliatur, ut fateri debitum opus ſit, etiã
ſi debitor bonis non ceſſerit ut per Panorm. d.
c. Odoardus col. fi. & Butrius ibidem num. 4. ubi
dicit duo requiri ut quis priuilegio inopiæ gau
deat: primum ut debitum recognoſcat, 2. ut cau
tionem præſtet de ſoluendo cum ad pinguiorẽ
fortunam peruenerit.

Quòd ſi debitor neque fateatur debitum ne
que neget tunc ad tale beneficium non admitti
tur, ut per glo. in l. 1. vbi Bal. in 2. oppoſitione. C.
qui bon. ced. poſſunt & Matth. Brun. tractatu de
ceſſione bon. q. 2. num. 6. At in caſu propoſito
dictæ Moniales & earum procurator prius ad
beneficium capituli Odoardus admiſſæ fuerunt
quàm debitum faterẽtur ut ex actis patet, igitur
tale beneficium eis de iure neque competit ne-
que competebat.

2 Secundo † ceſſionis beneficio non fruitur is
qui contraxit ſciens ſe non eſſe ſoluendo. Barto-
lus in l. alia §. eleganter. ff. ſolu. matr. nam ceſſio
nis beneficium eſt remedium miſerorum non
ſubſidium doloſorum. l. fi. §. fin. ff. quæ in fraud.
cred. l. pen. ff. de iure dot. Imola. d. c. Odoardus.
colum. 3. nu. 14. de ſolution. Aloyſ. de Alb. ſing.
90. incip. beneficio ceſſionis Narta conſilio 361.
nu. 7. par. 2. Matth. Brun. de ceſſione bon. quæſt.
3 5. quartę quęſtionis princip. nu. 3. Et † certũ eſt,
dolum præſumi in eo qui ſciens ſe non eſſe ſol-
uendo multa debita contraxit, Paul. de Caſtro
in l. etiam §. 1. in fi. ff. ſolu. mat. Alcia. in cap. cum
non ab homine num. 77. extra de iudic. Io. Bapt.
Ferrett. conſi. 144. num. 4. & Plotus in l. ſi quan-
do num. 179. verſi. ſic & contrahens æs alienum.
C. vnde vi. At moniales prædictæ dum cum San
te tale debitum contraxerũnt ſciebant ſe tot in
bonis non habuiſſe unde trium menſium ſingu
lis quibuſque annis alimenta perciperent. Itẽq;
optimè nouerant grandæ æs alienum confla-
uiſſe ut colligitur ex dictis teſtium ad earum in-
ſtantiam examinatorum ſuper 2. & 3. cap. igitur
ad beneficium. d. c. Odoardus admitti non de-
4 bent, † pręſertim cum bonorum ceſſio non per-
mittatur niſi creditor inſtet debitorem detrudi,
vel excommunicari per iudicem quod hic peti-
tum non fuit iuxta ea quę dicit Boerius in deci-
ſi. 349. nu. 8. ver. unde tunc ſecundum & verſ. ſic
etiam debitor parte 2.

Tertio Moniales obtinere nõ poſſe inde con
ſtat quòd hi qui bonis cedunt ſecundũ formã
d. c. Odoardus tenentur pręſtare iuratoriam
cautionem qua promittere debent ſe ſoluturos
ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint Cyn. in
l. 1. nu. 5. C. qui bon. ced. poſſunt Alberic. in d.
Rub. C. qui bonis ced. poſſunt nu. 6. & habetur
in d. C. Odoardus vbi Henr. Boic. nu. 10. & ibi
Candin. Zaber. nu. 3. verſ. 2. opp. & Bertrand. cõ
ſil. 127. nu. 5. in fi. vol. 7. Roland. a Valle conſ. 7.
5 nu. 8. parte 2. Et † licet geſta per falſum procura
torem non teneant, reſpectu domini, nihilomi-
nus valere dicuntur quoad ipſum procuratorẽ
de cuius legitimo mandato non conſtat Decius
conſi. 262. parte 2. num. 11. Et certum eſt eum
dici falſum procuratorem cuius mandatum le-
gitimum non apparet. l. licet. C. de procurat. c. 1
extra eodem. & Ioan. de Anan. conſ. 95. Viſo du-
bio num. 1. Boerius deciſ. 274. num. 5. ver. & tũc
ſi non conſtat. & c. ex parte vbi Antonius de Bu
trio de reſcript. At iſtę moniales formam huiuſ-
modi non ſeruarunt ut ex actis patet igitur ad
6 beneficium illud admitti non debent. † quoniã
qui diſpoſitione aliqua nititur is probare debet
qualitates ab ea requiſitas ſeruaſſe argumento
eorum quæ dicit Bartol. in l. 1. §. prætor ait. ff. ne
quid in flum. publ. Idem Bar. in l. nõ ſolum. §. ſed
& probari. ff. de ope. nou. nunt. & in l. non igno-
rat, C. qui accuſ. non poſſunt Soc. conſ. 55. inci-
pien. præſtantiſſime doctor in princ. 1. vol. Dec.
conſ. 626. num. 4. parte 5. & conſ. 560. parte 4.
cum ſimil.

Abſoluendas autem diximus moniales ab
omnibus expenſis in quauis inſtantia factis re-
ſeruandumque tamen fuiſſe, & eſſe ius agendi
dicto Santi cõtra presbyterum Antoniũ Vpeſ-
ſinghum

confinio porticus ſuperare dicatur. Reſpon-
detur enim uerius dici poſſe ſtatuti qualitates
non uerificari, quia ſtatutum concedit ius con-
grui his, qui domum habent, circa, uel iuxta do-
mum quam alius uendere uolet; cumque in
emptione uicinum potiorem eſſe ſtatuit, qui a
maiori parte, & quantitate dictæ domui confi-
nis eſt, ut ſuadent illa uerba ſtatuti circa, vel iu-
xta quam &c. & alia uerba, & ille confinis &c.
Atqui Zaccharias quo ad id quo ſe ſuperare aſ-
ſerit Dominum Vincentium non poteſt ſe po-
tiorem ideo appellare, quòd habeat domum
circa, vel iuxta domum de qua controuerſia eſt;
ſed quòd domum poſſideat circa, uel iuxta par-
ticulam, quæ domui prædictæ adhæret. In eo igi
2 tur non habent † locum verba ſtatuti conceden
tis ius congrui, & propterea non debet habere
locum, eius diſpoſitio. argumento. l. quartę. §.
toties. ff. de damno infecto. Verum potius dici
poteſt in eo locum habere alia uerba ſtatuti,
quæ dicunt in paribus autem ſit electio uendi-
toris &c. quæ demonſtrant, data paritate confi-
nium, licitum eſſe uenditori uendere cui uo-
luerit.

Non poſſe autem Zaccheriam potiorem ſe
in confinibus clamitare quòd domum finiti-
mam habeat dictæ particulæ, ex eo patet, tum
quòd porticus eſt quid diuerſum a domo. l. cæ-
tera. §. ſenatus. ff. de legatis primo. Tum etiam,
quia poſito, ut porticus domui coniuncta, appel
latione domus contineretur. l. meminiſſe. ubi
Bartolus, & Ioan. Oroſcius. ff. de off. proconſul &
Alciat. l. urbana prædia. ff. de uerborum ſignifi-
catio. Nihilominus non eſt ea domus de qua lo
quitur dictum ſtatutum, nec quo ad ipſum, pro
domo reputari debet, quia in his quę contra ius
commune ſunt modica non attenduntur, neq;
ulla eorum ratio habetur Dyn. Bart. in l. ſi pro-
prietarius. ff. de damno infect. Bar. in l. Scio. ff. de
in integ. reſt. min. Imola capit. de maioribus. de
præbend. Barba. conſilio trigeſimoquarto inci-
pient. illud in medium. columna quinta. libro
quarto. facit. cap. licet cauſam. §. quanquam, uer
ſicul. nulla, uel modica, de prob.

Atqui ſtatutum hoc quo cauetur uicinum
uendere compellendum eſſe uicino, eſt contra
ius commune, ut per Ioan. de Platea in l. fi. co-
lumna ſecunda. uerſicul. & facit hæc lex. C. de
præd. curial. libro decimo. Goffredus in cap. con
ſtitutus. de reſt. In integ. Bald. in tract. de iure
prothom. §. ſed pone quod quis. numero uige-
ſimoſecundo. ad finem. Dynus, Cynus, Faber l.
dudum. C. de contrahen. emptio. Alberic. de Ro
ſate libro primo ſtatutorum. Arnol. Ferron. in
conſuetud. Burdigal. libro primo. titul. ſecundo.
§. primo. de retractu pag. uigeſimaſecunda. Ca-
ſtrenſis conſilio ſeptuageſimoquarto. In cauſa
mota. columna penultima. uerſicul. uidendum,
eſt ergo. libro ſecundo. & conſilio ducenteſimo
quadrageſimonono, ſtatutum Paduæ. eodem li-
bro ſecundo. Romanus conſilio quadringente-
ſimo octuageſimonono incipiente. hoc quod
uicinus. Cæpol. cauſarum ciuilium. conſilio qua
drageſimotertio incipiente clariſſime. columna
ſecunda. Iaſon conſilio centeſimo nonageſimo-
quarto. columna prima. uerſicul. tertio concur-
rit. libro ſecundo. & conſilio ducenteſimo uige-
ſimoquarto incipiente principale. columna pri-
ma. uerſicul. prædicta. eodem libro ſecundo. De
cius conſilio ducenteſimo uigeſimoſecundo.
columna prima. & conſilio ducenteſimo ſeptua
geſimoquinto incipiente clariſſime doctor. nu-
mero decimo. uerſiculo ſupereſt. & conſilio tri-
centeſimo. Viſa petitione. columna ſecunda.
uerſicul. ſed maior eſſet. Ruynus conſilio ſeptua
geſimoſexto incipiente. circa caſum. columna fi
nal. uerſicul. præterea. libro primo. Pariſius con
ſilio octuageſimoſecundo. incipiente. pro ueri-
tate. columna prima. libro tertio. Socy. iun. con
ſilio uigeſimo incipiente. in propoſito numero
octauo, & nono. libro primo. Tiraquellus in tra
ctatu de vtroque retractu in præfatione. nume-
ro ſexageſimo, ſexageſimoprimo. & numero ſe-
xageſimoſeptimo. & ibidem de retractu gentil.
§. trigeſimoquinto. gloſſ. prima. numero tertio.
Villalob. in lib. commun. opinio. in uerbo, retra-
ctus. numero quinquageſimooctauo. & Arn.
Ferron. dicto titul. ſecundo, de retract. pag. uige-
ſimatertia. Ioan. Igneus in l. dudum. C. de contra
hend. emptio. Igitur quod attinet ad hoc ſtatu-
tum modica hæc domuſcula, ſuper hac particu-
la conſtructa non debet attendi, neque pro do-
mo reputari debet, & perinde eſt, ac ſi quo ad ip
ſam particulam, a maiori parte, uel quantitate
Zaccharias non eſſet confinis. Quemadmo-
3 dum † in materia iuris prothomiſæos non de-
bere attendi modica. firmat gloſſ. & Angel. in
Authentic. de hæred, & falcid. §. hinc nobis. &
Mat. de Affl. in tract. iuris prothom. §. 6. in ſect.
ſed iterum quæro. nu. 9.

Nec obſtat dum Dominus iudex dicebat,
conſtitutionem Friderici, de iure prothomiſeos
eſſe quidem contra communes regulas iuris,
ut ſentiunt doctores ſupra proximè per me al-
4 legati, ſed tamen eandem conſtitutionem † de
iure prothomiſeos eſſe ius commune, & le-
gem generalem, quæ ab omnibus ſeruari
debet.

Quoniam reſpondetur hanc eius differen-
tiam non ſubſiſtere; quippe, quæ ſecum ipſi
pugnat, dum præſupponit, congrui ius eſſe
contra regulas iuris communis, itidemque il-
lud ipſum eſſe ius commune.

Etenim illud quod eſt contra ius commu-
ne non poteſt eſſe ius commune propter re-
pugnantiam contrariorum. l. ubi repugnantia.
digeſtis. de regulis iuris. Negarique non po-
teſt conſtitutionem iuris prothomiſeos con-
tinere ius ſpeciale contra ius commune quo
diſponitur, ut Dominus non cogatur magis
uni quàm alteri rem ſuam uendere, ſed in quem
cunque uoluerit generaliter alienare, ei licere.

Q Lin re

l.in re mandata. C. mand, l.dudum. de contra-
henda emp, l.nec emere. C.de iure delib. ut per
Mat.de Afflict.in rub. de iure protom. numero
primo,ſecundo, & ſeq. Quæ quidem ſpecialita-
tis,ac priuilegij ratio fundatur, uel in fauore a-
gnatorum, uel conſortium, & vicinorum. Tira-
quel.de retractu gentil.§.25.gloſſ. 1.num.41.&
Matth.de Afflict. rub.de iure protomiſ. numer.
duodecimo. Pariſ.conſilio ſeptuageſimotertio.
numero 4.& numero 40.uolumin.3. Beroius in
conſue. Bituricenſ. de retractu gentil. §.primo.
uerſ.not. quòd in conqueſtibus fol.51.ubi egre
giè.Marc.Mantua in tract.de iure protomiſ.in l.
dudum.C.de contrahenda emp. uer.quo ad pri
mum. Et quanquam conſtitutio Friderici de iu
re protomiſ.ab omnibus generaliter ſeruari de
bet: non ob id tamen dicitur ius commune. Ne
que tuta eſt conſequentia illa quæ in hanc opi-
nionem impuliſſe uidetur Dominum iudicem
dum ita ratiocinabatur hoc ab omnibus ſerua-
5 ri debet, ergo eſt ius commune. † Quia etiam
priuilegia ſpecialia debent ab omnibus obſer-
uari, & tamen ius ſpeciale, & priuilegiarum
continent non autem commune. licet enim pri
uilegia reſpiciant utilitatem priuatam aliquo-
rum(debent tamen ab omnibus obſeruari,neq;
differt lex a priuilegio quo ad modum ligandi ſi
quidem quicquid legis ſtatuẽdæ cauſa princeps
facit lex eſt.§.fi.in Auth.de conſulib.& §.ſed qđ
principi.inſt.de iure nat.gen.& ciu. & §.omnem
perſonam.de ſchiſmat.in 6.l.neque Dorothæũ.
C.de decur.lib.10.Paul.Caſtrenſ.l.2. in princip.
quam coniungit eum.l.1.ff.de leg.And.ab Exea
c.1.de conſt. numero centeſimo trigeſimoquar
to. Quo fit ut priuilegia,ſpecialia iura remaneāt
licet ab omnibus cuſtodiri debent, & quamuis
quoad effectum ligandi reputantur pro iure cō
muni ſi iuri communi inſerta reperiantur. Dec.
cap. de cauſis.numero centeſimo. de officio de
legati.tamen ius commune non ſunt cum aliud
ſit eſſe tale, aliud vero haberi pro tali. gloſſ. in l.
mercis appellatione. ff. de verborum ſignifica-
tionibus.
6 Nec † obſtat dum dicit Dominus Iudex ap-
pellatione domus quod attinet ad ius congrui
comprehendi quoque domuſculam in qua uix
habitaret muſca,vt per Alexan. in l.ſi fundus.in
princip.columna ſecunda.ff.de legatis primo. ſi
7 cut † etiam fundus ex ceſpite terræ cōſtitui po-
teſt; quandoquidem ex deſtinatione patris fa-
milias dijudicatur.l.locus.§.fi. ff.de uerborum ſi
gnificatio.l.quod in rerum.§.quod ſi poſt. ff. de
legatis primo.cum ſimilibus. Quia reſpondetur
primo domum, & fundum conſtitui quidem ex
voluntate,& arbitrio patrisfamilias, qui pro ſui
animi captu ſtatuere poteſt,ut fundus, uſque ad
illam ſepem,uel maceriem protendatur. vel vt
domus ſit illius latitudinis longitudinis,& ſubli-
mitatis,ut habeat atrium,porticum, cellam uina
riam,aulam,thalamos, & alia prout quiſque edi-
ficator mente conceperit.Ariſt.ſecundo Politi-
corum.& d.l.locus.§.fi.ff.de uerb.ſignificatione.
cum ſimilibus. Vacon. a Vacu.libro quinto. de
clam.177. Verum illud tenaciter retinendum
eſt ſemper,& domum,& fundum, & cæteras res
artificiales ex ſuis ſubſtantialibus, & neceſſarijs
partibus conſtare debere, quæ non conſiſtunt
in hominum uoluntate,ſed catenus dicuntur cō
ſiſtere, atque durare quatenus durat aptitudo
ad finem ad quem factæ res ſunt; ita ut domus
eatenus dicatur domus,& fundus eatenus dica-
tur fundus quatenus,ut domus habitari quate-
nus ut fundus coli poſſit. Bar. in tract. de alueo.
§.quod ſi.num.19.& Nic. Boerius in rub. ff. de o-
peris noui nunciatio. nu.40.

Secundò reſpondetur tunc domum, & fun-
dum conſtitui dici deſtinatione patrisfamilias;
quando hęc deſtinatio apparet. Cęterum ſi non
appareret. & eſſemus in dubio tunc domus, fun
dus,nauis,& cæteræ res eiuſmodi,uel earum par
tes non ex uoluntate ſingulorum pẽderent, ſed
ex eo quod communiter,eſt conſtitutum. Aluq-
rus in rubric.ff. de legatis primo. numero deci-
moſeptimo. & nume. quadrageſimoprimo.do-
ctores in l.ſi inſulam. & in l. ita ſtipulatus. ff. de
uerborum obligatio.

Et quamuis Zaccharias ideò aſſerat ſe in con
finibus potiorem quòd illa particula inhæreat
domui ſuæ,& ipſe habeat aditum ad puteũ quē-
dam communem tamen hæc aſſertio nihil offi-
cit Domino Vincentio: qui conterminam cur-
tem habet illi ſolo, ſeu illi curti in qua particula
constructa eſt; Quapropter Zachariæ obijcien-
ti ſe eſſe in confinibus potiorem propter adhæ-
rentiam particulæ; iure reſpondet Dominus
Vincentius ſe illi eſſe, uel æquè,uel magis con-
terminum propter ſolum,ſeu curtem quæ finiti
ma eſt curti in qua particula erecta eſt. Et po-
ſito,ſed non dato,ut Zaccharias eſſet magis con
terminus,adhuc dico illam prothomeſim, illum
8 exceſſum,eſſe ualde modicum, † ut etiam ex a-
ſpectu loci liquidò colligi poteſt. de quo modi-
co iura non curant.l.ſi oleum. ff. de dolo. l. ſi ex
modica.ff.de bon.liber. Corſet. tracta. de mini-
mis.parte prima. numero decimoquinto. Tira-
quel.de iudicijs, in rebus exiguis ferend. uerſic.
his accedit. Præſertim in illa diſpoſitione, quæ
eſt contra ius commune. Antonius Corſet. di-
cto tractatu de minimis. parte ſecunda. colum-
na final. numero trigeſimoprimo. Tiraquel. di-
cto tract.de iud.in reb. exig. fer. columna final.
uerſicul. ex quibus plenè liquet.

Atque ex his opinor ſublatas eſſe rationes,
quæ Domino Vincentio negotium faceſſere ui
debantur. & proptereà ità de iure reſponden-
dum eſſe arbitror meliore ſententia ſemper ſal-
ua ad Dei Opt.Max. gloriam,& laudem.

Eg o Antonius Ciofius

SVMMARIVM.

1 Succumbens in cauſa reductionis, ſi conueniatur deinde ad pœnam, an potuit docere de iniquitate laudi, niſi idem iudex reductionis declarauerit laudum fuiſſe æquum, & iuſtum.

Et cui liceat opponere iniquitatem laudi. numero ſecundo.

3 Fraudib. & ſubornationib. eſt obuiandum.

4 Exceptio rei iudicata cui obſtet.

5 Cauſa eadem eſſe dicitur, quando in eá diſcutitur illud quod erat deſcurſum in primo, etiam ſi agatur ad rem diuerſam.

6 Laudi robur nil proficit ad pœnæ commiſſionem, ſed committi dicitur pœna, quia contraſit compromiſſo.

7 Qui venit contra promiſſionem, non poteſt ſe vllo pacto a pœna defendere.

8 Teſtes ſuper eiſdem articulis an iterum poſſint examinari.

9 Interuentu noua perſona an innouetur iudicium.

10 Contrauenire non liceat conuentioni iurata, niſi prius impetrata abſolutione a iuramento.

11 Habilia extrema ſemper ſunt præſupponenda.

CONSILIVM CI.

Diuino Implorato auxilio.

PRIMA dubitatio contra Dom. Paſquinum Putiani ſubtiliter excitata maxime aperiri poſſe uidetur ex in-
1 fraſcriptis. † Namque dum dicebatur. Succumbens in cauſa reductionis, ſi deinde conueniatur ad pœnam, docere poteſt de iniquitate laudi, niſi idem iudex reductionis declarauerit laudum fuiſſe æquum, & iuſtum. ut per Bar. in l. Iulianus verum debitorem. num. 7. ff. de cond. indeb. ubi etiam Iaſ. num. 22. & idem Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 15. & nume. 16. ad fi. ff. de uerb. oblig.

Atqui in propoſita cauſa reductionis, iudex non declarauit laudum fuiſſe æquum, ſed ſimpliciter pronuntiauit appellationem non deuoluere, neque deuoluiſſe cauſam; ergo Dom. Eliſabetha contra quam agitur ad pœnam poterit in hoc iudicio pœnali de iniquitate laudi docere.

2 Reſpondetur † in primis ſupradictam Bartoli, & ſequacium opinionem firmantium licere reo conuento ad pęnam, opponere laudi iniquitatem quando iudex reductionis, uel expreſſe iuſtum illud eſſe declarauit, vel ſimpliciter, ut euenit in caſu noſtro ſententiam protulit valde dubiam quibuſdam uideri propterea quòd non eſt cōſentaneum rationi, ut ille qui ſemel uictus eſt, poſſit iterum de eodem ipſo docere quod in
3 priori iudicio non fecit. ita enim † uia fraudib. & ſubornationibus teſtium aperiretur contra c. fraternitatis. extra de teſtibus. & propterea Alexand. in l. properandum. §. & ſiquidem. columna 3. uerſicul. & ſi dicatur. C. de iud. firmauit non licere illi, qui uictus fuit in iudicio reſciſſionis, rurſus in pęnali iudicio obijcere laudi ipſius iniquitatem. Quam quidem Alexand. opinionem Paulus quoque Leonius, qui in propoſita facti ſpecie delegatus iudex cum eſſet protulit pręallegatam ſententiam non uno in loco ſequitur uti cōſtat ex his quæ ipſe dicit in d. §. duo fratres. l. qui Romæ. numero 165. & numero 173. Id quod adeo uerum eſſe putat, vt nec etiam nouis cauſis poſtea superuenientibus & repertis liceat reſcindere rem iudicatam, ut in l. Imperatores. ff. de re iud. & l. ſub ſpecie, & l. 2. C. eod. tit. ut per eundem Leon. d. §. duo fratres. numero centeſimo ſeptuageſimoquarto.

Secundò poſito, & non dato, ut dicta opinio Bar. in l. Iulianus verum debitorem. numero ſeptimo, minime controuerſa eſſet, adhuc reſpondetur dictum Barthol. Theoriam Domino Paſquino nihil officere, ſed circa eam eſſe diſtinguendum: Namque aut ille, qui conuenitur ad pœnam ideo conatur eam euitare quòd dicat ſe ad pœnam non teneri, quia laudum eſt iniquum, & tunc ſuper iniquitatę laudi probanda in pœnali iudicio nō auditur, quia iam ſuper ea re impoſitum eſt ei ſilentium, & hoc caſu non habet locum doctr. Bar. præalleg.

Aut uero ideo nititur euadere pęnam quòd aſſerat, non quidem laudum fuiſſe iniquum, ſed ideo pęnam non deberi, quia ipſe habuit iuſtam cauſam litigandi, & credendi ſibi licere petere reductionem. Et tunc ſi reus fuit abſolutus, uel ſimpliciter, ut hic, uel expreſſe nimirum, quia laudum non fuit oſtēſum iniquum, eo ſanè caſu debet audiri, & probando ſe habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, & credendo ſibi licere petere reductionem, poteſt docere de iniquitate, quia tunc non venit rectà contra laudum quod facere non poſſet, quia ſuper eo, impoſitum eſt illi ſilentium, ſed uult probare iuſtam illam cauſam quæ illum mouet ad litigandum ſuper qua nullum ei ſilentium fuit impoſitum, nec repugnat, vt aliquando ſententia ſit iuſta, & tamen quis habeat iuſtam cauſam litigandi, & in hoc ſecundo membro diſtinctionis procedere poteſt doctrina Bar. in d. l. Iulianus verum debitorē pręallegato numero ſeptuageſimo. Quam diſtinctionem tradit Paul. Caſtren. numero quinto. verſi. ſed iſtud in d. §. duo fratres. l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. Eamq; refert, & ſequitur Crot. ibid. numero quadrageſimoſecundo. verſicul. ſecundo obſtat id. & Soc. iun. numero quinquageſimo. verſicul. limita hanc communem. d. §. duo fratres.

Atqui in propoſita ſpecie dicta D. Eliſabeth ſeu eius procurator in hoc iudicio pęnali non dicit ſolummodò ſe habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, vel querelandi, ſed addit præterea,

& aſſerit laudum eſſe iniquum, ut patet ex illius
exceptionibus factis in iudicio pęnali. ergo in
caſu propoſito non licet ei docere de laudi ini-
quitate, nec dici poteſt, nos uerſari in caſu do-
ctrinæ Bartholomæi in d.l.Iulianus. ſed in caſu
ualde diuerſo, ut dixi ex quo non licet inferre.
l.Papinianus exuli.ff.de minorib.l.naturaliter.§.
nihil commune.ff.de acq.poſ.

Rurſus non obſtat confirmatio in qua dice-
batur ideo licere Dominæ Eliſabeth. docere de
iniquitate laudi in hoc pœnali iudicio, atque in
eo non obſtare ſententiam latam in ptimo; qua
ſi hic ſit res, cauſa, & perſona diuerſa cum in pri-
mo iudicio ageretur de ſpecie certa nimirum de
fundo, de cauſa uenditionis, & de perſona Paſ-
quini, in ſecundo uero iudicio agatur modo de
quantitate pecuniarum, de cauſa ſtipulationis,
& de perſona fiſci, & conſequenter non concur
rat triplex identitas, ut requiritur. l.cum quæri-
tur.l.quantitas.l.& an eandem. ff.de exceptione
rei iudic.

4 Reſpondetur. † Quamquam non obſtat ex-
ceptio rei iudicatæ quando illud quod petitur
in ſecundo iudicio, non fuit plenè, ſed inciden
ter diſcuſſum, & cognitum in priori. l. a Diuo
Pio. §.ſuper reb.ff.de iureiurando. l. uendican-
tem.l.ſed & ſi exceptio.ff.de euict. cap.ueniens.
de teſtibus. Leon. d.§.duo fratres. numero du-
centeſimo ſexageſimoprimo. Tamen quando
in priori iudicio res eſt plenè diſcuſſa, & cogni-
ta non autem ſummariè, uel incidēter per uiam
exceptionis, & poſtea deducatur in ſecundo iu-
dicio, tunc ſanè id quod eſt plenè diſcuſſum in
priori non poteſt retractari, uel in dubium reuo
cari in ſecundo iudicio.d.l.qui Romæ. §.duo fra
tres.ubi doctores in quinta Bartol.oppoſitione.
hoc enim modo veniret contra ſententiam pri
mam quod ei facere non licet. l. peremptorias.
C.ſen.reſcin.non poſſe.Bar.d.quinta oppoſitio-
ne.ubi Iaſon numero quinquageſimo.Ripa nu-
mero uigeſimoſecundo.Bar.in l.ſecunda.§.1. ff.
de ui bon.raptorum.Socynus in l.naturaliter.§.
nihil commune.numero ſexto.ff.de acquirenda
poſſeſſio.Bartol.in l.prima.numero tertio.C.de
ord. iud. Crot. conſilio quinquageſimonono.
Panormitanus conſilio quinquageſimo. cum ſi
milibus. Quamobrem cum laudi Iniquitas, de
qua modo agere uellet dicta Domina Eliſabeth
plenè cognita fuerit in alijs iudicijs ab initio, ſe-
quitur, ut modò non debeat in dubium reuoca-
ri ſecundum prędicta.

Quo ſtante non obſt.tria illa requiſita defice
re, quia reſpondetur licet hic non agatur am-
plius de reductione, ſed de pœna; nihilominus
reſpectu ipſius reductionis ſemper agitur de eo
dem nempè de iniquitate laudi.Ideo cum ſuper
eo ſit lata ſententia non debet illud pręterea in
dubium reuocari ita in ſpecie reſpondet Soc.iu
nio.in d.§.duo fratres.numero quadrageſimo-
nono.uerſic.& licet nunc non agatur. ff.de uer-
borum obligatio. Quo fit, ut hic ſit rei identitas

5 quandoquidem † ſatis dicitur eſſe eadem cauſa
quando in ea diſcutitur illud quod erat diſcuſ-
ſum in primo etiam ſi agatur ad rem diuerſam,
ut per Paul.Caſtr.& alios in l.ſiquis cum totum.
numero ſecundo.ff.de exceptione rei iudica. Et
propterea cum eo reſpectu agatur ad eundem
effectũ, meritò obſtare dicitur exceptio rei iudi-
catæ. Bar.d.§.duo fratres.numero 6. & l.ſæpe. ff.
de excep.rei iud.& l.Iulianus uerum debitorem
columna ſecunda. ff. de cond.indeb.

Secundò non obſt.examinari poſſe teſtes ſu-
per eiſdem capitulis antiquis, quaſi uarientur
modus, & cauſa agendi, & res, & perſona diuer-
ſa interuenerit in hoc pœnali iudicio. doct.in c.
ueniens.& c.præſentia.de teſtib.& Iac.Phil.Por.
reg.lib.1. conſ.39.

Reſpondetur enim deueniendum modo nõ
eſſe ad aliquas probationes, quia hoc eſſet fru-
ſtratorium contra.l.hęc ſtipulatio.§.Diuus. ff.ut
legat.nomine cauea. Nam poſito etiam, & non
dato, ut laudum, uel nullum, uel iniuſtum eſſet ni
hilominus in caſu propoſito pœna deberetur.
6 †Dicitur enim pœna committi non ex eo quòd
laudum fuerit iniuſtum, quia laudi robur nihil
perficit ad pęnæ commiſſionem, ſed committi
dicitur pœna, quia contra ſit compromiſſo. Id
quod oſtenditur, quia quando promittitur pœ-
na ſi contra fiat iuxta tex. in l. continuus. §. ſi ut
aliquid.& in l.4.§.Cato.ibi pœna certæ pecunię
promiſſa ſi quid aliter factum ſit.& l. cum quid.
71.& l.qui Romæ. §. duo fratres ibi, & ſi contra
quis feciſſet &c. Tunc illius conceſſionis effe-
ctus eſt, ut per eam quis in pœnam incidat ſim-
plici, & nudo facto, & ſolo ipſo conatu, ideſt mo
dò quis de facto ſolum experiatur, & de facto a-
ctionem intentet modo faciat contra ea quæ in
principali ſtipulatione promiſſa ſunt ueluti cum
ſtipulor ne uis mihi fiat. l.ſi ſic ſtipulatus ſim. ff.
de uerbo.oblig. ſiue enim effectu ueniat contra
promiſſionem, ſiue de facto, ideſt etiam ſi non
obtineat de iure pęna tamen commiſſa eſt. l.Lu
cius.§.tres hæredes.ff.ad Senatuſcon.Treb.Bar.
in l.ubi pactum.1.lectura.in fi.C.de tranſac.Alb.
num.50.& Leon.d.§.duo fratres.nume.175. ubi
7 dicit non poſſe † a pœna ſe vllo pacto defende-
re, qui uenit contra promiſſionem. Et ratio eſſe
poteſt, quia uerbis ſtipulationis ſolũmodo fuit
factum prohibitum unde contra promiſſionem
facit qui litem tantum intendit etiam ſi non ob
tineat, ſiue laudum contra quod agit ſit iuſtum
ſiue iniuſtum, refert enim ſe ad nudum factum,
non autem ad ius dum promiſerit non contraue
nire.Quapropter cum d.Do.Eliſabeth. promiſe
rit a laudo non appellare non petere reductio-
nem non ſupplicare, ut patet ex uerbis compro
miſſi proculdubio pœna dicitur commiſſa, ex ſo
la nudi facti contrauentione, ſiue laudum fuerit
iuſtum, ſiue iniuſtum, quoniam promiſſio illa non ad
ius, uel iniuſtitiam relata fuit, ſed ad merum fa-
ctum.igitur cum petendo reductionem, contra
nudũ factũ ab ea promiſſum fecerit pęna cõmiſſa

dicitur

dicitur,neque oportet docere de iniquitate lau
di,quæ eam a pœna non releuaret.

8 Quibus ita † ſtantibus non obſt. quando va-
riatur modus agendi, & cauſa, & perſona licere
teſtes examinare,quia contrarium eſt verius in
caſu noſtro, nam licet uarietur modus agendi
teſtes tamen non poſſunt ſuper eiſdem articu-
lis examinari, quia poſſet fortius timeri corru-
ptio,ut per Fely.in cap.fraternitatis. numero de
cimo.uerſicul.item limita, ibi tamen poſtea re-
uocat,& hoc idem tenuit Hoſtienſ.& Antonius
de Butrio in capitul.atteſtationes. numero deci
mo.uerſicul. quarto.cum ſequenti. de diſpenſa-
tio.impuberum. ubi dicit ſpeciale eſſe in cauſa
matrimonij,ut ſuper eiſdem articulis aliquando
teſtes examinentur,ut ſentit etiam Portius dicta
concluſione trigeſimanona. uerſicul. contra-
rium uidetur.

Nec obſt. hic adeſſe perſonam fiſci, quæ uide
tur mutare iudicium. quia licet adijciatur fiſci
perſona tamen non remouetur propter hoc,ſed
9 adeſt etiam prima perſona Paſquini, † interuen-
tu enim nouæ perſonæ fiſci hic nó fit aliqua no-
uatio,neque extinguitur prima perſona.argum.
§.præterea. inſt.quib.mod.tol.oblig. ſed potius
adijcitur perſona perſonæ.argumen.eorum,quę
habentur in §.planè.inſti.de inuti.ſtipula. & §.at
ex contrario.inſt.quib.alie.licet, uel non, ubi gl.
l.ſtipulatio iſta.§.alteri.in fi.ff.de uerborum obli
ga. vbi Paul.Caſtren. Pariſ. conſilio centeſimo
ſeptimo.parte tertia.numero nono. cum ſimili-
bus. item allegata per Dominum iudicem pro-
cedunt, ut ex eis colligitur, quando non obſtat
exceptio rei iudicatæ, in caſu uero noſtro exce-
ptio obſtat, ſecundum prædicta meritò dici po-
teſt dubitationem iſtam nihil officere.

Tertiò non obſt. magis communem opinio-
nem uideri, ut abſque abſolutione a iuramento
poſſit laudo contraueniri data enormi læſione,
ut per Iacob. Philip. Port. in 4. lib. concluſione
10 octaua. † Quia ad hoc reſpondetur verius eſſe
aduerſus conuentionem iuratam ire non licere,
niſi impetrata prius abſolutione a iuramento,ut
tenet etiam Ruyn. conſilio centeſimo ſeptimo.
numero decimoſeptimo.primo uolumine. & Ia
cobus Alba conſilio octuageſimoprimo.nume-
ro quinquageſimoquarto. & Ioan. Bap. Ferret.
conſilio centeſimo quadrageſimooctauo.num.
quarto, ubi amplius dicit mulierem quæ iurauit
non uenire aduerſus contractum audiri non de
bere ſi petat abſolutionem data etiam enormi
læſione ultra dimidiam, & atteſtatur hanc eſſe
communem.

Nec obſt. dum allegetur opinionem de qua
in dubitationibus agitur eſſe magis communé
ut dicere uidetur Portius dicta octaua cõcluſio
ne. Quoniam reſpondetur ſi diligenter animad
uertatur Portius non dicit iſtud. ſed dicit magis
communem eſſe opinionem, ut petatur redu-
ctio etiam ſi ſit iuratum non petere non autem
dicit communem eſſe opinionem, ut abſolutio
non petatur, ſed intelligendum eſt contra con
uentionem iuratam peti poſſe reductionem mo
do conceſſa ſit abſolutio a iuramento, quia
11 † præſupponenda ſunt ſemper extrema habilia.
l.qui teſtamento.in principio.ff.de teſtamen. ca
pitul.primo.de æta.& qual.libro ſexto. capit.in-
telligentia.de elect.cum ſi.

Atque ex his arbitror ſublatas dubitationes
per Excellentiſſimum Dominum iudicem ſubti
liter excitatas ſaniori iudicio ſemper ſaluo.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *A verbis legis, ſeu ſtatuti non eſt recedendum.*
Verba vbi ſunt clara, non eſt habenda quæſtio voluntatis; nec admittitur quæſtio iuris, vbi eſt caſus legis.
2 *Verbum, exercitium, quid denotet.*
3 *Legis natura eſt diſponere non pro vno actu, ſed perpetuò.*
4 *Dicenti incumbit onus probandi.*
5 *Verba legis cui non conueniunt, non conuenit etiam diſpoſitio.*
6 *Mercator quis proprie dicatur.*
7 *Argumentum a ſimili procedit.*
8 *Mercatorem non facit vnica negociatio, vel artificem.*
9 *Conſiſus auctoritate principis non debet decipi.*

CONSILIVM CII.

In Dei nomine.

TRIA obijci uidentur contra Domi-
1 num Gabrielem Maſtianum. † Pri-
mò quod a uerbis legis, ſeu ſtatuti
non eſt recedendum.l.quod conſti-
tutum.ubi Bar.ff.de milita.teſtamen.l.4.§.toties
ff. de damno infect. & ubi uerba ſunt clara non
eſt habenda quæſtio uoluntatis. l.ille aut ille. §.
cum in uerbis.ff.de legat. tertio. nec admittitur
quæſtio iuris. ubi eſt cuius legis. l. ancillæ. & ibi
gloſſ.in uerbo quæſtio, & Paul. Caſtr. numero
6.C. de fur.

Atqui lex Ducalis quæ dicit,ijs qui effectu per
ſe,uel per alios faciunt exercitium ſerici in ciui-
tate Piſarum laborando, uel laborari faciendo
ſerica dicta gratia,& immunitas concedatur: a-
pertè uidetur ſibi locum uendicare in caſu pro-
poſito,ubi Thomas Doctij Dom. Gabrielis de-
bitor ſe exercitio ſerici dediſſe fertur in eoque
ſe exercere non deſtitiſſe: & in matricula de-
ſcriptus eſſe pluresque telas ſericas confeciſſe
dicitur. ergo cum uerba legis aperta uidean-
tur non deberet hoc in dubium reuocari.

Verum ad hoc facilis videtur eſſe reſponſio

quandoquidem lex Ducalis quæ loquitur de eo
qui facit exercitium ſerici non poteſt habere lo
cum in caſu noſtro.
2 Quoniam verbum † exercitium quod tan-
quam ſæpius repetitum in d.l.Ducali attendi de
bet. gloſſ. in uerbo diœceſanis. clementin. pri-
ma. de iure patron. denotat frequentiam aſſi-
duitatem, & perpetuitatem dicti artificij, non
autem vnum, vel alterum tantum actum deſi-
gnat,ut per Corn. in conſ.40. lib.3. & Alex. in l.
Imperator.col.3.uerſ.extra gloſſ. ff.ad S.C.Tre-
bellia.& eſt communis op.ut atteſtatur Benuen.
Straccha in d.trac.de merca.num.8. par.prima.
3 Et confirmatur,quia natura † legis eſt,ut diſpo-
nat non pro uno actu,ſed perpetuo, ut per Tira
quel.in l.boues.§.hoc ſermone.ff. de uerb.ſigni
fication. in limitatione nona.numero ſecundo.
Atqui in propoſita ſpecie non conſtat de iugi,
& continuo hoc exercitio ,imò d. Dom.Gabriel
negauit dictum Thomam in tali exercitio aſſi-
duè ſe exercere; ipſe autem Thomas non do-
cuit,neque docere poteſt de huiuſmodi aſſiduo
& continuato artificio quemadmodum docere
4 deberet, quia † dicenti incumbit onus proban-
di.l.2.ff.de probatio.ergo verba dictæ legis non
conuenerunt caſui noſtro.
Et conſequenter cum artem non exerceat,
eo modo quo requiritur conſeqnens eſt,ut pri-
uilegijs, & immunitatibus artis frui non poſſit,
ut expreſſe declarãt Odoffred. Bar. Ioannes de
Platea in l.1.C.de collegi.libro vndecimo. & Ia-
ſon in l.ſcriniarios.numero 7.C. de teſtam.mili-
ta.& Bar.& alij in l.qui ſub prætextu. C. de ſacr.
ſan.eccleſ.Et Bertrand.conſ.53.num.5.volumi-
nis tertij. parte ſecunda. ubi dicit hoc maximè
procedere quando quis in fraudem matricula-
tur ne ſubeat onera, uel alleuietur alijs incom-
modis,talis enim nulla exemptione,uel gratia di
gnus eſt, qui per paucos illos actus non ſatisfe-
cit legi.arg.eorũ,quæ dicit Tiraq.d.§ hoc ſermo
ne. in 6. limitatio. numero primo. quæ ſanè lex
in caſu propoſito conceſſit hãc immunitatem in
fauorẽ ciuitatis,& ciuium, ut ex dictę legis proę
mio conſtat.argumen.eorum,quæ dicit Bar.in l.
prima.numero primo.ff.ad Senatuſcon.Maced.
& in l.fi.numero 3.ff. de hæred.inſt.idcirco non
debet hæc exemptio in odium ciuium retorque
ri,& prætextu artis ſerici conficiendæ non de-
bent ſuis creditis defraudari.& propterea patet
ex prædictis hãc primam obiectionem nihil ob-
ſtare, & potius in contrarium ualide repercuti,
5 & retorqueri, quia † cui non conueniunt uerba
legis non conuenit eius diſpoſitio. l. 4. §. toties
ff. de dam.infect.
Secundò contra Maſſianum objicitur eius
propugnacula non valde tuta videri quaſi licet
6 mercator † propriè non dicatur ille, qui unam
tantum facit negociationem, ut per Bar.in proę
mio digeſtorum.columna 3.numero 10. tamen
in hoc nulla ſit facienda vis, quaſi ideo ad rem
non faciat quòd lex ducalis non de mercatore
loquatur,ſed de exercente artem ſerici præter-
quam quòd in definiendo mercatore non actus
mercaturæ,ſed vulgi opinio attendi ſoleat.Bar-
tol.in dicto proœm.numero decimo.& Abb.ca
pitul.primo. columna final. numero trigeſimo-
octauo.de iudic.& Straccha de merca. dicta par
te prima.numero duodecimo.
Reſpondetur tamen Maſtiani præſidia vide-
ri firmiſſima, quoniam nihil referre an citatę
Theoriæ nominatim mentionem habeant de ar
te ſerici, & an lex Ducalis loquatur de mercato-
re, vel de exercente artem ſerici. Quia licet lex
Ducalis non loquatur de mercatore non pro-
pterea tamẽ ſequitur ergò quæ de mercatore al
7 lata ſunt nihil ad rem faciunt. †quandoquidem
ducta argumentatione a ſimili quod fieri poteſt
l. non poſſunt. ff. de legib. appoſitè dictum fuit
ſicuti mercator non efficitur quis per unam,uel
alteram mercationem ita non efficitur quis ſe-
ricarius,nec artem ſerici facere dicitur quis per
vnam, uel alteram telam quam fieri curauerit.
Et hac argumentatione a ſimili utitur in mate-
ria artificiorum Steph. Bertrand.dicto conſilio
quinquageſimo tertio.numero quinto. uolumi
nis tertij. parte ſecunda. ubi nominatim dicit
mercator niſi exerceat artẽ mercaturæ frui non
debet priuilegijs mercatorum. & ideo a ſimili
(inquit) ſi dicti præſenti monetarij (de quib. ibi
agebatur) artem illam non exerceãt hoc eſt mo-
netam non cudant habere non debent priuile-
gia monetarijs prędictus conceſſa. ut ibi per § fi.
Ergo licet dici poſſit aliud eſſe mercaturam ex-
ercere, aliud uero artem ſerici tractare tamen,
quia per ſimilitudinem conuenire poſſunt in eſ
ſentia ſecundum qualitatem. argumen. eorum
quæ dicit Ripa in l.Centurio.numero trigeſimo
primo. ff. de uulg.& pup.non eſt nouum, nec in
congruum uti de vno ad aliud argumentantur
doctores.Et aſſerta opinio uulgi pro nobis fa-
ceret,quia uulgus,ut notorium eſt mercatorem
vel ſericarium non appellat illum,qui uno,uel al-
tero artificij tantum illius actu foris quidem
eiuſmodi uult apparere intus autem illud agit
ſolummodo, ut exemptionibus præcinctus, &
circumſeptus ab ære alieno ſoluendo ſe liberat
Sed ex continuata, & frequenti artificij tracta-
tione aliquem in conficiendo ſerico ſe exercere
dijudicat.
Etenim homines quædam nomina nanciſcũ
tur ab unico tantum actu, ueluti adulteri homi-
cidæ proditoris appellationem. Quædam ue-
ro nomina acquirunt ab actuum frequentia cu-
iuſmodi eſt nomen lectoris,aleatoris, diſſipato-
ris & id genus reliquorum, & inter hæc connu-
meratur nomen mercatoris. ut per Baldum in
rub. C.de conſtitu.pecun.numero decimoſexto
& Alexander in l.Imperator.columnn.tertia.uer-
ſicul·addatis quod immo multa.ff. ad Senatuſc.
Trebellianum. & Benuen. Straccha tractar. de
mercatu.parte prima.numero decimo.uerſ. ſed
ut tedeam.

Tertiò

8 Tertiò † objicitur, quod dicimus unicam negociationem, uel vnicum actum non facere quẽ artificem, uel mercatorem; locum ſibi non uendicat ubi quis in matriculam receptus eſt, quaſi quando quis eſt matriculatus exempli cauſa pro mercatore ſufficiat unicum mercationis actum exercuiſſe dummodo non deſiſtat, ut dicit Bal. in d. rub. C. de conſt. pec. col. fi. num. 16. & Bertachin. in trac. de gabel. par. 7. nu. 48. Fel. in proce. Gregor. num. 45. Stracha trac. de merc. num. 10. & 65. par. 1. in trac. de merc.

Sed enim iſtud parum urgere uidetur. Nãq; reſpondetur, quod aiunt unicum actum ſufficere, vbi matricula exhibetur; intelligendum eſt ſana mente. procedit enim non quoad omnia, ſed quoad nudum nomen, & conſequenter, qui receptus eſt in album mercatorum etiam ſi unicam mercationem fecerit dicitur quidem mercator, uerum non abſolutè, nec uerè, ſed nudum nomen conſiderando, ut in ſpecie ſcriptum reliquit Bonus de curtili, qui ita prædictam opinionem Baldi, & cæterorum declarat in trac. de nobilitate. par. 3. num. 87. ubi dicit quod tradit Bal. in dicta rub. C. de conſt. pecun. intelligendũ eſt ſanè quo ad hoc, ut nudum conſequatur nomẽ mercatoris non, ut immediatè cum ſe mercatorem profitetur, & ſcribi curat in matricula illico priuilegio mercatoris potiatur, illud enim non habet, niſi ſucceſſu temporis in mercatura ſe exercuerit. Et eandem declarationem refert, & ſequitur Benuenut. Straccha in d. trac. de mercatu. par. 1. num. 10. uerſ. ſed & hæc Baldi. ubi dicit Bald. opinionem procedere quo ad hoc, ut quis nomen mercatoris conſequatur nõ quo ad obtinenda priuilegia, quia illis non fruitur abſque exercitij perſeuerantia. Quapropter fatemur eum, qui in matricula mercatoris, uel artis ſerici ſcriptus eſt etiam ſi unicum actum artificij exercuerit, dici quidem & appellari nudo nomẽ mercatorem, uel artificio ſerico deditum, uel ſericarium, & eſſe hominem de matricula; ſed iſtud nihil ad nos, quia nos non quærimus de nudo nomine id enim nihil eſt, ut dicit Lucas de Penna in l. 1. col. 1. C. de collegiat. lib. 11. lex enim Ducalis non concedit hoc beneficium matriculatis, ſed exercentib. artem ſerici. Verum quærimus an actu exerceat, & tractet ſericorum artem quo ad obtinenda priuilegia, & quo ad hoc ut frui poſſit exemptionibus conceſſis a d. l. Ducali ijs, qui exercent artem ſerici, ſcilicet actu, & aſſidue & uerè, non autem ijs, qui nudo nomine dicuntur de matricula ſerici. quod nudum nomen cum actu unico non tribuet priuilegia, ut dicit Bonus de Curtili, & Benueu. Straccha locis cit. cum conſocijs ab eo citatis.

9 Nec † me quicquam mouet quod aiunt admittendum non eſſe, ut quis confiſus auctoritate principis decipiatur l. 1. in fi. C. de his qui uẽ. æt. impetr. Accuſare enim oportet non principis beneficium, qui palam legem propoſuit, ſed Thomæ ipſius facilitatem, qui perperam legem interpretatus in tot pericula ſe conjecit, quod ſibi non alteri eſt imputandum, argumẽt. l. item Mela. in principio. ff. ad legem Aquiliam. & ex his arbitror uere dilui ea, quæ contra Maſtianum objiciuntur, & ita iuris eſſe arbitror meliore ſententia ſemper ſalua ad Dei laudem, & gloriam.

Ego Antonius Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Libri officialium a publicè deputatorum contra tertium, cum quo res acta non ſit, nihil probant.*

2 *Factum ſoluentis gabellam non poteſt tertio præiudicare in re, qua ſecundum acta non eſt.*

C O N S I L I V M CIII.

In Dei nomine. Amen.

QVONIAM audio contra Maſtianum noua dubia excitari, videlicet eius aduerſarium, probare conari ſe artificium ſerici exercere, per publicum librum matriculæ collegij ſericariorum ex quo dicitur apparere eum eſſe deſcriptum in pyctacio dicti collegij, & eiuſdem ſigno, ſeu marchio petias nonnullas ſignaſſe. Sed latebræ, quibus ſe occultare nititur non ſatis tutę uidentur; quia liber ille probat quidem eum eſſe matriculatum, uerum, iſtud nihil ad rem facit, quia lex Ducalis non dicit ſe impartiri ſuum beneficium matriculatis, ſed exercẽtibus artificium ſerici. Matriculæ uerò liber licet oſtendat petias illas eſſe ſignatas ob idque liberet illum a pœna quam forte incurrerent hi qui telas non ſignãt; non propterea tamen probat ille liber illum cuius nomine telæ ſignantur, in eo exercitio ſe exercere, vel telas eſſe illius cuius nomine ſigna-
1 tæ ſunt in præiuditium tertij, quoniam † libri officialium a publico deputatorum contra tertium cum quo res acta non ſit nihil probant, ut per Crauet. in tract. de antiquitate parte prima ſect. incip. quarto nu. ſeptuageſimoprimo. exempli cauſa ſi Publicanus in publico libro ſcripſit Sempronium ſoluiſſe gabellam emptionis talis domus, quam emit a Titio, proculdubio liber ille non probat Titium uendidiſſe do-
2 mum, quia † factum ſoluentis gabellam non poteſt tertio præiudicare in re quæ ſecum acta non eſt, nec ſpectat ad publicanum fidem facere de cõtractu celebrato uel de trãſlato dominio ſed ſolum de ſoluta gabella ſcripturam facere debet & circa dictam ſolutionem gabellę ei fides adhibetur ut per Alex. in conſ. 36. in 5. vol. & Imola in conſi. 96. & Deci. in cap. cum cauſam colum. 2. de probationib. & ſeq. Crau. d. num. 71. Cum igitur ad dicti officialis munus non pertineat adnotare cuius ſit dominium dictarum te-

larũ, ſed ſolũmodo an & quãdo ſignatę fuerint
ſequitur ut dictus liber matriculæ non faciat ali
quam fidem de exercitio uel dominio illius qui
telas ſignari curat & conſequenter an telę quæ
ibi ſignatæ deſcribuntur, ſint Tomę uel alterius
ſed ſolum oſtendit an &, quo tempore ſignatæ
fuerunt quia talis liber officialis probat ea tãtũ
quæ pertinent ad eius officium ut per Aretin. in
conſ. 33. Incipien. conſultatio in 1. dubio, & te-
net Craue. d. parte 1. ſectione incip. quarto nu-
mero 72. uerſic. quinto in tellige. Atque hæc
ſaluo. &c.

Idem Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Mercator quis dicatur.*
2 *Negociari ille non dicitur, qui ſemel atque iterum id facit, ſed qui frequenter.*
3 *Artifex & negociator quis efficitur per actuum frequentiam.*
4 *Verba cui non conueniunt legis, nec conuenit eius diſpoſitio.*

CONSILIVM CIIII.

In Dei nomine.

CAIVS ciuis Piſ. cum Sicilię contra
xiſſet æs alienum cum Maſtiano Pi-
ſano ciue, Piſas appulit ibique com
morans curauit in matricula artis
Serici ſe conſcribi. Poſteaque licet menſes circi
ter octo iam lapſi ſint, non effecit tamen ut plu-
res quàm tres telę ſeu petiæ ſerici texerentur.
Procuratores Maſtiani Piſis hoc creditũ exige-
re cupientes; contra prędictum Caium expe-
riuntur. Ille excipit ea de re ſe in hac ciuitate in
quietari non poſſe, propterea quòd priuilegijs
artificio ſerici tributis a Sereniſſimo Magno
Etrurię Duce cauetur eos qui Piſas ueniunt ad
exercendã artem ſerici & in eo artificio ſe exer
cent, ſecuros & liberos omnes eſſe debere ab
omni debito publico & priuato quomodocum
que antea contracto. Quib. ita ſtantibus ex me
quęritur an Caius prędictus frui poſſit his priui
legijs uidelicet ut a Maſtiano creditore non mo
leſtetur. Cui ſanè quæſtioni reſpõdens breuiter
dicendum arbitror Caium commodo dicti pri-
uilegij frui de iure non poſſe.

Quoniam lex Ducalis tribuens illud priuile
gium requirit, ut illi qui eo beneficio frui cu-
piunt in exercitio dictæ artis ſerici ſe exerceant.
Quę uerba deſignant frequentiam aſſiduitatẽ;
& perpetuitatem dicti artificij nõ autem unum
uel alterum tantum actum ſignificant argumen
to eorum quæ dicit Bart. in tract. teſtimoniorũ
1 num. 62. in uerbo † mercatorem ubi dicit, eum
qui ex aliqua cauſa mercatur, mercatorem dici
non poſſe ſed oportere ut perpetuo ad illud ar-
tificium ſe applicauerit. nec facit una mercatio
mercatorem ſed requiritur uſus exercitium, &
& perſeueratio ultra unam uel alteram negocia
tionem l. 1. §. 1. ubi gloſ. in uerbo omnes. ff. de
tributor. Bal. in rub. C. de conſtitut. pec. col. ult.
num. 16. uerſic. ult. quæro. & ibi Barbat. in addit.
in uerbo mercatorem & Ancharan. in c. cano-
num ſtatuta uerſic. quis dicatur de conſtitu.
2 Nec enim † negociari dicitur, qui ſemel, atq;
iterum id facit, ſed qui frequenter. Bertachin. in
trac. de gabel. par. 7. nu. 48. uerſ. 25. Bar. in proœ
mio digeſtorum. nume. 10. Bald. conſ. 495. uolu.
primo incip. ex nullo c. num. 2. Paulus Caſtrenſ.
conſ. 285. uiſo, & ponderatis. col. ult. num. 3. par.
prima. uerſ. nec obſt. Corn. conſ. 30. lib. 3. Alc. in
l. Imperator. ff. ad Treb. col. 3. uerſ. ex. gloſ. Dec.
in c. 1. de iud. 2. lec. nu. 115. ubi Rip. nu. 94. quæ
opinio communis eſt, vt atteſtatur Benue. Stra-
cha in tract. de mercatu. par. 1. num. 8. Quinetiã
quando priuilegium conceditur propter aliquã
qualitatẽ quæ cauſatur in homine ex facto ſuo,
verbi gratia ſi concedatur priuilegium artifici,
mercatori, uel negociatori, qualem quis ſuo fa-
cto ſe facit, tunc ſanè qui non exercet ſe aſſidue
in eo artificio uti non poteſt illo priuilegio, quia
3 † artifex, & negociator quis efficitur per actuũ
frequentiam non ex eo quod ſemel tantum ne
gocietur. Fely. c. clerici. col. 2. nu. 3. uerſ. conſide-
ra. de iud. per ea quæ dicit Bar. in l. legatis ſeruis.
num. 4. ff. de leg. 3.

Atque prædictus Caius, ut mihi proponitur
non ſe exercet aſſiduè in dicto artificio artis ſe-
rici, neque frequenter telis ſericis conficiendis
incumbit; ſed longo temporis interuallo unam
uel alteram perfici identidem curat, ne omnino
uideatur ceſſare. Igitur cum talis non ſit qualẽ
lex requirit conſequens eſt, ut ei non competat
4 huiuſmodi priuilegium, quia † cui non conue-
niunt uerba legis non conuenit etiam diſpoſi-
tio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & Bart. d. l. 4. §.
prætor. Fely. in c. nonnulli. col. antepen. de reſcr.
Cur. iun. conſ. 182. nu. 1. par. 2. Iaſ. conſ. 221. col.
prima. verſ. item licet auus. uol. 2. & Bellon. con-
ſil. 42. num. 11. & conſ. 53. num. 4. Atque in hanc
ſententiam eò libentius veni, quòd alia lege
municipali edita anno 1558. cauetur, iſtius gene
ris priuilegia illis ſolummodo impartiri debere,
qui ſexcentas libras ſerici ſingulis annis texue-
rint inter quos dictus Caius connumerari non
poteſt ſecundum prędicta. & propterea ita iuris
eſſe arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua ad
laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, & mulier ſi concurrant, quorum quilibet expreſſam habet hypothecam, qui prior eſt in tempore, præfertur in hypotheca expreſſa.*
2 *Tempus contractus eſt inſpiciendum, & initium obligationis, non autem tempus exiſtentię conditionis, vel*

...nis, vel aduentus diei.

3 Priuilegium quod conceditur principali competit etiam pro augmento.

4 Hypotheca quando cenſeatur extincta.

5 Hypotheca, quæ augmentum reſpicit, an vim ſuam operetur ante diem augmenti.

6 Contrahentes poſſunt dare legem contractui.

CONSILIVM CV.

In Dei nomine.

AMBROSINVS quidam, vt mihi proponitur, accepit a Domino Gabriele, anno 1558. Flor. 20. pro parte dimidia Florinorum 40. quos occupaturum ſe eſſe promiſit in exercenda fornace in qua lateres, calx & id genus reliqua coquerentur. Ad eamque rem conficiēdam, Ambroſinus operam ſuam cum furnacarijs inſtrumentis pollicitus eſt & agrū præterea aſſignauit a quo terra effoderetur ad lateres conficiendos. Rationemque ſumptuum & lucrorum quæ inter eos diuiderentur diligentèr ſe conſcripturum conſtituit. Alios uero floren. uiginti dominus Gabriel, facta dictæ fornacis prima coctione, ſe ſoluturum promiſit. Quæ omnia dictæ partes ſub rerum & perſonarum obligatione per ſtipulationem ſolemniter promiſerunt. Itaque eodē anno d. Dominus Gabriel ea de cauſa Ambroſino præterea numerauit bipartitò ſeu duab. ſolutionibus ſcutatos 9. & lib. unam quo commodius, lateribus alijsq; in dicta fornace coquendis incūberetur. Deinceps anno 1560. Raphael filius d. Ambroſini duxit uxorem D. Lucretiam, accepta dote quam ſoluto matrimonio Ambroſinus promiſit ſe reſtituere ſub obligatione heredum atque bonorū poſtea uero anno 1561. dictus Raphael nomine proprio & Ambroſini patris ꝑ quo de rato promiſit faſſus eſt ſe debitorem dict. Domin. Gabrielis librarum duarum & quadringentarum pro reſiduo tam ſortis, q̃ lucri dictæ fornacis. Et quoniam d. Raphael præſentem pecuniam non habebat in ſolutum dedit Dom. Gabrieli petias quaſdam terrarū. Nūc uero cū iam deceſſerit Ambroſinus, & Raphael, Dom. Lucretia eius olim vxor petit ſibi reſolui dotem, & ſpecialiter bona data in ſolutum d. D. Gabrieli aſſerens ea ſibi prius hypothecata fuiſſe. Quibus ita ſtantib. quæritur potiora ne ſint iura dictæ Dom. Lucretiæ, an uero dicti Dom. Gabrielis. Et rem breuiter perſtringēs arbitror iura fauere d. Do. Gabrieli, ſiue de ſorte, ſiue de acceſſione loquamur. Et in primis ad ſortem deueniens, quod attinet ad ſcutatos 29. & libram unam puto de iure reſpondendum eſſe pro D. Gabriele propterea quòd in propoſita facti ſpecie, vterq; videlicet Do. Lucretia in dote, & Do. Gabriel creditor in ſuo credito expreſſam hypothecam habet. Prætereaque Dominus Gabriel in ea eſt anterior, ut ex inſtrumentorum inſpectione patet iuxta præd. Quo caſu licet acerrime cadere digladientur interpretes, communis co-

1 rundem ſententia eſt, ut cum concurrit † creditor & mulier quorū quilibet expreſſam hypothecam habeat tunc qui prior eſt in tempore ille præferat in hipoteca expreſſa l. quoties utriuſque. ff. de regul. iur. & c. qui prior de regul. iur. in 6. & hanc opin. communem tenet gloſſa in l. aſſiduis C. qui potiores in pignor. hab. quam ſequitur ibi Bal. & Salyc. eamque ſequitur Ant. Neguſant. in tractatu de pignorib. & hypoth. parte 2. membro 4. num. 100. uerſic. ſed dubitatur ubi nunciat hanc eſſe cōmunem quod etiā atteſtatur Socin. iun. in l. 1. nume. 105. uerſic. ſed communis ff. ſoluto matr.

Quod uero pertinet ad alios ſcutatos undecim qui reliquū conficiunt ſummā totius ſortis 40. ſcutatorum in quibus expreſſa hypotheca Dominus Gabrielis prima fronte uidetur eſſe poſterior quaſi pro illis hypotheca non ante annu. 1560. fuerit orta quo ſanè tēpore Raphael ſe debitorem agnouit (ut ſupra dixi) quadrigētarum duarum librarum; Indicandum etiam puto dicto Domino Gabriele cuius hypotheca ſi rectè inſpiciatur reperietur anterior. Quoniam quoad dictos ſcutatos 11. qui portio ſunt ſupradictorum ſcutatorum quadraginta promiſſorū

2 ſub hypotheca expreſſa, non debet inſpici † tempus quo facta fuit recognitio debiti uel quo uenit dies uel quo extitit conditio numerationis faciendæ nimirum poſt primam uel facta prima fornarcis coctione qui ſanè ablatiuus facta prima coctione ſignificare ſolent conditionem l. atteſtatore. ff. de condition. & demonſtr. & doct. in rub. ff. ſol. matr. ſed inſpici debet tempus, & initium obligationis contractæ ad quod quidē tempus, hypotheca in die uel conditionalis retrotrahi ſolet. l. 1. l. potior l. qui balneum. ff. qui potiores in pign. hab. & Barto. in l. ſi filius in princ. ff. de uerb. oblig. Et Anton. Negoſan. in tracta. de pignori & hypoth. 8. parte membro 3. num. 1. & parte 5. nu. 14. & nu. 20. in 1. membro ubi dicit regulare eſſe ut in contractib. exiſtente ac purificata conditione mixta uel caſuali quæ non conſiſtit in poteſtate debitoris, hypotheca expreſſa retrotrahatur ad diē contractus & initium obligationis initæ & promiſſionis factæ. & illud tempus attenditur non autem tempus exiſtentis conditionis uel aduentus diei ergo licet hypotheca conſtituta ſub conditione uel in diem poſitam in cōtractu nō oriatur niſi eueniente die, uel exiſtente conditione, ut per Ant. Negoſ. d. tract. de pignor. d. parte 8. membro 3. num. 3. & parte 5. membro 1. nume. 14. Nihilominus, poſtquam eſt orta retrotrahitur ad diem obligationis natæ, & ad tempus factæ promiſſionis ſecundum prædicta. & propterea perinde eſt. ac ſi numeratio, & recognitio facta fuiſſet anno 1558. quo tempore primum dictus Dominæ Gabriel & Ambroſinus ſimul contra-

uenerunt

-xerunt dictam fornacariam ſocietatem.

Si uerò quęratur de acceſſionib: & lucris dictæ ſortis principalis, ſtatuendum puto, quoad hac acceſſiones, & lucra de quibus agitur nimirum a florenis 40. uſque ad libras 402. hypothecā Domini Gabrielis eſſe potiorem & anteriorem hypotheca Dominæ Lucretię. Quoniā in conuentione facta inter Ambroſinum & D. Gabrielem anno 1558. dicti contrahentes ea omnia ſeruaturos ſe promiſerunt per ſolemnem ſtipulationem ſub hypotheca & obligatione heredum atque bonorum quę promiſſio eſt ſimplex indeterminata & generalis ut per Veronenſem in l. princeps bonā in princ.ff. de. uerborum ſignification.

At qui hypotheca quę conſtituta eſt ſimpliciter et generaliter & quæ cōperit pro ſorte principali; dicitur etiam competere pro illius lucris, & acceſſionibus quę ſicut euenit in caſu noſtro debitę ſunt ciuiliter & naturaliter; ut per Bart. in l. ſolutum §. ſi in ſortem. ff. de pignor. act. ubi etiam Bal. & Anton. Negoſant. d. tracta. de pignor. parte 5. in 1. membro num. 10. uerſ. quinto quęritur. Ergo hypotheca conſtituta in dicto contractu facto anno 1558. pertinet etiam ad
3 prędictás acceſſiones & lucra quoniam †priuilegium quod conceditur principali competit etiā pro augumento Angel. in auth. de æqualit. dot. §. aliud quoque nu. 1. & Antonius Negoſant. d. tract. de pignor. parte 2. membro 4. num. 46. uerſic. ſexto amplia.

His ita ſtabilitis non ob. ſi diceretur hypothecam Domini Gabrielis extinctam fuiſſe per dationem in ſolutum, quemadmodum extingui ſolet, ut per Ant. Negoſ. d. tract. de pignor. parte 6. membro 2. num. 2. quia cum per adiudicationem acquiratur illi cui data eſt in ſolutum l. ſi prædiū C. de euict. non poteſt in re ſua quis habere pignus uel hypothecam l. neque pignus ff. de regul. iur.

4 Reſpondetur enim hoc †eſſe uerum quando res data ſolutum effecta eſt illius cui datur, irreuocabiliter & incommutabiliter; tunc enim extingui dicitur hypotheca. At uerò ſi res commutabiliter & reuocabiliter illius fieret cui data eſt, tunc perduraret adhuc pignus uel hypotheca, & poſſet ipſe creditor qui Dominus factus eſt ſe defendere contra debitorem, uel cauſam ab eo habentem. & Gloſ. & Saly. Bal. in l. 1. C. ſi antiquior credit. pignus uend. & Salyc. & Bal. & alij in l. 1. & in l. ſi potiores C. de his qui in prior. cred. locum ſucced. Et Auguſti. Beroius conſ. 46. nu. 10. 11. & 12. uol. 1.

5 Nō ob. etiam ſi obijciatur †hypothecam quæ augmentum reſpicit, uim ſuam nō operari niſi ex die augmenti ut per Bald. in l. ſi conſtante in uerſic. ibi iura C. de donat. ante nupt. Reſpondetur enim illud procedere in tacita hypotheca; ſecus uerò eſſe in expreſſa quæ pro augmento naſcitur hic a die contratus initi propter
6 † prouiſionem contrahentum qui poſſunt dare legem contractui l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de poſiti. cum ſimil.

Ego Ant. Ciofius.

S V M M A R I V M.

1 *Relatum cenſetur eſſe in referente.*

2 *Conſuetudo patrisfam. contrahentis eſt attendenda in contractibus.*

3 *Argumentum a uériſimili procedit.*

4 *Priuatus non poteſt mutare iuris diſpoſitionem.*

5 *Dependentia dicuntur pars eorum a quib. dependēt: & quæ ſit quæſtio dependens.*

6 *Occaſio remota quæ dicatur.*

7 *Quæſtio facti quid ſit: & quid quæſtio iuris.*

8 *Compromittentes cenſentur ſemper ſenſiſſe de quæſtionib. facti.*

9 *Partes an poſſint cogi ad compromittendum de liquidis.*

CONSILIVM CVI.

In Dei nomine.

LIS quæ uiget inter Io. Bap. de Schorno, & Attilium Gualandum nobiles Piſanos, uidetur mihi in carū litium numerum referenda, quas in pacto appoſito iuxta contractum locationis decidendas, & terminandas eſſe conuenerunt dicti contrahentes per nobil. Marianum de Caſcina ciuem Piſanum. Id quod breuiter rem perſtringens oſtendo. quoniam dictus Marianus facultatem habet iudicandi de omnibus litibus quæ orirentur ex dicta locatione, & ab ea dependentibus, ut patet ex uerbis pacti prædicti, ubi dicitur, & caſu quo inter dictas partes, naſceretur aliqua lis ex cauſa præſentis locationis, & dependenti ab ea, intelligatur cōpromiſſa in nob. Marianum Nic. de Caſcina ciuem Piſanum in quē compromiſerunt, & remiſerunt omnes lites quę durante præſenti locatione, & ex cauſa illius quō modocunque naſci poſſent inter dictas partes. & dicto Mariano nunc, prout ex tunc dederunt auctoritatem, & facultatem pleniſſimam decidendi, & dictas lites de iure, & de facto, & ſicuti illi placebat, &c.

Atqui lis quæ modò uertitur inter dictas partes peruenit ex cauſa dictæ locationis, & ab ea dependenti, igitur eſt è numero compromiſſarum. Inde uerò patet hoc prouenire ex cauſa locationis, & dependenti ab ea quòd illud de quo modò inter ſe controuerſantur dicti contrahentes uerſetur circa fructus cuiuſdam agri poſiti in communi Gabrij, qui quidem ager comprehenditur in dicta locatione, ut patet ex uerbis dicti contractus in quo dicitur, Attilium locare Ioan. Baptiſtæ omnia, & ſingula bona &c. poſita in cōmune Colognolę &c. quæ antea conducebat ab

ipſo

ipſo Attillio Ioſephus Gaocius & aliàs eidem Io
ſepho locata fuerint per Matthæum Petri de
Campilia per inſtrumentum rogatũ ſub die &c.
Atqui ager ille quem dicunt eſſe in commune
Gabrij eſt unus ex illis qui locatus fuerat ab At
tilio & Matthæo dico Ioſepho Guccio, ut patet
ex proceſſu & atteſtationibus dicti Attilij ſupra
6. cap. ergo continetur ſub contractu locationis
factæ Ioanni Bap. quoniam d. contractus initus
cum Io. Baptiſta refert ſe ad locationem aliàs fa
1 ctam d. Ioſepho quo caſu relatiua † ſcriptura de
bet intelligi ſecundum eam ad quam fit relatiõ
l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. l. inſtitutio illa de
condit. inſtit. quia relatum eſt in referente Coẽ
ſett. in ſing. in uerbo relatio, & Gratus in conſi.
102. nu. 10. uol. 1.

2 Rurſus † dictum argumentum de quo agitur
comprehenſum uideri ſub locatione facta Io.
Bap. ex eo conſtat quòd in contractibus atten-
di debet conſuetudo patrisfamilias contrahen
tis l. uel uniuerſorum. ff. de pignor. act. Alex. con
ſi. 129. Cõſideratis his vol. 5. Decius in l. ſemper
in ſtipulationib. num. 7. ff. de reg. iur. Atqui dum
dictus Attilius locauit bona poſita in commu-
ni Gabrij nunquam expreſſit prædium de quo
agitur, nec unquã illud detinuit Iulianinus qui-
dam qui ab Attilio conduxerat bona poſita in
dicto commune, igitur uidentur remanſiſſe
dicta bona in conductione facta Io. Bap. præſer
tim quia ſi ea bona in dicta conductione nõ re-
manſiſſent utique dictus Attilius nõ tam diu di
3 ſtuliſſet exactionem dictorum † ut eſt ueriſimile
a quo licet argumentari l. non eſt ueriſimile. ff.
quod metus cauſa l. in obſcuris. ff. de reg. iuris.

Quo ſic ſtabilito nõ obſtat ſiquis obijciat cõ-
trahentes nominatim expreſſiſſe ſolummodo
bona poſita in commune Colognolæ & pro-
pterea cenſeri alia excluſiſſe quia reſpondetur,
quando per relatiuum adijcitur aliqua demon-
ſtratio enuntiatiuè ad ſpeciẽ vel corpus aliquod
determinatum, ut ſi uendo prædium Tuſcula-
num quod eſt iugerum &c. tũc huiuſmodi rela-
tiuum ponitur declaratiuè non autem reſtringi
tur ad antecedens l. omnes populi ubi Bart. nu.
2. & Iaſ. num. 17. ff. de iuſtitia & iure, & Iaſ. in l.
cunctos populos num. 3. C. de ſumma trini. & fi
de Cathol. Et quando expreſſi non eſſent om-
nes fines, ut accidiſſe dicitur in caſu noſtro ubi
ideo exprimuntur ſolum fines Colognolæ quia
maior pars bonorũ eſt poſita in eo commune
eſſetque fortè erratum in omittendis aliquibus
finibus; tamen quoniam per ea uerba quæ an-
tea conducebat &c. certa redditur uoluntas, &
diſpoſitio contrahentium, error finium non pr̨e
iudicat quando de corpore conſtat, Felyn. cap.
ſignificante num. 10. de reſcript. & cap. cauſam
num. 14. de probation. & Hieronym. de monte
in tract. finium regund. c. 84. nu. 3.

Secundo non ob. ſi diceretur ea uerba ſi qua
lis oriretur, ex cauſa præſentis locationis &c. in-
telligi debere de lit̨e quæ naturaliter & ſecundũ
interpretationem iuris oriretur ex cauſa dictæ
locationis non autem de lite qųe ſecundum pri
uatam alicuius ex dictis partib. interpretationẽ
& ſenſum occaſionaliter cuiuſmodi uidetur iſta
4 & de facto poſſet oriri quandoquidem † priuato
rum non eſt immutare iuris diſpoſitionẽ, Crau.
conſi. 29. num. 2. volum. 1.

Quoniam reſpondetur excitatam litem im-
mediatè dependere & uerè naſci ex dicta loca-
tione ſecundum naturam ei non ab homine ſed
a iure tributam, non autem oriri ex remota ali-
qua occaſione non conſiderabili; pendet enim
à uerbis & mente dicti contractus locationis
5 & eſt pars ipſius quia † dependentia dicuntur
pars eorum a quibus dependent. capitu. cupien
tes. §. denique de electione in ſexto. & Hyppol.
de Marſil. in rub. de fideiuſſ. nume. 221. Quin
etiam dependens quæſtio dicitur illa quæ quo-
quomodo negocium principale tangit & ab eo
originem trahit ueluti quæſtio dotis quæ a ma-
trimonio pendere dicitur. C. de prudẽtia de do
nat. inter uirum & vxorem doct. in rub. ff. de ſol.
matr. & Alex. conſi. 58. incip. circa primum quæ
ſitum nu. 7. volum. 1. & Menoch. de arbitrar. iud.
lib. 1. q. 45. num. 6. Quapropter cum conuentio
appoſita in d. locatione loquatur de lite ab ea
dependente conſequens eſt, ut huiuſmodi con
trouerſia ſub dicto compromiſſo contineatur ſi
qua lis de ea rurſus futura eſſet. Nec dici poteſt
oriri lis iſta ex occaſione remota. Quoniam re-
6 mota † occaſio dicitur quando cauſa non eſt or-
dinata ad effectum de quo agitur, ſed tamẽ eius
occaſione aliquid accidit præter finem & inten-
tionem ordinantis & caſu. l. vltima. §. ſed cum in
ſecundum. C. de furt. l. reſcriptum, §. 1. ff. de di-
ſtract. pig. l. generaliter. §. ſi quis alienum. ff. de
fideicommiſſ. libert. l. vltima. C. ut intra certum
tempus. l. omnimodo. §. computari. C. de inoffi.
teſtam. Doct. in rub. C. qui admitti ex quibus lo-
cis colligi poteſt occaſionẽ dici qųe caſu & præ-
ter intentionem ordinantis accidit exempli gra
tia in propoſita ſpecie ſi quæſtio eſſet de dãno
armentorum & morte. quæ cum triticum ad do
mum exportarent fortè perijſſent. At quæſtio
noſtra non eſt huiuſmodi, ſed emanat è uiſce-
rib. prædictæ locationis, cuius omnes lites quo-
modocunq; ortas ipſæ partes compromiſerũt
ut ex inſtrumento colligitur.

Tertio non obſt. ſi opponatur litigatores qui
compromiſſum fecerunt de omnib. eorum con
trouerſiis, & qųeſtionib. intellexiſſe uideri de
quæſtionib. facti non autem iuris, ut per Bal. in
l. ancillæ. C. de fur. & propterea cum hæc uidea-
tur quæſtio iuris dum diſputatur an præd. loca-
tio cenſeatur comprehendere etiam bona ſita
in communi Gabrij. conſequens eſt, ut de illi,
non uideantur ſenſiſſe in dicta conuentione.

7 Reſpondetur † enim hanc eſſe quæſtionẽ vo
luntatis, & animi contrahentium & propterea
dici qųeſtionem facti. l. conſilio. ff. de curat. fur.
& Duarenus lib. 2. cap. 13. in tract. de iure accre
ſcendi qųeſtionum enim genera tria ſunt uideli
cet an ſit quid ſit, quale ſit, ut per Quintilian. in
ſtitution.

ſtitutlon.orator lib.8.in proœm. & Rodul. agric. de inuent. dialect. lib. 2. cap. ſexto.

Prima queſtio in qua diſputatur an aliquid factum ſit, dicitur eſſe queſtio facti ubi factum eſt incertum & ubi uerum quærimus coniectu-ris, & dicit coniecturalis Stephan. de Feder. in tract. de interpretat. iuris in proœm. & Marcus Antonius Blancus in tract. de cōpromiſſ. queſt. 4. in uerbo queſtio iuris num. 1. Quæſtio uero iu ris eſt cum conſtat factum eſſe id de quo lis eſt, ſed queritur quid eo caſu ius diſponat, ut per Marcantonium Blancum in d. uerbo queſtio iu ris & Duaren. d. §. rugerius. & lib. 6. cap. 41. anni uerſ. diſputat. & ea queſtio dicitur iuridicialis. lo cis proximè citatis. Atqui in caſu propoſito que ſtio eſt an ager poſitus in commune Gabbrij cō-prehendatur in locatione & conſequenter dici tur & allegatur eſſe incertum quid egerint con trahentes; non auté quæritur ius exempli cauſa an locatio tranſeat ad hæredes §. vlt. inſtitut. de locatione. ergo cum iſta de qua agitur, queſtio facti ſit nō autem iuris reliquum eſt ut dicamus eam uideri comprehenſam in dicto compromiſ

8 ſo quia †compromittentes cēſentur ſenſiſſe de queſtionibus facti Marcant. Blan. d. tract. de cō ptom. q. 4. in uerbo quæſtio iuris num. 1. Alex. conſ. 62. col. 2. circa med. lib. 2. laſ. in l. pen. nu. 21. & 22. C. de pact. Crauet. conſ. 323. num. 2. in 2. uolumine.

9 Non ob. † ult. ubi dicitur, non uideri partes fuiſſe compromiſſum de rebus liquidis cuiuſmo di dicitur queſtio iſta propter inſtrumētū quod videtur uon comprehendere talé caſum, & pro pterea partes cogi non poſſe ad compromittē-dum de liquidis, ut per Bart. in l. eleganter in princ. ff. de cond. indeb. Soci. conſ. 4. uol. 1.

Reſpondetur enim uel hoc non eſſe liquidū & propterea includi ſub compromiſſo ſiquidē præſuppoſita queſtione uel iuris, uel facti nega ri non poſſit quin ſit incertum quid, & quātum cuiuſque ſit quo caſu res dicitur non liquida ut per Bart. l. proinde 2. § ult. ff. ad l. Aqui. Angel. § curare num. 6. inſtit. de action. Bal. in l. ſi cau-ſam. C. de execut. rei iud. Corn. conſ. 239. nu. 3. lib. 3. Aut uero certum eſt, dicta bona contine-ri in locatione facta & tunc concludendum eſ-ſet, quoniam res dicitur liquida non licere di-cto Attilio uel apud arbitros, uel apud iudicem inferre moleſtiam Io. Baptiſtæ de dictis fructi-bus. & ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua quod Deo ſit gloria & laus

Excellentiæ veſtræ deditiſs.

Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Clericus poteſt uti ſtatutis laicorum, expreſsè non diſponentibus ſuper bonis eccleſiaſticis, quādo ſunt fauorabilia: ſecus quando non ſunt fauorabilia.

2 Statuti diſpoſitio tunc habet locum, quando eiuſdē ſtatuti uerba uerificantur.

3 Statuti uerba ubi non habent locum, nec eius diſpo-ſitio debet locum habere.

5 Statutum et lex declaratoria trahitur etiam ad præ terita.

CONSILIVM CVII.

In Dei nomine.

CAVSA Cuſtodum paſcuorum, & ſegetum & triticorum qua experi-tur D. Io. Cinius nominib. quib. agit contra. Io. Maſcalzonum, uidetur eſ ſe in tuto. Quoniam, dum Io. Maſcalzonus obij-cit, ex parte dicti Ioannis Cinij, non fuiſſe ſerua-ta ſtatuta Ripæ Fractæ quib. aſſerit eſſe diſpoſitū æſtimationes damnorum fieri debere infra tres dies a damno dato, ut apparere dicitur ex dictis ſtatutis in rub. de modo dandi accuſationes, dā-norum datorum. & Rub. de Cuſtodibus & eorū ſalario & æſtimationibus damnorum datorum.

1 Reſpōdetur† d. ſtatuta nobis nihil officere quia licet clericus poſſit uti ſtatuto laicorum non ex-preſsè diſponente ſuper bonis eccleſiaſticis, ſed generaliter loquente, & non faciente expreſſam mentionem bonorum eccleſiaſticorum, quādo ſtatutum eſt fauorabile Lapus deci. 107. Butrius. c. quod clericis de foro compet. Tamen quādo ſtatutum non eſt eccleſiæ fauorabile, eo caſu cle ricus ſeu bona eccleſiaſtica a ſtatutis laicorū mi nimè ligantur Cyn. l. 2. C. quæ ſit longa conſue. Innoc. & Compoſtellanus in Rub. de conſuetu-di. Bened. Capra in concl. 15. num. 31. & nu. 37. in tract. Regul. Dec. in c. eccleſia. S. Mariæ num. 176. & 177. & nu. 233. & 251. de conſtitu. Atqui ſtatuta prææallegata non ſunt quod ad rem no-ſtram attinet fauorabilia quia impediunt perſo-nas eccleſiaſticas facere ea quæ ſibi competunt ex priuilegio uel de iure communi ergo cum di-cta ſtatuta fauorabilia non ſint, ſed contra liber tatem eccleſiaſtica Felyn. d. c. eccleſia S. Mariæ. num. 69. Alba conſi. 8. num. 3. conſequens eſt, ut nō poſſint continere bona archiepiſcopatus de quibus agitur. quoniam ſtatuta ligare debēt ſub ditos iuriſdictioni non aūt alienos ac non ſub-ditos & propterea nō ligant clericos ut per doc. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide cath. ubi Fulgo. nu. 26. Goz. conſi. 49. & conſi. 75.

2 Secundo reſpondetur† tunc habere locū ſta-tuti diſpoſitionem, quando, eiuſdem ſtatuti uer-ba uerificantur Bart. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flum. publico Ioann. Andr. c. 1. de homicid. in 6. Bald. l. ſi quis non dicam rapere num. 3. C. de epiſco. & cleric. Bar. l. non ſolum. § ſed & probari ff. de op. nou. nunt. l. non ignorat. C. qui accuſa-re non poſſunt Socin. conſi. 55. Incip. præſtantiſ-me doctor volum. primo, Decius conſi. 661. nu-me. quarto. & conſi. 560. & conſil. 356. numero quarto. & conſi. 589. nume. ſeptimo. & conſilio 434 numero 1.

Atqui

Atqui in propoſita ſpecie non verificantur uerba dictorum ſtatutorum Ripæ fractæ, igitur non erit etiam locus eorum diſpoſitioni qua cauetur æſtimationes damnorum fieri debere infra tres dies, aliàs cenſeri non ritè factas. Non uerificari autem uerba ſtatutorũ demonſtratur ex eo quòd dicta ſtatuta loquuntur de publicis cuſtodibus communitatis. qui quidem accuſant aliquos de damnis ab eis datis. ut patet ex dictis ſtatutis ubi expreſſa mentio habetur de cuſtodibus & ſaltuarij communitatis. In caſu autẽ noſtro agitur de cuſtodibus priuatis quos ut notorium eſt particulares domini in ſuis prædijs ſibi cuſtodes conſtituunt. Præterea in dictis ſtatutis agitur de cuſtodibus accuſantib. In caſu uero noſtro, pro maiori parte ipſe Io. Maſcalſonus, reus, ſemetipſum per ſuos miniſtros damnum dediſſe retulit idcirco d. ſtatuta in caſu noſtro non poſſunt uerificari quia terminus trium dierum pertinet ad eum caſum quo publici cuſtodes aliquos accuſent non autem quo priuatim quiſque ſe damnum dediſſe in iudicio ſponte fatetur. Rurſus præſupponunt dicta ſtatuta eos qui damnum paſſi ſunt de ea re a cuſtodib. publicis certioari debere, quod in caſu noſtro
3 factum †non fuit, ideo ubi non habent locum verba ſtatuti non debet etiam locũ habere eius diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.

Tertio reſpõdetur quia ſtatutum communitatis Ripę fractæ comitatus ciuitatis Piſarum ligat Piſanos ciues ſuperiores Bart. & Iaſ. in uerſic. quero igitur l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure pręſertim cum de confirmatione ſtatutorum non conſtet quin etiam ſi de ea conſtaret; non propterea tamen cenſeretur facta in pręiudiciũ ciuium Piſanorum, ut per Deciũ in ſimili in cõſi. 17. incip. viſo puncto. Et poſito, & non dato, vt ſtatuta Ripę fractæ loquerẽtur in ſpecie de ciuibus Piſanis & Florẽtinis inter quos modo lis uertitur adhuc tamen dicendum eſſet dicta ſtatuta tanquam ea quę ſtricti iuris ſunt l. quicquid adſtingendę. ff. de uerb. oblig. non extendi ad hunc caſum ubi agitur de priuatis cuſtodib. & vbi pro maiori parte damnum dans ſe damnum dediſſe prodit. Itaque cum in caſu propoſito nõ tractetur de perſonis comitatiuorum ſtatuta condentium ſed ciuium Flor. & Piſanorum merito dicimus, ſtatuta pręd ícta nihil nobis officere poſſe.

Quarto reſpondetur hodie nouo ſtatuto cõmunitatis Ripę fractę facto & approbato die 10. Ianuarij 1569. declaratum reperiri ęſtimationes damnorum non tantum intra tres dies ſed ſemper & quandocunque fieri poſſe, quo fit, ut etiã ſi vltra tres dies æſtimatio facta fuiſſet tamen
4 nihil obeſſet. quia †ſtat. & lex declaratoria trahitur etiam ad præterita iuxta traditiones Pauli Caſtrenſis in l. hæredes palam §. ſiquid num. 4. ff. de teſtamen. & idem Caſtrenſ. declarat conſi. 23. parte 1. Federic. de Senis conſ. 112. incip. amice chariſſime, Decius c. fi. num. 46. extra de iudi. & in c. cum ueniſſet num. 13. ibidem. & in l. in ambiguis num. 4. ff. de regul. iuris cum ſimiliter.

Et ita iuris eſſe arbitror meliori iud. ſemper ſaluo ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio comodi, gratiæ & fauoris, dicitur quodammodo pœna, etiam ſi non fuerit expreſſum nomine pœna.*

2 *In pœnis a ſtatuto iniunctis uel lege creditor non tenetur altero eſſe contentus, ſed utrunque conſequi debet, rem nimirum in obligatione deductam, & pœnam, quia in ea non ſit nouatio.*

3 *Dictio uniuerſalis, quicunque, omnes comprahendere uidetur.*

4 *Diſpoſitio ſi eſt firmata iuramẽto, debetur res principalis & pœna.*

Iuramentum idem operatur, quod clauſula, rato manente pacto.

5 *Equites D. Stephani quid promittant, quando in ordinem recipiuntur.*

6 *Lex declaratoria porrigitur ad prateritũ quando ſtat in terminis declarationis, cuius uirtus eſt nihil addere.*

7 *Pœna in conuentionalib. ſuccedit loco rei, ſecus in pœna legali vel ſtatutaria.*

8 *Prælatus non poteſt eccleſiæ ſuæ damnum inferre.*

9 *Veritas omnem erroneam confeſſionem elidit quantumuis etiam iudicialem: nec poteſt erronea confeſſio obeſſe.*

Quin etiam ſi de errore doceatur erronea confeſſio reuocari poteſt.

CONSILIVM CVIII.

In Dei nomine.

QVAESTIONI propoſitæ reſpõdẽdum eſſe arbitror, Illuſtr. Religionis diui Stephani equites etiam qui iure Antianitatis frui non curant; obligatos omnino eſſe tam uigore ſtatutorũ dictæ religionis quàm declarationum ad eadem ſtatuta editarum, ad ſoluendum nomine intraturæ dictos centum ſcutatos aureos de quibus agitur.

Nanque primo dum in c. 7. in tit. de Theſauro communi dicitur, quicunque cooptabitur in noſtrum ordinem is teneatur ſi fuerit eques miles ſoluere centum ſcutatos aureos largos &c. & ſi non ſoluet dictam intraturam; nõ fruatur Antianitate; vtique ſtatutum huiuſmodi, uidetur induxiſſe hanc priuationem Antianitatis in pręiudicium & quaſi pœnam dictorum equitum qui intraturam ſoluere recuſant quando-
1 doquidem †priuatio commodi gratiæ & fauoris dicitur quodammodo pęna l. teſtamento Cẽturio. ff. de manum. teſt. l. mora l. aut damnum. ff. de pœ-

ff.de pœnis.de c.2.de biga. Bero.c.1. n.43. ff. de
offic. de lega. & in c.1. num.86.uerſic. hæc intel
ligentia.de iudic.quæ ſanè pœna cenſetur iniun
cta etiam ſi non fuerit dictum,ſeu expreſſum no
mine pœnæ Iaſ. in l.4.§.Cato nume.3.in 1. not.
ff.de uerb. obligat. At qui pœna ſtatutaria ſeu
legalis peti poteſt una cum re principali , in
2 † pœniſque a ſtatuto,uel lege iniunctis creditor
non tenetur altero eſſe contentus,ſed conſequi
debet utrumque nimirum rem principaliter in
obligationem deductam & præterea etiam pœ
nam quia in ea nō fit nouatio l. ſi pro fure §.fur
ti.ff. de cond. furt. Bart.in l. reſcriptum §. ſi pa-
cto. uerſicu. oppono de lege. ff. de pactis, & ibi
Bal.num.3.uerſic.quarto oppono vbi etiam An
gel.num.1. qui nominatim dicit in pœna legali
creditorem, utrumque conſequi ut dicit etiam
Alex. in l.ſemel mora col. 2.uerſic.ad §.libertus.
ff.ſoluto matrim.

Et Curtius iun. in l.cum proponas 2. nu.14.
C.de pactis.ubi etiam Iaſon num.9. col.fi.igitur
dicta religio creditrix contenta eſſe non debet
ea ſola pœna videlicet ut equites non fruantur
Antianitate ſed poteſt etiam agere ad ea centū
quæ principaliter deducta fuerunt in diſpoſitio
nem ſtatutariam, & obligationem quoruncun-
que equitum vniuerſaliter ſiue frui nolint ſiue
frui nelint dicto commodo Antianitatis ut oſtē
3 dit etiā illa particula † quicūque uniuerſalis quę
omnes comprehendit Soci. conſ.197.nume.6.
vol.2.& Iaſ. in l.1.§.nuntiatio.ff.de op. no. nun-
tiat. Anton. Rub. l. Gallus §. quidam recte nu.
201.ff.de liber.& poſthum.Grat. conſ.50. num.
22.vol.1. quare & ad intraturam, & ad pęnam
tenentur equites de iure ſecundum dictum ca.
7.de communi theſauro.
4 Secundo † quoque eadem op. cōprobatur quo
niam quando diſpoſitio firmata eſt iuramento
tunc abſque dubio debetur res principalis & pę
na. Angelus in d.l. reſcriptum §.ſi pacto num.1.
verſic. ſequitur in gloſſa.ff.de pactis & Fulgoſ.l.
ubi pactum.num.2.C. de tranſact. iuramentum
enim idem operatur quòd clauſula rato manē-
te pacto ut per Bal. d.§.ſi pacto nu.2.l. cum pro
ponas C. de tranſaction. l. qui fidem ubi Iaſon
eod. Petr. Aluarot. in d.§.ſi pacto num. 14. Ba-
uer. in tract. de uirtute iuram. col.5. Hieronim.
Cagnol.l.ſiquis maior num. 150. C.de tranſac.
5 † Atqui prędicti equites Diui Stephani cum
in ordinem recipiuntur promittunt omnipotē-
ti Deo, & ſic iurant, ut per doct. in rubr. extra
de iureiuran.& Bal.in l.2.ff.eod.& actualiter iu-
rant ſe ſeruaturos ſtatuta, & ordinationes di-
ctæ religionis c.2.de regula equitum c.1.de mo
do recipiendi & alibi ſæpe. in qua promiſſione
continentur etiam ſtatuta poſtea edita. Alberi.
lib.1.ſtatu. q.28. l.ſi ſeruitus.ff. de ſeruit.vrban.
pręd. ubi Bal.& l.fi.C. quæ res pign. oblig. poſſ.
Iaſ. in l.ſi ſtipulatus fuerim § cum ſtipulamur co
lum.fi.num.12.ff. de uerb. obligat. igitur prædi-
cti.equites non ſolum ſubire debent pœnam
non fruendi commodo Antianitatis,ſed etiam
ſoluere debent dictam intraturā, & conſequen-
ter ad utrumque teneri vigore dicti ſtatuti ve-
teris.

Tertio poſito & non dato vt ſtatutum uetus,
hoc non diſponeret, quemadmodum certè di-
ſponit, adhuc tamen concludendum eſſet, equi
tes etiam in ordinem aſcitos ante declarationē
ad dictum cap.7. factam anno 1565.& qui An-
tianitatem aſſequi negligunt teneri omnino ad
ſolutionem dictæ entraturæ quia in dicta decla
ratione nominatim dicitur equites qui hacte-
nus non ſoluerunt aut in poſterum non ſoluēt
talem intraturam, remaneant & ſint debitores
dictæ religionis quamuis frui nolint Antianita-
te, quæ verba ad præterita expreſſim referūtur
& quoniam nihil addunt ſed tantum quod ob-
ſcurum erat declarant; vt patet ex rub.quæ dicit
declarationes ſuper quibuſdam capitulis &c.
ad pręterita traherentur etiam ſi hoc non eſſet
6 expreſſum; † quia lex declaratoria porrigitur ad
præteritum quando ſtat in terminis declaratio
nis cuius uirtus eſt nihil addere; iuxta ea quę ha
bentur in l.fin.C.de pact.l.fi.de trāſact. Et cap.
fin.de conſtitution. Bart. in l.omnes populi nu.
44.ff.de iuſtitia & iure.Fēderi.de Sen. conſ.112.
incip. amice cariſſime. cum ſimilibus. quapro-
pter conſtat declarationem prædictam hodie
controuerſiam omnē dirimere aperteque oſtē-
dere equites etiā antea receptos, teneri ad ſol-
uendam dictam intraturam.

Quibus ita ſtabilitis ſiquis obijciat regulari-
ter non poſſe pœnam exigi ſimul cum re princi
pali d.l. reſcriptum §.ſi pacto vbi doct. Fulgoſ.
num.1. ff. de pact. & Decius in l.cum proponas
num. 10. C. eodem, quoniam reſpondetur eam
regulam locum ſibi vendicare in pœnis conuē-
tionalibus quandoquidem pęna conuentiona-
lis peti non poteſt vnà cum re, ſed altero quis
debet eſſe contentus. Angelus d.§. ſi pacto, nu-
mero primo. Alexand. d. l. ſemel mora, colum-
na ſecunda. digeſt. ſoluto matrimonio &
& Iaſ. d.l.cum proponas col.fi. nu.9. C. de pact.
7 & ratio aſſignatur quia † in conuentionibus pœ
na ſuccedit loco rei Alberic. d.§.ſi pacto num. 1.
ubi etiam Iaſ. num.2.ſecus autem eſt in pœna le
gali uel ſtatutaria cuiuſmodi eſt hæc de qua agi
mus; nam in legali pœna creditor poteſt utrun
que conſequi Alex. d.l.ſemel mora, & alij ſupra
allegati.

Nec obſtant literæ olim emanatæ a magno
Cancellario dictæ Illuſtriſſimę religionis in qui-
bus aſſeruit equites qui frui nolunt antianitatę
immunes eſſe ab omni ſolutiòne quoniā reſpō
detur dictum magnum Cancellarium per hanc
ſuam opinionem & credulitatem non potuiſſe
præiudicare Religioni in eo de quo idem ma-
gnus Cancellarius non poterat libere diſpone-
re Socin. conſ.78. numer. 47. primo volumine
Pariſ. conſ.33.num.46.uol.3. Neuizan. conſ.9.
8 num.10. † quemadmodum nec prælatus poteſt
eccleſiæ damnum inferre. c.uenerabilis. de ex-
ception. c. ſi emptionem 16. q. 6. Innoc. Ioan.
Andr.

Andr.c.1.depoſ.Ioan.de Imola c.potuit.locati. Paul. Caſtrenſ. conſ.336.col.1.verſic.ad 1.dico incip. quæritur poſito 1. uolu. Alex. conſ. 106. vol.3.& conſ. 174.incip. opportune col.4.lib.2. Socin.conſ.91.incip. uiſa colum.3.lib.1.Decius conſ.624.copioſe col.fi.Ruy.conſ.104.caſus colum.1.4.vol.Bero.conſ.102.nu.57.1.vol.cum cõ ſocijs.

Nec quicquam obeſt cõfeſſio iudicialis facta a Receptore dictę Religionis dum fatetur ante declarationem editam ad dictum cap.7.de theſauro. Equites non fuiſſe obligatos ad ſoluendum pecuniam imperatam a dicto cap. 7. quoniam reſpondetur huiuſmodi confeſſionem nullum præiudicium inferre poſſe dictæ Illuſtriſſimæ Religioni cum de iure veritas ſtet ex aduerſo vt ſupradeduxi.

9 Quæ quidem ſueritas omnem erroneam cõfeſſionem elidit quantumuis etiam iudicialem c.e xtenore vbi Franc. Aretin. in 5.not. de teſtib.l.cum falſa,C.de iuris & fac. ignor. ubi talis confeſſio veritatis ſubſtantiam non immutat & Agid. Poſſius in tit. de confeſſ. num. 70. nec enim poteſt erronea confeſſio obeſſe,l. non fatetur. ff.de confeſſ. ſiue ſit error facti, ſiue ſit error iuris,Paul.de Caſtr. in l. ſi poſt diuiſioné.C. de iuris & facti ignoran.Decius conſ.408.num. 5.

10 † quinetiam ſi de errore doceatur erronea confeſſio reuocari poteſt Specu.tit. de confeſſionibus.§. poſtremo num.5. uerſic. cæterum ſi ſit.Rob.Maranta de ordi.iudiciar.parte 6.§.46. actus num. 6. cum ſimil. ex quibus omnibus ita iuris eſſe dico meliore ſententia ſemper ſalua ad Dei O.M.gloriam,& honorem.

Ego Antonius Cioſius.

CONSILIVM CIX.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio legati ſi fiat de una perſona in aliam diuerſam & adeſt rerum identitas tunc onus appoſitum in 1.legato cenſetur repetitum in ſecundo legato.*

2 *Onus quando non coharet perſonæ,& non reddit legatum inutile, ſub eodem onere videtur tranſlatum.*

3 *Teſtator legando in codicillis in dubio non uidetur receßiſſe a uoluntate & onere priori.*

4 *Conditio appoſita in teſtamento repetita videtur in codicillis, in quibus alia conditio appoſita non reperitur ſecus ſi primum teſtamentum reuocaretur.*

5 *Legati primi onus quo caſu per ſecundum legatũ uideatur ademptum.*

6 *Codicilli non tolluntur per alios codicillos, uel teſtamentum, niſi quatenus exprimitur.*

7 *Conditio, vel onus cum apponitur in principali, intelligitur repetitum in auditamento.*

8 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

9 *Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum a legatario facta adeo reſoluitur ut retrò nulla fuiſſe dicatur,& non obſt præſcriptione bona alienata a manib.emptorum uendicari poſſunt.*

Diuino nomine implorato.

DE conſultatione propoſita illud idẽ reſpondendum arbitror quod ſupra copioſè & doctè ſcripſerunt clariſſ.& Exc. Iuriſc. D.Camillus Plautius Fontanellatenſis & D.Camillus Incontrius Volaterranus tanquã fratres honorandi.Quorum quidem opinionem vltra ea quæ ab iiſdem ſubtiliter deducta ſunt infraſcriptis quoque rationibus & auctoritatibus comprobari poſſe puto.Id quod,ut appareat dilucidius in primis animaduertẽdum eſt,Vbertinum Strozzium facto prius ſolemni teſtamento in quo hęredem vniuerſalem inſtituit D. Mariam eius filiam legitimã & naturalem. poſtea feciſſe codicillos in quibus quædam ex his quę in teſtamento prius diſpoſuerat mutare & corrigere volens, primo reliquit Petro & Ioanni fratribus & filijs quondam Danielis de Strozzis dicti codicillatoris nepotib. domum habitationis ipſius poſitam &c. & caſu quo alter eorum ſine liberis decederet ſubſtituit unum alteri & contra. Quòd ſi ambo ſine filijs liberis, & deſcendentibus maſculis deceſſiſſent uoluit dictam domum ad dominam Mariam hæredem ſcriptam reuerti. & in cæteris dictum teſtamentum confirmauit. Deinde uero faciens alios, & ultimos codicillos,diſpoſuit(quod attinet ad rem noſtam)in hunc qui ſequitur modum uidelicet. Item reliquit eidem Petro eius nepoti domum magnam ipſius teſtatoris præcipuam, cum qua intelligatur & ſit vnita domuncula eidem contigua ſecuta morte in fraſcriptæ Dominicæ.Item reliquit Petro dictam domunculam &c.& in cęteris alios codicillos & teſtamentum confirmauit excepto &c. quibus ita propoſitis quæritur de duob.Primo an onus fideicommiſſi appoſitũ in legato facto in primis codicillis quo Petrus ſi deceſſerit ſinę liberis rogatus uidetur de reſtituenda dicta domo Dominę Mariæ cenſeatur repetitum in legatò poſtea translato in ultimos codicillos ita ut dicta domus redire eo caſu debet ad D.Mariam hæredem uniuerſalem. Secundo quęritur, an domuſculæ adiunctæ (ut dicitur in ſecũdis codicillis)domui magnæ intelligatur iniunctum idem onus fideicommiſſi reſtituendi ita, ut & ipſa quoque vti ſubiecta fideicõmiſſo prædicto per Petrum legatarium alienari non poſſit.Et quod pertinet ad primam quæſtionem arbitror & ipſe quoque concludendum eſſe, onus fideicommiſſi iniunctum legato facto in primis codicillis, facta deinde translatione legati, repetitum cenſeri in ſecundis codicillis ita, ut ſi contigerit Petrum legatarium decedere ſine liberis domus magna cum domuſcula ei ex volũtate teſtatoris adiuncta, reuerti debeat ad di-

ctam

ctam D.Mariam hæredem vniuerſalem.Ad hoc
autem dicendum inducor quia cum in primis
codicillis dicta domus magna relicta fuerit Pe-
tro & Ioanni unicuique pro parte dimidia, po-
ſtea uero in vltimis codicillis, relicta fuerit
inſolidum ipſi Petro, manifeſtè conſtat huius
legati tranſlationem factam fuiſſe partim de u-
na perſona in aliam perſonam, partim uero de
una perſona in eandem.Nam quo ad partem di
midiam quæ in primis codicillis pertinebat ad
Ioannem, utique poſt ipſam legati translationẽ
in ſecundis codicillis factam in quibus domus
inſolidum Petro relicta fuit; proculdubio di-
ci poteſt eiuſdem dimidiæ tranſlationem fa-
ctam uideri de una perſona in aliam diuerſam
perſonam,quandoquidem de Ioanne tranſlata
fuit in Petrum.Et per conſequens audacter fir-
mari poteſt onus fideicommiſſi etiam in ſecun
1 dis codicillis repetitum fuiſſe, quoniam.†quan-
do tranſlatio legati fit de una perſona in aliam
diuerſam & adeſt rerum identitas tunc onus ap
poſitum in primo legato, cenſetur eſſe repetitũ
in 2.legato.quam opinionem ultra allegata per
d.dominos tenet 1.Goffredus in l. Caio in prin.
num.2.ff.de aliment. & cibar.lega. ubi dicit quã
do adeſt diuerſitas perſonarum,& idẽtitas rerũ
onus appoſitum intelligitur repetitum in alio.
& idem Goffred. in l.ſub conditione nu.5. uer-
ſic. aut onus. ff. hæred. inſtit. ubi dicitur cum
2 † onus non cohæret perſonæ & non reddit lega
tum inutile, tunc ſub eodem onere uidetur tran
ſlatum. Et Goffred.in l.ab omnibus §. cum qui-
dam num.10. uerſ. ſed pone circa. ff. de legat. 1.
& in l.ſi ſibi pure col.4.num.20. ff. de lega,3.ubi
dicit ſi ex interuallo, ut in codicillis legatũ prius
ſub conditione, uel modo, uel onere factum re-
petatur, non facta conditionis, uel modi, uel
oneris mentione,cẽſetur etiam repetitum onus
l.auia l.libertis.ff.de cond.& demonſt. 2.idem tẽ
nuit Alberic.in l.leges & conſtitutiones num.6.
C. de legibus 3. facit id quod inquit Panormi.
in conſil.4. incip.in quæſtione quæ uertitur col.
5.uerſic. nec obſtat ſi dicatur lib. 2. ubi teſtator
3 legando † in codicillis in dubio non uidetur re-
ceſſiſſe ad uoluntate & onere priori 4.accedit id
quod inquit Angel. in conſ. 294. incip. quoniã
in ultimis uoluntatibus num.6.ubi innuit condi
4 tionem † appoſitã in teſt. repetitam uideri in co
dicillis in quibus alia conditio appoſita non re-
peritur.Quinto. idem tradit Imola in l.ſub con-
ditione colu.2. uerſic.pro declaratione.ff.de hæ
red. inſtit.ubi dicit quando legatum transfertur
a teſtatore in aliam perſonam tunc uidetur trãſ
ferri ſub eadem conditione ſub qua 1. loco fue-
rat relictum.

Sexto hoc probat Paul. Caſtrenſ. in l. legatũ
ſub cond.ff.de condition.& demonſtrat. nume.
1.ubi dicit translationem legati cenſeri factam
in diuerſam perſonam ſub eadem cond. quoniã
translatio fit in eodem teſt. uel fit in codicillis
ſecus uero quando fieret in alio teſtamento per
quod primum reuocaretur, quia tunc non ſub-
intelligeretur eadem conditio.Septimo eãdem
op. ſecutus eſt Romanus in ſingul. 668. incip.
quæſtio,&c. ubi reſpondet translationem legati
factã de vna perſona in aliam videri factã cũ one
re eiuſdẽ qualitatis.Octauo cõprobat hoc Alex.
in l.licet Imperator col.fi. uerſic. ſed quid in le-
gato.ff.de lega. 1.ubi tenet ſi a legatario fuit re-
lictum fideicommiſſum, poſtea uero teſtator le
gatum tranſtulit in aliã perſonam, utique trãſit
cum onere.Nono comprobatur per Iaſ.d.l.licet
imperator nu.51.verſic.ſexto amplia col.10,ff.de
lega 1.quo loco dicit Iaſ. ſi teſtator legatario re
liquit legatum poſtea vero priuet legatarium &
legatum in alium transferat, cenſetur translatũ
cum onere iniuncto 1.legato.Decimo idem vol
uit Decius in conſ. 190.num.4.uerſ. ultimo non
ob.& num.6.uerſic. ſecundo.uidetur ubi dicit ſi
relictum eſt alicui legatum ſub conditione, uel
onere,demum in codicillis in aliam perſonam
ſimpliciter transferatur. eo caſu videtur facta
translatio cum onere quod erat appoſitum in
primo legato. Vndecimo, idem concludit Ioan.
Cephalus in conſi.67.num.8.& 11.volum.1.vbi
concludit legatum transferri cum onere quan-
do fit translatio de vno in alium. Duodecimo;
confirmatur hoc auctoritate Marci Ant. Nattæ
in conſil.476.num.13.& ſequen.volum.2.vbi di
cit teſtator reliquit caſtrum & domos quaſdam
cuidam Carolo filio eius fratris, poſtea idem
caſtrum reliquit eidem Carolo & Sebaſtiano al
teri fratris filio qua in re concludit idem Marc.
Antonius Natta in legato illo ab initio relicto ip
ſi Carolo in ſolidum, & poſtea translato ad aliũ
pro dimidia non videri receſſum ab onere fidei
comm.in teſt. relicti.

Quod ſi eam partem dimidiam cõſideremus
quam teſtator in primis codicillis Petro relique
rat, profectò comperiemus legati de ea facti in
ultimis codicillis translationem factam fuiſſe de
una perſona in eandem perſonam uidelicet de
Petro in eundemmet Petrum.

Quo ſanè caſu inficiari non poſſumus quin
in vltimis codicillis omiſſa atq; detracta prima
facie videatur fideicõmiſſi, & oneris repetitio.
quoniam quando de uno in eũdem transfertur
legatum eo caſu transfertur ſine onere prius ap
poſito Bart.in l.ſi tibi.ff.de adimend. lega.& in l.
Caio.ff. de alim.& cib. legat. Alberic. in Rub.ff.
de adim.legat.Ruynus conſ.53.nu.8.lib.2.

Veruntamen ſi rem exactius perpendemus
in hac etiam parte remanſiſſe ac ſubeſſe fideicõ
miſſum fateamur neceſſe eſt.

Namque aut huius partis dimidiæ quę prius
quoque ad Petrum ſpectabat, dicitur facta in ſe
cundis codicillis prioris legati translatio, aut ve
ro facta eſſe dicitur noua diſpoſitio prælegati
atque in primis licet concluderemus hic agi de
translatione prioris legati de uno in eandẽ per-
ſonam adhuc tamen firmãdum eſt ſubeſſe fidei
5 commiſſum. †quia tũc demum in legato eiusdẽ
rei in eadem perſona ſimpliciter repetito atque
translato, uidetur ademptum onus prioris le-
gati

gati quando legatum ſecundo loco factum re-
tento onere, eſſet inutile ſuperfluumq́;, & nihil
operaretur. eo.n.caſu,ut 2.legatum aliquid ope
retur cenſetur ademp. detractũq; onus priori le
gato appoſitum. Quamobrem quando 2.legatũ
retento onere non eſt inutile, ſed aliquid opera
tur tunc nunquam intelligitur detractum onus
etiam ſi translatio legati fiat de vna perſona in
eandem perſonam. Quemadmodum firmat Dy
nus,& Bar.in d.l.ſi tibi.ff.de adim.leg.& Goffr.in
l.ſi adimendo.nu.2.ff.de adim.leg.& Alb.in l.Ca
io Seio.ff.de alim.& cib.leg.& in d.l.ſi tibi.ubi di
cit onus adimi q̃n aliàs legatũ eſſet inutile,quòd
ſi nil aliud efficere poteſt, operetur ſaltem one-
ris ademptionem. At in propoſita ſpecie repeti-
tio legati facta in ult. codicillis non eſt inutilis,
ſed plurimum operatur,tum quia ut ex d.codicil
lis conſtat domus magna quę prius pro dimidia
ad Pet.ſpectabat, in ult. deinde ad eũ inſolidum
ſpectare cepit,tum quia magnæ domui in ult.le-
gato addita fuit domuſcula d.domui magnæ cõ-
tigua quod in primis codicillis factũ non fuerat
ergo in 2. legato non cenſetur detractum onus
ẽt ſi translatio fieri dicatur de una in eandẽ per
ſonã quandoquidem ſine illius detractione le-
gatum plurimum operatur, iux. tradita per Dy.
Goff.& Alb.ſup.cita. Si uero dixeris in 2.his co-
dicillis factam fuiſſe non legati translationẽ,ſed
nouã prælegati diſpõnẽ, quo caſu poſterior co-
dicillorum ſcriptura quoad legata priori ſcriptu
ræ derogare ſolet.l.alumnæ. §.Titia. ff. de adim.
leg.Pariſ.conſ.74.nu.1.uol.2.Reſpondeo adhuc
fideic.onus ſubeſſe uideri, quia teſtator faciẽs ul
timos codicillos dixit uolens codicillari in hunc
qui ſequitur modum &c.diſpoſuit &c. Quę ſanè
verba in hunc qui ſequitur modum,& uerba, ut
inf. & ſimilia referuntur ad eam diſpoſitionẽ, q̃
inferius facta reperitur, ut per Dec. d.conſ.190.
nu.8.uerſ.6.quia. At inferius idẽ teſtator in 2.co
dicillis dixit,& in cęteris alios codicillos,& teſtm̃
confirmauit ergo patet ex verbis vlt. codicillo-
rum teſtatorem non ademiſſe onus fideic.quod
in primis codicillis adiecerat,ſed potius illud idẽ
onus approbaſſe confirmaſſe, & expreſſe repete
re uoluiſſe,& quod attinet ad illud onus nihil im
6 mutaſſe, † quandoquidem codicilli non tollunt
per alios codicillos, uel teſtm̃, niſi quatenus ex-
primitur,ut per Spec.tit.de inſtru.edit.§.viſo.de
impugnatione.uer. & no. quod tutius, & Marc.
Ant.Nat. in Auth.hoc inter liberos. n.88. uerſi.
non reperio alios.C.de teſt. & Vero. in caut.87.
inc.ſi aliquis. Quare cum in caſu propoſito non
ſolum onus non adimatur expreſsè, ſed potius
expreſſe iterum in 2.codicillis adijciatur,& repe
tatur,conſequens eſt, ut dicamus integram do-
mũ magna ſubiectam remanſiſſe priori fideicõ.
quandoquidem ſecũdum præd.onus præcedẽs
repetitum vr̃ ẽt ſi eidem perſonæ legetur, vt eſt
caſus in l.libertis omnib.ubi Paul.Caſtr.ff.de cõ
di.& dem.& tradit Marc.Ant.Nat. in d.cõſ.476.
n.13.verſ.vlt.ut rẽ perſtringã. uol.2. & Io.Ceph.
d.conſ.67.nu.8.uerſ.vr̃ inſuper.uol.1.cuius qui-
dem fundamenta, licet in caſu quo ibi reijciãtur
ſpẽi tñ nr̃ę,ut patet ex p̃dictis optimè cõueniũt.
Qđ vero ſpectat ad 2.dubitationẽ vtrũ.ſ.onus fi
deicõmiſſi dicat̃ iniũctũ domuſculę domui mag.
ex uolũtate teſtõris adiũctæ. Reſp. & ego quoq;
p̃cedẽs onus fideicõmiſſi p̃dictæ domuſculæ in-
iũctũ videri ita vt a d.Petro nõ poſſit alienari in
p̃iudiciũ d.D.Mariæ hæredis uniuerſalis ad quã
oẽs d.domus reuerti dẽnt ſi Petrus deceſſerit ſi
ne liberis.Id qđ vltra adducta p̃ p̃d.D.D.Conſu
lẽtes cõprobatur. Namq; onus præcedens adie
ctum quoque cenſeri d. domuſculæ oſtenditur.
7 Primò,quia † cum in principali apponit̃ onus
vel conditio tunc ea intelligitur repetita in ad-
ditamento.l.inter ſocerũ.§.cum inter. ff. de pac.
dot.l.ſi conſtante.§.pactis.C.de don.ant.nup.&
per hæc ita in ſpecie dicit Alb.in l.leges & cõſti-
tutiones nu.6. uer.ad 3.art.C.de legib. Secũdo
facit id quod ait Goffred.in l.ſi tibi pure.n.21.ff.
de leg.3.& in l.cum pater.§.ab inſtituto.n.12. ff.
de leg.2. vbi dicit ſi teſtator legauerit Titio fun-
dum ſi nauis ex Aſia uenerit, demum Titio am-
plius ẽt uineã leget,tunc quidẽ conditio intelli-
8 gitur in d.ẽt vinea repetita. Tertiò † comproba
tur quia acceſſorium dijudicatur ſecundum prin
cipale.Io.And.c.cum ſecundum.nu.5. de hæreti
cis.lib.6.& Lap.in alleg.55.de arb.n.1.& 2. At di
cta domuſcula,ut colligitur ex 2.codicillis acceſ-
ſit domui magnæ ex deſtinatione, & uoluntate
patrisfa.qui hoc facere potuit, ut per Bart. in l.ſi
ita ſtipulatus.n.7.ubi Cuma.n.10.ff.de uerb.obl.
& doc.in l.ſi inſulam.ff. eo.tit. de uerb.obl. ergo
in præd.domuſcula tanquam in acceſſione intel
ligitur repetitum onus fideic. ex uoluntate d.te-
9 ſtatoris. Poſtremo † in iure vulgatum eſt, aliena-
tionem bonorum fideic. ſubiectorum a legata-
rio factam adeo reſolui,ut retro nulla fuiſſe dica
tur,ac non obſtante præſcriptione bona aliena-
ta è manibus emptorum uendicari poſſint.l.ſer-
uo legato.§.1.ff.de leg.1.Berta.in trac.de gabel.
in 3.memb.8.par.prin.n.49.ubi aſſerit hanc opi.
eſſe com.& Dec.in conſ.325. in prin.& per Rol.
a Val.conſ.81.nu.1.uol.2.cum locis conſocijs.Ex
quib.omnib. in ſententiam a præd. Exc. & Clar.
I.C. prudenter ſupr.firmatam libenter deuenio,
& ita iuris eſſe arbitror ſaniori iudicio ſemper
ſaluo. Laus Deo.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 Patronorum. pluralitas, in dubio non præſumitur.

2 Ius patronatus videtur eſſe quaſi quadam ſpecies ſeruitutis.

3 Eccleſia vtilius eſt pauciores habere patronos, & magis eſſe liberam quàm fieri poteſt.

4 Communio ſolet parere diſcordias.

5 Quod communiter poſſidetur, plerunque negligitur.

6 *Eccleſia non debet a plurib. grauari.*

7 *Patronus non tenetur defendere eccleſiam proprijs expenſis, ſed ſufficit, ſi diligentiam adhibeat. ſicut tutor expenſis pupilli ipſum defendit.*

8 *In collatione facta per ſuperiorem non requiritur conſenſus patronorum, ſi collatio eſt facta ad vtilitatem eccleſiæ.*

9 *Per collationem ſimplicem, & liberam factam quo modolibet vltimo loco non derogatur iuri patronatus, vel eius quaſi poſſeßioni.*

10 *Prouiſio facta per ſummum Pontif. intelligi debet ſecundum eius intentionem.*

11 *Quod nullum eſt, nullum producit effectum, neque poteſt impedimentum præſtare.*

CONSILIVM CX.

Dei nomine repetito.

CONSVLTATIONI propoſitæ,
quæ ſubtiliter & copioſè a clariſſ. I.
C. D. Ioſepho Bocca ſuperius expli-
cata fuit, ut ſubſcriberem dumtaxat
interpellatus affirmare non vereor d. D.Ioſeph.
reiecto d.Carolo Vpeſſingho de iure inſtituen-
dum fuiſſe,& eſſe in rectorem d. eccleſiæ S. Ma-
riæ,tum ex rationibus præallegatis, tum etiam,
quia Torpes olim Federici Gaddi ciuis Piſani
omnia iura patronatus, quæ ipſe habebat(inter
quæ etiam ius patronatus d.eccleſiæ San.Mariæ
connumerabatur)donauit Galeatio Vicecomiti
ciui Piſano, ut conſtat ex inſtrumento donatio-
nis factæ anno Domini 1447. quæ quidem dona
tio approbata,& confirmata fuit per ſententiam
Reu. D.Vicarij Archiepiſ.Piſ. anno 1465. in qua
ſententia declarauit d.Reuer. D.Vicarius ipſum
Galeatium eſſe verum,certum, & indubitatum
patronum d.eccleſiæ ipſumq;, & eius anteceſſo
res tunc fuiſſe, & eſſe in uera quieta, & pacifica
poſſeſſione iuris eligendi,& præſentandi recto-
res ad dictam eccleſiam. Demum uero idem Ga
leatius teſtamentum faciens anno 1473. iure le-
gati reliquit,omnia iura patronatus quæ ipſe ha
bebat Iac. Raguerij Boccæ, quod ſanè legatum,
& ipſum quoque confirmatum,atque approba-
tum fuit anno Domini 1475. a Reue.illius tem-
peſtatis Piſarum Archiepiſcopo,& propterea di-
ctũ ius patronatus translatum fuit in legatarium
Io.Durant in arte teſtandi. ti. 5. caut. 67. Cur.iun.
conſ.87.num.6.Quamobrem cum dicti Iac.Ray-
nerij Boccæ ſucceſſor tametſi mediatus extite-
rit Mag. ac ſtrenuus Colonellus Do.Antoninus
Bocca pater d.D.Ioſephi nunc per eum præſen-
tati conſequens eſt,vt dicamus d.Do.Ioſephum
ab eo præſentatum fuiſſe,qui uere,& legitimè,&
inſolidum patronus erat, & eſt d. eccleſiæ ſicut
uerus,& legitimus patronus inſolidum fuerat d.
D.Galeatius qui Bocchis per edictum ius patro
natus legauerat. Inde ueru vltra prædicta conſta
re puto d.Galeatium fuiſſe patronum inſolidum
1 d.eccleſiæ quòd † in dubio non præſumitur plu-
ralitas perſonarum.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tu-
tela.Bal. in l.neque natales.col.2,C.de prob.& in
l.conuenticula.in 4.col.C.de epiſ.& cler.in verſ.
item arguitur. Atqui in dicta ſententia, dictum
fuit prædictum Galeatium fuiſſe verum, & legi-
timum patronum d.eccleſiæ igitur in dubio non
præſumitur pluralitas patronorum, ſed potius
præſumendum eſt ipſum Galeatium fuiſſe unicũ
patronum d.eccleſiæ. Niſi probetur contrarium
quod pars aduerſa non probauit, nec uerè pro-
bare poteſt,ut apertè ſupra oſtendit d.Do.Con-
2 ſultor. † Quod etiam comprobatur,quia ius pa-
tronatus uidetur eſſe quædam quaſi ſpecies ſer-
uitutis.gl.in c.piæ mentis. 16.q.ult. c.cum Bertol
dus.de re iud. Inno.in rub. de iure patron. Ioan.
And.c.1.de iure patr. in 6. Panor. c.ſignificauit.
de teſtib.& in c.querelam.col.2. de elect.& in c.
3.de iure patr.Crot.in conſ.46.num.22. & conſ.
73.nu.14.Bero.in rub. de iure patron. nu.49. &
3 in c.1. nu.64. & nu.74. eo.tit. † Atqui vtilius eſt
eccleſiæ,pauciores habere patronos,& magis eſ
ſe liberum,quàm fieri poteſt. Panor. in c.quæri-
moniam.de iure patron. Quod plurib. rationib.
4 oſtenditur; & primo,† quia communio ſolet in-
ducere diſſenſiones.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.
de leg.2.Io.And.in c.nobis.in uerbo conſtruxe-
rit.de iure patr. Secundo propter onus quod ei
dem eccleſiæ iniungitur circa alimenta præſtan-
da patronis ſi ad egeſtatem perueniant. Ant.de
But.in c.in quibuſdam.nu.16.de pœn.

Tertiò propter ius quod habent patroni, ut
proceſſionaliter inducantur in eccleſia. Ant. de
But.d.c.in quibuſdam.nu.16.c.nobis. de iure pa
5 tron.ubi Card.7.q. † Quarto,quia quod commu
niter poſſidetur plerunque negligitur. l.2.C. &
quando quibus 4. pars debeatur. lib.10. Lamb.
trac.de iure patron.4.art.1.q.princ.1.par.libr.1.
num.3.& art.12.1.q.prin.1.par.1.lib.nu.2.Igitur
6 † in dubio cenſendum eſt vnicum eſſe patronũ,
ne eccleſia a pluribus grauari dicatur Lamber.in
art.8.5.q.prin.1.par.1.lib.nu.43. in priuil.29. Et
licet expediat eccleſiæ plures defenſores habere.
tamen hodie, tum propter onera prædicta,tum
propter diſcordias patronorum expediret eccle
ſiæ non habere plures patronos. Lamb.d.art.12.
nu.3. Neque ob id fauorabile eſſe dicetur eccle-
ſiæ habere plures patronos,quòd a pluribus de-
7 fendi poſſit, † quia patronus non debet defen-
dere eccleſiam proprijs expenſis, ſed ſufficit ſi
diligentiam adhibeat,& miniſterium ſicut tutor
expenſis pupilli ipſum defendit.l.a tutoribus. ff.
de adminiſt.tut.Ant.de But. in d.c.in quibuſdã.
num.17.de pœn.Quinetiam licet ius patronatus
ſit inductum in fauorem eccleſiæ uniuerſalis, &
totius fidei Chriſtianæ cuius intereſt, ut diuinus
cultus,atque religio augeatur. Tamen principa-
liter ius patronatus dicitur eſſe inductum in fa-
uorem patronorum non autem eccleſiæ particu
laris in qua patronus ius patronatus habet,quia
reſpectu illius eccleſiæ particularis ius patro-
natus eſt potius odioſum, & oneroſum, ut
ſupra dixi, & optimè firmat Lambertinus,

d.trac.de iure patr.in 11.art. 1.q.princ. 1.par. 1.
lib.nu.3.& art.8.5.q.princ. 1.par. 1.lib.nu.43. in
præl.priu.29.cum ſi.Quod uero pertinet ad Re
uer.D.Raph.de Roncionib. concludendum ar-
bitror ipſum obtinere non poſſe. Nec quicquã
obeſt,ult.loco d.eccleſiam collatam fuiſſe a ſum
mo Pont.ſeu ordinario illius mandato abſq; ali-
quorum patronorum præſentatione quaſi pro-
pter hoc dictus ordinarius ſit in quaſi poſſ. con-
ferendi,quandoquidem ult. ſtatus collationis in
ſpici debet.c.cum eccleſia Sutrina. de cauſ.poſſ.
& propr.&Old.conſ.302.inc.thema qõnis.ad fi.
Quoniam primo reſpondetur tunc d.eccleſiam
uti notorium eſt uacauiſſe per permutationem
quo caſu collatio d.beneficij permutati pertinet
ad epiſc.ſuperiorem.gl.com.approbata in clem.
unica.de rer.perm.in uerbo confeſſio. Hoſt. in
ſum.eo.tit.Io.And.in nouel.in c.unico. de iur.pa
tro.lib.6.& Io.Nic.Delphin. in trac. qui inſcribi-
tur flores iuris patr.li.2. num.139. ſec.4.quarto.
8 † Nec requiritur conſenſus patronorum in col-
latione facta per ſuperiorem quando collatio fit
ad utilitatem eccleſiæ,ut per Lamber.in tract. de
iure pat.6.art.6.q.prin.1.par.2.lib.n.37.&in 7.ar
tic. 7.q.prin. 3.par. 2.lib. ubi concludit urgente
neceſſitate ordinario licere iuſtituere rectorem
ſine conſenſu patronorum ſi contingat benefi-
ciatos uelle permutare beneficia patronata quę
ipſi poſſident. Atqui in permutatione prædicta
cenſetur adfuiſſe neceſſitas, & utilitas dictæ ec-
cleſiæ ſiquidem præſumimus ſemper factum eſ-
ſe illud quod fieri debuit.Bal.l.ex facto.ff.de uul
& pup.Igitur patronorum conſenſus non fuerat
neceſſarius,neque uerè dici poteſt eos amiſiſſe
quaſi poſſ.iuriſpatr. propter eorum negligentiã
licet expreſsè conſenſum in præd.colla. non ad-
hibuerint.Secundo nõ obſtare præd.vlt. aſſertã
quaſi poſſ.collationis ſum.Pont.uel ord. ſine pa
tronorum conſenſu oſtenditur, quia reſponde-
9 tur per † ſimplicem liberam collationem factã
quomodolibet vlt.loco non derogari iuri patro
natus,uel eius quaſi poſſeſſioni ſicuti plurib. ra-
tionibus firmat Dec.in conſ.126.nu.4.& primo
10 q; prouiſio,† ſeu collatio facta per ſummũ Pont.
intelligi debet ſecũdum eius intẽtionem, ut per
Inno.in c.cum eccleſiaſticæ.de excep.& per Bal.
in l.præſcriptione.nu.39. C. ſi contra ius. Atqui
ſummus Pont. dum beneficia de iure patr. ſim-
pliciter confert præſumitur ſolum uoluiſſe pro
ea uice prȩuenire non autem uidetur uoluiſſe a-
liquam poſſ. quærere, uel patronis prȩiudicare,
niſi hoc exprimatur in collatione,ut per Hoſt.in
c.dilectus.de off.deleg.& Lap.in deciſ.96.inc.be
neficia uacatura.Panorm. in ca.cum dilectus. de
iure patr.doct.in c.2. de præben.in 6. Bero. in c.
quoniam.nu.12.de iure patr. Igitur etiam in ca-
ſu propoſito,prȩſumendum eſt dictam collatio-
nem ex intentione ſummi Pont. habuiſſe tacitã
cõditionem, niſi beneficium haberet patronos,
uel quaſi poſſeſſores iuris patronatus, & conſe-
quenter per eandem collationem ſummum Põ-
tificem non derogaſſe iuri patronatus, vel eius

quaſi poſſeſſioni quȩ erat penes prȩdictos Del-
bocca.

Secundo idem comprobatur, quia tunc de-
mum per ult.colla.derogatur iuri patro.uel eius
quaſi poſſeſſioni quando dicta vlt.coll. ab initio
ex ſe ualida extitiſſet non autem quando eſſet
11 inualida, & nulla † quoniam quod nullum eſt,
nullum producit effectum.l.4.§.condemnatum.
ff.de re iud.neque poteſt impedimentum prȩſta
re id quod nullum eſt.l.ſiquis. ff. de hæred.inſt.
& Dec.d.conſ.126.nu.4.At in caſu propoſito p-
dicta collatio nulla fuit ppterea quòd ſummus
Pont.in ea non derogauit expreſsè iuri patrona
tus, quemadmodum oportuerat igitur nullum
prȩiudicium patronis intulit cum collatio fuerit
ſurreptitia.c.illud. de iure patro. c. decernimus.
17.q.7.Panor.d.c.cum Bertoldus.de re iud.Pau.
de Cittadin.in trac.de iure patro.par.4. num.2.

Nec ob.ſi dixeris prædicta ſolum locum habe
re durante tempore conceſſo a iure patronis ad
prȩſentandum intra quod collationem factã im
pugnare poſſunt,poſt illud autem confirmari ui
detur collatio ex tacito etiam conſenſu patrono
rum non contradicentium, vt per Panor. in di-
ſputatione Angerio.circa fi.2.dub. Quoniam re
ſpondetur poſito etiam, vt inualida collatio con
firmaretur ex dicto tacito conſenſu patroni nihi-
lominus propter hoc non diceretur derogatum
iuri patronatus reſpectu futurȩ uacationis.pro-
pterea quòd nomine eiuſdem patroni collatio
uidetur facta ſub tacita conditione ſi patronis
placuerit.Rot.in deciſ.10.tit.de iure patr.in anti
quis,& Dec.d.conſ.126.ad fi.Quo fit vt ſi patro-
ni, vel conſenſerint,vel non contradixerint facta
uideri poſſit collatio de voluntate ipſorum,&cõ
ſequẽter nullo modo derogatũ ſit iuri patrona-
tus,nec per eam collationẽ quȩ a tacito patrono
rum conſenſu vim,atque robur accipit beneficij
ſtatus alterius qualitatis efficiatur. Dec. d.conſ.
126.in fi.Quib.omnib.reb.concluditur præſup-
poſita ẽt collati. præd. optimo iure negari poſſe
beneficium de quo agitur eſſe in ſtatu, uel quaſi
poſſ.liberȩ colla.Et ita iuris eſſe arbitror melio-
re iudicio ſemper ſaluo ad laudem Dei.

Ego Ant.Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Verba clarè prolata non admittunt voluntatis quæ-
ſtionem.*
2 *Verba inueſtituræ quando ſimpliciter ſunt cõcepta,
in numero generationum computatur perſona ac-
quirentis,ita ut ipſa faciat primam generationẽ;
filius verò ſecundam,nepos tertiam.*
3 *Inter generationes expreſſas in conceſſione emphy-
teuſis an computetur perſona recipientis,quocun-
que modo concepta ſint verba inueſtituræ.*
4 *Nemo generat ſe ipſum.*
5 *Generatio incipit a ſtipite.*

6 *Linea aui paterni ea dicitur, cuius lineæ auus paternus eſt caput, & a quo tanquam a primo fonte manat.*

7 *Ordo ſucceſſiuus inducitur ab ordine neceſſitatis, qua teſtatorem adſtringit ad inſtituendum hæredem.*

8 *Charitatis ordo vbi ſolus eſt, ſtipulatio, vel inſtitutio non dicitur facta ordine ſucceſſiuo, quia in contractibus non attenditur ordo charitatis.*

9 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

10 *Subiectum a quo remouetur, remouetur quoque prædicatum.*

11 *Quod non eſt, extingui non poteſt.*

12 *Qui ſuccedit in locum alterius, non naciſcitur gradum eius, in cuius locum ſuccedit, ſed remanet in ſuo eodemq; gradu, in quo erat antequã ſuccederet.*

13 *Subſtitutionis natura eſt, vt tunc demùm ad 2. gradum deueniatur, cum primus effectum non habet.*

14 *Verba cum effectu accipi debent.*

15 *Conducens, quando conducit emphyteuſim pro ſe, & filijs emphyteuſis non pertinet ad filias fœminas.*

CONSILIVM CXL

Diuino nomine inuocato.

IN inſtrumento contractus emphyteutici leguntur huiuſmodi uerba, uidelicet Reu. Fr. Dõ Hugo de Bon. prior & ſyndicus, & procurator monaſterij capituli, & conuentus S. Mariæ, & S. Io. Euangevallis Gratioſæ de Calce Piſ. diœceſis ord. Chartuſi. legitimè factus &c. pro euidenti commodo, & utilitate d. monaſterij dedit, & conceſſit in emphyteuſim, & ad liuellum, & cenſum annuũ perſoluendum, ut inferius dr̃ Simoni olim Nic. Poggibontio Piſis commoranti præſenti, & recipienti pro ſe, & eius uita naturali durante, & poſt eius mortem pro eius filijs, & pro Hieron. Nic. Seb. eius nepotibus ex fratre, & filijs Iac. d. olim Nic. & quolibet prædictorum filijs, & nepotib. uſq; in 3. genera. maſculini ſexus, & legitimi tñ, & nõ ultra, uel aliter. Et omnib. præd. deficientib. infraſcripta bona reuertantur ad ipſum monaſteriũ cum oĩb. eorũ melioramentis ex pacto expreſſe habito infraſcripta bona, uidelicet petium unũ terræ cum domo &c. Quo contractu ſtante, contigit, ut Simon conductor decederet nullis ex ſe liberis ſuſceptis. deinde uero decederet Frã. Andreæ, & filius d. Iac. ita ut d. petia terræ cũ domo hodie tota ſpectet, & pertinet ad Nic. iun. filium ſuprad. Iac. Quibus ſic poſitis ex me quæritur an d. terra, ſeu domus pertineat ad filios, & ad nepotes d. Nic. iun. quòd ſi ad eos non porrigat, quæritur quouſque protendatur d. emph. Et in primis. quod attinet ad filios rem bř perſtringens arbitror de iure firmari poſſe in d. contrac. emphyteutico comprehendi, & contineri debere filios d. Nic. iun. Primò, quia hoc expreſsè ſuadere uidentur uerba illa contractus quæ dicunt, & p
1 eorum cuiuſcunque præd. filijs &c. quæ † uerba cum clara ſint, uoluntatis quæſtionem minime admittunt. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. Bertran. conſ. 157. inc. puto quod nota ſit. n. 2. uol. 1 ex corpore antiquiori. Dec. conſ. 653. par. 5. igitur cũ in contractu nepotes expreſsè nominati ſint nemini dubium eſſe debet quin comprehendantur nepotes d. Nic. Secũdo dico negari nõ poſſe quin ſaltem in d. contractu emph. contineantur
2 filij Nic. † Nam quando uerba inueſtituræ ſimpliciter concepta ſunt, utputa concedo tibi hũc fundum in emphyteuſim in 3. genera. tunc in numero generationum cõputatur perſona acquirentis, ita vt ipſe acquirens faciat primam generationem, filius uero faciat ſecundam, nepos aũt tertium. Bal. d. Auth. ſiquas ruinas, Iul. Cla. refert lib. 3. ſen. §. emphyteuſis. q. 34. cum alijs ſupra citatis. Quamobrem cum uerſari dicamur in eo caſu, quo emphyteuſis cõceſſa uidetur ſimpliciter concludendum erit primam generationem incipere, & connumerari debere a perſona d. Simonis conductoris. Secundam uero a perſona filiorum eius, ſeu a perſona Nic. qui eſt in eodẽ gradu quo fuiſſent filij Simonis. Tertiã uero a perſona filiorum d. Nic. qui ſanè fit, ut audacter aſſeuerare poſſimus filios Nic. ſine ulla controuer-
3 ſia in d. inſtr. emph. comprehendi. Quòd † ſi præterea amplius dicere attentares inter gene. expreſſas in conceſſione emph. nunquam computari perſonam recipientis, quocunque modo cõcepta ſint uerba inueſtituræ, ut tenet Alex. d. conſil. 53. nu. 6. vol. 6. præſertim cũ illud uerborũ eorum, uel ipſius neceſſariò ſubintelligi ſemper debeat quamuis non fuiſſet expreſſum, quandoquidem
4 quidem nemo † generat ſe ipſum, ut conſiderauit etiam Paul. Caſtr. d. conſ. 338. nu. 1. & 2. uolu. 2. & idem Iul. Cla. q. 34. §. emphy. ubi dicit forte hanc opi. uideri magis com. Ego reſpondeo, tutius eſſe tenere contrariam opi. videlicet lineã,
5 & † generationem incipere a ſtipite, & recipiẽte ut tenet additio in uerbo in 10. linea, d. cõſ. Alex. 53. li. 6. Nec me mouet neminem ſe ipſum generare poſſe. nam etſi hoc ſit uerĩſſ. tamen non negatur perſonam recipientis numerari pro 3. generatione. licèt. n. linea, & generatio recipientis nõ perficiatur in eiuſdem recipiẽtis perſona, ſed ad eã conſtituendã, & perficiendam extare oporteat deſcendentes, negari tamen non poteſt quin ab eo ipſo linea incipiat; etenim quemadmodum in mathematicis linea non perficitur ex primo pũcto, & non ſtatim conficitur linea cũ primũ pũctum collocaueris, ſed neceſſe ſit et addere ſecũdũ punctũ ſi de linea finita loquamur, licet a primo puncto linea incipiat, non a 2. ita in caſu nro 13 linea, ſeu gene. nõ perficiat in pſona recipiẽtis qa nemo gñet ſeipsũ, tamen põt appellari linea & generatio ipſius recipientis quoniam a recipiente incipit. Id quod comprobat Soc. conſ. 53
6 nu. 8. par. 3. ubi refert lineam † aui paterni, dicit illam, cuius lineæ auus paternus eſt caput, & a quo tanquam a primo fonte manat. l. pronunciatio. in fi. ff. de uerb. ſig. ibi ſicut dicimus familiam Iuliam &c. & Capyc. decil. 159. nu. 7. Verbum tamen contra prædicta obijci poſſet filios Nicolai non

non uideri comprehenſos in huiuſmodi conceſ
ſione emphyteutica, quippe qui uidentur poſiti
extra tertiam generationem,cuius mentio fit in
contractu. Namque prima generatio, ut ſupra
firmaui incipit a perſona d. Simonis,qui recepit
emphyteuſim ſecunda uero generatio deſigna-
tur ab illis uerbis, & poſt eius mortem pro eius
filijs &c. ex quibus uidetur oſtendi conductorē
emphyteuſis conſtituere uoluiſſe ſecundam ge-
nerationem in perſona eius filiorum, licet nul-
los filios deinde ſuſceperit. Tertia autem genera
tio uideretur conſiſtere in perſona d. Nicolai.
Ideoq; eius filij tanquam poſiti in ſubſequenti
quarta generatione a dicta emphyteuſi excluſi
videntur.

Sed reſpondetur Simonis filios, & Nicol.nō
conſtituere diuerſos gradus,ſeu diuerſas genera
tiones,ſed omnes connumerari in eadem ſecun
da generatione. Namque cum Simon acceperit
emphyteuſim pro ſe,& poſt eius mortem pro e-
ius filijs,& nepotibus ex fratre &c. utique ſtipu-
latio non dicitur facta ordine ſucceſſiuo,ſed om
nes nominati cenſentur uocati ſimul in eodem
7 gradu, quia † ordo ſucceſſiuus inducitur ab or-
dine neceſſitatis, quæ teſtatorem adſtringit ad
inſtituendum hæredem exempli gratia primo fi
lium,& deinde ſi mortuus fuerit filius ad inſtituē
dum nepotem ſi uoluerit teſtamentum ualere.
hæc enim neceſſitas in cauſa ſola eſt cur plures
cenſeantur uocati ordine ſucceſſiuo, ut per Ale
xan.& Soc.iun.in l. Gallus.§.quidam rectè.n.19.
ubi etiam Torn.in q.nu.4. ff. de lib. & poſthu. &
propterea ſi poſt te uóces filium meum, & nepo
tem ex eo natum,utique uidereris diſpoſuiſſe or
dine ſucceſſiuo, ut ſcilicet primo tu admittaris,
deinde filij, demum poſt filios admittātur nepo
tes.Bar.l.quod dicitur.nu.6.ff.de uerb. obl. & ita
eſſe communem obſeruantiam dicit Iul. Clar. li.
3.ſen.§ emphyteuſis.q.35. quia tunc ordo neceſ
ſitatis urget,ut primo inſtituam filium,demū ne
potem ne, ſi forte filius è medio ſubduceretur,
teſtamentum rumpatur. At in caſu noſtro non
adeſt hæc neceſſitas,quia Simon non tenebatur
conducere emphyteuſim pro filijs fratris, ſeu
pro nepotibus ex fratre unde in caſu noſtro nō
uerſatur ordo neceſſitatis, ſed uerſari hic uide-
8 tur tantum ordo charitatis, † & ubi eſt ſolus or-
do charitatis ſtipulatio, uel inſtitutio non dici-
tur facta ordine ſucceſſiuo,ut per Bar.d.§.quidā
rectè.& Iul.Clar.d.lib.3.ſen.§.teſtamentū. q.80.
concl.1.& propterea in caſu propoſito filij d.Si-
monis,& nepotes ex eius fratribus,uidelicet filij
Iac.et filij And. ſimul omnes erant uocati in eo-
dem gradu unuſquiſque pro tertia parte nō aūt
ordine ſucceſſiuo. Quinetiam in contractibus
non uidetur attendendus ordo charitatis ſecun
dum Bal.in l.cū acutiſſimi.C.de fideic. Iaſ. in l.2.
col.106.nu.197.uer.13.quæro. C. de iure emph.
& Ant.Rub.in l.Gallus.§.quidam rectè.nu.163.
ubi dicit in contractibus non ita abſolutè,& ſim
pliciter conſiderari,& attendi ordinem charita-
tis,ut fit in ultimis uoluntatibus,& propterea cō
cludimus in contractu propoſito nō attendi or-
dinē ſucceſſiuū, ſed oēs ſimul fuiſſe uocatos ſe-
cundum præd. Præterea poſito, & non dato, ut
filij Simonis,& nepotes ex fratre ſimul non cō-
currerent unuſquiſque.ſ.pro tertia parte, ſed ue
nirent ordine ſucceſſiuo. 1.Simon. 2.filij eius. 3.
uero nepotes ex fratre, adhuc reſponderē filios
Nicol.non eſſe excluſos a d. emphyteuſi, quia
nominatio filiorum Simonis non conſtituit ſe
cundam generationem, uel ſecundum gra-
9 dum,quia † non entis nullæ ſunt qualitates.l.eius
qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.l.4.§.fi.ff.de act.em
ptio.l.ſi pupillus.ff.de acq.hær.l.1.C.de cond.ob
cauſ.l.fi.C.de colla.bon.l.1.de hær.uend.c.ad diſ
ſoluendum. de deſpon.impub. c.ſi ſuper. de off.
deleg.Bero.in c.ſuper literis.de reſcr.nu.25.Gra
10 tus conſ.30. nu.28. lib.1. Et a quo † remouetur
ſubiectum remouetur quoque prædicatum. l. ſi
Mæuia.ff.de hær.inſt. Corraſ. in l. ſi tam anguſti.
nu.19.ff.de ſeru.At in facto propoſito filij Simo
nis,nec ſunt,nec unquam fuerunt,uel extiterunt
in rerum natura, quia nullos filios ſuſcepit ergo
nunquam dicitur extitiſſe linea, ſeu generatio fi
liorum Simonis,& propterea dici non poteſt,ut
d. linea, ſeu generatio filiorum Simonis fuerit
11 extincta,quia † quod non eſt, extingui non po-
teſt.l.nam & ſi ſub conditione. § poſt defectum.
ff.de iniuſt.rup.& irri.fa.teſt.Quòd ſi nominatio
filiorum Simonis non conſtituit ſecundum gra
dum,ſeu ſecundam generationem, quia nūquā
extiterunt conſequens eſt,ut Nic.non ſit in 3.ge
neratione, ſed in ſecūda in qua extitiſſent filij Si
monis ſi nati eſſent. In quorum locum ſuccedit
Nic.licet.n.nunquam extiterit gradus,ſeu gene-
ratio filiorum Simonis tamen ut apparet ex mē
te,& uerbis d.conductoris, ut ſcripturæ ordo o-
ſtēdit,extitit, & extat locus quo collocari debuiſ
ſet generatio filiorum d.Simonis ſi ipſe filios ha
buiſſet.Quamobrem cum in illum ipſum ſecun-
dum locum qui non eſt extinctus,ſed durat;licet
non extiterit generatio ſucceſſerit Nic. ſicut di-
cuntur ſuccedere arbores in locum demortua-
rum.l.uetus fuit qō.ff.de uſufr. & §.ſed ſi gregis.
inſt. de rer.diuiſ. & ſicut dicuntur ſubſtitui iudi-
ces in locum demortuorū.l.pen. ff.iud.ſolui.Nul
li dubium eſſe debet quin generatio ſecunda in
cipiat a perſona Nic.Generatio uero tertia inci-
piat a filijs illius,& propterea non cenſentur ex-
cluſi a d.emph. ſed nepotes eius utiq; excluſi ui-
dentur, qui ſunt in 4. generat. & per conſequēs
ultra tertiam iuxta præd. Poſtremo opponitur,
Nic.non uideri in 4.gene.ſed 3. quia ut patet ex
his quæ proximè diximus Nic.ſucceſſit in locū fi
12 liorum Simonis,qui 2.gene.conſtituunt. † At is,
qui ſuccedit in locū alterius non nanciſcitur gra
dum eius in cuius locum ſuccedit. ſed remanet
in ſuo eoq; gradu in quo erat antequā ſuccede-
ret.Id quod patet in ſubſtituto.is.n.qui ſubſtitui
tur alteri non uerè ſuccedit in locum alterius,li-
cet ſuccedat in partem deficientis.l.ſi in teſtō.ff.
de uul.& pup.nec dicit̄ eſſe in eo.1.gradu in quo
erat inſt.1.in cuius locum ſubſt.ſucceſſit, ſed re-

manet in gradu,& loco ſuo. Vnde ſi inſtitutus ſit hæres Semptonius,& ſi is hæres non fuerit,ſubſtituatur ſecundo loco, Seius utique Seius dum ſuccedit remanet in ſuo ſecundo gradu.l.1. ff. de uulgari ibi ſubſtituti ſecundo, uel tertio gradu uel loco.l.2.§.defertur. ff.de bon.poſ.ſecundum tab. Nec nanciſcitur primum gradum in quo erat primus inſtitutus,quia primus gradus dicitur peremptus.l.3.§.fi.ff.de lib. & poſth. Igitur Nic. qui uidetur eſſe in tertia generatione, in eadem 3.generatione remãſit,licet ſucceſſerit in locũ 2. Sed præterquam quòd ut ſupra dixi Simon eſt in prima generatione filij uero Simonis, & nepotes ex fratre ſunt in ſecunda, & conſequẽter Nic.non eſt in 3.generatione.ideoq; in 3.remanere non poteſt. Reſpõdetur etiam poſito,& nõ dato quòd Nic.eſſet in 3. non obſtare argumentationem de ſubſtituto.Ideo.n.ſubſtitutus remanet in ſuo gradu quoniam in materia ſubſtitutionis non poſſunt omnes gradus accipi,& conſiderari cum effectu, ſed ea eſt
13 † ſubſtitutionis natura, ut tunc demum ad ſecundum gradum deueniatur cum primus effectum non habet.l. 1.ff.de uulg.& cum primus gradus peremptus eſt.l. 3.§. fi.ff.de lib.& poſth.l.actione.§.Publiciana.ff.pro ſoc.Bellaperticenſis.l.fruſtra.C.de non num.pecun. At in materia emphyteutica vbi omnes generationes ex natura rei habere poſſunt effectũ quando contrahentes mentionem habent triũ generationum intelliguntur eſſe locuti de generationibus, quæ plenum effectum ſortitæ ſint,
14 † quia uerba cum effectu accipiuntur. l.1.§.hæc autem uerba.ff.quod quiſque iur.& l.ſi per aliũ. §.docere.ff.ne quis eum qui in ius uoc.eſt vi eximat.Igitur cum in dicta conceſſione emphyteutica dicatur uſque in tertiam generationem certum eſt contrahentes intellexiſſe de generationib.quæ effectum habuerunt non autem de generationibus nudi nominis, & propterea firmũ remanet nominationem 2. generationis filiorũ Simonis, qui filij nunquam fuerunt in rerũ natura non eſſe ullo pacto conſiderandam, ſed in eam ſecundam generationem ſucceſſiſſe Nicol. eius uero filios ſub 3.generatione comprehenſos eſſe de qua loquitur contractus emphyteuticus ſecundum prædicta. Præterea præſuppoſita conceſſione emphyteutica præcedente certum eſt emphyteuſim iſtam non pertinere ad filias fœminas dicti Nic.iunioris,
15 † quia quando conducens,conducit emphyteuſim pro ſe,& filijs;tunc emphyteuſis non pertinet ad filias fœminas ſecundum communem opi.doc. quam tenet Alexan.in l.quod dicitur.nu.24.ff.de uerb.obl.Dec. c.in præſentia.nu.46.de prob.& in l.fœminæ. nu. 106.ff.de reg.iur.Iaſ.in l.ſi quis id quod.nu.23.ff. de iuriſd.om.iud.ubi dicit hoc eſſe com.Io.Mar. Rim.conſ.121.nu.4.uol. 1.ubi add.&Zucchard. l.fi.C.de edic.Diu.Adr.tol.nu.66. Did.Cou.lib. 2.uaria.reſo.c.28.nu.11.Rol.a Val.conſ.93.n.15. & nu.30.uol.2.Iul.Clar. lib.4.ſen. q.32.uerſ.ſed quid ſi fuerit conceſſa pro ſe, & filijs ubi dicit eſſe communem opinionem,ut dicunt docto.in l. Gallus.§.quidam rectè. ff. de lib.& poſthu. cum ſimilibus.

Ego Ant.Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Facti impoſſibilitas ſi adijciatur contractui per modum diſpoſitionis,nulla naſcitur obligatio.*
2 *Dictio, dummodo, non conditionem, ſed modum ſignificat.*
3 *Impoſſibilitas perplexitatis, & contrarietatis vitiat diſpoſitionem.*
4 *Interpretatio in dubio fieri debet contra emptorem, & contra eum, in cuius fauorem pactio fuit appoſita.*
5 *Stipulationis verba intelliguntur contra ſtipulantem.*
6 *In contractibus mens contrahentium inſpici debet.*
7 *In claris non eſt opus coniecturis.*
8 *Diſpoſitionis una pars aliam declarat.*
9 *Iactare ſuum velle nemo præſumitur.*
10 *Contrahentes in dubio non cenſentur voluiſſe facere actum fruſtratorium, & inanem.*
11 *Verba cum effectu intelligi debent.*
12 *Diſpoſitio non vitiatur, quando impoſſibilitas per modum impoſſibilem diſpoſitioni adijcitur.*
13 *Perplexitas quo caſu non vitiet diſpoſitionem.*
14 *Teſtari poteſt, qui nihil in bonis habet, modo potentia habere poſſit.*
15 *Interpretatio ea ſumi debet,quæ non inducit in abſurdum, & per quam actus ſuſtineatur.*

CONSILIVM CXII.

In Dei nomine.

VGVCCIONVS Carduccius uendens quoddam prædium Gaſparri Ragoneſio,inter alia,pacto in contractu appoſito conuenit, ut quædam pars precij ſolui, & numerari debeat per emptorem futuris maritis filiarum dicti Vguccioni, dũmodo in actu ſolutionis maritus earum ſe, & eius hæredes,& bona obliget in forma iuris ualida æquè principaliter, & inſolidum cum dicto uenditore pro ſumma circiter 400.ſcutorũ, quæ ei pro dote permiſſa fuit. Qua per acta conuentione Vguccionus matrimonio collocauit ultimam ſuam filiam,cuidam Franc.cuius bona non aſcendebant ad ſummam 400.ſcutatorum. Qui ſanè Fran.petit a Gaſparre ſummam prędictam; Gaſpar uero dicit ad ſoluendum ſe adſtringi nõ poſſe, niſi per fideiuſſores ſibi idoneè caueatur pro ſumma ſoluenda.Quæritur modo quis eorũ foueat cauſam potiorem. Et prima facie uideretur dicendum Fran.maritum præd. poſſe exigere d.ſummam nullis datis fideiuſſorib.quãuis nõ habeat tot bona quot ei pro dote promiſſa ſunt & quot erat emptori obligaturus.

1 Primò,quia † facti impoſſibilitas ſi adijciatur contractui per modũ diſpoſitionis,omnis obligationis ſpẽs cõtrahi impedit, & nulla naſcitur obligatio.

gatio.l.impoſſibilium.ff.de reg.iur.l.ſi ſtipuler.ff.
de uerb.oblig.Dyn.in c.nemo poteſt ad impoſ-
ſibile.ff.de reg.iur.lib.6.num.9.& num.10.At in
caſu propoſito Vguccionus in dicta conuentio
ne appoſuit impoſſibilitatem facti dum obliga-
uit bona generi,qui de facto,in actu,&exercitio
bona æquiualentia doti,& obligationi faciendæ
non habet,eamque impoſſibilitatem adiecit nõ
2 conditionaliter,ſed diſpoſitiuè, ut indicat † illa
dictio, dummodo, quæ non conditionem, ſed
modum ſignificat.l.cum ab eo.C.de contrahen.
emp.Bar.in l. quibus diebus. §.Termilius. ff. de
cond.& demonſt.Rui.conſi.20.num.2.uol.2.er
go prædictus Franc. non uidetur poſſe compel-
li ad obligandum bona quæ ipſe non habet, uel
dandum fideiuſſores ſi quidem obligatio dicti
pacti inter eos initi nihil ualet.

3 Secundò † quia impoſſibilitas perplexitatis
& contrarietatis uitiat diſpoſitionem.l.ſi Titius.
ff.de cond.inſt.gloſſ.in c.nemo poteſt ad impoſ.
ext.de reg.iur.lib.6. Cag.in l.impoſſibilium. nu.
1.ff.de reg.iur.At hæc duo,videlicet obligare bo
na ſua, & non habere bona perplexa contraria
inuicemq; pugnantia ſunt argum.eorum quę di
cuntur per doct. in locis modo citatis, ergo pa-
ctum appoſitum in dicto contractu de obligan-
dis bonis, cum ea non habeat tanquam ſecum
ipſi pugnans nullius eſt momẽti. l. ubi repugnã
tia. ff. de reg.iur.

4 Tertiò,quia † in dubio fieri debet interpreta
tio contra emptorem, & contra eum in cuius fa
uorem pactio fuit appoſita. l. ſi in emptione. ff.
de contrahen.emp.l.ueteribus.ubi Alb.& Paul.
5 Caſtr.ff.de pact. ſolentque uerba † ſtipulationis
intelligi contra ſtipulatorem.l.ſtipulatio iſta ha
bere licere.§.alteri.ff.de uerb.oblig. l. quicquid
adſtringendæ.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.in
fi.ff.de uerb.obl.

At hæc pactio facta eſt in fauorem d.Gaſpar-
ris emptoris nimirum, ut ei magis cautum ſit,
& identidem in onus dicti mariti, & dicti V-
guccioni qui omnes obligari debent, quæ obli-
gatio eſt onus. l.procurator, qui pro euictione.
ff.de proc.ergo fieri debet interpretatio contra
Gaſparrem, uidelicet ut maritus obliget bona
ſua ſi habet bona, ſinautem non obliget.

Veruntamen his & horum ſimilibus non ob
ſtantibus arbitror opinionem contrariam eſſe
ueriorem, uidelicet dictum Gaſparrem non poſ
ſe compelli ad ſoluendum dicto Franciſco, niſi
ei pro ſumma ſoluenda Franciſcus prædictus, &
Vguccionus idoneè caueant. Quæ opin. uerior
eſſe oſtenditur.

6 Primò, † quia in contractibus mens contra-
hentium inſpici debet.l.ſi.C. quæ res pig.oblig.
poſſunt.gl.pen.in l.ſi in uenditione. ff. commu.
præd.c.contractus.de reg.iur.lib.6. Dec.in l.im-
poſſibilium.nu.6.ff de reg.iur.& in conſ.697.nu.
6.par.5.At mens Vguccioni,& Gaſparris fuit o-
bligare bona,& perſonam, & hæredes dicti ma-
riti,& uenditoris, ut cautius conſultum eſſet ipſi
emptori. Ergo ipſe Franciſcus debet eo modo
obligari,ut dict. Gaſparri re ipſa proſpiciatur nõ
inutiliter,ſed verè inſolidum, & pro ſumma do-
tis accipiendæ, ut dicunt uerba contractus dicẽ
tis pro ſumma dicti prætij. Ideoque cum uerba
7 contractus hoc exprimant † in claris non eſt o-
pus coniectura. l.continuus.§.cum ita.ff.de uer-
borum oblig. & ubi ſunt uerba clara non eſt ha-
benda quæſtio uoluntatis.l.ille aut ille. §.cum in
uerbis.ff.de leg. 3.l.ancillę. C. de fur. Dec. in l.1.
nu.68.C.de ſeru.fug.& conſ.51.col.fi. Grat.con
ſil.112.nu.24.lib.1.Soc.iun.conſ.5.num.15.uo-
lumine 2.

8 Secundò † eadem opinio comprobatur, quia
una pars diſpoſitionis declarat aliam.Barto.in l.
prętor ait.§.eritque differentia.ff.de ui bon.rap.
Alex.conſ.32.nu.3.lib.7.Aug.conſ.344. num.6.
Dec.conſ.553.num.8.par.4.Cur.iun.conſ.7.par
te 1.Soc.iun.conſ.9.num.5.uol.2.

At in eodem inſtrumento conuentionis di-
cti contrahentes conuenerunt ſi Vguccionus
maluiſſet ſibi quàm genero dictum pretium nu-
merari, teneretur Vguccionus uenditor dicto
Gaſparri idoneum fideiuſſorem preſtare, ex qui
bus uerbis apparet inter eos actũ fuiſſe de ido-
nea,& non de inani,& vana cautione, ergo uer-
ba primi pacti ubi dicitur obliganda eſſe bona,
eo modo intelligi, & declarari debent, vt per di
ctam obligationem bonorum uerè idoneè, &
non inaniter conſulatur d. Gaſparri emptori.

Tertiò comprobatur ex loco a fortiori,& ma
iori.Quod argumentum de iure uim habet ma-
ximam. Auth. multo magis.C.de ſac.ſan.eccleſ.l.
Bebius.ff.de pac.dotal.c.cum in cunctis. vbi gl.
de elect.quare ſi conuenerunt partes, vt Gaſpar
ri daretur fideiuſſor idoneus ab Vguccionno qui
tamen Vguccionus dicto Gaſparri cognitus e-
rat,& cuius bonorum notitiam habuit quique
ei certus erat, ergo multo magis dicendum eſt,
placuiſſe partibus, ut Gaſparri daretur fideiuſ-
ſor idoneus a dicto marito futuro, qui tunc erat
quo ad eum incerta perſona, & qui non poterit
eſſe cognitus eo tempore dicto emptori quan-
9 doquidem † non eſt ueriſimile, ut aliquis velit
iactare ſuum.l.cum de indebito.in princip. ff.de
probation.

10 Quarto † comprobatur,quia in dubio non ui
dentur contrahentes uoluiſſe facere actum fru-
ſtratorium,& inanem.argu.l.qui bis idem. ff. de
uerb.obl.l.hæc autem. ff. ſi cui pluſquam per fal.
l.hæc ſtipulatio.§.Diuus. ff. ut lega.nomi.caueat.
At ſi diceremus eos intellexiſſe de inani obliga-
tione bonorum facienda ab eo, qui non habet
bona,& quæ emptori non proſpicit utique illud
pactum fruſtra fuiſſet appoſitum, & ſine effectu,
& nihil operaretur, quod nõ eſt dicendum, quia
11 † uerba debẽt intelligi cum effectu,l.1.§.hęc uer
ba.ff.quod quiſque iur. & debent aliquid opera
ri.l.ſi quando,ff.de leg,1.c.ſi Papa.de priu. lib.6.
Grat.conſ.117.li.2. Quib. ita ſtantib. non obſtãt
ea quæ ſuperius pro parte cõtraria deducta fue
runt. Et primo non ob.dum dicebatur impoſſi
bilitatem facti uitiare obligationem, & propte-

rea prædictum Franc. non uideri obligatum ad
dandos fideiuſſores, ſed ſat eſſe eum ſe obliga-
re, & bona ſiqua haberet, quia reſpondetur
huiuſmodi facti impoſſibilitatem, dicendam po
tius eſſe difficultatem quàm impoſſibilitatem.
Quæ ſanè ſoluendi difficultas ſiquidem contin-
gat reſpectu nõ certæ perſonæ cui adijcitur, ſed
aliorum quorumcumq; ueluti ſi promitteretur
mõs aureus, uel ultra mare alpium montes trãſ
ferre ut dicit gl.d.c.nemo poteſt extra de regu.
iur.tunc utique diſpoſitio uitiatur. Verum ſi hu
iuſmodi difficultas contingit reſpectu certæ per
ſonæ cui adijcitur, ut in caſu noſtro ubi licet ip-
ſe non habet bona alij tamen ſunt qui habent &
nõ reſpectu omnium, & id quod promiſſum eſt
poſſit impleri per amicos & per alias perſonas
eo caſu non uitiatur diſpoſitio. Veluti ſi teſtator
reliquit libertatem ſeruo ſi hæredi dederit mil-
le, quos non eſt ſeruo poſſibile dare, tametſi al-
teri poſſibile ſit; ideo ad hoc, ut habeat libertatẽ
debent dari per alios eius nomine. l. cum hæres.
§. 1. ff. de ſtatulib. Bart. in l. 1. colum. 3. num. 7. ff.
de condi. inſtitut. vbi etiam Ioannes de Imola, &
latè Gugliel. Mayner. in l. quod nullius. ff. de re-
12 gul. iur. num. 24. colum. pen. Nec † uitiatur diſpo-
ſitio quando impoſſibilitas per modum impoſſi-
bilem diſpoſitioni adijcitur ut per Alex. l. impoſ-
ſibilis colum. 1. uerſ. quid autem. ff. de uer. obli.

Cum igitur hoc ſit impoſſibile de facto, non
ob id, deſinit eſſe obligatus opponere & hypo-
thecare bona, uel alio modo præſtare idoneam
ſecuritatem, ut in ſimili dicit Io. And. & refert ibi
Anch. & Francus in c. nemo poteſt de reg. iur. 6.
ubi Io. in 1. q. nu. 5. dicit ſi cęcus committat male
ficium propter quod ei debeat erui oculos pro
pter impoſſibilitatem pœnæ certè non libera-
tur ſed punietur alio modo l. 2. C. ut intra cert.
temp.

13 Secundo non obſtat pugnare hæc inter ſe ui
delicet, ut is obliget bona & aliter caueat qui ni
hil habeat. quia rreſpondetur quando perplexi
tas non prouenit immediate ex verbis diſponẽ
tium, ſed accedit extrinſecus habito reſpectu ad
aliud, exempli gratia ad patrimonium tunc per-
plexitas ſupradicta, eo meliori modo quo põt
diſſoluitur conſiderata uoluntate diſponentis,
& non uitiat diſpoſitionem. l. qui quadringenta
in princ. ff. ad l. falci. Bar. in d. l. 1. colum. 3. num.
6. ff. de conditionib. inſti. Guliel. Mayner. d. l. qđ
nullius colum. pen. num. 23. ff. de regu. iur. Qua-
propter cũ contrarietas de qua hic agitur non
proueniat ex uerbis aut ex mente diſponentiũ
ſed ex accidenti nimirum quia contigit Franci-
cum non habere bona, proculdubio dicendum
eſt ex ea impoſſibilitate, & ex eo accidenti non
liberari dictum Franciſcum, quia caſus non libe
rat debitorem. Bar. in l. continuus. §. illud inſpi-
ciendum. num. 5. ff. de uerb. obl.

14 Et in ſimili † dicimus eum, qui nil actu habet
in bonis, nihilominus poſſe teſtari, modo poten
tia habere poſſit. ut per doc. in Auth. ingreſſi. C.
de epiſc. & cler. & latè Barb. in rub. extr. de teſta-
mentis. columna 53. numero 35. uerſicul. quar-
to faciat.

Tertiò non obſtat interpretationem fieri cõ
tra emptorem, & contra ſtipulatorem, quia re-
ſpondetur quòd illa regula procedit in dubio,
ut colligitur ex locis præallegatis, locumque ſibi
uẽdicat, niſi per huiuſmodi interpretationem in
abſurdum incideremus, ea enim interpretatio
15 † ſumi debet quæ non inducit abſurdum. l. in
ambigua. ff. de legib. clem. 2. in prin. de magiſtr.
Eaq; interpretatio fauenda eſt per quam actus
ſuſtineatur. l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff.
de uerb. oblig. capitu. Abbate. de uerb. ſignif. Ac
in caſu noſtro non ſumus in dubio, ſed in cla-
ris cum appareat contrahentes conſideraſſe ſe-
curitatem dicti emptoris, & ſequeretur partes
feciſſe actum inualidum, & fruſtratorium ſi ali-
ter uerba pacti interpretaremur. Cõcludendum
eſt igitur ex prædictis uerba conuentionis ita in
telligi oportere, ut proſpiciant ipſi emptori ne
prædicta abſurda ſequantur, quæ ſemper uitari
debent. l. nam abſurdum. ff. de bon. lib.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Sermo ſimpliciter prolatus reſtringitur ad primum actum. limita ut num. 8.*
2 *Diſpoſitio in actib. inter viuos ſemper fertur in id, quod minus eſt.*
3 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio. limita, ut numero 9.*
4 *Conuentio ambigua nocet ei, qui potuit legem apertius ponere.*
5 *Societas inter fratres non debet eſſe Leonina et quæ ſit ſocietas Leonina.*
6 *Lucra in generali ſocietate ſunt æqualiter diuidenda, nec attenditur, utrum maior ſit induſtria unius quàm alterius limita ut in nu. ſeq. & 11.*
7 *Socius, qui in ſocietate confert maiorem, uel induſtriam uel operam, vel portionem ſortis, ille quidem maiorem quoque lucri partẽ habere debet.*
10 *Interpretatio fieri debet contra fundantem ſe in uerbis.*
12 *In ſocietate quando aliquis ex ſocijs bona aliqua ſibi reſeruat, non dicitur eſſe contracta ſocietas uniuerſorum bonorum.*

CONSILIVM CXIII.

In Dei nomine.

IN inſtrumento diuiſionis dicitur; Inſuper quia ipſe Io. Bap. & Nicolaus remanent in communione & freſca vt ſupra dictum fuit omnium bonorum demptis his de quibus in vlt. præd. diuiſione & volentes modum apponere circa diuiſionem lucri ex d. communione, & freſca percipiendi, cum maximè d. Io. Baptiſta in d. communione

nione & freſca habeat dotes ſuæ uxoris quę ante partem ex ipſa communione, & freſca, ſunt detrahendæ ut ipſe Nic. fatetur. Cumque ipſe Io. Bap. multũ valeat circa negotiũ ipſorum propterea conuenerunt quòd adueniente feſto Natiuitatis domini proximè uenturo, calculentur lucra quęcunque dictæ communionis & freſca; & ex libris tribus millibus lucratis ſi tot dicto tẽpore lucratę fuerint ante partẽ. d. Io. Bapt. accipere debeat ſcuta 250. & reliquatum uſque in dictam ſummã diuidatur inter eos ęquis portionib. Si uero maior ſumma lucri erit vltra dictas libras trium millium dictus Ioan Bap. ex ipſo ſupra pluri habeat ante partem ad ratam dictam dictarum librarum trium millium, & reliquatum diuidatur. Si autem minor ſumma lucri eſſet quàm ſint dictę libre 3000. ex dicta ſumma lucri d. Io. Bap. ante partem habeat ad ratã dictarum librarum 3000. & reliquatum diuidatur inter eos pro dimidia & ita conuenerunt de accordio; repromittẽtes &c. quę oĩa &c. ſub pęna dupli &c. & cum reſtitutione &c. ratam &c.

Poſtea contigit ut poſt annos 15. deceſſerit Nicolaus quo mortuo eius hæredes petunt dirimi communionem & ſocietatem iuxta formam inſtrumenti aſſerentes Io. Bap. non potuiſſe nec poſſe niſi ſemel ab initio pręcipere & antecapere dictam tertiam partem ſeu ſcut. 250. & poſt unicam pręceptionem pro ſingulis annis deinde ſubſequentibus, diuiſionem lucri fieri debere ęquis portionibus ita ut ex reliquo unus quiſque dimidiam capiat abſque ulla iteratione præceptionis; Vimque faciunt in illis uerbis adueniente feſto Natiuitatis domini proximè uenturo nam illa uerba (proximè uenturo) uidẽtur excludere ſubſequẽtium annorum pręceptiones. Ioannes Bap. vero aſſerit ſingulis quibuſque annis quibus ſteterunt in communione non autẽ ſemel tantum ab initio ſibi licere uti præceptione & poſtea reliquum inter eos ęquis portionibus eſſe diuidendum.

His ita ſe habentibus quæritur an præcepto dictę tertię partis fieri debeat vnica vice ſeu in primo anno initę ſocietatis & a principio tantũ an uero ſingulis annis a tempore ſcilicet contractę uſque ad tempus finitæ ſocietatis ſeu quod idem eſt ſemel tãtum in fine cum diſtrahitur ſocietas.

Ac prima quidem facie uideretur dicendũ ſemen tantum ab initio præceptionem fieri debe-
1 re † quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur
pro prima vice & reſtringitur ad primum actũ. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerborum ſignifi. l. cum pater. §. pater certam, vbi Bar. Bal. & Imola ff. de legat. 2. & propterea ſi teſtator reliquerit fratribus minoribus pitantiam in feſto Sancti Franciſci intelligitur, eſſe relictam ſemel tãtum & de prima uice Bar. in l. cũ quidã. ff. de ann. leg.
2 quia † in actibus inter viuos diſpoſitio ſemper
fertur in id quod minus eſt. l. ſemper in ſtipulationib. in fi. ff. de reg. iur.

Atqui illa verba propterea conuenerunt quòd adueniente feſto Natiuitatis domini, proximè uenturo &c. ſunt uerba prolata ſimpliciter, ergo verificabuntur in prima & ſola præceptione & inſpiciemus initium l. ſi id quod. 59. §. ſi filiusfam. ff. pro ſocio.

Secundo quia in conuentione dicatur adueniente feſto Natiuitatis proximè uenturo, ſequitur ut excludantur alia feſta Natiuitatis non pro-
3 ximè ventura quia † incluſio unius eſt excluſio al-
terius. l. cum prætor. ff. de iudic. & cap. nonne de de præſump.
4 Tertiò † quia conuentio ambigua nocet ei qui
potuit legem apertius ponere. l. Labeo ſcripſit. ff. contrahenda empt. l. veteribus. ff. de pac. Quare cum d. Io. Baptiſta potuerit apertius dicere annuatim faciendam eſſe præceptionem & non dixit ſequitur ut hoc eidem Ioann. Baptiſtæ nocere debeat.
5 Quarto † ſocietas inter fratres non debet eſſe
Leonina. l. ſi non fuerint. in fi. ff. pro ſocio Petrus de Vbald. tract. de duob. fratrib. in 5. part. q. 25. Atqui ſi unus habet maiorem partem quã alius ſocietas eſſet Leonina. d. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio, ergo nõ eſt faciẽda interpretatio, vt Io. Baptiſta uti poſſit ſingulis annis iſta præceptione & conſequenter habeat portionem maiorem quàm Nicolaus ne inducta videatur Leonina ſocietas.
6 Quinto † quoniam in generali ſocietate lucra
ſunt æqualiter diuidenda nec attenditur utrum maior ſit vnius induſtria quàm alterius Soc. iun. conſi. 74. num. 5. volum. 2. ergo non uidetur tribuenda maior portio Ioan. Baptiſtæ, ex eo quòd maior dicatur eius induſtria in mercatura.

Opinor tamen dictum Io. Baptiſtam poſſe nõ tantum ſemel ab initio, ſed etiam pluries, ſingulis annis ſeu quod in idem recidit ſemel in fine cum diſtrahitur ſocietas uti præceptione tertię partis omnium eorum quæ eo tempore acquiſita reperiuntur.

Inducor autem in hanc opinionem potiſſi-
7 mum, quia † ſocius qui in ſocietate confert ma-
iorem, uel induſtriam, uel operam, vel portionẽ ſortis ille quidem maiorem quoque lucri partẽ habere debet, neque tunc eſt inconueniens, ut diuiſio lucri ſit inęqualis. l. quod enim. 81. l. ſi nõ fuerint. in prin. l. ſi ſocietatem mecum coieris. ff. pro ſoc. Bald. in l. 1. in q. 4. ubi Saly. in 1. q. C. pro ſoc. Ang. Are. in §. de illa. Inſt. de ſocietate. Corn. in conſ. 24. uol. 1. & conſ. 132. uol. 3. & conſ. 85. eod. 3. uol. Rimin. conſ. 300. nu. 84. uol. 2. Purpuratus in l. ſi paſcenda. nu. 27. C. de pact. Pariſius conſ. 75. nu. 12. & nu. 13. lib. 1. Soc. iun. conſ. 74. nu. 8. & nu. 11. ubi atteſtatur hanc eſſe communẽ opi. uol. 2. Alb. conſ. 53. nu. 1. Quapropter cum d. Io. Bap. in ſocietatem contulerit dotes vxoris quarum quantitas, & ſumma, ut mihi proponitur aſcendebat ad dimidiam patrimonij d. Ioan. Bap. fueritq; ſemper Io. Bap. ualde vtilis dictæ ſocietati propter miram illius induſtriã, & inne-

gocijs

gocijs mercatorum tractandis ſcientiam, & dexteritatem conſequens eſt, ut portiones lucri in æquales eſſe potuerint.

Quo ſtante non obſtat dum dicebatur primo, ſemel tantum ab initio præceptionem fieri debere quaſi ſermo ſimpliciter prolatus intelli-
8 gatur de prima uice. Quoniam reſpondetur† regulam. d. §. hoc ſermone limitari, ac reſtringi, vt non procedat quando conceſſio, vel diſpoſitio fit pro cauſa certa, & determinata. tunc enim nõ intelligitur diſpoſitio de prima uice tantum. ſed ſemper durante dicta cauſa. Bar. l. 1. ad fi. ff. ad legem Iul. maieſt. Panor. & Fel. c. 2. de treug. & pace. Dec. conſ. 562. uiſo puncto. Ratio eſſe poteſt, quia perdurante cauſa perdurare etiam debet id quod ob cauſam introductum eſt. l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iure immun. Tiraq. d. §. hoc ſermone. in quinta limita.

Atqui in caſu propoſito ſemper durat ratio maioris lucri percipiendi, quia ſemper in dicta ſocietate d. Io. Bap. habuit maiorem portionem, ſemperque, & aſſidue maiori induſtria uſus eſt, ergo actus præceptionis cenſeri non debet explicatus ſolummodo ab initio in prima uice, ut per Tiraq. d. §. hoc ſermone. in 10. limit. tunc .n. æquitas ſuadet, ut de ſecundo etiam actu diſpoſitio intelligatur. Salyc. in l. dotis promiſſio. ff. de iure dot. & Tiraq. d. §. hoc ſermone. limitatione decimanona.

9 Non ob. 2. quia †illa regula procedit, niſi militet eadem ratio in caſu excluſo q̃ militat in caſu incluſo, tunc enim incluſio unius non eſt excluſio alterius gloſ. d. l. cum prętor l. in ſucceſſione C. de legitimis hæredib. Bellon. conſ. 52. num. 7. Beroius conſ. 147. num. 26. vol. 2. Atqui in caſu propoſito propter permanentem & aſſiduã induſtriam & propter maiorem portionem, eadẽ ratio militat in utroque caſu, ergo hic utrius incluſio non excludit aliud.

Non ob. tertio loco l. ueteribus. ff. de pactis quia Io. Bap. nõ eſt ille qui facit uim, in uerbis ſocietatis quemadmodum faciunt hęredes Nicolai, idcirco interpretatio non fiet cõtra Io. Bap. ſed contra hęredes Nicolai, quandoquidem
10 †interpretatio fit contra ſe fundantem in uerbis d. l. ueteribus ubi Iaſ. num. 1. ff. de pact. Decius, & Cagnol. in l. ſemper in obſcuris num. 16. ff. de regul. iur.

11 Non ob. 4. dum †dicebatur ſocietatem uideri leoninam per l. ſi non fuerint. ff. de pro ſoc. quia d. regula qua cauetur, partes lucri ęquales debere. limitatur ac reſtringitur ut non procedat quãdo ex ea reſultaret iniquitas ueluti quãdo vnus plus pecuniæ uel induſtriæ quàm alter poſuerit in ſocietate. tunc enim in diuidendo lucro eius qui plus contulit ratio haberi debet. ita in ſpecie limitat eam regulam Soci. iun cõſi. 74. nu. 10. uol. 2.

12 Non ob. vltimum †quia quando in ſocietate aliquis ex ſocijs bona aliqua ſibi reſeruat non dicitur eſſe contracta generalis ſocietas uniuerſorum bonorum ut per M. A. Nattam in conſ. 100. vol. 1. & propterea lucra poſſunt eſſe inęqualia quando agitur de ſocietate quę in omnibus bonis contracta non eſt arg. eorum quæ dicit Socin. d. conſ. 74. num. 4. vol. 2. id quod etiam oſtẽditur ex pacto reddendarum rationum in feſto Natalis Domininã ex dicto pacto oſtenditur ſocietatem non eſſe vniuerſalem. Riminal. conſ. 75. num. 8. uol. 1. Quapropter cum Nicolaus & Io. Bap. quædam bona ſibi propria conſeruarint quæ non contulerunt in ſocietatem ut patet ex uerbis inſtrumẽti ſupra relatis conſequens eſt ut iure optimo conſiderari debuerit mira induſtria Ioannis Baptiſtæ, & maior portio in ſocietatem collata, & ſecundum prædicta rectè facta fuerit inęqualis diſtributio lucri. Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore, ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Cioſius

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fideiuſſoris eſt acceßoria principalis obligationis.*
2 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
3 *Fideiuſſor ſicut liberatur liberato principali. ita etiam principali obligatione perdurante, perdurat fideiuſſoria, quæ non tollitur niſi illis modis quibus tollitur obligatio principalis.*
4 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo compelli poteſt ad ſoluendas expenſas in lite factas per creditorem.*
5 *Fideiuſſor, qui ſimpliciter promiſit ſe in iudicio ſiſtere principalem, liberatur lata ſentẽtia, quod attinet ad promißionem de ſiſtendo. per quam obligatus erat ad faciendum, ut principalis ſtaret in iudicio uſque ad finem.*
6 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo an liberetur perempta inſtantia,*
7 *Promißio & ſtipulatio iudicatum ſolui continet incertam qualitatem ab initio.*
8 *Nemo alienæ litis idoneus defenſor intelligitur ſine ſatiſdatione.*
9 *Sententia lata contra reum principalem an poßit mandari executioni contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo abſque nouo proceßu.*

CONSILIVM CXIIII.

Diuino auxilio inuocato.

QVAESTIONI propoſitæ ubi quæritur an fideiuſſor de quo hic agitur perempta inſtãtia liberetur ſtrictim breuiterque reſpondẽs, arbitror de iure ſtatuẽdum eſſe fideiuſſorem in caſu propoſito non liberari,

1 Quoniam obligatio fideiuſſoris eſt acceſſoria principalis obligationis. ff. de fideiuſſor. P. Ancharan. in c. acceſſorium. num. 10. colum. 11. uer. in contrarium. de reg. iur. in 6. Albe. Brun. in tracta. de diminu. col. 10. nu. 56.

2 Atqui †acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis.

cipali.l.cum principalis.ff.de regul.iur.l. ſecunda. ff. de pecul. legat. capitulo acceſſorium, de reg.iur.in ſexto. Quę quidem regula locū habet ſiue loquamur de principali inducendo ſiue tollēdo, ſiue cōfirmando, ſiue conſeruando, ut per Cagnol.d.l.cum principalis nume.2.& Anch.d.c.acceſſorium colum.2.ver.tertio de ipſo principali perimēdo &c. ergo obligatio fideiuſſoris in hoc etiam imitabitur naturā principalis, vt eatenus fideiuſſoris obligatio acceſſoria duret & tādiu conſeruetur quatenus perdurat & quādiu conſeruatur obligatio principalis.

3 Quo fit, † vt ſicut fideiuſſor liberatur, liberato principale.l.& hæredi.§. in his cū. l. ſequenti. & in l. quod dictum.ff.de pact. ita etiam principali obligatione perdurātę conſiſtat & perduret fideiuſſoria quę non tollitur niſi illis modis quib. tollitur obligatio principalis, uidelicet per ſolutionem & alios modos de quibus agitur toto titul.Inſtitut. quib. mod. tollen.obligat.iuxta cuius principalis obligationis normam acceſſoria obligatio contracta cēſetur Bar.l.triticū vbi Iaſ. num.6.& 8.ff.de uer.obl.Alex.conſi.34.uiſo inſtrumento num.5.uolum. 2.

Quamobrē cum principalis promiſſio a Petro Veneto mag. nauis facta die 16.Maij 1569. in iudicio coram Magiſtratu Dominorū Conſulum maris & Doanæ Piſarum adhuc quoq; perduret nec ullo ex illis modis ſublata ſit qb.obligatio tolli conſueuit.d.tit.inſt.quibus mod. tol. oblig.cōſequēs eſt, ut perduret etiam obligatio dicti Vincentij Recaſuli fideiuſſoris inibi contracta & cōſequenter q ipſe Vincentius fideiuſſor non ſit liberatus.

Quinetiam amplius dicit Hyppoll.de Marſil. in rub.ff.de fideiuſſ.num.215.uſque ad nu.222.
4 fideiuſſorem † de iudicato ſoluendo compelli poſſe ad ſoluendas expenſas in lite factas per creditorem. ut copioſè proſequitur Hypp. loco citato.

Hoc ita ſtante non ob. ſi obijciatur ſimplicē fideiuſſorem de iud. ſiſti liberari, lata ſententia Bar.in l.ſiquis reum.ff.de cuſtod.reorum Bal.in l.2.§. in fideiuſſorem num. 3. ff. qui ſatiſd. cog. & contra talem fideiuſſorem eo caſu non fieri executionē & propterea liberatū uideri fideiuſſorem in caſu noſtro ubi facta fuit promiſſio de ſtando iuri quę clauſula ſignificat in iud. ſiſti, Bero. conſ.14.nu.3. vol.3. deinde uero lata fuit ſententia contra principalem.

5 Reſpondetur enim, † fideiuſſorem qui ſimpliciter promittit ſe in iud. ſiſtere principalem, liberari quidem lata ſententia quod attinet ad promiſſionem de ſiſtendo per quam obligatus erat; ad faciendum atque curandum ut principalis perſeueraret & ſtaret in iudicio uſque ad finem, ut per Paul.de Caſtr.in l.gręcè.§.et poſt.ff. de fideiuſſ.nam quādo principalis, vel fideiuſſor promittunt in iud. ſiſti tunc fideiuſſor intelligitur promiſiſſe facturum ſe atque curaturum ut ſtaret l.quoties.ff. de uerb.oblig. Bart.l.2. §. in fideiuſſorem num.2.ubi etiam Roman. num. 1. in 2. not.ff.qui ſatiſd.cog.& Paul.Caſtren.d.l.2. §.ex his nu.4.& nu.5.ff.eodem.

Verum diuerſus eſt caſus noſter in quo non agitur de ſimplici cautione de iudicio ſiſti de quo ſolo ſi quæreretur reſponderi poſſet ſecundum prędictam obiectionem, Vincentiū fideiuſſorem lata ſententia quoad ſiſtendum in iudicio liberatum uideri etenim in caſu propoſito non ſolum facta fuit promiſſio de ſtando iuri ſeu iudicio ſiſti, uerum etiam interceſſit promiſſio iudicialis de ſoluendis centum ſcutatis ut ex actis patet. Ergo quamuis lata ſententia Vincētius fideiuſſor liberaretur quoad ſiſtendum, nō tamen liberatur quoad caput ſolutionis faciendę quo ſolo quæſtio uertitur.

6 Secundo non † obſtat fideiuſſorem de iudicato ſoluendo liberari perempta inſtantia l. cum lite mortua.ff. iudic.ſol.l. pen.C. de fideiuſſ. ubi gloſſa. Alex.conſ.209.li.7.in princ. & propterea cum in caſu noſtro perempta fuerit inſtantia uideri liberatum dictum Vincentium qui fideiuſſit pro d. ſumma centum ſcutatorum.

Reſpondetur enim uerum eſſe, liberari fideiuſſorem & ceſſare cautionis actionem perēta inſt. quando agitur de illa promiſſione de ſoluendo quæ fit per ſtipulationem prætoriam iudicialē quæ interponitur ad firmanda iudicia, et ex ędicto prætoris mortui deſcēdit, ut per Bart. Paul. Caſtr. Alex. in l.5. in princ.ff.de uerb. oblig.& l. 1.§. iudiciales ubi Bart. Paul. Caſtrenſ. Imo.ff.de prætor.ſtipulation.ſecus tamē eſt quādo agitur de promiſſione de ſoluendo, iudiciali, non prætoria quam iudex uiuens ex mero ſuo offic. a lege ſibi conceſſa interponit æquitate ſuadente vt per Bart. Paul.Alex.d.l.5. ff. de verb.oblig.& in ſpecie Beroius conſi.202.num. 46.& num.50.& num.51.volum.3. Talis.n.promiſſio verè non æquiparatur promiſſioni prætoriæ iudicatū ſolui, vt per Bero.d.conſ.202.nu. 40.& propterea tunc non perimitur obligatio perempta inſtantia. Atqui promiſſio de qua hic agitur, licet ſit iudicialis non tamen eſt prætoria iudicatum ſolui. merito igitur firmādum eſt perempta inſtantia fideiuſſorem non liberari.

Non eſſe autem promiſſionem de qua hic agitur ſimilem promiſſioni iudicatum ſolui apparet.

7 In primis † quia promiſſio & ſtipulatio iudicatum ſolui continet incertam quātitatem ab initio l. 2.§.incertam.ff. de prætor. ſtipulationib.

Atqui promiſſio in caſu noſtro continet ab initio quantitatem certam, ergo non poteſt dici ſimilis ſtipulationi iudicatum ſolui ut in ſpecie dicit Beroius d. conſi.202.num.40.vol.3.

8 Secundo † cautio iudicatum ſolui hodie dumtaxat ab eo exigi poteſt qui alieno nomine cauſam defendit, etiam ſi mandatum habeat iuxta regulā qua cauetur, neminē alienæ litis idoneū defenſorem ſine ſatiſdatione intelligi.l. qui proprio nomine in prin.& l.qui alium.ff.de procurat.& inſtit.de ſatiſd.§.ſi uero iuxta ea quæ tradit Bart.in rub.ff.iud.ſol.ubi Paul.nu.3.

Atqui

Atqui in propoſita ſpecie hæc promiſſio de ſoluẽdo facta eſt etiam ab ipſo Petro Magiſtro nauis qui principaliter ſuo nomine tenebatur ergo non poteſt dici ſtipulatio prætoria iudicatum ſolui argumento eorum quæ dicit Bero. d. conſi. 202. num. 40.

9 Tertio non obſt. †latam ſententiã contra reũ principalẽ nõ poſſe mandari executioni cõtra fideiuſſores de iudicato ſoluẽdo abſq; nouo proceſſu, ſed oportere, vt cõtra eos de nouo agatur actione ex ſtipulatu, producẽdo libellũ principaliter cõtra dictos fideiuſſores, ut per Spe. ĩ ti. de ſententia col. 6. uerſic. item & propterea etiam in propoſito caſu ubi ſententia lata fuit contra principalẽ & non contra fideiuſſores, ut requiri uideatur nouus libellus.

Reſpondetur verius eſſe contra fideiuſſores de iudicato ſoluendo executionem fieri poſſe abſque nouo proceſſu, vt tenet Bart. in l. 1. nu. 1. ff. iudic. ſolui ut commune inquit Cagnolus in l. nemo alienæ in fi. ff. de reg. iuris.

Neque opinioni huic aduerſatur Specul. in allegato tit. de ſententia colu. 6. uerſiculo item contra quia reſpondetur illud locum ſibi uendicare in caſibus de quibus ibi loquitur Specu. uidelicet quando aliquis fideiuſſit per aliquo in inſtrumento uel contractu de iudicato ſoluendo tunc enim ſententia lata contra principalem non poteſt executioni mandari cõtra fideiuſſorem qui dictę executioni nõn ſubijcitur abſque nouo proceſſu; ſed oportet ut contra eos de nouo agatur, ut communem affirmat Imola in c. peruenit colum. 3. de fideiuſſor. & ita procedat op. Specul. ſed quando quis fideiuſſit non in inſtrumento nec in cõtr. ſed apud acta notarij ſeu in ipſis actis ut euenit in propoſita ſpecie & patet ex proceſſu eo caſu ſententia lata cõtra principalem poteſt executioni mandari contra fideiuſſorem abſque nouo proceſſu, ut in ſpecie dicit Beroius in conſ. 206. num. 30. uol. 3. & Cagnol. d. l. nemo alieni. ff. de reg. iuris in fi. cũ alijs ſupra citatis.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſentẽtia ſemper ſalua ad laudem Dei.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum habens clauſulam iuſtificatiuã an reſoluatur in ſimplicem citationem.*
2 *Præceptum parte non comparente an remaneat firmum.*
3 *Verbum, intromitto, quam interpretationem recipiat.*
4 *Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.*
5 *Poſſeſſionem turbare qui dicantur.*
6 *In ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. Et quid ſi unus plusquam alter depoſuerit.*
7 *Conductor poſtquam deſiit eſſe colonus ſeu cõductor niſi bona domino reſtituat, dicitur illi uim facere, eumque ſua re ſpoliare.*
8 *Præceptum iudicis factum ſine cauſæ cognitione non ualet.*
9 *Violentia eſt ius, quæ committitur in perſonam.*
10 *Violentia cauſatiua incutit patienti timorem & dicitur uiolentia compulſiua per quam de nolente quis efficitur uolens.*
11 *Compelli aliquem per uerbera, & minas paria ſunt.*
12 *Contumacia licet non noceat quoad perficiendum proceſſum, nocere tamen debet contumaci quoad condemnationem faciendam.*
13 *Coloni an pro domino teſtificari poſſint.*
14 *Ius ſuum nemini detrahi debere leges vbique clamant.*

CONSILIVM CXV.

In Dei nomine.

MVLTVM Reuerende Pater & Excellentiſſime Doctor. Ex facto proponitur ad inſtantiam Reuerendi Dom. Auguſti Titij Caſtilionenſis Rectoris Capellaniæ Sancti Antonij ſitæ in eccleſia Sancti Hyppolyti Aretinæ diœceſis factũ fuiſſe pręceptum per Curiam multum Reueren di Dom. Auditoris Reuerendiſſimi Dom. Nuntij Apoſtolici, cuidam Gaſpari de Noceta; Quo præcipiebatur, ne præterea dictus Gaſpar auderet colere bona dict. Dom. Auguſti, uel purgare vites exiſtentes in dictis bonis, nec in eis ſe intromittere aduerſus eius voluntatem; quòd ſi grauatum ſe ſe eſſe ſentiret, compareret infra ſex dies proximè ſequentes a receptione dicti præcepti, aliàs &c. ut in actis legitur. Deinde uerò miſſi cum eſſent operarij atque cultores ad colendum dicta bona nomine dicti Domini Auguſti; acceſſit illuc prædictus Gaſpar ferrea lorica, enſe, haſtaque armatus, atque inde prædictos operarios expulit. His ita ſtantibus quæritur, vtrum Gaſpar contra præceptum veniſſe dicatur, ita ut in pœnas præcepto comprehenſas inciderit. Et breuiter & concluſiuè mihi procedenti uidetur veriſſimè dici poſſe prædictum Gaſparrem incidiſſe in pœnam dicti præcepti.

1 Et primo †principaliter, quia licet præceptũ habens clauſulam iuſtificatiuã reſoluatur in ſimplicem citationem quando is, cui præceptum factum eſt, comparet, ſecundum doctores magis communiter in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de op. no. nũtia. & Panorm. in c. ex parte t. de uerb. ſign. Tamen ſi is, cui præcipitur, non comparet vel poſt terminum comparet, eo ſanè caſu præptum remanet firmum, ſtabile, & iuſtificatum Alber. l. quoties in princ. ff. de in diẽ adiect. Bal. in rub. C. commin. uel epiſtol. num. 5. uerſ. quæro de eo, ubi ſi pars non compareat, dicitur præceptum ſtabile remanere Bertrã. conſi. 231. nu. 41. uol. 4. recens impreſſo.

2 Quod autem †parte non comparente præceptum remaneat firmum, nec ſit quod iudici imputetur

putetur poſtquam præceptum fuit iuſtificatum
per clauſulam ſi ſenſeris &c. firmat idem Bertr.
conſi.61.num.3.volum.1.In antiquiore corpo-
re,& Panorm.in c.1.colum.pen.verſ. ſecũdo ad
idem oppono de cauſa poſſeſſ. & propriet. Ad
idem optimè facit id quod firmat Io. de Amic.
conſil. 35.nume.primo.& num.quinto.& num.
decimotertio. vbi refert adinſtẽtiam partis per
Domi. Capitaneum cuidam Rentio & fratrum
factum fuiſſe præceptum cum clauſula ſi ſenſe-
ris &c. ne aquam proijcerent, eoſque nihilomi
nus ante impetratam remiſſionem aquam pro-
ieciſſe. Ideo ea de re conſultus reſpondit in d.
conſ. 35. communem eſſe doctorum ſententiã;
partem, cui præceptum factum eſt, nun compa-
rentem, vel comparentem, & mandati remiſ-
ſionem a iudice non impetrantem in pœnam
incidiſſe, & contra mandatum ueniſſe, ut per
Bart.in d.l.de pupillo §.ſi is ipſi prętori.ff.de op.
no.nuntiatione quem Ioan. de Amic.d. num.5.
aſſerit non habere contradictorem. Quod com
probatur per ea, quę dicit idem Iohan.de Amic.
conſ. 153.num.2.& num.3.ubi dicit ſi emanaue
rit præceptum cum clauſula iuſtificatiua, & rei
conuenti, quibus factum eſt præceptum, non cõ
paruerint in termino, ſed comparuerunt poſt
quatuor menſes, tunc firmum remanet præce-
ptum in vim ſententiæ, & propterea contrafa-
cientes puniri debent. At in caſu propoſito con
ſtat ex actis, prædictum Gaſparrem, cui fuit fa-
ctum præceptum ad ſtatutum tempus non com
paruiſſe, ſed mandatum iudicis contempſiſſe; ſe
quitur ergo vt ipſe pęna poſita in dicta commi
natione puniri debeat; Quod autem præceptũ
contempſerit patet, quia animaduertendum eſt,
in primis, iudicem mandauiſſe ne Gaſpar in bo-
nis Domini Auguſti ſe intromitteret, quod uer
3 bum † intromitteret nihil aliud eo in loco ſigni
ficat, quàm ne ſe ea in re interponeret, ne eam
in rem ſe daret, aut inſinuaret, ne aliquid atten
tare auderet, & ne pręterea ei negotio ſe immi
ſceret. quòd uerò uerbum (intromitto) ita acci-
piatur oſtendit Deci.in l.culpa eſt num.1.& Gu
lielm. Mayne. in d.l.culpa eſt num.27. & nume.
28. col.fi.ff.de reg. iur. ubi cum Iuriſconſ. dicat
4 culpam † eſſe immiſcere ſe rei ad ſe non pertinẽ
ti, idem Gulielm. dictam legem declarans non
ſemel dicit de his, quę ad nos non pertinent, nõ
debere nos intromittere; Namque, ut dicit ibi
Gulielm. ea culpa culpatur, qua alienum ius uel
officium, ſeu exercitium vſurpatur. Verum prę
dictus Gaſpar neglecta iudicis comminatione
eidem negotio ſe immiſcuit; Id quod patet, quo
niam, ut teſtes deponunt, Gaſpar acceſſit ad lo
cum armatus, minatuſque eſt operarijs, eoſdẽ-
que expulit, & abire coegit, & conſequẽter vim
intulit, quo caſu dicitur ſe dicto negotio immi-
ſcuiſſe, ut per Dyn.in c. non eſt ſine nu. 3. uerſ.
item in eo, qui inuadit, de reg.iur. in 6. & Ioan.
Ferrar.d.l.culpa eſt, uerſ. ideo, qui rẽ.ff. de reg.
iur. ſequitur igitur ex prędictis, ut dictus Gaſpar
in precepti pœnam inciderit. Quòd autem Ga-
ſpar uim fecerit probatur.
5 Primo quia certum eſt, alterius poſſeſſionẽ
non ſolum illum turbare atque uim facere, qui
ſeminat, arat, inſerit, ligonibus arua purgat; ſed
etiam illum, qui omnino quid facit, per quod
liberam poſſeſſionem aduerſarij non relinquit,
l.uim facit.ff.de ui & ui arm. quæ lex ſecundum
Bart. & alios ibi communiter, ut ſentit etiam
Soci. Iun. conſ. 146. numero 2. volum. primo
loquitur de ui turbatiua & inquietatiua. Quare
cum prędictus Gaſpar inquietauerit operarios,
& eos expulerit, nec permiſerit dominum libe-
rè vti re ſua, vt patet ex depoſitione teſtium pro
ductorum pro parte dom. Auguſti, conſequens
eſſe debet, vt ipſe vim feciſſe & turbauiſſe poſſeſ
ſionem dicatur. Nam ille turbare dicitur, qui nõ
permittit dominum uti re ſua, Bart.in l.1.§. hu-
ius autem interdicti.ff.uti poſſid. & Alex. conſi.
octuageſimoprimo.nu.9.parte 2.Et.n.Andreas
primus teſtis examinatus ſuper ſecundo cap. di
cit Gaſparrem ferrea lorica, enſe, haſtaq; arma-
tum illuc acceſſiſſe, & ſuperbè imperando dixiſ
ſe operarijs, abite hinc, & dicite dominæ ueſtræ
me vos expuliſſe; affirmauitque. præter ſe unũ,
ea in re, ſe dominum non agnoſcere, & illum diẽ
aliquibus infauſtum & infelicem futurum. Rur-
ſus Mariottus Angeli 25. teſtis examinatus ſup
ſecundo cap. depoſuit Gaſparrem dixiſſe, exite
hinc; nullo enim pacto permittam, ut hæc bona
colatis. Ex quorum dictis manifeſtè probatur,
Gaſparrem coegiſſe operarios illinc abire; hoc
enim apertè prædicti duo teſtes deponunt, cũ
6 in † ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum.
c.cum eſſes de teſtamentis. Cor. conſil. penteſi-
moquinto, num. quarto uolum. tertio. Quod
adeo verum eſt, vt etiam ſi vnus plusquàm alter
depoſuiſſet, nihilominus optimè probẽt illud, in
quo conueniunt Ruyn. conſil. 19. nume. 13. uo-
lum. quarto.
Secundo principaliter prædictum Gaſparrẽ
uim feciſſe ex eo deprehẽditur; quòd ipſe olim
colenda cõduxerat dicta bona, finitumq; cũ fue
rat tempus locationis, idque ei nunciatum fuit,
ut ex his, quæ proponũtur apparet, tamen di-
cta bona reſtituere denegabat, aſſerens ſe domi
num Auguſtum, vt dominũ non agnoſcere, quo
7 caſu plusquàm notum eſt, † conductorem poſt-
quam deſijt eſſe colonus, ſeu conductor domi-
no ſuo uim facere, eumque ſua re ſpoliare niſi il
lius bona ei reſtituat. l. colon⁹. ff. de uj & ui arm.
l.ſi quis conductionis ubi Bar. l.conductores. C.
loca. l.non ab re ubi Bald. C. vnde vi. Alex. in l.ſi
aliquam rem colum.fin.ff.ſoluto matr. l. ſi alie-
nam.ff.eo.tit. Alex.conſi.33.num. 2.uer.conſtat,
volum.6. Soci.conſi.187.parte 2. Fely.c. inter di
lectos, colum.11.verſicu.locatio de fide inſtru-
mentorum.
8 Quæ cum ita ſint, primo non obſtat dum cõ
tra dominum Auguſtum obijcitur, præceptum
iudicis non ualuiſſe, quaſi factũ fuerit ſine cau-
ſæ cognitione, quod conſueuit eſſe inualidum. l.
pe. & fi. C. commina. uel epiſtol. quãq; ab exe
cutione

cutione non ſit inchoãdum Bar.in l.1.C. de exe
cut.rei iud.Panorm.c.1.colum.pen.uerſi.ad idẽ
opp.de cauſa poſſeſſ.& propriet. Ad hoc enim
reſpondetur, prædicta procedere niſi in pręce-
pto addita ſit clauſula iuſtificatiua, cuiuſmodi
eſt,ſi ſenſeris te grauatũ,tunc.n.ſtabilitur prædi
ctum per d.clauſulã tametſi defuerit citatio, vt
declarat Lanfr.de Orian.in praxi iudic.ex c.qm
contra.de prob. in c. de citatione.num.20.uer.
quęritur ulterius nunquid,& idem tradit etiam
Ruy.conſi.62.nu.5.parte 5.quam limitationem
ſequitur etiam Lancil.Conrad.lib.1.cap.9.§.2.
de offic.prætoris in cauſis ciuil.rub. de citatio-
ne num.3.Quare cum in præcepto, de quo agi-
tur,reperiatur clauſula ſi ſenſeris &c.nemini du
bium eſt,quin præceptum ualeat, quamuis alia
citatio non præceſſerit.

Secun donon obſtat ſi quis obijciat,Gaſpar-
rem nõ uideri uim intuliſſe,quaſi non fuerit in-
greſſus fundum Dom.Auguſti, nec in perſonas
operariorum uim fecerit;quo caſu non uidetur
9 cõmitti uis quia† uiolẽtia eſt uis,quę fit in perſo
nam Bar.in l.Itaq; fullo.ff.de fur. Pau.Caſt.conſ.
205.num.2.par.2.

Reſpondetur enim quamuis Gaſpar ingreſ-
ſus nõ fuerit in dictũ fundum, nec perſonas o-
perariorum tetigerit;quo caſu non uidetur fa-
cta uiolentia in perſonam Paul.Caſtren.d.conſ.
205.num.2.parte 2.& Deci.conſ.406. nume.4.
parte 3.Nihilominus negári non poteſt, quin
10 † uiolentiã animo per minas intulerit, non qui-
dem præciſam, ſed cauſatiuam, quæ patienti ti-
morem incutijt,qui timor animi paſſio eſt, per
quem quidem timorem conſentit alicui is, qui
vult violentiam vitare; & hæc dicitur uiolentia
compulſiua,per quam de nolente quis efficitur
uolens, ut tradit Paul. Caſtrenſ. conſ. 27. inci-
piente uiſa inquiſitione nume.1. & 2. parte pri
ma & Tom. Gramm. in uoto 19.incip.auditum
eſt num.8.

Quinetiam cum operarij eſſent penitus iner
mes,& Gaſpar eſſet armis omnib. paratiſſimus,
probabiliter ſuſpicari & uereri poterant,ne ſibi
violentia inferretur; quæ ſanè ſuſpicio, quo ad
inducendum metum, qui cadat in virum con-
ſtantem, illud ipſum efficit, quod efficeret vio-
11 lentia facta minis & uerberibus; † paria .n. ſunt,
aliquẽ per verbera minaſque compelli; & pro-
babiliter timere ſe poſſe cõpelli. l. nouiſſimè. §.
quod ſi cõpulſus.ff.quod falſo tut. ubi Cuman.
num.2.dicit, paria ſunt aliquid fieri coactè, uel
metu inſtantis coactionis, vt firmat etiam Alex.
conſ.99. incip.in caſu prædicto numero 6.& 7.
vol.3.

Tertio non obſtat prætereà quod proponi-
tur ſecundum ſtylum veſtræ curiæ, contumaciã
12 non obeſſe; † quoniam reſpondetur, licet con-
tumacia minime noceat, quoad perficiendum
proceſſum, tamen nocere debet cõtumaci quo
ad condemnationem faciendam;ipſe enim con
tumax multari atque cõdemnari poteſt, ut aper
tè declarat Marian.Soci.in c.accedens in 4.not.
num.4.& lite non conteſtata.

Quarto non obſtat etiam quòd teſtes produ
cti per Dominum Auguſtum tanquàm opera-
rij ſeu coloni nõ faciant fidem §.pater ubi gloſ.
13 inſt.de teſtam.† quoniam reſpondetur iure pro
hibitum non reperiri,vt coloni pro dño nõ poſ
ſint teſtificari, vt dicit Bald. conſilio 293. parte
3.num.9.

Quinimò cõmunis eſt opinio vt coloni a teſti
monio non repellantur, niſi de eo deponant,
quod præciſè ad eorum commodum ſpectat.
Specul.tit.de teſtib.§.1.uerſ. itẽ excipitur,quod
eſt domeſticus, Angel.l.quoniam liberi.C.de te
ſtib.Iaſ.in §.pater inſt. de teſtam.in addit.ad Por
cium.Nellus in tracta.de teſtib.concl.9.incipiẽ-
te domeſtici Soci.iun. conſ.146.col.4. uerſ. ſed
ultra prædicta, ubi aſſerit eſſe communem nu.
17.uol.1.

Quinto non obſtat, quendam ex prædictis
teſtibus adminiſtrare bona dicti Domini Augu
ſti, proptereaque dicendum videri, adminiſtra
tores pro domino non rectè deponere, ut per
Deci.conſ. 256.num.7.parte 2. quia reſponde-
tur tunc verum eſſe,adminiſtratores nõ admit-
ti ad teſtificandum pro domino quando culpæ
ſuæ alleuiandæ gratia & ad ſui commodum de-
ponerent, ut dicit.d.conſ.256.& Ioan. Andr.in
add.ad Speculum in uerbo dominicalis.§.1.nu.
24. uerſ. ſed pone quòd adminiſtrator. cum igi
tur hic non agatur de exonerandis aut excuſan
dis dictis adminiſtratoribus; ueriſſimè dici po-
teſt pro Domino Auguſto rectè dictum admi-
niſtratorem depoſuiſſe.

Ex quibus omnibus omninò cõcludendum
arbitror prędictum Gaſparrem per iudicem cõ
demnari debere ad pœnam pręcepti, pręſertim
cum exemplo ualdè pernicioſum eſſet, ſi con-
ductoribus atque colonis impunè dominos in
ſua poſſeſſ. turbare atque inquietare liceret;
14 † cum lege ubique clament, nemini detrahi ius
ſuum debere.§.fi.inſti. de his qui ſunt ſui uel al-
ter.& inſtitut.de uſucap. in princ.& §.hoc quo-
que inſtit. per quas perſonas nob. acq. cum ſi-
milibus.

Ego Antonius Cioſius

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione validum eſt in iure.*

2 *Vulnus ſi non eſt mortale, vulnerans tenetur de vulnerato, non de occiſo.*

3 *Apparere euidenter illud dicitur, quod apparet ex coniecturis.*

4 *Medicorum atteſtationi, qui vulnus ait mortale, vel non, ſtare debemus: immo & aſſertioni unius medici tantum, quando plures haberi non poſſunt.*

5 *Mors imputatur vulnerato, quãdo conſtat de malo regimine & vita inordinata ipſius.*

6 *In pœnis criminalibus ad inferendum mortem probationes debent eſſe luce meridiana clariores: &*

index

index debet eſſe promptior ad abſoluendum quam ad cōdemnandum.

7 *Pœnæ ſunt odioſa & reſtringenda.*

CONSILIVM CXVI.

Diuino nomine implorato.

1 QVOD in propoſita ſpecie Stephanus domini Alexandri non teneatur de occiſo, ultra adducta ſuperius per doctiſs. conſulētem† demōſtratur a ſufficienti partiū enumeratione, quod argumentum ualidum eſt in iure.l.patre furioſo ff.de his qui ſunt ſui uel al. iur. Nam quatenus ad propoſitam ſpeciem attinet neceſſario dicēdum eſt, vel quòd conſtet vulnus fuiſſe mor-
2 tale,uel quòd hoc ſit dubium.†Et ſi neutro caſu certum eſſet dicimus uulnus nō eſſe mortale,& tunc de vulnerato,non de occiſo tenetur, l.qua actione.§.Celſus.l.qui occidit.§.in hac actione. ff. ad l.Corn.de ſic. & in terminis Dom. Signo. de Homod.conſ.163.factum ſic ſe habet, quidā Simonellus.Et ſub hoc capite uidetur caſus noſter comprehendi;nam ex qualitate uulneris illati:quod,ut in teſtificationib.dicitur, tendebat deorſum inter carnem & carnem; item ex tempore,quo ſuperuixit, cum non ſtatim obijſſet, iuxta ea,quæ habentur per Hyppolit. de Marſ. conſ. 7.num.27.& 28.& Bal.conſ.237.& 328.2. parte. colligitur verſari nos in ea ſpecie, in qua
3 certum eſt vulnus verè non fuiſſe mortale; †Illud enim dicitur euidenter apparere, quod apparet ex coniecturis l.licet ubi Bart.ff. de lega.1. l.ſiquis locuples.ff. de man. teſtam.l. ſi creditor. C. de pignor. act. ut in terminis Hyppol. de
4 Marſ.d.conſ.7.num.33. †accedit ad hæc, quòd teſtes & medicus depoſuerunt, vulnus illud nō fuiſſe mortiferum, ſed curabile, cuius teſtificationi ſtare debemus,ut habetur in l.1.ff.de uent. inſpic. & c. fraternitatis, de frigid. & malef. & Corn. conſ.273.3.uol.num.9.ubi dicit, quòd ſi medicus deponit quòd ſuo iudicio non erat ab initio uulnus lęthale,intrepidè poterit, & debebit iudex accuſatum abſoluere ab homicidio; ſtatur .n. peritis in arte;imò, & aſſertioni unius medici tantum, quando plures haberi non poſſunt Corn. conſ.194.2.uol.num.9.& nume.13. ubi adducit §.qui autem in Auth. de non alien. & Bal. conſ.136.2.parte num.5.ubi dicit, quòd in cura infirmi quando poſt vulnus uixit per notabile ſpacium proculdubio credendum eſt teſtimonio unius medici.

Aut uerò præſupponimus eſſe dubium; utrū fuerit mortale uulnus; & hoc etiam caſu, dico Stephanum non eſſe de occiſo condemnandū,
5 Signorol. ſupra allegato conſ.†Nam quando conſtat de malo regimine, & uita inordinata. mors imputatur uulnerato Hyppol.d.conſ.7.nume.48. & 49. & in terminis Tomm. Grammat. conſ.24.nume.11. & Bal. in conſ. 237. & Corn. conſ. 283.3.uol.ſed in caſu noſtro teſtes deponunt, illum egiſſe vitam inordinatam, neque ſe a mortiferis cuſtodiſſe, ſed diu noctuque vagaſſe,& pro arbitrio bibiſſe uinum,aquam & comediſſe carnem; & quicquid placeret per matrem comedere impetraſſe; Ideo mors ipſa ſibi non uulneranti imputanda uidetur, ex his enim vulnus non mortale efficeretur mortale c. neceſſe 29.diſtinct.& Bal. conſ. 135.2.uol.num.3. Accedit adhuc quòd per plures dies cum è loco tranſportaretur ſine medicamentis ſtetit; quo caſu ſibi eſt imputādum l.quod ſi nolit.§. culpa.ff.de ædil.edic. Corn.conſ.273.num.9.& Bal.d.conſ. 136.2.uol.ex quibus uidetur dicendum, quòd
6 de occiſo non debeat condemnari; †Præſertim cum in pœnis criminalibus ad inferendam mortem probationes debent eſſe luce meridiana clariores Bal. conſi. 328.ſecunda parte l. ſciant cuncti. C. de probatio.& debemus eſſe promptiores ab abſoluendum, quàm ad condemnandum.l.abſentem.ff.de pœn.& c.fauorabilio-
7 res de reg.iur.in 6.l.Ariani de actio.& obl. †Pęnæ enim ſunt odioſæ & reſtringendæ.l.interpretantem.ff.de pęn.& c.in pœnis de reg. iur. in 6. Corn.in conſi.194.num.5.2.uolum.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Lex Cornelia de ſicarijs eſt capitalis.*
2 *Lege Cornelia tenetur is qui conſultò, & doloſè aliquem interfecerit.*
3 *Occidens hominem animo non occidendi eſt abſoluendus.*
4 *Solus Deus cognoſcit animum noſtrum.*
5 *Homicidium an ſit commiſſum deliberatè, ex inditijs cognoſcitur.*
6 *Contra curiam ſtandum eſt inquiſitioni.*
7 *Teſtes deponentes per uerbum (credo) non probant.*
8 *Sed ad probandum defenſionem probant.*
9 *Attenditur id quod principaliter intenditur.*
10 *Quando principium habet licitam cauſam attenditur ſemper initium.*
11 *Quando principium, & finis ſunt illicita attenditur finis.*
12 *Dolus non præſumitur niſi probetur.*
13 *Cauſa qualibet, ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat a dolo.*
14 *Vim ui repellere licet.*
15 *Occidens aliquem ad ſui defenſionem nō committit maleficium.*
16 *Vbi non eſt maleficium non eſt pœna.*
17 *Qui, ut ſe defendat lædit agreſſorem non tenetur de homicidio.*
18 *Ex ſola præparatione quæ tunc actu fit licet agreſſorem occidere.*
19 *Quando quis alio modo periculum uitare non poteſt niſi occidat iure occidiſſe uidetur.*
20 *Qui prouocare & vulnerare incepit ſemper dicitur eſſe in culpa.*

21 Pro

21 *Pro honoris defenſione, licet aduerſarium interfi-
cere.*
22 *Vnicuique licet honorem ſuum tueri.*
23 *Illud dicitur fieri incontinenti quando ad actus ex-
traneos non acceditur.*

CONSILIVM CXVII.

Diuino nomine imploſ rato.

CVM reſpondendi dies inſtet, è mul-
tis, quæ copioſè dici potuiſſent, nūc
quam breuiſſimè fieri poterit ea ſo-
lum perſtringam, quæ pro defenſio
ne rei inquiſiti uidebuntur urgentiora.
Quòd enim prædictus Ioãnes Franciſcus co-
1 gnomento Cacchus non teneatur† lege Corne
lia de ſicarijs, cuius pœna capitalis eſt. l. 3. §. fin.
l. ſi quis dolo. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & Hyp-
pol. de Marſil. conſi. 91. num. 1. lib. 2.
Primo principaliter ex eo demonſtratur q
ea lege tenetur, qui ex propoſito & dolo alicui
mortem intulerit; Sed reus prædictus commiſit
huiuſmodi homicidium abſque dolo & abſque
propoſito occidendi, meritò non tenebitur.
2 Quod autem† lege Cornelia ſolum ille tenea
tur, qui conſulto & doloſè aliquem interfecerit
apparet. ex l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cor. de ſic. vbi ha-
betur quòd occidens hominem, ſi non occiden
di animo id admiſit, poteſt abſolui & declarat
Bartol. in l. ſi in rixa numero ſecundo, ff. ad l.
Cornel. de ſicar. dicens, quòd in l. Cor-
nelia ſemper attenditur animus, & inſpici-
tur an occiſor habuerit animum occidendi, &
3 tunc tenetur; aut uero non habuerit & non te-
netur; Is enim ſolummodo in homicidij pœnam
incurrit, qui habuit animum occidendi, vt tradit
Dec. in conſi. 234. incip. in effectu num. 4. uerſi.
ſed breuiter, colum. 2. part. 2. & Soci. iun. conſil.
58. num. 4. vol. 1.
Preterea, quòd in lege Cornelia de ſicarijs
ſemper dolus preſupponatur declarat. l. 1. in
princ. l. ſi quis dolo malo. l. diuus Adrianus. ff.
eo. l. cogitationis. ff. de pœn. Pœna enim homici
dij non habet locum niſi dolo homicidium ſit
commiſſum Bertrand. conſi. 341. nume. 7. lib. 1.
ex antiquior. Dec. conſi. 482. num. 7. & 8. par. 4.
Hyppol. de Marſil. conſi. 25. num. 1. & conſil. 91.
num. 9. lib. 2. Beroius deciſio. 83. numero nono,
parte prima.
Non enim quilibet homicida dignus eſt morte;
ſed ille tantum qui dolo occidit, quique animū
habuit occidendi, vt per Cepol. conſil. 38. nu. 5.
& conſi. 43. & conſi. 34.
Quod uero prædictus inquiſitus neque ex
propoſito, neque ex dolo commiſerit homici-
dium probatur.
4 Primo quia, quod attinet ad propoſitū, † quã
uis ſolus ipſe Deus animum noſtrum noſcat. l.
2. ubi glo. ff. de interr. act. c. nouit. de iud. & pro-
pterea uideatur dicendum, qui qualisve ſit, cu-
iusnam animus directò nō poſſe probari; ſiqui-
dem eſt intrinſeca quædam qualitas; Nihilomi-
5 nus† homicidium neque deliberatè, neque ex
animo commiſſum fuiſſe, ex extrinſecis qualita-
tibus oſtendi, & ex indicijs & coniecturis colli-
gi poteſt. vt dicit Albetic. in l. & ſi amicis. ff. ad l.
Iul. de adul.
Quas quidē coniecturas ad ſuam defenſionē
comprobandā deducere debet ipſe reus, vt per
Hyppol. de Marſil. in l. 1. C. de ſicar. & Carer. in
ſua pract. crimi. ad l. obſeruare. C. quorū appell.
non recipiantur.
Hæc autem indicia & hę coniecturę duci præ
cipuè conſueuerunt uel ex præterito tempore,
uel ex præſenti, arg. eorum, quæ dicit Bal. in l.
mulierem. C. ſi quis alteri, uel ſibi, & expreſſè
tradit Marcan. Blanc. in tract. iudiciorū in princ.
nume. 66. Quamobrem cum in propoſita facti
ſpecie neque ex præteritis, neque ex præſentib.
indicijs occidendi conſilium demonſtretur, me
ritò Ioannes prædictus de homicidio ex propo
ſito non poterit cōdemnari. Si enim ea indicia,
quæ ipſum pręcedunt, conſiderentur, certè nul
la inde oriri poteſt ſuſpicio præmeditati delicti;
ceſſat enim inter Batholomeū occiſum & Ioan-
nem occiſorem inimicitiæ coniectura, ex qua
ſolet oſtendi animus, & præmeditatio, ut per
Marcan. Blanc. in d. tract. indiciorum num. 68.
& num. 89.
Nam, ut conſtat ex atteſtationibus omnium
fermè teſtium examinatorum ſuper 2. cap. ante
diem commiſſi homicidij; Bart. & Ioannes erant
amici, nec unquam inter eos orta fuit diſſenſio.
Præterea nulla præceſſit præparatio, ex qua
colligi potuerit, Ioannem ſe ad perpetrandum
homicidium accinxiſſe arg. l. 1. §. ui poſſidere ibi
aptatus & apparatus venit. ff. de ui & ui arm. qui
nimò cum ad cędem, nulla præparaſſet arma;
nullumque aliud accepiſſet, præter enſem, quē
cum ſit miles, ſecum ferre conſueuerat, ut dicūt
teſtes examinati ſuper 1. cap. ſtatim ire ad por-
tam perrexit, ut apparet ex depoſitionibus ſe-
cundi, quinti, & octaui teſtis examinatorum ſu
per 6. cap. ubi dicunt, prædictum Ioannem ar-
matum ſolummodo enſe, quem tūc ad latus ge
rebat, ad portam iuiſſe; quo fit ut cum miles ſit,
ex huiuſmodi conſueta armorum geſtatione nō
poſſit colligi malus animus vt per Marcan. Blāc.
l. fi. nume. 79. uerſ. armorum. ff. de quæſtion. &
Iacob. nouell. in tract. ad defenſam ſub Rub. an
inditia pro reo &c. num. 68.
Rurſus huiuſce cędis nullos conuocauit ſibi
aſſeclas aut miniſtros, nullos conquiſiuit auxilia
tores, nullos ad eam rē homines coegit; ex qui
bus rebus malus animus præſumi potuerit l. nō
ideo minus, vbi doc. C. de accuſa. ſed comitatus
ſolummodo a Petrino Lanione, & Georgio, &
Ioanne, qui fortè ſecum aderant ad portam a
Luca, profectus eſt, ut deponunt teſtes ferè om-
nes examinati ſuper 4. & ſuper 6. cap.

Demum

Demum, nec etiam equum ad abeundum ſibi
comparauit, prout debuiſſet, ac potuiſſet, ſi de
homicidio cogitaſſet, vt tradit Franc. Caſſan. in
tract. de indicijs ante delic. capitul. quarto. nu-
mero primo.

Ex indicijs autem, quæ in actu homicidij ip-
ſius apparent, nihilo plus oſtenditur cædis de-
liberatio. Neque enim in tergo uulnerauit,
6 neque multa uulnera intulit, ut ex inquiſitione
patet, cui contra curiam ſtandum eſt. arg. l. cum
præcum. C. de libera. ca. & Soc. iun. conſi. 117. li.
3. num. 7. ex quorum multitudine mens occidē-
di detegitur. l. aut facta. §. qualitas, & §. quātitas.
ff. de pęn. & Alberic. in d. l. & ſi amicis. ff. ad l. Iul.
de adult. & Blanc. in pract. crimin. nu. 59. in 2. par
te defenſionis, & in eiuſdem tractat. de indici. §.
modus num. 195. quibus omnibus concluditur,
homicidium iſtud commiſſum fuiſſe abſque ani
mo & abſq; propoſito occidendi.

Neque huic ſententiæ refragatur, quòd idem
Ioannes inquiſitus videtur de homicidio cogi-
taſſe, ſiquidem ad portam a Luca acceſſit, ad quá
etiam inimicum acceſſurum eſſe audierat; quo-
niam reſpondetur quòd ille non ante ſtatuit ſe
ad portam conferre, quàm audierit fieri facili-
mè poſſe, vt tametſi ad pugnandum eſſet inuita-
tus, tamen pax inter eos fieret, & a committen-
da pugna prohiberentur, atque hoc animo ad
portam uenit; quò non aliter acceſſiſſet, cum pla
nè uideret ſe in periculum uitam adducere, quē
admodum ex depoſitionibus teſtium apertè col
ligitur. Primus enim teſtis examinatus ſuper ſe-
xto cap. dicit ſe vidiſſe, & audiuiſſe Ioannem lo-
qui, & communicari cum dicto Petrino de huiuſ
modi lite ſedanda. Secundus quoque teſtis ſe
ad illum ipſum capitulum referens, vbi prædi-
cta poſita fuerant, dicit, ut ferè omnes alij con-
tenta in capitul. eſſe uera, quo caſu rectè dicun-
tur, demonſtraſſe ea, quæ in cap. habentur. Bald.
conſ. 10. par. 5. & conſ. 54. par. 1. & Soc. conſ. 56.
numero 12. lib. 4. deinde uerò ibidem dicit, præ
dictum Ioannem valde conſideratè dixiſſe ſibi
etiam, atque etiam videndum fuiſſe ne quem ea
in re errorem committeret. Quintus item teſtis
aſſerit prædictum Ioannem a principio multum
dubitauiſſe an ad portam accedere deberet; de
mum verò cum Petrinus fore perſuaderet, ut il-
licò pax fieret, hac ſpe, atque hoc animo ineun-
dæ pacis ad portam ſe contulit. Octauus deinde
teſtis ſuper eodem cap. examinatus affirmat, au-
diuiſſe Petrinum dicentem, tibi illuc eūdum eſt;
curabo enim ut ſaluo tuo honore lis compona-
tur; additque ſe omnino credere, eum illuc non
fuiſſe acceſſurum, niſi id futurum perſuaſum ha-
buiſſet. Quare prædicti teſtes optimè dicuntur
7 probare; † licet enim dicta teſtium deponentiū
per uerbum, credo, non probent. l. teſtium. ubi
8 doctores. C. de teſtib. † tamen ſi deducantur ad
probandum defenſionem legitimè probant, A-
lexand. conſilio 76. & conſ. 109. & conſ. 309. 1. uo
lum. Bald. in l. ſolam. C. de teſtib. Iaſ. & Dec. l. ut uim
ff. de iuſt. & iur. Carer. practic. criminal. §. circa
numero 159.

Omnes item ferè teſtes producti ſuper ſe-
ptimo, octauo, & decimo capitul. aſſeuerant
quòd Ioannes volebat litem componere, & cu-
rauit, ut componeretur; & quòd ipſe Bartholo-
mæus denegans ſe facturum pacem uociferaba-
tur, dermittite, ut pugnemus.

Quamobrem cum ipſe principaliter ad por-
tam acceſſerit gratia litis componendæ, honoriſ
que ſui tuendi gratia, vt teſtes deponunt, non au
tem animo occidendi; inſpici debet eius inten-
9 tio, & id, ad quod principaliter iter arreptum fuit
l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. Alex. conſ. 8. nu.
10. lib. 3. ideoque non debet attēdi finis, ſeu ho-
micidium deinde ſubſecutum, quod accidit præ
ter eius intentionem. l. qua actione. §. in collucta
10 tione. ff. ad leg. Aquil. † Quando enim principiū
licitam habet cauſam, quemadmodum habuit
in caſu noſtro propter ſpem pacis futuræ, & pro
pter neceſſitatem defenſionis, tunc inſpicitur
ſemper initium. l. denique. §. ſuo. ff. de minor. l. cū
11 oportet. §. fi. ff. de bon. quæ liber. † Quando ve-
rò, & initium, & finis, id eſt homicidium fuerunt
illicita, tunc finis tantum conſideratur, ut elegan
ter tradit Bar. in l. quod ait lex. ff. ad leg. Iul. de a-
dul. Qua ex re ſequitur, ut quamuis Ioannes ad
portam venerit, non propterea tamen de homi-
cidio cogitauerit. Quinimò ad hoc, ut homici-
dium ex propoſito factum dicatur, neceſſe eſt,
quòd præceſſerit præmeditatio particularis, at-
que ſpecifica illius homicidij eò tempore facien
di; neque enim ad condemnationem ſufficit ge
neraliter cogitare de inimico interficiendo; talis
enim præcogitatio generalis non eſt a lege con-
ſiderata, neque poteſt efficere, ut quis incidat in
pœnam, in quam incurrunt illi, qui ex propoſito
aliquem interficiunt, ut tradit in ſpecie Marcan-
to. Blanc. in ſua pract. crim. in 2. par. defenſ. n. 52.
pag. mihi 882. Quapropter cum ipſe Ioannes nū
quam in animo habuerit interficere Bartholo-
mæum; neque antea, neque poſtea, ac ne tum
quidem ut deponunt teſtes examinati ſuper de-
cimo capitul. conſequens eſt, ut prædictus Io-
annes non dicatur ex propoſito aduerſarium
occidiſſe.

Quòd autem Ioannes in huiuſmodi homici-
dio dolum non commiſerit probatur, quoniam
eum non per inſidias interfecit; ex quibus dolo
ſa machinatio argui poteſt, ut per Blan. in tract.
de indic. numero centeſimo octuageſimoocta-
uo. in §. modus percutiendi, ſed enim interfecit
palam omnibus uidentibus, & eo etiam ipſo oc-
ciſo ſciente; quare ipſi ſcienti non fit dolus. cap.
ſcienti. de regulis iuris. in ſexto. Marcantonius
Blanc. in pract. crimin. numero octuageſimoſe-
cundo. in cap. ubi agitur an ignorantia excuſet
a delicto; vnde cum hoc palam factum fuerit,
apparet, id omni ſuſpicione fraudis, & do-
li carere. lege cum ipſe tutor. ubi Baldus, &
Salycetus. Codic. de contrahenda emptione.

gloſſ.in l.ſi in emptione. ff.de contrahend.emp.
Cum enim quid agitur, quod aliquo caſu per-
miſſum aliquo verò prohibitum ſit, ſiquidem
12 hoc palam fiat, tunc vtique ea in re † non præſu
mitur dolus,niſi probetur.Bar.in l.dolum. C.de
dolo.Fely.in c.ſi autem.de reſcrip.in 3.fall. Rur-
ſus quòd non interuenerit dolus oſtenditur;
Nam tunc dolus dicitur interuenire, cum quis
mouetur ad aliquod facinus committendum ex
ſola animi ſui peruerſitate, ac malignitate, non
autem ex aliqua alia cauſa, ut tradit Paul.Caſtr.
in conſ.277.col.2. uerſ.ſecundo præmittendum
eſt.in 2.uol. At Ioannes hanc cędem fecit, ut ſe
honoremq; ſuum defenderet,vt ex depoſitioni-
bus ſuo infra loco deducendis patet,non autem
fecit ex animi improbitate: ergo non dicitur cõ
miſiſſe dolum,quia quælibet cauſa efficit,vt quis
13 dolo non dicatur quid agere, † & quælibet cau-
ſa,ſiue iuſta,ſiue iniuſta excuſat a dolo. l.igitur.ff.
de liber. cauſa. gloſſ. communiter approbata in
uerbo,iuſta.in l.plagij criminis.2.C. ad leg.Flaui.
de plag.gloſſ.in l. 1.in fi.de abig.& l.ſed & ſi.§.ſci
re.ff.de petitio.hæred.Bar.in l.1.§.ſi autem. ff. ſi
quis teſtam.lib. eſſe iuſſ.fuer. Saly. in l.ſenatuſc.
C. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento. Ca-
non.c.de quarta.de præſump.Fely. c.ſiquis. col.
fi.de maior.& obed.Bertrand.conſ.341.num.1.
lib.1.ex antiq. Cepol. conſ.7. dicendum eſt.in fi.
verſ.quia ratio. Iaſ.l.ſi quis id quod. ff.de iuriſd.
omn.iud.7.not.& in l.1.§.hoc iudicium.ff.ſi quis
ius dic.non obtemp.numero 24.Soc.iun.conſil.
37.nu.33.uol.2.& conſ.17. nu.3. uolu.3.quibus
omnibus in locis habetur,quamlibet cauſam,ſi-
ue iuſtam,ſiue iniuſtam a dolo excuſare conſue-
uiſſe,ut per Blanc.in pract.crim.in 2.par.defenſ.
nu.5.Secundo principaliter Ioannes ab eo adiu
uatur,quòd ſi is,qui commiſit homicidium,id cõ
miſerit dum ſe defendit, dumque in diſcrimine
uitæ conſtitutum ſe uidet, utique non meretur
pœnam,neque punitur lege Corn.de ſicar. Sed
Ioannes cognomento Cacchuc Bartholomęum
ad ſui neceſſariam defenſionem; igitur ex diſpo
ſitione legis Corneliæ puniri non debet. Quod
autem is,qui hominem interfecit ad ſui neceſſa-
riam defenſionem dum eſt in periculo,vitæ con
ſtitutus non mereatur pœnam, neque puniatur
14 ex lege Corn.de ſicar.demonſtratur, quia † uim
vi repellere licet.l.ut uim.ff.de iuſt. & iur.l.ſcien
tiam.§.qui cum aliter. ff.ad leg.Aquil. c. ſignifi-
caſti.de homicid.clem. 1.de homic. glo.c.in ſum
ma,23.q.1.glo.in l.is qui aggreſſorem.C. ad leg.
Corn.de ſicar.Ang.in tract.Malefic. ſub rubr.de
inſultu,& percuſſ.num.8.Dec.in d.l.ut uim.in 2.
no.num.6.ff. de iuſt.& iur. Quæ ſententia com-
15 probatur, † quia occidens aliquem ad ſui defen
ſionem,non committit maleficium.Bal.in l.data
opera.quarta columna.C.qui accu.non poſſunt
16 vbi autem non eſt maleficium, ibidem ceſſat pę-
na. l.ſancimus.C.de pęn. Hyppol.de Marſil.con
ſilio uigeſimoquinto. numero decimooctauo.
ergo qui occidit ad ſui defenſionem non mere-
tur pęnam. Pro quo & illud dici poteſt, eum de
homicidio non teneri, qui non voluntariè,nec
ex propoſito, ſed tantum ad ſuam neceſſariam
defenſionem hominem interfecit. l.ſi quis per-
cuſſorem.C.ad leg.Cornel.de ſicar.cap.ſicut di-
gnum.extr.de homicid. Hyppol.de Marſil.conſi
lio quarto, numero ſeptimo. libro primo, & in
conſilio 73.numero 54. libro primo. & conſilio
81.libro ſecundo.numero nono.ubi plura citat.
17 Quamobrem,qui ut ſe defenderet occiderit ag-
greſſorem, non tenebitur de homicidio, ut per
doctores in l.prima.C. unde ui. & l.1.C.quando
lice. unicuique ſine iud. ſe uind. & l.1.§.ſed cum
arietes. ff. ſi quadrup.pauper.feciſſe dicatur, &
Hyppol.de Marſil.conſ.25.numer.17. primo uo
lum.& conſ.31.num.39.& numer. 44.primo uo
lum. Quinimò amplius putant doct.licere pro-
uocato non ſolum prouocantem, ſeu aggreſſo-
rem occidere,ſed etiam poſſe interficere illum,
qui nondum offendit, ſed ad offendendum, &
18 aggrediendum ſe comparauit. † Ex ſola enim,
quæ tum actu ſit, præparatione licet aggreſſo-
rem occidere.Iaſ.in l.ut uim.in 3.col.in princ. ff.
de iuſt.& iur.Bal. in l.lege in antiqua lect. C.lo-
ca.ubi dicit,ita de facto fuiſſe iudicatum. Augu-
ſtin.Arim. in add.ad Angelum. in tract.malefic.
in uerſ.& dictus Titius ſe defendendo.in ſecun-
da addition.numero undecimo.Hyppo.de Mar
ſil.conſ.129. numero quinto. libro ſecundo. &
Bar.in l.idem eſt.§.armis.ff.de ui & ui arm.Boni
fac.in tract.de inſultu. nu.8.

Quòd uerò Ioannes interfecerit Bartholo-
mæum ad ſui neceſſariam defenſionem proba-
tur; primo quia ipſe Bartholomæus fuit aggreſ
ſor,priorque irruit contra Ioannem enſe euagi-
nato,ut ex teſtium depoſitionibus patet. Secun
dus enim teſtis examinatus ſuper ſeptimo capit.
dicit quòd ſtatim ut Bartholomæus ad portam
acceſſit,euaginauit enſem, & pugionem, ijſque
diſtrictis profectus eſt contra dictum Ioannem.
Tertius quoque teſtis ſuper ſeptimo capitul. &
ſuper decimo dicit, prędictum Ioãnem multum
retroceſſiſſe, multumque temporis interpoſuiſ-
ſe antequam enſem euaginaret, idq; feciſſe poſt
quam Bartholomæus euaginauit enſem,& poſt-
quam contra dictum Ioannem venit. Quintus
teſtis dicit ſe vidiſſe dictum Bartholomęum poſt
quam ad portam venit euaginaſſe enſem, & pu-
gionem,& iuiſſe contra dictum Ioannem,qui re-
trocedebat,ut ipſe deponit ſuper ſeptimo,nono,
& decimo capitul.Sextus quoque teſtis ſuper ſe
ptimo capitul.examinatus dicit, quòd Bartholo
mæus ſuperuenit ad portam armatus enſe,& pu
gione multis eum ſociantibus; & quòd cum ni-
hil aliud expectaſſet, aut dixiſſet, enudauit en-
ſem, & rectà ad Ioannem pergens eum aggreſ
ſus eſt. Septimus item, & octauus teſtis exami-
nati ſuper ſeptimo capitul. dicunt dictum Bar-
tholomæum ſtatim, ut ſuperuenit, enſem eua-
ginaſſe, & rectà ad Ioannem tendens illum ag-
greſſum fuiſſe. Ex quibus omnibus rebus
optimè

optimè uidetur probata defenſio:quando enim
oſtenſum eſt quòd aliquis contra me irruit enſe
euaginato,tunc dicitur eſſe probatum me aduer
ſarium interfeciſſe ad mei defenſionem.gloſſ.&
Bald.in l.1.C.unde ui.d.l.ſi percuſſorem. C.de ſi
car.Ang. in tract.Malefic.in gloſſ. & d. Titius ſe
defendendo. num.11.Bonif.in tract.de inſultu.
nu.8.Io.Villem.in l.diuus.num.28.ff.ad leg.Cor
nel.de ſicar.

Nam ſi quando probatum fuerit,quòd is,qui
occiſus eſt,fuit aggreſſor,& inſultor, ut deductũ
& probatum fuit in ſpecie propoſita,tunc inſul-
tatus uidetur cędem feciſſe ad ſui defenſionem.
l.ſi ex plagijs.§.tabernarius.ff.ad l.Aqui.vbi Bar.
Marcant.Blanc. in ſua tract.crim.in §.tertia pars
defenſionis.nu.12.& num.13. Qua de re proba-
to inſultu,illicò ſi inſultum paſſus occidat aduer
ſarium poenam homicidij euadere dicitur.Bal. l.
2.C.de ſicar.Alex.conſ.119.1.uol.Cepol.conſil.
29.Dec.conſ.53.Hyp.de Marſ.conſ.8.Bal.in l. in
multis.C.de liber.ca.& doct.in l.ut uim.ff.de iu-
ſti.& iur.ubi Iaſ.in 2.col. uerſ.4. facit.

Secundò quòd Ioannes id fecerit ad ſui ne-
ceſſariam defenſionem oſtenditur; quia cum cõ
ſtiterit quòd occiſor in ſummo uitæ periculo cõ
ſtitutus erat,in eaſq; anguſtias deuenerat, ut ne-
que fugere,neque ſe ſeruare præterea poſſet, ni
ſi inimicum vulneraret,vel interficeret; tunc uti
que probatum etiam eſſe videtur, ipſum occidiſ
ſe aduerſarium ad ſui neceſſariam defenſionem.
Bal.in l.ſcientiam.§.qui cum aliter. ff.ad l.Aquil.
Cepol. conſ.29. gloſſ.in clem. 1. de homicid.ubi
Anch.& alij.Ang.de Maleſ.in gloſ. in verſ. & di-
ctus Titius ſe defendendo.num.9.& 10.& Mar-
can.Blanc.in pract.crim. in §. tertia pars defen-
19 ſionis.nu.26. †Quoties enim non poteſt quis a-
lio modo periculum uitare, niſi occiderit, tunc
abſque dubio occidiſſe iure uidetur,ut per Ioan.
Igne.l.1.§.ſerui.nu.131.ff. ad Senatuſc.Syllania.
per l.itaque. ff. ad leg. Aquil.& c. interfeciſti. de
homicid. Quinetiam plus putant interpretes,
quòd & ſi de uitæ diſcrimine quis non docuerit
modo tamen oſtẽderit imminere iniuriam per-
ſonalem,tunc ab homicidij pęna non iniuria ſit
excuſandus,quemadmodum concludit Petr. de
Vergnia in additionibus ad Butrig.l.is qui.C.ad
leg.Corne.de ſica.id quod etiam apertè ſecutus
eſt.Bertrand.conſ.274.lib.1. ex antiquior. & Iaſ.
in l.ut uim.col.2.uerſ.ſecundo in hac materia.At
ipſe Ioannes ſummis difficultatibus opprimeba
tur,in extremoque uitæ periculo conſtitutus e-
rat,in magnaſque anguſtias deuenerat, ut ex te-
ſtium dictis apparet; meritò igitur quicquid ip-
ſe fecit, ad ſui neceſſariam defenſionem feciſſe
uidebitur. Tertius enim teſtis examinatus ſuper
21.c.dicit dictum Ioannem,contra quem Barth.
enſem euaginauit,poſtquam multis paſſibus re-
troceſſit,ui coactum fuiſſe uitandę mortis cauſa
dum ſe tueretur, uulnerare Bartholomæumq;.
Quintus item teſtis ſuper undecimo capitul.de-
ductus,dicit quòd Bartholomæus dictum Ioan
nem aſſiduè ictibus appetebat; ideoque & pro-
pter impetum Bartholomæi,& multitudinem a-
liorum,qui nudato enſe Bartholomæo aderant,
coactus fuit Ioannes ne ipſe ibi contoderetur,
uulnerare dictum Bartholomæum. Sextus uerò
teſtis productus ſuper decimo,& undecimo ca-
pitul.dicit, quòd cum Bartholomæus cominus
iam congrederetur,& iam iam Ioannem oppri-
meret,amicique dicti Bartholomæi uociferan-
tes dicerent, percute percute; tunc Ioannes in
huiuſmodi periculo conſtitutus coactus fuit ſe
defendendo Bartholomæum uulnerare. Septi-
mus deinceps, & octauus teſtis ſuper decimo,&
undecimo cap. deductus affirmant,quòd cum in
Ioannem enudato enſe Bartholomæus irrueret
ibique eſſent multi eius amici, qui omnes illum
animabant, ipſe Ioannes in periculo uitæ conſti
tutus ui coactus fuit, quò uitam ſuam defende-
ret,enſem euaginare,& ad ſuam neceſſariam de
fenſionem Bartholomæum uulnerare. Cum igi
tur ipſe Ioannes ex hiſce difficultatibus,& angu-
ſtijs euadere nõ potuerit, vt depoſuerunt teſtes
niſi occiderit aduerſarium; iure optimo a pęna
legis Corneliæ liber eſſe debet, ut dicit Bald. in
uſ. feud. in c.1.§.1.de pace iuram.firm.& repetẽ
tes in l.capitalium.§. famoſos. ff. de pęn. Tertiò
20 principaliter defendi poteſt Ioannes; †nam qui
prouocare, & vulnerare incipit, ſemper dicitur
eſſe in culpa, ut tradit Bar. & Alex.in l.1. C.unde
vi.Bal.l.ſi ex plagijs.§.Tabernarius.ff.ad l.Aquil.
Fely.c.dilecti.col.fi.de excep.Hyp.de Marſ.conſ.
109. numero 11. ſecundo nolum.Ioan.de Amic.
conſilio ſeptuageſimoſeptimo. Tom.Gram.con
ſilio uigeſimonono.Soc.iun.conſil.117.lib.3.nu
mero uigeſimoquinto, & numero trigeſimoter
tio. Quamobrem prouocatus uidetur excuſan-
dus ſi quid fecerit contra prouocantem. l. qui
cum maior. §. ſi libertus. uerſicul. ignoſcen-
dum. digeſtis. de bon. libert. clement. prima.
de homicid.in verſ. mortem aliter euitare non
valens.Hyppol.conſ.80.lib.2.nu.57.& conſ.129.
nu.3.vol.2.& conſ.67.lib.1.& Gandin.de Maleſ.
ſub Rub. de poen. reorum col. 24.nu.mihil 46.
ver.pone ẽt q plures homines percuſſerunt &c.
& idem Hypp.de Marſ.conſ.108.lib.2.nu.7.& 8.
At Barto. vulnerare & prouocare incepit:ergo
Bart.in culpa eſſe, & ipſe Ioannes excuſandus vi
detur, prouocatus cum fuerit ſiquid fecit cõtra
prouocantem;nec tenebitur poena legis Corne
liæ de ſicarijs,ut per Alex.in l.non ſolum. §. ſed
probari. ff. de oper. no. nuntiat. & Hyppol. de
Marſ.conſ.114.lib.2.num.4.& Soci. Iun.conſ.
117.num.21.lib.3.

Quòd autem Bart.prouocare cœperit, & con
ſequenter Ioannes fuerit prouocatus,apertè col
ligitur ex depoſitionibus teſtium. Primus enim
ſecundus, quintus, & octauus teſtis ſuper quin-
to capitul. examinati dicunt, quòd ipſe Bartho-
lomæus uerberauit ſocios dicti Ioannis eidem-
que Ioanni obiecit, quòd mentiebatur, & in-
uitauit illum ad pugnandum ſecum enſe, ſci-
licet, & pugione.

Rurſus 3.& quintus teſtis producti ſuper 10.&

11.c.dicunt quòd prius ipſe Ioannes ſauciatus
fuit à Bartholomęo in manu dextera. Secundus
item ſextus,ſeptimus, & octauus diem ſuper 10.
& 11.c. deponunt, affirmant, quòd etſi ipſe Ioã.
in manu dextera a Bartholomæo plagam acce-
piſſet; ipſe tamen Ioannes paulatim ſemper re-
trocedebat. Quo fit, vt cum prior percuſſus, &
prouocatus fuerit ipſe Ioannes, excuſari etiam
debeat a lege Corne. de ſicarijs, cum iuris præ-
ſumptione dicatur occidiſſe ad ſui defenſionem
vt per Soc.iun.d.conſ.117.nu.20. lib. 5.

Quartò principaliter poteſt defendi Ioannes
21 † quia pro ſui honoris defenſione licitum eſt ad-
uerſarium interficere. doct. Iaſ. & Clau.Seys. in
l.vt vim.in lect.nu.66.& in repe.nu.123.ff.de iu-
ſti.& iur.& doct. in l.1.C.vnde vi. Soc.iun.conſi.
117.num. 11.& nu.24.lib.3.Quę opinio compro
batur,quia is, cuius honor minuitur, aut plagis,
aut verbis,maximo dolore afficitur,cui modera
ri difficillimum eſt. Idcircò ſi tali dolore permo
tus aduerſarium vulneraret, vel occideret, non
capitali pœna, ſed mitius puniri debet, vt per
Ang.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.item Impe
ratores.ff.de adul.& Auguſt.Arim.in add.ad An
gel. in tract. malef. in gloſſ.in verſ. & dictus Ti-
tius.in add.tu autem &c. Adde quòd ideo.num.
22 28.& num.29. † vnicuique enim licet honorem
ſuum tueri,& notam infamiæ vitare. c.Iſaac. 42.
diſtinct.gloſſ. in l.iſti quidem. ff.quod met.cauſ.
Calcan.conſ.2.num.30.Bal. conſ. 312. uiſis actis.
col. 1.in fi.lib.4.Crauet.conſ.2. numer. 18. lib. 1.
quem ſanè honorem qui negligit, in ſe ipſum di
citur ſęuire. c.nolo. 12. q.1. Cauſa enim honoris
uitę æquiparatur.l.iſti quidem.in fi.ff.quod met.
cauſ.l.iuſta.ff.de manum.uind. Imò honor pro-
priè uitæ præfertur.l reprehendenda.C.de inſt.
& ſubſt.l.Iulianus.ff.ſiquis omiſ.cau.teſtam.Cur.
iun.conſ.79.præſupponitur in facto.num.3.Cor
ne.in conſ.162.lib.1.nu.21.& nu.22.Id quod etiã
ſuadetur lege Ducali militari.c.5.de pœn.& ma-
leficijs militum, ubi dicitur quòd qui ſe militem
eſſe profitetur, paratus eſſe debet ad exponen-
dum uitam pro defenſione honoris &c. neque
ob id condemnari poteſt. At Ioannes fecit hoc
pro defenſione honoris, & ne infamaretur, uel
apud ſuos Centuriones, uel apud milites ſui or-
dinis, igitur excuſari debet. Quod autem ea ra-
tione fecerit, probatur ex depoſitionibus teſtiũ
deductorum.tertius enim,& octauus teſtis exa-
minatus ſuper 10.& ſuper 11.c.dicunt, quòd Io.
id fecit vi coactus pro defenſione ſui honoris, &
pro vitæ ipſius conſeruatione. Rurſus ſecundus,
quintus,ſextus,& ſeptimus affirmant, Ioannem
feciſſe quemadmodum quilibet expertus mi-
les in ea re feciſſet.

Nec multum refert quòd pro honoris defen
ſione tunc demum liceat interficere aduerſariũ
cum id fiat incontinenti,ut per Bar.l.idem eſt.§.
cum igitur.in fi.ff.de ui,& ui arma.& doct.in l.pe
tens.C.de pact.& in l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.Bo-
nif.in tract.de inſul.num.9.& num.11. Compro
baturque ex l.Ducali.d.c.5.in uerſicul.ad defen-
ſionem honoris ſolius ſi prouocati &c. ubi id
permittitur quando id fit incontinenti,& in eo-
dem inſtanti,quo iniuria accepta eſt. Quoniam
reſpondetur,quòd licet re vera in ſpecie propo
ſita id non fuerit factum in continenti; idem eſt
tamen ac ſi factum fuiſſet in eodem inſtanti,idq;
intelligitur ac fingitur ſic factum. Dicitur enim
quid fieri in continenti etiam ſi multum tempo
ris interceſſerit; modo in re,de qua agitur, deſ-
ſatum non fuerit,vt dicit Iac.Butrig.in l. 1. C.vn-
23 de ui. in fi. † Nam tunc dicitur quid eſſe factum
incontinenti quando ad diuerſas alias actiones
peruentum non eſt.Bar.in l.1. C.unde ui. Blanc.
in pract.crim.in 3.par.defenſ. numer.6. Petr.de
Bellaper.d.l.1.C.unde ui.gloſſ.magna.poſt prin.
in l.pacta conuenta.ff.de contrah.emp. Hieron.
Butigel.in l.lecta.numer.81.ff.ſi cer.pet. Bar. in l.
quod ait lex.nu.2.ff.ad leg.Iul. de adul. ubi dicit
quòd ſi aufugiat ille,quem licet occidere; dein-
de verò horarum etiam aliquot interuallo inte
remptus ſit,is utique uidebitur occiſus inconti-
nẽti,ſeu illo ipſo tempore,atque(ut ibi dicit Bar
tol.num.2.)illo tunc,cuius etiam opinionem ſe-
quitur Aym.Cranet.in rub.ff.de leg.1.nume.16.
Quando enim nil extrinſecum interuenit,ſed ſo
lum facta eſt pręparatio, id ſanè dicitur eſſe fa-
ctum incontinenti.gloſſ.in l.1. C.vnde vi.& Iac.
de Nigr.in l.1.§.qui præſens.ff. de verb.obl. nu.
44. Quamobrem cum orta contentione Ioan-
nes ſtatim antequam ad extraneos actus ſe ſe re
ciperet,ad portam acceſſerit,ut dicunt teſtes exã
minati ſuper 6. & 7.c. cumq; ipſe Bartholomęus
repentè domum iuerit accepturus enſem.Indè-
que ad portam furens ac currens uenerit, ut di-
cit primus,& quintus,& octauus teſtis examina-
tus ſuper 5.c.huic rei conſequẽs eſt,ut quicquid
Ioannes fecerit, feciſſe uideatur id omne pro de
fenſione honoris incontinenti, & in inſtanti fa-
cta. Atque ita intelligi poteſt etiam lex Ducalis
ſupracitata, quæ etſi loquatur de defenſione fa-
cta incontinenti,& in inſtanti; fauore tamen rei
prouocati ſe defendentis, intelligi poteſt locum
habere in ea defenſione,quæ nõ ſolum in inſtan
ti facta eſt; ſed quæ in inſtanti facta eſſe intelligi
tur, quæve pro inſtanti facta habetur, ut accidit
in caſu noſtro. Atque ita cum res ſe ſe habeat, fit
que permiſſa huiuſmodi defenſio,quippe quę in
continenti facta uidetur,concludendum eſt pro
pter hanc defenſionem, ex qua ſecutum eſt ho-
micidium,pœna mortis prędictum Ioannem nõ
eſſe condemnandum; quando enim lege,uel ſta
tuto,uel conſuetudine tolleratur aliquis actus,
& ex illo ſequitur homicidium, ut cum tornea-
menta fiunt.Itemque cum pueri ſaxis uiciſſim ſe
impetunt,ab homicidij pœna quis excuſatur, ut
per Dec.conſ.9.Anch.conſ.282, Io.de Anan.c.1.
de torneamen. Cepol.conſilio trigeſimo, & tri-
geſimoprimo. Iaſon in l.ſingularia.numero qua
drageſimonono.ff.ſi cer.pet.gloſſ.in uerſicul.cri
men.capitul.obijciuntur. trigeſimaſecunda quę
ſtione quarta. Bartol. l. prima. in principio. ff.
quod quiſque iur.Abb. capitul.cum uenerabilis
de conſ.

de conſ. vbi omnes tradunt,conſuetudinẽ quẽlibet excuſare.

Quibus quidem omnibus concludo, prædictum Ioannem pœna legis Cornelię de ſicarijs non teneri. Nam certè nulla pœna tenetur ille, qui neceſſaria vtens defenſione aliquem interficiat.L.is qui aggreſſorem.C.ad leg.Cornel.de ſica.Marcan.Blanc.pract.crim.num.34.in 3.parte defenſionis. Vel ſi qua pœna Ioannes tenetur, mitius eſt puniendus, pœna nimirum extraordinaria,atque arbitrio iudicantis. Poteſt enim iudex pœnam ex cauſa mitigare, & diminuere, ut concludunt docto.commun.ut atteſtatur Tom.Gram.uoto 24.num.18.& Marcan.Blanc. in prac.crim.in §.viſis indicijs.nu.33. Bal.conſ.502.nu.5.uol.5.Alex.conſ.3.2.uol.Iac.Nouel.in trac.ad defenſam.ſub rub.homicidę quibus ex cauſis a pœna mortis excuſentur. nu.133.& nu.85.& 87. Si enim homicidium pręter intentionem,& voluntatem delinquentis committatur,homicida non vera pęna delicti punitur, ſed alia arbitrio iudicantis.Bal.l.data opera.col.3.C.qui accuſare non poſſ.Dec.conſ.11.19.34.Ang.conſil.27.Corn.conſ.280.4.vol.Soc.conſ.16.1.uolum.Paul.de Caſt.in cauſa incarceratorum.conſ.192 ideoq; refert Tom.Gram. in præalleg. voto 24.num.18.homicidę, de quo ibi agitur, impoſitam fuiſſe pęnam exilij per biennium extra ciuitatẽ; & ita fuiſſe obtentum in magna curia Vicarię, Cumq; homicidium commiſſum ſit non doloſè,non deberet imponi,niſi pœna relegationis, vel exilij temporalis, vt dicit idem Tom.Gram. in deciſ.17.in fi.& deciſ.98. nu.10. & Iac.Nouel. d.tract.ad offenſam. ſub rub.homicidæ quibus. &c.nu.133,& Boer.deciſ.73.nu.9.par.1. vbi plura citat concludens,pro homicidio abſque dolo commiſſo imponendam eſſe pœnam exilij, ſeu relegationis,quam optimus, & ęquus iudex pro ſui arbitrio leniet,& mitigabit.Pręſertim cum vt ex actis patet,Ioannes occiſor pacem impetrauerit ab hęredibus occiſi; quo caſu pace habita nulli dubium eſt,quin occiſor minori pœna puniatur,ut tradit Marcanto.Blanc. in prac.crim.in 8. cautela num.3.cum ibi deductis. Quibus omnibus adhuc arbitror adijciendum, ęquum iudicẽ procliuiorem etiam in hanc ſententiam eſſe debere,quòd ex depoſitionibus teſtium productorum,ad 4.& 13.c.optimè intelligere poterit,prædictum Io. eſſe bonę famę, & honeſti nominis militem; & natura cum valde bona,tum verò pacis,& quietis amantiſſimum; Bartholomęum autem hominem fuiſſe ſeditioſum, & in primis rixarum cupidum. Contra cuiuſmodi quidem homines eſſe ſemper pręſumptio conſueuit. l. non omnis.§.a barbaris.ff.de re mil.Tom.Gram.uoto 24.nu.5.& nu.18.cum ſi.

Et vt ſup.firmaui,ita iuris eſſe arbitror ſaniori ſententia ſemper ſalua.

Ego Antonius Cioſius

SVMMARIVM.

1 *Vt quis poßit torqueri inditia debent eſſe clara, & certa.*
2 *Dictum vnius dictum nullius.*
3 *Tria requiri, vt quis tormentis ſubijci poßit.*
4 *Innocens reputatur is contra quem inditia non reperiuntur.*
5 *Vnum inditium aliud tollit.*
6 *Iudex ex conſtantia inquiſiti ſumit inditium.*
7 *Offenſo non creditur etiam in articulo mortis.*
8 *Creditur offenſo in articulo mortis cum iuramento.*
9 *Teſtis deponens per verbum (videtur) ad offenſam non probat.*
10 *Teſtis de auditu non facit inditium ad torturam.*
11 *Ex leui inimicitia inditia non oriuntur.*
12 *Quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*

CONSILIVM CXVIII.

In Dei nomine.

IN cauſa Antonij Iuliani a Monte Politiano,cui imputatur vulnus illatum Sebaſtiano Fulloni Lucenſi, diligenter animaduertendum eſſe arbitror. Indicia,quæ contra prædictum Antonium oſtẽduntur,leuiora eſſe quàm ut iuſtum iudicem inducere debeant,uel ad quæſtionem in illum habendam,vel eundem ad illati uulneris condemnationem.Id quod ex his, quæ inferius breuiter dicentur,liquidò conſtabit.

Primo enim quod attinet ad quęſtionem habẽdam, concludendum eſt, prędictum Antonium
1 torqueri non debere; † quia ad hoc, ut quęſtio haberi poſſit,indicia debent eſſe certa; & clara, & negotio,de quo agitur, proxima, & in genere ſuo perfectè probata,atque huiuſmodi,vt de iure ſubſiſtant,& quę in dubium reuocari non poſſint.Bar.in l.fi.nu.6.ff.de quęſt. Bal. in conſ.259. lib.1.nu.4.incip.verba inquiſitionis dicunt,& in conſ.364.nu.2.lib.3.inc.quia quęſtio iſta de tortura.Alex.conſ.5.lib.1.nu.4.& num.5.& Hyp.de Marſil.in conſ.88.num.2.in 2.vol.& Petr.Folle. in 2.par.2.par.pract.crim. in rubr. capitula dentur.nume.22. Si enim indicia perfectè probata non fuerint ad torturam procedi non poteſt; nam ſicut in criminalibus probationes debent eſſe ad cõdemnãdum luce clariores ita etiam indicia in genere ſuo debent eſſe clara, & perfectè ac plenè probata; quia eadem eſt ratio de toto quoad totum,quę eſt de parte quoad partem,& è contra.l.quę de tòta.ff. de rei vend. & no.in c.6.de torm.& Franc.Caſon. trac. de tormen. c.6. de non torquendo per indic.niſi plenè prob.numero ſecundo. in pręmiſſis.

At in propoſita ſpecie nulla extant indicia; quę ſatis ſint ad efficiendum, vt aliquis torqueatur, & ſiqua afferuntur, nihilominus de

illis non conſtat. Igitur ad torturam deueni-
ri non poteſt; quoniam ſine indicijs nemo tor-
queri debet. l. vnius. §. in ea. & l. maritus. ff. de
quæſtion. l. fi. C. ad legem Cornel. de falc. Guid. a
Suzar. in tract. de indic. num. 28. Bald. in conſil.
479. num. 3. in fi. incip. tres ſunt caſus, parte ter-
tia. ubi dicit Bald. quòd ſi indicia non præcedũt,
iudex perperam aliquem torturæ ſubijceret; qui
nimo cauſa delicti, & quare id factum ſit, oſten-
di debet, aliàs indicia nullã uim habent, Fran. Ca
ſon. de indic. tract. primo, cap. nono, pro reo &c.
numero ſecundo. & idem Caſon. in tract. de tor
men. capitul. quinto. numero primo. de non tor
quendo.

Quòd autem nulla extent indicia, quæ ſuffi-
ciant ad torturam probatur, quia ipſa indicia
ſecundum doct. tribus modis conſiderari poſ-
ſunt. Primò, n. quædam ſunt indicia, quæ gene
ralia ſunt, & a delicto remota, exempli cauſa,
Titium eſſe hominem malæ famæ, & qui facilè
rixas excitare ſoleat, ut tradit Bar. in l. final. nu-
mero ſexto, & numero ſeptimo. ff. de quæſtio. &
Alexand. in conſil. quinto. libro primo. numero
quarto, & numero quinto. & Marcantón. Blanc.
de indic. numero quadrageſimoſexto, & ſeq. De
quibus quidem remotis indicijs duo teſtes fidẽ
faciunt, ut per Innocen. in cap. ſicut. de ſymonia;
& Bar. in l. fin. in fin. ff. de quæſtion. Requiruntur
enim ad ea probanda duo ſaltem teſtes, qui atte
ſtantur de aliquo ſigno pertinẽte ad maleficium
& faciente indicium, ut per gloſſ. & doctores in
l. fin. C. famil. erciſcun. Bald. in conſil. 34. incipien
te ſtatuto, ſeu cap. numero 8. libro quinto. & An
gel. in l. fin. in princ. verſicul. eſt tamen indicium.
ff. quod met. cauſ. & Angel. in tract. de malefi. in
verſ. quod tamen. numero decimo. & Fran. Bru-
nus in tract. de indicijs. §. circa ſecundum. nume
ro quarto. & Franciſ. Caſon. d. tract. de indic. tra-
cta. decimo. numero 4. quibus omnibus in locis
habetur, remota indicia probari ſaltem per duos
teſtes. Idque ſecũdum communem opinionem
ut refert Marcanton. Blanc. in tract. de indic. nu-
mero 46. & ſeq. neque enim probatur indicium
per unum teſtem ſingularem. Bald. in conſi. 515.
numero ſecundo. par. quinta incipien. quidam
fuit interrogatus. Atqui in caſu noſtro hæc qui
dem indicia, neque afferuntur, neque afferri poſ
ſunt. Nec enim probatum eſt, nec probari po-
teſt prædictum Antonium eſſe hominem malæ
famæ; & propterea non licet inde conijcere;
prædictum Antonium vulnus intuliſſe prædicto
Sebaſtiano, quinimò ut ex depoſitionibus te-
ſtium examinatorum pro d. Antonio patet, ipſe
Antonius, neque rixoſus vir eſt, neque ſolitus a-
liquem per inſidias aggredi; ſed & quietis, &
honoris eſt maximò cupidus. Quamobrem
quod ad indicia remota pertinet, torqueri non
poterit.

Secundo verò ſunt quædam Indicia, quæ pro
bantur per vnum ex quinque ſenſibus corporis,
veluti per viſum, nempè quia teſtes ſe vidiſſe cõ
mitti delictum atteſtentur, vt tradit Blanc. in tra
cta. de indic. numero 48. & Franc. Brun. in tract.
de indic. numero 3. §. circa ſecundum. Et hęc di-
ci poſſunt indicia propinqua per ſenſum proba-
ta. Bar. d. l. fin. numero 6. ff. de quæſtion. & Blanc.
d. num. 45. vel ſecundum Blanc. num. 46. dici po
tius debent delicta per vnum teſtem probata.
Quæ quidem omnia, ſiue indicia delicti proxima
ſint, ſiue ipſa delicta, quæ ſenſu probentur, utiq;
ſecundum doctores communiter per vnicum te
ſtem probari poſſunt, ut tradit Bar. in d. l. fi. num.
7. ff. de quæſt. gloſſ. vbi doct. in l. ſiquis. C. ad leg.
Iul. maieſt. & Aug. Arimin. in verſ. quod fama pu
blica præcedente in add. ad Ang. de Malefic. in-
cip. tu autem in hac materia adde inquantum.
numero 12. & Angel. ibidem numero 10. & nu-
mero 13. verſicul. quæro an unum indicium, &
Amb. de Antram. in tract. de torm. numer. 18. &
Franc. Brun. de indic. §. circa ſecundum. nume. 4.
uerum & huiuſmodi quoque indicijs in propo-
ſita ſpecie caret aduerſarius; quandoquidem nul
lus eſt teſtis, qui deponat, aut deponere poſſit ſe
vidiſſe Antonium ferientem Sebaſtianum; ſed
omnes fatentur ſe hoc dici ab alijs audiuiſſe.

Tertiò quoq; ſunt quædam indicia, quæ pro-
ximè accedunt ad negocium, de quo agitur, &
conſequuntur rem ipſam, quæ & ſi non directè
probant maleficium, tamen ipſi propinqua ſunt
& uehementia dicuntur, exempli cauſa ſtetiſſe
Titium propè vulnerati domum, fugiſſe enſe e-
uaginato, & id generis alia commiſiſſe, quæ ve-
hemens oſtendunt indicium, vt per Marcanto.
Blanc. in tract. de indic. numero 49. & Franc. Caſ
ſa. tract. 10. de indic. c. 1. num. 4. De quibus qui-
dem indicijs vehementibus fidem faciunt duo
teſtes, vt per Bar. d. l. fi. num. 7. ff. de quæſt. vbi ha
betur per duos teſtes probari quòd aliquis ali-
quo in loco repertus fuerit. Ange. in uerſ. quod
fama publica præced. numero 10. verſic. quæro
qualiter. in tract. de malefic. gloſſ. in l. fi. C. famil.
erciſc. Cepol. conſil. 67. Ang. in l. 2. C. de quæſt.
& refert Blanc. præalleg. num. 49. Hæc enim indi
cia, & ſi propinqua ſint, tamen non probantur,
niſi per duos teſtes. Blanc. d. tract. de indic. num.
49. & num. 49. loco citato.

Quamuis autem vehementia hæc indicia in
caſu noſtro extare videntur, ſiquidem ipſa Ca-
therina deponit ſe hominem enudato enſe cur-
rentem verſus cauponam Stellæ vidiſſe; nihi-
lominus nõ probantur perfectè, quoniam hoc
tantum ipſa Catherina atteſtatur, & conſequen
ter non adeſt, niſi vnicus teſtis, qui hoc affirmet;
vt ex depoſitionibus patet: quo caſu id non vi-
2 detur perfectè probatum, † quia dictum vnius
eſt dictum nullius, l. ſolam. l. iuſiurandi. C. de te-
ſtib. in ore. n. duorum, vel trium ſtat omne ver-
bum. c. cum eſſes. de teſt. quinimò ipſa nõ præci-
sè affirmat eum, qui currebat, Antonium fuiſſe;
ſed dicit ita ſibi viſum eſſe, aperteq; fatetur, ſe
eius ſtaturam corporis nõ ſatis animaduertiſſe.
Quo fit vt vehemens hoc indicium, quod addu-
citur, non dicatur concludenter probatum, nec
vlla extare dicantur indicia, propter quæ iuſtus

iudex

iudex poſſit ad torquendum accedere. Id enim vt fieri poſſit, oportet ut indicia huiuſmodi ſint, ut in his ſola cõfeſſio deeſſe uideatur l. 1. 2. reſp. ibi ſola confeſſio. ff. de quæſtion. Corn. conſ. 101. lib. 2. Iacob. Nouell. in pract. & theor. crimin. ſub Rub. Indicia, quæ præcedere debent, nu-
3 mero 17.

Tria enim requiruntur uti quis tormentis ſubijci poſſit;

Primo, ut indicia ſint probata ſaltem per duos teſtes.

Secundo ut ſint veroſimilia.

Tertio ut probabiliter concludant, ut dicit Bal. in conſ. 515. num. 4. parte 5. ubi dicit, neminem ex indicijs, niſi indubitata ſint, condemnari debere.

Qua de re cum in caſu noſtro non extent ea indicia, quę remota dicuntur; neque ea, quę per viſum demonſtrantur; neque etiam probentur indicia propinqua, reliquum eſt, ut ſumpta argumentatione à ſufficienti partium enumeratione, quæ valida eſt in iure l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui uel al. iur. concludamus, iudicē non debere ad torturam in caſu noſtro proce-
4 dere, † quoniam innocens reputatur is, contra quem indicia non reperiuntur, gl. & Bal. l. penul. C. de quæſtion. Franciſc. Brun. §. circa octauam. numero 7.

Quod verò ad condemnandum pertinet, concludendum pariter eſt, præd. Ant. ex allegatis indicijs condemnari non poſſe, quoniam cum nō ſufficiūt ad torquendum multo minus ſufficiēt ad condemnandum, quia ſi id quod magis de aliquo dicendum videtur, non rectè tamen dicitur, ergo nec illud, quod minus. Auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. c. magna. 11. q. 1. Nullus enim condemnari debet ex indicijs, quæ non cõcludunt Fran. Caſon. d. tract. 10. de indic. num. 6. Generaliterq; dicendum eſt, ex indicijs non eſſe aliquem condemnādum, niſi tamen ſint indicia indubitata, & a lege approbata, ut per Guid. de Suzar. in trac. de indic. uer. ſed quid ſi cõtinetur. nu. 99. & Iac. Nouel. in prac. & theor. crim. n. 22. & ſeq: ſub rub. indicia, quæ præcedere debent. Quamobrem cum indicia, de quibus hic agitur, neque certa ſint, neque perfectè probata, meritò dicendum eſt, prēd. Antonium condemnari non poſſe; quoniam in criminalibus probationes debent eſſe luce clariores. l. fi. C. de prob. l. licet Imperator, ff. de leg. 1. quinimò ſanctius eſt impunitum facinus nocentis relinquere, quàm innocentes condemnare. l. abſentem. ff. de pęn. Fran. Bru. trac. de ind. §. circa quartam, nu. 1. cum ſimilibus.

Rurſus & ſecundo, quòd d. Anto. neque torqueri, neque condemnari debeat, demonſtratur; quia indicia, quę contra aliquem afferuntur, tunc utique ſublata, ac purgata eſſe cenſentur, ſi is, cui delictum imputatum eſt, oſtenderit ſe eſſe uirum honeſtę conditionis, & bonę famę. Bar. in l. 2. §. pen. ff. de mil. teſt. Ange. in l. milites. C. de queſt. Corn. conſ. 58. nu. 21. inc. viſa inquiſitione. lib. 2. Bal. in l. fi. vlt. col. C. de prob. Hyp. dē Marſ. conſ. 107. nu. 27. uol. 2. & conſ. 117. nu. 47. Petr. Folle. in prac. crim. in uerſ. dentur capitula. numero 50.

At d. Ant. cui imputatur vulnus propè forū olitorium Sebaſt. illatum, docuit de ſua bona, & honeſta fama, vt patet ex depoſitionibus teſtium examinatorum ad eius inſtantiam; igitur ſi qua extarent indicia contra illum, uidentur eſſe purgata ac ſublata, ex probationibus bonæ famæ.

Dicit enim primus, ſecundus, tertius teſtis examinati ſuper 1. & 2. cap. ad inſtantiam d. Antonij; qui Antonius ortus eſt optimis parentib. & eſt miles ducalis militiæ honeſtæ conditionis & bonę famæ, & pacis, & quietis amator, quique non conſueuerit aliquem per inſidias adgredi.

Præterea, & ultimo Ant. cauſa aduuatur ab eo, quòd ſi qua indicia contra aliquem oſtendūtur, illa vtique elidi ſolēt ab indicijs, quę in eiuſ-
5 dem fauorem allata ſunt; † certū eſt enim quòd unum indicium tollit aliud Alex. in conſ. 77. in cauſa accuſationis col. ult. lib. 1. Petr. Foller. in pract. crimin. in uer. dentur capitula nume. quinquageſimotertio.

Nam indicia tolluntur per pręſumptiones cõtrarias Bart. in l. fin. C. famil. erciſc. Brun. in tract. de iudic. & tortur. §. circa quintam num. 1. & §. circa tertium num. 6.

Sed ex depoſitionibus teſtium examinatorū contra Antonium Iuliani colliguntur quędam indicia, quę ipſius Antonij cauſam iuuant; ergo ſi qua indicia contra eum extarent, proculdubio tollerentur ex indicijs, quæ in eius fauorem deducta fuerunt. Franc. enim Petralantenſis quartus teſtis contra Ant. examinatus, cum interrogatus fuit de his, quæ dixit Anto. ingreſſus domum, & utrum anhelaret, videreturq; laboraſſe, aut curſu defatigatus, ipſe atteſtatur Antonium non anhelaſſe, neque ſibi viſum fuiſſe defatigatum, ſed dixiſſe ſalue, & ſtatim ad opus conficiendum ſe contuliſſe.

Ex quibus quidem apparet indicium ad defenſionem d. Ant. & remouetur omnis ſuſpicio quæ ſanè oritur quoties quis facit qđ nō ſolet, non autem facit ea, quæ facere conſueuit. Franciſcus Caſ. de iud. trac. 6. nu. 3.

6 Accedit † quòd iudex ex conſtantia inquiſiti ſumit indicium Bal. de Perigl. cap. 1. num. 11. in in tracta. de indic. & propterea videtur dicendū quòd dictus Antonius abſolui debeat; quoniā cum aliquę cõiecturę ad excuſandum delictum afferunť, tunc non ad torturam ſeu condemnādum, ſed ad abſoluendum procedi debet, l. 1. §. ad quæſtionem. uer. nec facilè ubi ar. ff. de quæſtion. & Foller. in pract. crimin. in uerſ. dentur capitula num. 49.

Qua opinione firmata. Primo non obſtat quis obijciat, indicium ad torturam oriri ex eo, ꝗ Sebaſtianus vulneratus aſſerit ſe fuiſſe ſauciatum a dicto Antonio dicitq; ſe illum clarè vidiſ

ſe calceatum albis cothurnis·
Quæ ſanè omnia ſtatim aſſeruit, & palam fe-
cit cum primum vulnus accepit, ut ex depoſitio
nibus Iuliæ & Catherinæ patet; quoniam reſpõ
detur, quòd dum quæritur an credendum ſit aſ
ſertioni ipſius uulnerati, vel offenſi dicentis ſe
ſuiſſe ab aliquo uulneratum diuerſæ reperiun-
tur doctorum ſententiæ.
7 Quidam enim dicunt, † vulnerato, uel offen-
ſo non eſſe credendum etiam in articulo mor-
tis conſtituto, neque inde oriri aliquod indiciũ
ad torturam, niſi fuerit vallatum alijs circunſtan
tijs, ut inimicitijs, uel ſimilibus, & horum opinio
nem tenet Alex. in conſ. 14. lib. 3. nu. 1. vſque ad
num. 7. & Bertrand. conſ. 189. nu. 1. & 2. & 3. li. 1.
in recentiſſ. & Marcanto. Blanc. in trac. de indic.
nu. 390. & 393. & ſecundum hanc opinionem di
ctum ipſius Sebaſtiani non obeſt d. Ant. quan-
doquidem iuxta prædictam opinionem aſſeren
tis dicto non credimus, ut per Bal. conſ. 515. n. 1.
libro 5.
Alij verò ſenſerunt uſque adeo credendum
eſſe offenſo, ut qui ab eo indicatus eſt torqueri
debeat; quia non cenſetur quis ita eſſe imme-
mor ſalutis æternæ, ut tunc mentiatur. l. fi. C. ad
leg. Iul. repet. c. ſancimus. 1. q. 7. & refert Blan. tra
cta. de ind. n. 391. quam opinionem tenet Hyp.
in ſua pract. crim. §. diligenter. num. 118. & Ca-
ſon. tract. de ind. 8. c. 1. num. 5. Sed hæc opinio ſe
cundum doctor. ut refert Caſon. d. numero 5. &
8 Blanc. d. num. 391. reſtringitur, ut ſcilicet † tunc
credamus offenſo cum offenſus id affirmet in ar
ticulo mortis, & cum iuramento. Bal. in Auth. ſi
dicatur. C. de teſt.
Quare retenta etiam iſtorum opinione, aſſer
tio Sebaſtiani non obeſt Antonio, quia licet id
dixerit, tamen ut conſtat, non erat conſtitutus
in articulo mortis, meritò in pręiudicium tertij
ei non creditur.
Quinetiã ſi concederemus ſtandum eſſe aſſer
tioni offenſi, qui conſtitutus ſit in extremis, ta-
men id haberet locum, quando delictum noctis
tempore admiſſum eſſet; tunc enim huiuſmodi
aſſertioni non eſt credendum, quia veriſimile
eſt offenſum certò ſcire non poſſe a quo fuerit
offenſus, argum. l. hac conſultiſſima. §. cum hu-
mana fragilitas, C. qui teſtam. fac. poſ. Bal. d. con
ſil. 515. lib. 5. nu. 1. & ita opinionem Hyppoliti re
ſtringit Franc. Caſon. in præal. c. de indic. tract. 8.
c. 1. nu. 7. & quamuis fortè luna luceret, tamen
id concludenter non eſt probatum; fortaſſe. n.
tunc nubibus obſcurabatur. Ideoq́ue iudex non
poteſt tranſilire ea, quę acta, & probata ſunt. l.
illicitas. §. veritas. ff. de off. pręſ. Vnde in caſu pro
poſito nihil obeſt aſſertio vulnerati. Secundo
non obſtat, dum Catherina ſecundo loco teſtis
inducta atteſtatur ſe uidiſſe hominem fugien-
tem enſe enudato, qui ſibi viſus eſt Antonius Iu
liani a Montepolitiano, qui erat indutus cothur
nis albis, quoniam reſpondetur, quòd cum hoc
ſit indicium uehemens, & urgens, vt ſupra dixi,
probandum fuerat ſaltem per duos teſtes. Blan.
tract. de ind. d. num. 47. & num. 49. Sed hic vni-
cus tantum teſtis adeſt, qui hoc dicit. Vnde di-
ctum vnius cenſetur dictum nullius. l. ſolam. l. iu
riſiurandi. C. de teſtib. Quinimò poſito, & non
dato, ut unicus teſtis probet, nihilominus in pro
9 poſita ſpecie non facit fidem, † quia deponit
per verbum videtur, dum dicit quòd ſibi viſus
eſt Antonius, quo caſu teſtis per uerbum, uide-
tur, ad offenſam non probat. Teſtis enim dicens
ſe vidiſſe hominem, qui ſibi uiſus eſt Titius, non
ideo tamen probat illum ſuiſſe Titium, ut tradit
Alex. conſ. 147. incip. ponderatis his. col. 5. lib. 2.
Bar. in tract. de teſte. 4. col. Hyp. de Marſ. conſ. 20
nu. 36. lib. 1. Quòd autem uerbum uidetur, ad of
fenſam non probet, tradit Hyp. conſ. 24. lib. 1. n.
33. & idem Hyp. in ſing. 19. inc. Tuſcis clarum;
Prædictus igitur teſtis nil probat, pręſertim cum
rationem ſui dicti non reddat; quo caſu non fa
cit indicium, ut dicit Saly. in l. fi. C. de prob. Bal.
conſ. 182. 4. uol. Iac. Nouel. prac. crim. num. 15. in
rub. de teſtib. in mat. crim. quinimò non ſolum
ſuæ atteſtationis rationem omittit, ſed etiam ex
preſsè ſatetur ſe non animaduertiſſe, qua corpo
ris ſtatura fuiſſet: quare tantum abeſt, ut probet,
ut etiam debilitet eius dictum, dum aſſerit ſe a-
nimaduertiſſe, arg. eorum, quæ dicit Iac. Nouel.
ibid. num. 31.
Tertiò non ob. quòd & Iulia, & Hyppolita aſ-
ſerunt dici audiuiſſe, quòd Ant. uulnerauerat d.
Seb. quoniam præterquã quòd huiuſmodi mu-
lierũ fides non eſt magni ponderis. gl. in c. ſuper
eo, & capitul. cum ex literis. extra. de teſtibus.
Bart. in l. 1. §. idem Corn. & l. maritus. ff. de quę
ſtion. teſtes etiam de auditu ſunt; dicunt enim
10 ſe audiuiſſe à dicto Sebaſtiano quo caſu † teſtis
de auditu in probando delicto non eſt uerus te
ſtis nec facit indicium ad torturam gloſ. in ſum
ma. §. idem labeo. ff. de aqua pluu. arcen. Bal. in
conſ. 403. in 3. uol. quidam fuit. &c. Alex. in cõſ.
464. uiſo proceſſu 1. col. & Abb. in c. licet ex qua
dam in 2. not. de teſtibus Hyppol. de Marſ. con-
ſi. 20. numero 6. & 7. lib. 1. & conſ. 76. numero
26. lib. 1.
Accedit etiam quòd Franc. quartus teſtis di
cit ſe id audiuiſſe dici, & non exprimit a quibus
quo caſu de auditu nihil probat, vt dicit Hyp-
pol. d. conſ. 20. num. 10. lib. 1. per l. teſtium. C. de
teſtib. cum ſimil.
Quarto non obſtat, quòd Antonius torque
ri debeat, quaſi probatum eſſe videatur, Anto
nium vulneraſſe Sebaſtianum ex publ. fama, ut
colligitur ex depoſitione 3. 4. 5. & 8. teſtis exa-
minatorum contra Ant. quoniam reſpondetur
quòd ex hoc non dicitur probata fama; quia te
ſtes particulariter nemině nominant, ſed tantũ
id publicè dici affirmat Hyppolita.
Quartus verò teſtis dicit ſe id audiuiſſe in of
ficina Graſſi ſutoris calcearij: Quintus teſtis di
cit ſe id audiuiſſe ab hominibus.
Octauus verò dicit ſe id audiuiſſe à populo,
nec tamen perſonas aliquas exprimit, a quibus
audierit; quemadmodum in primis, in proban
da fama

da fama requiritur, ut per Innoc. in c. qualiter,
& quando 2. de accuſat. & Bart. in l. de minore
§. plurium.ff.pe queſtion. Abb.in c.cum cauſam
de teſtibus.

Secundo non deponunt ſe audiuiſſe à maio-
re parte populi, ſicut deponere deberent, Bart,
d. §.plurium, Bal. in rub.C.de probat. Marcant.
Blanc.de indic.in uer. fama nume. 312. & idem
Blanc.in pract.crimin. 17.& 18.in §.quarta pars
defenſionis.

Ideoque ex his firmum reſtat, prędictũ Ant
ex hoc capite nec torqueri nec coudemnari
poſſe.

Tertiò quintus teſtis & octauus dicunt ſe au
diuiſſe a populo, ſed interrogati quid in cauſa
fuerit cur Ant.vulnerauerit Sebaſtianum,reſpõ
dent, ſe neſcire, & per conſequens non expri-
munt aliquam cauſam,vnde habuerit originem
huiuſmodi fama, quo caſu non dicuntur proba
re famam, ut per Bart. d.§.plurium,& Salyc.l.ea
quidem C.de accuſat.& Marcant. Blanc.d.uerſ.
fama num.312.& in ſua pract.crim,d. §. quarta
pars.num.18.

Quinimò poſito & non dato,quòd fama hoc
modo diceretur probata, nihilominus ſine alijs
indicijs, quę hic non deſunt, accedendum non
eſſet ad torturam Bart.in l.fi.ff.de queſtion.l.de
minore. §. tormenta.ff. eo.Aret. de Malefic. in
gloſ. fama publica, in uer.an fama,& ibi Domi-
nus Auguſtin.Arimin.& ita firmat Franc.Brun.
§. circa tertium numero 32. de indic. & Mar-
cant: Blanc. de indic. numero 313. in uer. fa-
ma.

Quinto non obſtat, quòd inter Antonium,
& Sebaſtianum uideantur inimicitię interceſſiſ
ſe, cum ipſemet Ant.fateatur in 1. depoſitione
ſe aliquando contendiſſe cũ dicto Sebaſt.quòd
cum dictus Antonius mulierem quandã in emẽ
dis fuſis decipi uidiſſet, manibus comploſit, id
quod Sebaſt. ſcalas deſcendens putauit in ſui
contemptum factum fuiſſe, tam & ſi id negaret
11 Anton. quoniam reſpondetur quòd † iſta non
eſſet grauis ſeu capitalis inimicitia, ex qua ori-
tur indicium; ſed eſt inimicitia leuis; ex qua in
dicia oriri non ſolẽt, Marcant.Blanc.in tract.de
indic.nu. 175.& not. in c. cum oportet de accu-
ſat.& auth. ſi dicatur de teſtib.

Quinimmo quamuis iſta eſſet inimicitia gra-
uis, nihilominus diceretur indicium remotum
a maleficio, & propterea non deberet aliquis
torqueri, ut per Hyppol.in ſua pract.ctim.§.dili
genter num.ſeptuageſimo.Auguſti. Ariminen.
in not.ad Angel.in gloſſ. quod fama publica in
in add.in uerſ. an unum indicium columna 7. &
Marcant.Blanc.in tract.de indic.uerſ. contrariũ,
quòd immo num. 177.& Franc.Caſon. de indic.
tract.2.cap.4.nu.2.

Sexto non obſtat,quòd ipſe Antonius videa
tur in caſtrum Caſcinæ aufugiſſe,poſtquàm vul-
neratus fuit dictus Sebaſtianus, quoniam reſpõ
detur, quòd ipſe quidem ad caſtrum Caſcinę
iuit,nõ aufugiẽs,ſed gratia expediẽdi quædã ſua
negotia;& quamuis concederemus quòd ipſe
aufugiſſet,& quòd fuga indicium feciſſet ſe ho-
minem vulneraſſe, tamen huiuſmodi indicium
reuerſione eius ſublatũ diceretur, quia ſi fugiẽs
illico reuertatur (quod hic accidit) tollitur tale
indiciũ,vt per Bart. in l.quid ſit fugitiuus.§.ſicut
ff.de ædil.edic.Bal. in l. 1.C. de ſeru. fugit. Alex.
in conſ. 144.in 2.vol.& Marc.Blanc.tract.de In-
dic.in ver. an fuga faciat nu. 277. vſque ad nu-
merum 293.& Iac. Nouell. in tract. de defens
num.29.& num.102.ſub Rub.an indicia pro reo
danda ſint;quoties enim cum cauſa fuga colora
ri poteſt,tunc fuga non facit iudiciũ ad torturã
Iacob.Nouell.pract. crim.d.Rub. an indicia nu.
40.& Bal.de Perigl.in tract.de Indic.cap.1.§. quę
ro 1.nu.2.& 3.cum ſimil.

Septimo & vltimo non obſtat,quòd plures
teſtes etiam ſingulares coniungantur ad facien
12 dum indicium ad torturam, quaſi † quę non po
ſunt ſingula, multa iuuant,vt not.in l.ſpadonem
§.qui iura.ff.de excuſat. tut. Soci.conſ. 99.nu.5.
& 6.vol.3.quoniam reſpondetur,quòd illa regu
la, videlicet ut plura coniuncta iuuent, pro-
cedit quando indicia tendunt ad unum to-
tum perficiendum, & ad vnum finem.& quãdo
dicti teſtes ſingulares nituntur coadiuuare pri-
mum vnum aliquod indicium,tũc enim iſtæ ſin-
gularitates coniunguntur ad faciendum indi-
cium ad torturam; exempli cauſa dicit unus te-
ſtis ſe uidiſſe, quòd Titius complures ictus de-
dit Sempronio in loricam,neſcit, tamen vtrum
vulnus ad corpus peruenerit. Alter uerò teſtis
dicit ſe vidiſſe enſem Titij ſanguine cõſperſum.
Alius autem aſſerit ſe uidiſſe Titium abſtergen-
tem ipſum enſem;hæc enim & ſimilia probata fa
cerent indicium ad torturam,& ſimul coniunge
rentur.

Sed quoties teſtes ſingulares tẽdũt ad diuerſa
tota, ut accidit in propoſita ſpecie, ubi non oẽs
teſtes tendunt ad unum totum,eundemq; finẽ;
ſed quidam ſingulariter deponunt, quòd cum
gladio enudato Antonius repertus fuit; quidã
uero deponunt de fuga;quidam uero deponũt
de fuga;quidam de fama; quidam de inimicitia;
quæ omnia diuerſa reſpiciunt, tunc ſanè non
coniunguntur ad faciendum indicium ad tor-
turam,nec ex pluribus augetur effectus; quoniã
non ueniunt ad integrationem unius ſpeciei, ut
per Bal.in l.ſi quis ex argent.§. 1.ff. de eden. Bar.
Bal.d.l.ſpadonem.§.qui iura,ff.de exc.tut. Marc.
Blanc.de indic.uerſ.fama an faciat num. 368. &
Guid.de Suzz.tract.de iudic.num.100.§.eſt & a-
liud.& Franc.Brun.tract.de indic.§. circa ſecun-
dum.num.6.& num.5.& Franc.Caſon. de torm.
cap.6.num.12.& Caſſanenſ.conſ. 12.num. 20. &
conſi.13.num.3.& nu.4. ubi de hac regula plura
tradunt doctores, quæ omuia iuſtus iudex dili
genter conſiderabit.

Ex quibus omnibus ego concludo,quòd prę-
dictus Antonius neq; torqueri,neq; condẽnari
de iure deberet,quandoquidem nulla,vel extãt,
vel probantur indicia urgentia, & ſi qua leuia
extant,

extant,ea ex alijs indicijs ſublata ſunt,ut æquiſſimus iudex, cuius arbitrio totum hoc relinquitur,vt per Hyp.conſ.42.nu.1.vol.1.facilè intelliget,ipſumq; Antonium reum ab imputatione ſibi facta abſoluet; cui in defenſionibus debet iudex eſſe fauorabilis iuxta tradita per Hyp.in l.fi. C.de prob.Soc.in reg.496.1.fallen.& Pet.Folle. in pract.crim.rub.de teſtib.n.16.Quod ſi faciet, quemadmodũ fore ſpero, ꝙ ęquitati, & iuſtitiæ fauere conſueuit,abundè ſatisfactum erit; quoniam quoties ex indicijs quædam contra reum; quædam verò pro reo deducta ſunt, vtique ad tormenta, vel condemnandum nunquam deueniri debet,ſed benigniorem partem iudex accipiet.l.ſemper in obſ.ff.de reg.iur. Is enim ſenſus ſemper eſt accipiendus,per quem aliquis a delicto defenditur. Hyp.de Marſ.d.l.fi.C.de proba. Foller.pract.crim.in verſ.dentur capitula. n.51. & 52. cum locis conſocijs.

Ego Ant.Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſus fugientes ſuſpisio ſemper extat.*
2 *Ex fuga colligitur indicium ad torturam.*
3 *Quando fugiens,fugit poſt accuſationem.*
4 *Si poſt comminationem de accuſando quis fugit dicta fuga non facit indicium ad torturam neque ad condemnandum.*
5 *Fuga non facit indicium quando quis fugit timore familiæ Curiæ.*
6 *Purgatur inditium fuga quando citatus comparet.*
7 *Fuga non pleuè probatur delictum.*
8 *Fuga ad condemnandum non ſufficit.*
9 *Fuga non poteſt eſſe in cauſa vt quis pro confeſſo haberi videatur.*
10 *Offenſo creditur in articulo mortis cum iuramento.*
11 *Ex uerbis iniurioſis oritur grauis inimicitia.*
12 *Ex graui inimicitia oritur inditium ad torturam.*

CONSILIVM CXIX

Chriſti nomine implorato.

ERVDITISSIME atque iuſtiſſime Domine Iudex.Contra D. Coſimum Venentium Hiſpellienſem culpatum de ictu dato,& vulnere illato Carolo piſtori quędam indicia adſcruntur; quę & ſi prima facie urgentia uidebuntur,nihilominus ſi accuratè conſiderentur, de iure nihil prędicto D.Coſmo debent obeſſe; id quod ex his, quę dicemus inferius apparebit.

Primum enim indicium colligi poſſe uidetur
1 ex ipſa fuga, quandoquidem †aduerſus ipſos fugientes ſuſpicio ſemper extare videtur, ut habetur, in Authentic. de exhib. reis. §. ſi uerò & in auth.de ſanctiſſ.epiſc.§.ſiquis ad ordinationem, & gloſ. in l.locorum.C. de omni agro deſer.lib. 11.& c.nullus extra de pręſumption. Lucas de Pen. in l.ſi coloni colum.2. & ſeq. C. de agric.& cenſ. libr. 12. Hyppol. de Marſil. in ſua pract.crim.§.diligenter.nu. 41. Guid. de Suzar. in tract.de indic.& tortura num.95.Ioan. Igne. in l.lege Cornelia.num.13.ff.ad Syll.

Ex quib.omnib.locis colligitur, fugam ipſos fugientes accuſare conſueuiſſe.

Quod adeo uerùm eſt,vt etiam atteſtentur do-
2 ctores communiter†ex ſola ipſa fuga colligi poſſe indicium ad torturam,ut dicit Iaſ. in l. admonendi.ff. de iureiur.col.84.& col.85.uerſi. circa primum caſum.

Quamobrem ex pædictis patet prima facie dictam fugam adeo criminis ſuſpectum reddere prædictum D.Coſmum atque ſi in reatu conſtitutus eſſet.

Sed tamen ſi rem diligentius perpendamus reperiemus prædictum fugæ indicium, neq; ad torturam habendã concludens fuiſſe, neq; etiã ad condemnationem ſat eſſe.

Nam quòd attinet ad quæſtionem habendam.Quamuis doctor.communiter tradant ſolam fugam indicium facere ad torturam, ut atteſtatur Iaſ.præallegata. l. admonendi. colum. 84.& 85.uer.circa primũ caſum,& ibidem Curt. nu. 156.& Ioan.de Amic.conſi.131.nu.3.& Macant.Blan.in trac.de indic. & tort. §. fuga an faciat.nu.287. Tamen prædicta communis regula in caſu, de quo agimus, locum habere non poteſt. Id quod ex eo oſtenditur,quia prædicta cõmunis regula limitatur,& reſtringitur nõ ſolum,
2 vt procedat † quando fugiens fugit poſt accuſationem,ut tradit Bar.in l.1. ff. de bon.eorum, & doct.communiter in d. l. admonendi. vbi Caccialup.nu.83.& ſeq.& Cur.nu.156.Lanfran.nu. 55,Rom.nu.56.& Iac.Petr.de Ptol.nu.76. & nu. 80.ſed etiam limitatur, & reſtringitur dicta communis reg. vt nõ procedat quatenus ad rem noſtram attinet.

Primò ſi fugiẽs fugit poſt comminatam accuſationem; tunc enim fuga non facit indicium ad torturam,quòd nondum actualiter ſecuta ſit accuſatio,ut per Bar.in l.miles.§.ſocer. ff.ad legem Iul.de adul.& Roma.in l.lege Cornelia.ff.ad Sylla.
4 † Siquis enim poſt libellum comminatorium de accuſando aufugit,utique fuga non facit indicium,Iacob.Petr.de Ptolom.in d.l. admonendi nu. 80. & ibidem Caccialup.nu. 84. vbi dicit quòd quando quis aufugiſſet poſtquam Curia cõminata eſſet de procedendo de crimine,tunc fuga non facit indicium.

Quam concluſionem firmat etiam in d.l. admonendi Curt.nu.160. ubi exiſtimat fugam nõ facere indicium,ſi poſt libellum uel accuſationẽ ſeu inquiſitionem comminatam licet non dum factam aufugiſſet inquiſitus. Iuſtus enim fuiſſet timor meritoq; timere debuit dictam comminationẽ;idcirco etiamſi accuſatio non interueniat, modo tamen fuerit porrectus libellus nunciatoris de accuſando iudici,idem eſt ac ſi libellus accuſatoris

cuſatoris fuiſſet miſſus ipſi parti ut dicit Cato Sacch.in l.admonendi nu.58.

Poſtea enim quàm aliquis eſt imputatus, & præceſſit libellus minatorius de accuſando, fuga non facit indicium Ioan. de Amic.d.conſ.131. nume.tertio, Angel. de Maleſ. in uerſicu. quod fama publica numero quadrageſimoſexto. Ioan.Thierry. in tractat. de fuga nume. 11. Iacob. Nouell. practic. criminal. ſub capitul. indicia, quæ præcedere debent num. ſeptuageſimoquarto.Ioan.Corr.d.l.admonendi numer.79.& Ber. Diez.Regula 303. incip. fuga, & Petr. Duenas. in regula 391.incip.fuga in 1. ampliatione.

Ex quibus omnib. locis apparet uerißimam & communem eſſe hanc limitationẽ, uidelicet, ut fuga poſt comminatam accuſationem non faciat indicium ad torturam,nec etiam ad condẽnandum Auth.multo magis C.de ſacroſ.eccleſ. At in caſu noſtro interceßit comminatio de accuſando ; imò ẽt interceßit denũtiatio facta per ipſum Carolũ miniſtris ipſius curiæ,qui eum ad viſendum acceſſerunt poſt uulnus illatum; comminataque eſt etiam curia de procedendo, quã doquidem pulſarunt dicti miniſtri curiæ hoſtiũ Domini Coſini prædicti.

Ergo licet non fuerit tunc formata accuſatio tamen propter prædictam comminationem fuga Domini Coſmi nõ facit indicium,neque reddit eum ſuſpectum, quia ipſe aufugit uti curię furorem & feruorem uitaret; nã poſt tempus feruor maturatur & manſueſit Ign.d.l.lege Cornelia num.31.& nu.33.

Secundo prædicta communis regula,quæ habet, ſolam fugam indicium ad torturam facere, limitatur, ut non procedat non ſolum quando offenſus minatus eſt ſe accuſaturum iuxta prædicta; ſed etiam limitatur ut non procedat quã do adeſt ſuſpicio, uel timor ne fiat accuſatio uel inquiſitio contra culpatum,licet non adhuc formata ſit;nam ſi is, qui culpatur, veretur & timet ne accuſetur, & ob id fugiat, tunc fuga non ſolet indicium facere, vt tradit Roman.in l. lege Cornelia.ff.ad Syllan.& Hyppol.de Marſ. in ſingul.497.incip. ſepiſſimè in iure, & idẽ Hyppol. in ſua practica crimin.§.diligenter num. 42. ſola enim ſuſpicio futuræ accuſationis fugientem excuſat,ut tradit etiam Deci. in conſ.234.incip. in effectu nume.3.parte 2. vbi dicit quòd ſi ſola ſit ſuſpitio de accuſatione , vel inquiſitione faciendi,licet non dum ſit formata accuſatio,tunc fuga non facit indicium.

Quam opinionem ſecutus eſt etiam Marcãt. Blanc. in pract. crimin. cauſ. in quarta parte defenſionis num.8. ut ipſe etiam Marcant. Blanc. tradit in tract. de indic. & tort. §. fuga an faciat num .282. ubi dũ inquit ꝙ fuga poſt accuſationem non det indicium, extenditur etiam ad eũ caſum, in quo quis habet ſuſpicionem de accuſatione; quam opinionem ſequitur etiam Carrer. in ſua pract. crimin. in princ. nu. 113. uerſ. primo caſu nullum facit indicium &c. Ex quib. patet, quòd hæc limitatio, quam tenet Roman. Hyppol.Deci. Blanc. & Carr. videtur communis, licet Corraſ.in d.l. admonendi in fine nu. 80.& quidam alij alijs quibuſdam in locis diſſentiant.

At in ſpecie, de qua agitur, liquidò conſtat, prædictum Dominum Coſmum ſuſpicionem habuiſſe, ne accuſaretur,quoniam intellexit, Carolum aſſeruiſſe,vulneratum ſe fuiſſe a prędicto Domino Coſmo,deque ea in re collocutũ fuiſſe cum miniſtris ipſius Curię; ergo prędicta fuga D.Coſmi de iure non facit aliquod indicium

Tertiò prędicta communis opinio, quę habet, fugam facere indicium ad habendam quæſtionem,limitatur & reſtringitur ſecundum doctor.
5 †vt non procedat quando quis aufugit timore familiæ ipſius Curiæ.Si enim familia poteſtatis aliquem capere & apprehendere conetur, qui tunc præſentiam iudicis vitet, donec iuſtitiæ fu-
6 ror & iudicis perdurat,& ob id aufugiat; deinde uero citatus illico reuertatur & ſpontè compareat,tunc eius redditus & aduentus , & comparitio videtur purgare indicium fugę, vt tradit Bar.in l.quid ſi fugitiuus.§.ſicuti.ff.de ædil.edic. Bal.in l. 1.C.de ſer.fugit.& Alex.conſi. 144 in 1. uolu.& Roman.in l.admonendi nu.56.ff.de iureiur.vbi dicit quòd ſi quis aufugiat timore familiæ,& poſtea vocatus accedat,fuga purgatur per eius aduentum, ut dicit Iaſ. d. l. admonendi col. 85.uer. 2.limita,& ibidem Curtius.nume. 58. ubi firmat,quòd ſiquis aufugiat a familia poteſtatis, uel ab alio iudice,& poſtea citatus,uel ſua ſponte reddit, fuga prior contra eum nullam inducit pręſumptionem aut ſuſpicionem,ſed ſi fugiat manus familiæ eum inſequentis , fuga purgatur per eius redditum Iacob. Petr.de Ptolom. in d.l. admonendi,nume.76.ff.de iureiurand. ubi etiam Corraſ.num. 79.

Quã opinionem firmat etiam Blanc.in tracta. de indic.& tort.§.an fuga faciat.nu.277.& ſeqq. & Bal.de Perigl.tract.de indic.cap.1.§.quæro 1. nu.2.& Iacob.Nouell.in tracta. ad defenſam nũ. 29.& num. 102.ſub rub.an indicia pro reo danda ſint,Lud.Bologn.in add.incip. circa hanc ad Guid.a Soz.in tract.de ind.nume. 40. cum locis conſocijs.

Ex quibus omnib. apparet quòd fuga illius, qui fugit manus familię eum inſequentis non facit indicium ad torturam, uel cõdemnationẽ.

At in caſu noſtro dominus Coſmus prædictus,ut uitaret furorem ipſius Curiæ, aufugit timore ipſius familiæ;quod patet,quoniam cõſtat ad eius notitiam peruenisse ꝙ familia eum perquirebat,& audiuit ſuum hoſtium ab ea pulſari, ipſe uerò ſponte redijt; ergo ipſius fuga propter iuſtum hunc timorem non facit indicium, cum ex rationabili cauſa aufugerit, ut per Iaſ.d. l.admonendi col.85.verſ.2. limita niſi,cum ſimilibus ſupra deductis,& per ſpontaneam comparationem purgata ſit. Quare ſequitur ut eius fuga indicium ad torturam non faciat.

Quod verò pertinet ad condemnandũ, cer-
7 to certius eſt,†ipſam fugam non plenè probare delictum

delictum.l.lege Cornelia.ff.ad Syllan.l.1.§.ſinautem C.de rap. virg.& Bart. in d.l.lege Cornelia. ff.ad Syll, & Franc. Brun. in tract. de indic. & tort.in 3.q.primę partis num. 11.

8 † Quapropter fuga ad condemnandum non ſufficit, ut dicit Corn. conſ.58. uol.2.& Iacobus nouell. In pract. & theor. crimin. in cap.de indicijs, quæ prȩcedere debent num.76.

9 † Nec in cauſa eſt ipſa fuga, ut quis pro confeſſo haberi uideatur, ut tradit Boer. deciſ. 115. num.24. parte 2.fuga enim non facit probationem, neque efficit ut quis dicatur conuictus,ut per Hyppol.de Marſ. in rub.C.de probat.num. 279.& Ioan.Igne.d.l.lege Cornelia nume.decimoquinto. ff. ad Syll.& Bern.Diaz.Regula 303. in princip.iuncto verſ. quarto fallit cum ſimilib. Idcircò ſequitur, ut in caſu noſtro fuga non ſit indicium neque ad torquendum, neque ad condemnandum.

Secundum uerò indicium, quod oſtenditur contra Dominum Coſmum oriri uidetur ex aſſertione ipſius Caroli uulnerati qui ſtatim ut uulnus accepit, aſſeruit ſe fuiſſe ſauciatum a prædicto Domino Coſmo, quem manifeſtè ſe cognouiſſe audacter affirmauit. Quo caſu uſque adeo fides adhiberi debet offenſo, ut etiam qui ab eo indicatus eſt torqueri debeat.

Quoniam nullus exiſtimatur ita immemor ſalutis æternæ, ut eo caſu mentiri præſumpſerit.l. fi.C.ad l.Iul.repet.c.ſancimus 1.q.7. Hyppol. de Marſil.in ſua pract.crimin.§. diligenter nu. 119. Blanc.in tract.de indic.nu.191.

Verumtamen & hoc indiciũ ſi accuratius obſeruetur, facillimè tolli poteſt; Nam traditio illa Hyppoliti,& cȩterorum, qui dicunt,credendum
10 eſſe offenſo, limitatur, & reſtringitur, † ut ſcilicet tunc credamus offenſo, cum id affirmet offenſus in articulo mortis cum iuramento, iuxta ea, quȩ dicit Bal.in Auth.ſi dicatur C.de teſtam. & tradit etiam Marcant.Blanc.in tract. de indic. num.391.& Franc.Caſon.de indic. tract.octauo cap.1.num.5.ubi reſtringunt opinionem Hyppoliti & aliorum ſecundum ea,quȩ diximus.

Quare cum Carolus, ut apertè conſtat, non eſſet in mortis articulo conſtitutus, dum hoc aſſeruit, ſequitur, ut ei in prȩiudicium D. Coſini credi non debeat.

Præterea poſito & non dato quòd aſſertioni offenſi ſtandum ſit, qui etiam in extremis non ſit conſtitutus, tamen in ſpecie: de qua agimus non eſſet ei credendum; quia delictum tempore noctis admiſſum fuit; quo caſu aſſertioni offenſi non eſt ſtandum; quoniam ueriſimile non eſt, ut offenſus tempore obſcuro noctis certò ſcire potuerit, a quo fuerit offenſus, arg.l.hac conſultiſſima.§.cum humana fragilitatis. C.qui teſtam. fac. poſſ. Bal. in conſ.515.lib.5.nume.1. & ita in ſpecie hanc opinionẽ Hyppoliti reſtringit ac limitat Franc.Caſon.in tract.de indic. 8.c. 1.num.7.

Quæ limitatio comprobatur ex traditis per Angelum, & Bal.in l.ſi cum exceptione.§.in hac actione 1. & 2.lect.ff. quod met. cauſa, ubi dicit maleficium tempore noctis admiſſum probabiliter ignorari poſſe.

Et ideo ſiqui teſtes deponerent, ſe aliquid dum id fiebat,uidiſſe,utique reprobari poſſunt per eum, qui ponat & probet id admiſſum fuiſſe tempore noctis, & ſilente luna; Si enim hæc duo probauerit,vtique concludenter dicitur reprobaſſe teſtes,qui aſſeruerunt, ſe uidiſſe, ut in ſpecie tradit Deci. in conſ.429. num. 15.& 16. parte 3.& ut expreſsè dicit ibi Dec. nõ poſſunt probare; nec veriſimile eſt eos id uidiſſe propter temporis obſcuritatem; fides enim ex tempore derogatur,ueluti cum quis dicit factum tempore noctis, ut dicit Bart.in tract.teſtium.§. teſtium eſſe num.43.

Quinimò amplius dicit Crauett. in conſ.99. nu.9.li.1.quòd teſtis deponens de actu facto ad lumen lunȩ de facili fallitur.

Cum igitur prȩdictus Carolus percuſſus, & uulneratus fuerit tempore noctis obſcuro, & ſilente luna, vt liquidò conſtat, quo ſanè tempore ueroſimile eſt, eum non potuiſſe cognoſcere, a quo fuit percuſſus, & vulneratus; meritò eius aſſertio non debet prȩiudicare prȩdicto D. Coſmo, ſecundum iura prȩallegata.

Tertium principale indicium contra prȩdictum D.Coſmum colligi poſſe uidetur ex quibuſdam verbis contumelioſis, quȩ dictus D. Coſmus dicitur habuiſſe cum prȩdicto Carolo, dum epulas menſȩ importaret;

11 † Nam ex verbis iniurioſis videtur oriri grauis inimicitia, ut tradit Marcant. Blanc.in tract. de indic.in princ.num. 104. verſ. verbis iniuria
12 fit, † ex qua deinde inimicitia oriri uidetur indicium ad torturam, vt per Spec. in tit. de præſum.§. 2.verſ.ſed pone,& Rom.l.1.§.hoc reſcriptum. ff. ad Syllan.& Ang. de. malefic. in gloſ. quod fama publica præcedente col.8.uerſ.quid ſi reperiatur quidam occiſus num.50.

Sed ſi rem intus inſpiciamus, neque hoc indicium aliquid urget contra prædictum D.Coſmum; quoniam communiter concludunt doct. quòd ex iniuria etiam capitali non oritur indi-
13 cium ad torturam; † quia ipſa inimicitia dicitur eſſe indicium remotum à maleficio, propter quod nullus debet torqueri, ut per Hyppol. in pract.crimin.§.diligenter nu. 70. Aug. Arimin. in not.ad Angel.in tract.de malefic. in gl. quod fama publ.in add.in uer.quȩro an vnũ,& Blanc. in tract. de indic. nume. 178. uerſ. contrarium quod imò. unicum enim indicium non ſufficit, vt quis torqueri poſſit; ſed plura indicia valida debent concurrere, ut firmat Carrer. in princ. ſuȩ pract. crimin. nu.118.uerſ. in hoc tamen cõmuniter, ubi plures citat huius opinionis autores.

Qua opinione firmata nihil hac in re nos mouere debet opinio, & autoritas Specul.& Ang. d. gloſ. quòd fama pub. prȩcedente nume. 50. quoniam eorum opinio communiter reprobatur, ut

tur, ut colligitur ex traditis per Carrer. d. num. 118. & expreſsè dicit Auguſt. Arimin. in add. incipiente, tu autem in hac materia adde quod iſtam, in gloſ. quòd fama publ. præced. num. 50. ubi aſſerit, eam Angeli opinionem falſam eſſe. Ex quibus omnibus patet quòd quamuis inter ceſſiſſent uerba iniurioſa, & quãuis grauis adeſſet inimicitia, tamen ſola hęc grauis inimicitia non eſſet ſufficiens indicium ad torturam habendam.

Rurſus poſito, & non dato, quòd ſola inimicitia capitalis ſine alijs indicijs eſſet ſufficiens indicium ad torturam, tamen talis opinio huic noſtræ ſpeciei nihil obeſſet; quia ſi quando inimicitia præbet indicium ad torturam, iſtud intelligitur procedere hoc modo videlicet, vt torqueatur iniurians, ſi cauſa inimicitiæ prouenit ex cauſa & culpa iniuriati. Sed quando inimicitia prouenit ex cauſa & culpa iniuriantis, tunc inimicitia non eſt ſufficiens indicium ad torquendum iniuriantem.

Exempli cauſa, Coſmus dicitur intuliſſe iniuriam Carolo: deinde reperitur uulneratus Coſmus; tunc ex iſta etiam inimicitia oritur indiciũ, vt Carolus uulnerauerit Coſmũ; quia inimicitia prouenit ex cauſa iniuriati.

Sed quando inimicitia prouenit ex cauſa iniuriantis, tunc inimicitia non eſſet indicium concludens ad torquendum iniuriantem; quia nemo ita faſtidioſus aut inſolens reputatur, ut & uerbis iniuriari, deinde hac re non contentus velit etiam propter eandem cauſam vulnerare iniuriatum, ſicut tradit Tom. Gramma. voto 30. ubi dicit, quòd licet ob inimicitiam ortam inter teſtatorem & legatarium inducatur reuocatio legati, tamen non procedit ubi inimicitia proceſſit culpa teſtatoris, ut dicit Paul. de Caſtro in l. cum te. C. de inoffi. teſtam. Bar. in l. cum in tabulis. §. 1. ff. de his quib. vt indign. Barbat. in c. fina. colum. 2. de donat. cum ſimi. deductis per Tom. Gramm. d. conſi. 30. num. 10. aſſerens id procedere quando cauſa inimicitiæ prouenit ex parte iniuriati. Eandemq; declarationem approbare & ſentire uidetur Hyppol. de Marſ. §. diligenter, num. 70. uer. 2. caſu fol. 41. & Carrer. in ſua prac. crimin. præallag. num. 118. ad finem.

At in caſu noſtro ſi adeſſet hæc inimicitia inter Carolum & Dominum Coſmum, utiq; ſi uera eſſent quæ obijciuntur, inimicitia prouenire ex cauſa Coſmi iniuriantis, qui protulit uerba contumelioſa; Ergo prædicta inimicitia non eſſet ſufficiens indicium ad torquendum prædictum Dom. Coſmum iniuriantem. Ideoque dicta aſſerta inimicitia non eſſet conſiderabilis, neque indicium faceret, præſertim cum de uerbis iniurioſis non conſtet.

Ex quib. omnib. reb. concludendum eſſe puto, obiecta indicia non eſſe huiuſmodi, ut iuſtum iudicem ad torquendum, uel condemnandum inducant, ſed eis nihil refragãtibus eſſe prædictum D. Coſmum iure optimo abſoluendum.

Ego Ant. Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio in iudicio facta parti praeiudicat.*
2 *In ore duorum, vel trium ſtat omne uerbum.*
3 *In generali hypotheca continentur bona futura.*
4 *Diſpoſitio generalis trahitur ad futura quando tractatur de modico praeiudicio.*
5 *Ad ueritatem alternatiuae ſufficit quòd una pars ſit uera.*
6 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
7 *Statuta in loco ſuo derogant iuri communi.*
8 *Victus victori regulariter in expenſis condemnatur.*

CONSILIVM CXX.

Diuino nomine inuocato.

QVONIAM cauſa, quæ uertitur coram ſpectabili conſule, & poteſtate Monciguli inter Antonium Mariam Fiuizani de Fiuizano agẽtem ex parte una: & Franciſcum aliàs Francum Bernardini de Soleria reum conuentum ex alia; tranſmiſſa ad me fuit, ut dicerem & referrem, quæ ſint partes ipſius Conſulis & Poteſtatis in iudicando ſuper dicta cauſa; idcircò uiſa petitione dicti Antonij marię, perlectiſque exceptionibus dicti Franchi, & replicationibus inde ſubſequutis; & examinatis capitulis, atteſtationibus, & probationibus, & inſtrumentis, alijſque ſcripturis ab vtraque parte deductis; & diligenter diſcuſſis allegationibus, & iurib. ad me miſſis; cęteriſque omnibus, quę conſideranda erant accuratè cõſideratis, diuino nomine repetito dico, & refero, prędictum Franc. aliàs Franchum Bernardini de Soleria reum conuentum & litis conſortes condemnandum & condemnandos cogendum, & cogendos eſſe ad tradendam dict. Antonio Marię actori poſſeſſionem dicti petiti petij terræ loco dicto Camprete ab eodem retinendam donec prędicto Antoniomarię actori ſatisfactum ſit de quadraginta libris imperialibus, de quib. mentio habetur in inſtrumento venditionis factæ Fiuizano Ioannis de Fiuizano. Itemque prædictum Franciſcum aliàs Franchum de Soleria, & litis conſortes, dico & refero in litis expenſis condemnandum, & condemnandos eſſe.

Ad hoc autem dicendum atque ita referendum moueor, & inducor maximè infraſcriptis cauſis & rationibus.

Certum eſt enim quòd creditor, cui ſunt hypothecata, & obligata bona debitoris, poteſt agere contra quoslibet poſſeſſores, ut ab eis auocet poſſeſſionem rerũ obligatarum donec ſibi ſatisfiat l. ſi cum uenditor, ubi Barr. num. 1. ff. de euiction. gloſ. in l. pignoris. ff. de pignor. & hyp. Bart. in l. rem alienam col. pen. uerſ. qualiter num. 2. ff. de pignor. act. quod ſi ipſe poſſeſſor ſoluerit, uel reſtituerit rem obligatam liberabitur; ſi uerò neutrum fecerit, poteſt condemnari l.

nari.l.ſi fundus.§. in venditione, ubi Bart.ff. de pignor.& hyp. conceſſum eſt enim creditorib. ius perſeqnendi pignora, & hypothecas.§.item ſeruiana inſtit.de actionib. ne ſuo iure, ſuiſque pecunijs defraudenrur §. fi. inſtit. de liter. obligat. & §. contra inſtit.quib. alien.lic. uel non, & §.in bonę fidei inſti.de action.ſed Franciſcus de Soleria habet & poſſidet quoddam petium terrę poſitum in loco dicto Campreta ſub ſuis fiuibus; quod quidem petium terræ per conuentionem factam inter Ant.Ioan.Leonardi de Mōciguló ex vna, & Fiuizanum Ioannis Bertini de Fiuizano ex alia, obligatum eſt iure hypothecę dicto Antonio marię filio & hæredi prędicti Fiuizani propter conuentionem nō obſeruatam; meritò dicendum eſt, prędictum Franchum cō demnandum eſſe ad tradendam poſſeſſionem prędicti petij terrę Camprete dicto actori hypothecatę donec ei ſatisfiat de dictis quadraginta libris imperialibus ſupradictis.

Quòd autem prędictus Franchus poſſideat terram Campretę notum eſt,ut præſupponitur in capitulis,& in exceptionibus propoſitis ab ipſo Francho die octaua Decembris 1556.dnm dicit ſe non teneri ad relaxandum dictum petium terrę.Ex quo colligitur eum poſſidere arg.l. manumiſſiones.ff.de iuſt. & iure; nā ſicuti uidetur actor confiteri ea, quę in libello dicuntur Bal. l. cum precum 1. not. C. de lib.ca. laſ.§. ſi minus ult. num.4.inſtit. de action. ita etiam reus excipiens ui detur confiteri ea, quę ipſe aſſertinè
1 dicit in exceptionibus; †ideoque confeſſio in iudicio facta parti preiudicat l. certum §. ſed an ipſos.ff. de confeſſ.Alex. conſ.138. num.1.uerſ. ac etiam 1.col.lib.2.

Prę terea probatur ex depoſitionibus examinatorum pro parte dicti Franchi, qui licet pro eo producantut, nihilominus probant e tiā pro alia parte Rom.conſ.432. nume.11. Dicit enim primus teſtis examinatus ſuper 3.cap. ſe ſcire, quòd dictum petium terræ hodie poſſidet Frāchus. Item Antonius Philippi alius teſtis examinatus ſuper cap. dicti Franchi, dicit Franc. tenere dictam terram Camptetę,quam olim tenebat Heliſabetta. Ex quibus colligitur poſſeſſio
2 Franchi; † quia in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum c.cum eſſes de teſtā. l. ubi numerus ff.de teſti.

Quòd uerò prædictum petium terræ loco dicto Cāpreta iure hypothecæ obligatum ſit prædicto Antonio Mariæ,probatur,quoniam ex inſtrumento uenditionis rogato a ſer Frāciſco de Balduccis de Colle Notario pub.Florentino ſub die 6.Iulij 1542.apparet quòd Antonius olim Ioan.Leonardi de Monciguló dedit & uendidit Fiuizano Ioanuis Bertini de Fiuizano quoddā petium terræ poſitum loco dicto al Rūcho ſub ſuis finibus;& interim conſtituit ſe poſſidere nomine dicti Fiuizani emptoris,& promiſit defenſionem &c.& pro obſeruantia dicti contractus obligauit ſe & ſuos hæredes & omnia.

Ex quibus colligitur interpoſitam fuiſſe generalem hypothecam bonorum, quæ ſolet interponi iuxta tradita per Bartol. in l.rem alienam nu mero quinto. ff. de pignorat. action. & laſ. in §.item ſeruiana.num.89.uerſic. prædicta, inſtit. de action.

3 †Sed in generali hypotheca ſeu obligatione bonorum continentur etiam bona futura, l.12 ubi Bar.ff.de pignor.& hypp.l.ſi & ibi Barto. & Bal.C.quæ res pignor.oblig. poſſ. Antonius de Fano tract.de pignorib.in 2. membro ſecundæ partis,numerò primo.& Matth. de Afflict. deciſio.292.num.ſeptimo.incip.fuit ſupplicatum,& Nic.Bell.conſ.2.nn.14. Ergo in ea generali obligatione continetur petiū terrę Camprete,quod petium dictus Antonius Ioanleonardi habuit, uel ſaltem poſtea acquiſiuit,ut conſtat ex inſtrumento donationis rogato per Ser Petrum quōdam Bart. de Todeſchis ſub die 17.menſis Martij 1548.vbi apparet Dominam Heliſabettā donauiſſe prędicto Ant.Ioan. Leonardi bona ſua, & conſequenter dictum petium terræ Campretæ; ut dicit ſecundus teſtis examinatus ſuper interrogatorijs ad ſecundum cap. pro parte dicti Antonij mariæ, qui dicit dictam Heliſabettam reliquiſſe dicto Ant. dictum petiū terræ; quod etiam affirmat Simon Ludonici alins teſtis examinatus pro eadem parte, dum dicit ſuper inter rogatorijs ad 2. cap. quòd Heliſabetta reliquit dictum petium terrę dicto Antonio Ioan.Leonardi. Ex his ergo patet quòd prædictum petium terræ in Campreta remanet obligatū pro obſeruantia illius contractus, in quo uenditum fuit petium terrę poſitum loco dicto al Roncho ſed ipſe Franchus poſſeſſor fundi Campretę nō probauit, quemadmodum probare debebat; Antonium Ioan.Leonardi autorem ſuum,a quo ſcilicet dictam terram Campretæ emit, obſeruaſſe predictum contractum initum cum prælalegato Fiuizano:Ergo Antoniuſmaria actor prędictus, & filius & hęres dicti Fiuizani pro obſeruantia dicti contractus uenditionis poteſt auocare poſſeſſonem dictæ terrę Campretæ a prędicto Francho ſucceſſore ſingulari ipſius Antonij Ioanleonardi uenditoris tanquam filius & hæres d.Fiuizani emptoris,& patris ſui.

Quod autem docere debuiſſet prædictus Franchus obſeruationem contractus præſtitam eſſe,probatur quoniam quando agitur de ſolutione non facta, ſeu de non exhibita obſeruantia,quod idem eſt, tunc onus probandi ſatisfactionem, uel obſeruantiā pertinet ad debitorē uel eius ſucceſſores, quando creditor non autē tertius negat factam eſſe ſolutionem, ut dicit In noc.in c.ſuper his.de accuſ.col.fi. uerſ.ſed argumentum.contra num.10. & Bar.in l. in illa ſtipulatione aliās.l.hoc iure.ff.de uerb.oblig. num.6. & num.7.& Bal.in l.in contractibus, uerſ.illo uidelicet.num.1.C. de non nume. pec. & latè Auguſt.Bero.in c.quoniam contra.num.13.de proba.ſufficit enim creditori probare promiſſionē, &eo ipſo,quò negat factam ſolutionem,uidetur fundata eius intentio, ſi debitor contrarium nō

probaue-

probauerit, ut dicit Bar. in l.in illa ſtipulatione. num. 6.& 7.& Bero. d.num. 13. neque præiudicauit Anto. Maria dum in tertia poſitione uidetur aſſumpſiſſe onus probandi; quoniam eum releuat clauſula adhibita in poſitionibus, uidelicet non ſe adſtringens,ut per Bar.l.Diuus, ff. de re iud.Canoniſtę, c.cum dilecti.de dolo & contum. Iaſ. in §.omnium.num.161.inſt. de act.col. 28.Maranta de ord.iud.par.6.3.memb.num.11. Quod uerò prędictus Ant.Maria eam poſſeſſionem auocare poſſit,ut hęres,& filius dicti Fiuizani colligitur ex depoſitionibus teſtium productorum per Antonium Mariam examinarorum ſuper 5. c. qui omnes rectè deponunt de quaſi poſſeſſione filiationis, aſſeruntq; ſe cum uicinis uidiſſe reputari, tractari,& haberi pro filio Fiuizani dictum Antonium Mariam, & ita fuiſſe reputatum. Ex quibus rectè probatur quaſi poſſeſſio filiationis, ut per Bart. in l. 1. C. quorum bon. in 3. opp. nume.2. & 3.& in l.filium. ff. de his, qui ſunt ſui uel al. iur. num.1.& in l. non nudis C. de probat. Rober. Maran. in l. is poteſt num.256.ff de acquir.hęred. Alex.conſ.51.lib. 1. viſo & diſcuſſo. Deci.conſ.271.lib. 2. Gozad. conſ. 12. numer. 17. Bellon. conſ. 35. nume.3. cum ſimil.

His ita ſe habentibus non obſtant ea,quæ in contrarium uidebantur poſſe deduci; Et primo non obſtat quòd domini Conſulentes in fauorem Frāchi dicebant difficillimum,ſcilicet fuiſſe probare,rem uenditam non fuiſſe traditam Fiuizano, quandoquidem in contractu uenditionis factæ Fiuiz. appoſitum eſt conſtitutum, per quod probatur translatio poſſeſſionis iuxta ea, quæ habentur per doctores in l. quædam mulier.ff.de rei uendic.Abb.c. quod nobis de præſcri.col.2.& 3.l.quamuis. §. ſi conductor. ff.de acquir.poſſ.

Quoniam reſpondetur,hanc negatiuam non præſtitæ obſeruantiæ, non eſſe probandam ab ipſo creditore,vt per Beroium d.nume. 13. cum præall.& licet in ipſo contractu appoſitū ſit conſtitutum,nihilominus ſecundum ueram, & magis communem opinionem propter illud non liberatur uenditor à traditione facti Alex. conſil. 38.lib.2.num.7.& 8.Dec.conſi.281.num.3.uer. & cum ipſarum part.2.Tiraq.tract.de conſt.parte 1.num. 10.

Secundo non obſtat quatenus dicebatur, ꝙ in hoc iudicio,non poterat obtinere Antonius Maria, qui probauit ſimpliciter uenditorem aliquo tempore petita bona poſſediſſe, non autē probauit tempore prædictæ obligationis illum habuiſſe earum rerum poſſeſſionem, quemadmodum probare oportebat,vt per Bar.l. rē alienam.ff.de pignor.act.Alex.conſi.138.1.volum.& propterea eius probatio tanquam non concludens uidebatur reijcienda l.matrem.l.probationem.C.de probat.Alex.conſi.66.num.12.lib.7.

Quoniam reſpondetur quòd in hac generali hypotheca & obligatione bonorum ſufficit etiā ſi bona poſt contractam obligationem acquirūtur ipſi debitori.l.1.in princ.ubi Bar.& l.quæ nōdum.§. 1.& ibi Bar.ff.de pignor.& hyp.quamuis in ſpeciali hypotheca oporteat probare rem eſſe pęnes uenditorem tempore obligationis; atque hæc eſt ea differentia,quæ notabiliter ponitur inter hypothecam ſpecialem & generalem per Antonium de Fano in trac.de pigno. & hyp. in 1.membro ſecundę partis princip.num.1. & 3. membro octauæ partis num. 16. & propterea tāquam probatio omnino concludens eſt admittenda Alex.conſi.204.num.10.lib.2.

Tertio non obſtat,quòd cū generalis diſpoſitio ad futura non trahatur Bar.l.ſi ita eſſet. ff. de aur.& arg.lega.Bellon.conſi.5.num.1.ideo terra Campretæ non videatur obligata iure hypothe-
4 cæ.† Quoniam reſpondetur quando agitur de modico prępiudicio,diſpoſitio generalis trahitur ad futura Bar.d.l.ſi ita num.4.ff.de aur. arg. leg. Bar.ita limitat præallegatam regulam per l.fi.C. quę res pign.oblig.poſſit ubi gloſ.& Bar.dicūt ꝙ generalis hypotheca trahitur ad futura;ſecus eſt in uenditione, vel donatione; & rationem aſſignant, quia in hypotheca conſtituitur ius in re: nec propterea quis debet plus, ſecus in venditione uel donatione, in quibus tractatur de alienatione iuris,Bellon. d. conſ.2. nu. 14.

Quarto non obſtat dum dicebatur, quòd Antonius Maria non uidebatur egiſſe legitimè, cum probatum non eſſet illum patris ſui Fiuizani hęredem extitiſſe, quod uidebatur, probandum vt per Bart. & Alex.l.ſi cum dotem §. tranſgrediamur ſuper gloſ. in uer. extiterit. ff.ſolu. matr. quoniam reſpondetur, quòd licet filius coniunctus nō præſumatur hęres,niſi hoc actor probet, ut per Alex. d.§. tranſgrediamur,nihilominus filius, qui contra alium agit, ut hic, ſemper pręſumitur hæres,niſi contrarium probetur quod hic non fuit factum, ut per Bal. in l. emptorem in fi.num.10.C.locati.Bal.l. 1.in fi.num. 8.C.com.de leg.quod indiſtinctè in ſuo,ſine dubio locum habet, ut per Angel.in repet.l.in ſuis col.36.num. 108.ff.de lib.& poſthum.& facit.c. fin. 16. q.4.

Quinto non obſtat, quòd prędictus Antonius Maria agens contra Franchum tertiū poſſeſſorem non probauerit hypothecati,fundi Cāpretę dominium tempore contractę generalis obligationis in bonis debitoris fuiſſe, quemadmodum probandum eſt, quando agitur contra tertium poſſeſſorem, ut per Bart. in l. rem alienam.C. de pignor. act. nume.5.& Iaſ. d.§. item ſeruiana Inſtit. de action. nume.86. Alex. conſ. 137. lib.2.num.4. Matth.de Affl. deciſ.383. nu. 4.& num.7.Guid. Papę conſ. 231. incip. abſolui & Dominus Aut. de Fano tract. de pignor. & hyp. octaua parte membro 3. num.8. quoniam reſpondetur, quòd licet prædicta uera ſint de iure communi, tamen pręcedens concluſio nō poteſt in caſu noſtro locum ſibi uendicare propter ſtatutorum diſpoſitionem. Cautum eſt.n. in libro ſtatutorum Fiuizani c.69.quòd in omnibus illis caſibus, de quibus ſtatuta prędictorum

caſtro-

caſtrorum non diſponunt, ſeruari debeant ſta-
tuta ciuitatis Florentię, quæ ſunt etiam ſeruan-
da in toto eius territorio deficientibus proprijs
ſtatutis, ut habetur in 5. libro ſtatutorum, Rub.
1. in ſtatuto, quod incipit, urbem noſtram Flo-
rentinam &c. ſed ſtatuto Flor. ſub Rub. 60. 2. li.
loquente de hypothecaria diſponitur, quòd in
cauſa hypothecaria, uel ubicunque dicentur ali
qua bona eſſe obligata vel hypotheca, ſufficiat, ſi
probetur, debitorem, cuius bona eſſe dicuntur
per annos decem poſſediſſe uel ſufficiat proba-
re, quòd conuentus habuerit titulum, uel cau-
ſam a debitore, uel eius ſucceſſore; ergo non te
netur prędictus Antonius Maria probare domi
nium uel poſſeſſionem, ſed ſufficit ei probare,
Franchum reum conuentum habuiſſe titulum,
uel cauſam à ſuo debitore, ſecundum diſpoſitio
nem dicti ſtatuti Florentini; quo cauetur agen-
tem ad rem obligatam poſſe probare, uel poſ-
ſeſſionem, uel reum conuentum habuiſſe cau-
ſam uel titulum a debitore, & tradit Ant. de Fa
no 3. membro octauę partis num. 11. quo caſu
5 † ad ueritatem alternatiuæ ſatis eſt, vnam par-
tem uerificari, Bart. l. ſi is, qui ducenta. §. utrum.
ff. de reb. dub. & §. ſi plures, inſtitut. de hęredi-
bus inſtitut. & l. ſi ita ſtipulatus fuero decem. ff.
de uerbor. obligat. capitu. inter cęteras de re-
ſcr. Quare cum prędictus Ant. Maria actor ex
his duobus unum probauerit, uidelicet reũ ha-
bere causã a debitore obtinere deberet, & hoc
ei ſufficit, ut dicit dictum ſtatutum. Cuius uer-
bi (ſufficit) natura, eſt nil ultra requirere, gloſ. in
ver. Canonicis in c. ſtatutum de reſcript. in 6. &
Roman. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. Quòd au-
tem probatum ſit prędictum reum conuentũ
habuiſſe cauſam a debitore colligitur ex inſtru-
mento uenditionis, de quo rogatus eſt ſer Frã
ciſcus quondam Ant. de Balducis de Colle die
6. Decembris 1548. in quo patet prędictum de
bitorẽ Ant. Ioan. Leonardi dediſſe, & uendidiſ-
6 ſe d. Franc. d. petium terrę Camprerę; † cuius in
ſtrumenti probatio dicitur probatio probata l.
præcibus. C. de probat. inſtrumentum enim di-
citur probatio probata non autem probanda,
& ueritas manifeſta Bal. in l. Imperator 2. colu.
ff. de ſtatu hom. l. 2. colu. 1. C. quando fiſcus, uel
priuat. & l. intereſt. C. de ſolution. num. 2. Bart.
l. 1. num. 8. ff. de oper. no. nunt. Tomm. Gram-
mat. deciſ. 45. nu. 9. Rurſus hoc idem probatur
ex depoſitionibus teſtium productorum pro
parte Franchi; dicit enim Dominicus Matthęi
de Moncigulo primus teſtis examinatus ſuper
interrogatorijs ad 2. capit. quòd Antonius te-
nuit dictam terram Campreræ, quouſque eam
uendidit Franc. idem etiam dicit Ioannes Ange
li ultimus teſtis productus pro Francho exami-
natus ſuper eiſdem interrogatorijs, dicit enim
quòd dict. Antonius tenuit dictam terram Cã
preræ, donec eam uendidit Francho, qui uigo
re dictæ emptionis factæ a dicto Ant. intrauit
poſſeſſionem dictę terræ.

Sexto non obſtat, dum dicitur Ant. Mariam
non poſſe obtinere, utpotè qui ante factam ex
cuſſionem bonorum principalis debitoris, &
eius hæredis prius egit contra tertios poſſeſſo-
res, quod de iure ciuili non poteſt fieri Bart. &
Bal. l. perſecutionem, & in Auth. hoc ſi debitor
ſubſequenti; C. de pignor. Anchar. conſ. 363.
num. 3. Alex. conſ. 137. num. 8. lib. 2. Ant. de Fa
no in tract. de pign. in 1. membro octauę partis
num. 10. Quoniam reſpondetur primo quòd il
la concl. procedit de iure communi, ſecus autẽ
eſt dicendum, ubi ex expreſſa diſpoſitione a ſta
7 tuto remitteretur iſta diſcuſſio; † quia ſtatuta in
loco ſuo derogare ſolent iuri communi Alex.
conſ. 75. num. 8. lib. 1. & habetur per doctores
in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. At in caſu
noſtro ſtatutum expreſsè tollit diſcuſſionem, ut
probatur in ſtatuto Flor. in 2. lib. ſub Rub. 59.
vbi dicit quòd nulla diſcuſſio debitorum princi
paliũ, requiratur in aliqua cauſa; ſed exquiſitio
ne eius nõ obſtante perueniri poſsit ad obliga-
tos, uel extraneos bonorũ poſſeſſores; ergo nõ
tenebatur Ant. Maria diſcutere prius principa-
lem, uel hæredes eius propter diſpoſitionẽ ſta-
tuti Flor. quod obſeruatur in territorio non ſo-
lum ſecundum ordinationem ſtatuti Fiuizani,
ſed etiam de iure communi ut per Pau. de Caſt.
conſ. 171. nu. 1. parte 1. & Soci. iun. conſ. 2. num.
30. 1. vol.

Secundo reſpondetur non eſſe neceſſariam
excuſsionem, ubi notoriũ eſt, & allegatur, prout
ex actis colligitur quòd in bonis debitoris nihil
eſt, uel non tot extant bona quæ ſufficiant cre-
ditoribus, tum excuſſio non requiritur gloſ. in
l. decem in fi. in ver. excuſſum. ff. de uerb. obli-
gat. l. fi. in uer. ſed cum. ff. ſi cert. petatur, ubi do
ctores communiter, Angelus. Nicol. de Neap.
Iaſ. in §. item ſiquis in gloſ. in ver. creditorem
inſtit. de action. & Ant. de Fano. d. tract. de pi-
gnor. in 1. membro octauæ partis nu. 14. uerſ.
& primo fallit quando notoriè, Grat. in conſi.
119. num. 18. lib. 2. & conſ. 63. num. 43. lib. 2. At
in caſu noſtro notorium eſt, bona non ſufficere;
ergo non eſt facienda diſcuſſio. quòd autẽ hoc
notorium ſit patet ex atteſtationibus ſecundi, &
tertij, quarti & ultimi teſtis examinatorum per
dictum Antonium Mariam, qui ſanè deponunt
nil reliquiſſe, uel non tot in bonis Antonij eſſe
relicta, quæ ſufficiant creditoribus.

Tertio etiam reſpondetur, quòd quãdo pen
dente lite mota contra tertium poſſeſſorem,
tunc per iſtud remedium dicitur eſſe ſuccursũ
ipſi actori Bal. l. cum teſtamento. C. de teſtam.
ubi ait quòd excuſſio facta pendente hypothe-
caria declarat bona debitoris ante litem conte
ſtatam non fuiſſe ſoluendo Ant. de Fano in
tract. de pignor. ubi multos citat, primo mem
bro octauę partis numero 37. uerſ. ſecundo
quæritur in materia excuſſionis; Sed in caſu no
ſtro, pendente iſta lite, facta fuit excuſſio con-
tra principalem debitorem die 15. Martij 1557.
ut ex actis conſtat; ergo rectè dicitur agere ipſe
Antonius Maria contra tertium poſſeſſorem

Franchum, etiam ſi ab initio non fuerit facta excuſſio.

Ex quibus patet, quòd Antonius Maria potuit, relicto principali, uel eius hæredibus agere contra tertios poſſeſſores.

Habet enim plura remedia creditor. Decius conſilio quingenteſimo ſexageſimo. libro quarto.numero octauo. Viſo puncto,& ubi habet plures poſſeſſores & quos vult poteſt eligere. Cor. conſilio ducenteſimo trigeſimoſeptimo. tertio uolumine. numero primo, & centeſimoſexageſimoſexto.quarto uolumine.numero ſexto.ideo que poteſt pignori incumbere donec ei ſatisfiat Soc.ſen.conſilio uigeſimo.tertio uolumine. numero quarto.

Septimo ergo non obſtat, quòd ſtatutum loquens de excuſſione non iuuet ipſum actorem, quaſi non interceſſerint requiſita, neque ſeruata ſint verba ſtatuti in formãdis articulis, ut uult Baldus in l.ſiquis non dicam rapere.numero tertio.C.de epiſcopis, & clericis; quoniam reſpondetur, quòd imò requiſita a ſtatuto adſunt, nimirum, quia Franchus eſt poſſeſſor, ut probatum fuit,& tunc ſtatuti uerba ſeruari uult Bald. quando ſuper illis formare uult actor articulum, ut ſentit ibi Baldus, qui præſupponit quòd articulus formetur ſuper uerbis ſtatuti, ſecus quando articulus ſuper illis uerbis non fundatur, ut hic, ubi etiã clauſula (nõ ſe adſtringens) releuat eum a non neceſſarijs,ſed admitti ea tantum,quę ſufficiunt ad uictoriam.Iaſon dicto §.omnium. numero centeſimo ſexageſimoprimo.& Celſus Hugo, in tractatu clauſul. in clauſul. libellorum. clauſula non adſtringens ſe &c.

Octauò non obſtat quod agenti hypothecaria obſtet exceptio præſcriptionis, ut per Alexandr. conſilio centeſimo. libro quinto. numero quarto.uerſicul.ad quod oſtendendum.Paul. conſilio ſeptuageſimo. numero ſecundo.ſecunda parte,breuiter in caſu pręſenti. Quoniam reſpondetur de iure ſi tertius poſſeſſor habet cauſam a debitore, tunc donec debitor uiuit, non pręſcribit minori ſpatio quadraginta annis, uel poſt mortem triginta,ut per Antonium de Fano ſexta parte in ſecundo membro.numero primo. uerſicul. ſi autem dictus, & de iure municipali non tollitur minori ſpatio quàm triginta annorum, ut per ſtatutum Florentinum. libro ſecundo. rubric. de pręſcriptione, ubi hypothecarię, uel cuiuslibet alterius actionis pręſcriptio non poteſt eſſe maior, uel minor, quàm triginta annorum.

Quod uero ad expenſas attinet, ideo dixi reum conuentum in litis expenſis actori condemnandum eſſe, quoniam ſecundum commu-
8 nem opinionem, † uictus uictori regulariter in expenſis condemnari debet, ut per Barto.l.properandum. in §.ſinautem alterutra. Codice. de iudic. & lege eum, quem temerè. digeſtis. de iudic. Alexander conſilio octuageſimotertio. uiſo proceſſu libro ſexto. numero decimoquarto. Corne. conſilio ſeptuageſimoſexto.in fine. numero decimoquinto.ſecundo uolumine. Albertus Brunus conſilio quinquageſimoquarto. numero decimonono. Socynus iunio.conſilio trigeſimoſexto.numero decimoquarto.lib. ſecundo. cum ſimilib.

Ego Ant.Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Liber in fauorem ſcribentis nil probat de iure communi.*
2 *De conſuetudine creditur etiam in libris mercatorum.*
3 *Probatio qua non concludit, reijcitur.*
4 *Statutum, vel conſuetudo interpretatur, ut ſimpliciter loquatur.*
5 *Diuturna præſtatio cenſus inducit probationem conceſſionis in emphyteuſim.*
6 *In obligatione facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
7 *Confeſſio in iudicio facta parti praiudicat.*
8 *Dominus tenetur ex facto ſui miniſtri.*
9 *Ex contractu vero procuratoris domini obligantur.*
10 *Hypotheca generalis bonorum eccleſiæ eſt permiſſa prælato pro obſeruantia contractus.*

CONSILIVM CXXI.

Diuino nomine inuocato.

QVIA cauſa locationis, quæ uertitur coram Magnificis Prioribus ciuitatis Piſarum inter Andream Hieronymi Luchini appellantem ex una, & Melchionem, ſeu Marcum Bartholomęi Malaſomę a Sancto Iuſto, aduerſus quem prouocatur, ex alia,ad me tranſmiſſa fuit, vt dicerem,& referrem pręfatis Magnificis Prioribus, quę ſint eorundem partes in iudicando ſuper dicta cauſa; idcirco uiſo pręcepto facto in primo proceſſu; uiſisque exceptionibus,replicationibus, & atteſtationibus ſubſecutis, & uiſa ſententia inde lata. Viſo etiam ſecundo proceſſu facto coram Magnifico Capitaneo, & Commiſſario ciuitatis Piſarum cum ſuis exceptionibus, replicationibus, & atteſtationibus, & ſententia deinde ſubſecuta.

Viſo etiam appellatione ab ea interpoſita,viſoq; toto tertio proceſſu facto corã prædictis Magni

ſicis Prioribus in cauſa appellationis, & viſo libro prædicti Andreæ, & diligenter conſideratis inſtrumentis, & ſcripturis ad me tranſmiſſis, cæteriſque omnibus alijs allegationibus, & omnibus alijs conſiderandis accuratè conſideratis, atque diſcuſſis.

Diuino nomine repetito, dico, & refero per iudicẽ a quo benè fuiſſe, & eſſe iudicatum, & pronuntiatum contra prædictum Andream: & propterea dico, & refero prædictum Andream Hieronymi Luchini appellantem cogendum, & compellendum fuiſſe, & eſſe ad dimittendam, & relaxandam detentionem dictæ tabernæ frumentariæ, ſeu magazini, ſigno Aquilæ ſignati, de quo agitur, prædicto Melchioni Bartholomæi Malaſomæ, primo contra dictum Andream rectè agenti, & nunc malè appellato. Itemque dico, & refero in expenſis huius inſtantiæ, atque etiam proximæ præcedentis prædictum Andream fuiſſe, & eſſe condemnandum, & ita dico, & refero omni meliori modo &c.

Ad hoc autem dicendum, atque ita referendum moueor, & inducor maximè infraſcriptis cauſis, & rationibus, uidelicet.

Quoniam non eſt probatum, quòd Andreæ Luchini locatio facta ſit. Solent enim huinſmodi conuentiones, vel ex inſtrumentis, vel ex teſtium dictis probari iuxta tradita per Paul. Caſtr. conſilio quarto. libro primo. numer. quarto. ſed neque ex inſtrumento, neque ex teſtibus hoc probatur; ergo Andreas non poteſt obtinere. Quod autem non probetur Andreæ locatio ex inſtrumento apparet; quoniam reuera nullum inſtrumentum ſuper ipſa aſſerta locatione celebratum eſt, quinimò ipſemet Andreas in ſuo libro aſſerit, locationis inſtrumentum non factũ, ſed faciendum fuiſſe; dicitur enim in memoriali quam fecit Andreas die decimoquarto Nouembris milleſimo quingenteſimo quinquageſimoſexto in ſuo libro, quòd per eſſer malato detto meſſer Bartolomeo mi diſſe, che ne faceſſi ricordo, & quando ſarebbe guarito, ne ſarebbe il cotratto, che io attendeſſi a guarire.

Quòd verò ex teſtibus probatum non ſit, factam eſſe locationem Andreæ patet, quia omnes fermè teſtes examinati in primo proceſſu de præcepto demonſtrant factam non fuiſſe, neque perfectam locationem, ſed eſſe perficiendam, & aliquid ea in re fuiſſe ſuperaddendum; ideoque contractum non eſſe perfectum; quando enim aliquid agendum ſupereſt, nihil factum eſſe uidetur. l. pen. in fi. C. de his quibus ut indign. dicitur enim in tertio capitul. ſeu articul. primi proceſſus, che attendere ad eſſercitare, che come io ſon gionto aſſetteremo il tutto, & in quinto capitul. primus teſtis dicit, che eſſercitaſſi, che ſi aſſetterebbe, come era giunto. Secundus item teſtis ſuper tertio capitul. primi proceſſus, dicit, che alhora non uoleua, ma che ſi fermerebbe con Andrea quel che uoleſſi fol. 27. quod non reperitur fuiſſe factum.

Ex quibus omnibus patet, quòd locatio erat facienda ipſi Andreæ, non autẽ ꝙ erat facta; & propterea dicendum eſt, locationem Andreæ factam eſſe non probari, cum iam de locatione facta Melchioni extet publicum inſtrumentum, vt dicam infra.

Qua opinione retenta, non obſtant, quæ in contrarium deduci poſſunt.

Primò non obſtat, quòd ipſe Andreas in ſuo libro propria annotatione ſcripſerit folio quadrageſimoquarto ſe conduxiſſe tabernam frumentariam. ſeu magazinum ſigno Aquilæ ſignatum a Domino Bartholomæo ueteri operario, & propterea videatur eſſe probata locatio.

1 † Quoniam reſpondetur, quòd de iure communi liber pro ſcribente nil probat in ſcribentis fauorem. l. exemplo. l. rationes. C. de probation. Bartol. in l. admonendi. numero uigeſimoſexto. verſicul. circa ſecundum ibi ſi uerò ab eius. ff. de iureiurando. & l. fin. C. de conuen. fiſ. debitor. libro decimo. & Nicol. Boer. deciſione centeſima quinta. numero primo, ſecundo, tertio, & quarto. parte prima.

Secundò non obſtat, quòd conſuetudo indu-
2 † cere poſſit, vt ſcripturis mercatorum detur plena fides. Baldus, Angelus, & alij in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. Curt. in l. admonendi. numero centeſimo uigeſimonono. ff. de iureiurando. vbi etiam Lanfrancus numero quinquageſimo. quaſi tunc ea ſcriptura publica cenſeatur. capitul. cum dilectus. de inſtrumentorum. Et propterea dicẽdum uideatur, quòd huic propriæ annotationi credendum ſit, cum teſtes probauerint, hic ſecundum conſuetudinem obſeruari, vt detur fides libris; teſtes enim ſuper ſecundo articul. huius tertiæ inſtantię examinati probant, hanc eſſe practicam, dum ſe ad articulos referunt, dicentes ea eſſe uera, quæ in articul. habentur, quo caſu optimè dicuntur probare, ut per Bald. conſilio decimo. parte quinta. numero quinto, & ſexto. & conſilio quinquageſimoquarto. parte prima. numero ſexto. & Bartol. Socyn. conſilio quinquageſimoſexto. numero duodecimo. libro quarto. etiam ſi diceret, ni fallor. Pauli de Caſtr. l. prima. numero duodecimo. ff. de iuſtitia, & iure.

Quoniam reſpondetur, quòd licet probata eſſet conſuetudo, uidelicet, ut recordis detur fides
3 † tamen iſta probatio in propoſito noſtro non concluderet, & propterea reijcienda. l. neque natales. C. de probat.

Nam quando extat conſuetudo in aliquo loco, quòd recordis detur fides, & libris mercatorum, & artificum, ut hic, illud eſt uerum, & procedit, cum agitur de his, quæ pertinent ad artem, ſeu negociationem illius, qui ſcribit, aliàs autem
4 non præſtatur fides dictis libris. † Et ita eſt interpretanda conſuetudo, uel ſtatutum, quod ſimpliciter loquatur. argumento eorum, quæ

dicit

dicit Bald. in l. fin. numero ſexto. C. ad Macedonianum. ubi etiam Paulus Caſtr. numero quarto. uerſicul. ex ultimo dicto. & Paul. in l.prima.§.in filiofamiliàs. numero quarto. digeſtis. ad Macedonianum. ubi etiam habetur, quòd ſi dicat ſtatutum, vt filiusfam. non obliget ſe, niſi ſit mercator, vel artifex, & ipſe filius fecerit contractum, in quo ſe obligauerit, non tamen ex cauſa mercaturæ, ſeu artificij ſui, & hoc conſtat, tunc vtique non poteſt obligari. Si verò non conſtat in quam cauſam, præſumimus quòd ratione mercaturæ ſe obligauerit; & ſic ſtatutum intelligitur dummodo contrahat in cauſam mercaturæ; & dicit Paul. Caſtrenſ. d. §. in filiofamiliàs ſe pluries in facto iſtud Florentiæ vidiſſe. Et ideo quando ſtatutum, vel conſuetudo extat, vt libris mercatorum credatur, hoc locum ſibi vendicat in pertinentibus ad eorum artem, ſeu negociationem. Caccialup. in l. admonendi. numero ſeptuageſimoſecundo. & ibi etiam Iaſon in lectura & repetitio. ff. de iureiurando. Intelligiturque id procedere in ſpectantibus propriè ad officium ſcribentis. Iaco. Pet. de Ptolom. in d. l. admonendi. numero ſexageſimoquarto. tunc enim ſcripturæ priuatæ creditur, veluti ſi Epiſcopus ſcriberet ſe aliquem excommunicaſſe. cap. poſt ceſſionem. de probatio. Si quando enim mercator id ſcribat quod ad eius exercitium non pertineat, tunc ſanè utitur alieno officio, videlicet tabellionis; cumq; non ſit tabellio, non facit fidem eius ſcriptura. Caius Sacch. in d. l. admonendi. numer. trigeſimonono. ff. de iureiurando. Cum igitur ſcriptura conductionis tabernę non pertineat ad artem, & exercitium ipſius Andreæ ſcriptoris dicẽdum eſt, non videri concludenter, probatam eſſe locationẽ prædicto Andreæ, vt affirmat, quia ad eius exercitium ipſius conductionis ſcriptura non pertinebat, ſicuti, nec ad officium mercatoris pertinet emere poſſeſſionem. vt per Paul. Caſtren. d. l. fi. nu. 4. C. ad Maced.

Tertiò non obſtat, quòd videatur probata locatio per receptionem penſionis acceptæ a miniſtris ipſius operarij, vt facit fidem ipſe miniſter in libro Andreæ fol. quadrageſimoquarto. quia ex probatione ſolutionis, & penſionis probetur locatio. vt per Paul. Caſtren. conſilio quinquageſimoprimo. libro ſecundo. numero ſecundo.

5 † Nam diuturna præſtatio cenſus inducit probationem conceſſionis in emphyteuſim. Alexand. conſilio quinquageſimo. numero decimonono. libro quinto. Dec. conſilio centeſimo quadrageſimoſexto. numero ſecundo. parte prima. & conſilio ducenteſimo octuageſimoquinto. libro ſecundo. numero 3.

Quoniam reſpondetur quòd hic non adeſt diuturna præſtatio penſionis, vt præſupponunt autoritates adductę. Et ideo dicendum eſt, quòd ex receptione ipſius mercedis non probetur locatio contra Marchionem, quoniam ex ſolutiona penſionis, vel cenſus diuturno etiam tempore præſtiti, non præſumitur ſolemnitas ad excluſionem, uel in præiudicium, & damnum alicuius, vt per Baldum in l. ſi certis annis. numer. decimo quarto. uerſicul. non obſtat, quòd patientia. Codice. de pactis. & ibidem Iaſon columna penultima. verſicul. quinto limita. & Franciſcus Cur. in repetitio. d. l. ſi certis annis. columna fi. in fine. & Alexand. conſilio decimoſeptimo. columna tertia. numero quarto. libro quarto. vbi etiam additio Molin. in uerbo, præiudicium. & Alexander conſilio primo. numero vigeſimo. columna ſexta verſicul. non ob. lib. 4.

Ex ſolutione enim non præſumitur ſubſtantia actus. Alexand. conſilio quinquageſimo. numero ſeptimo. libro quinto. quãdo enim vel ſolemnitas, uel ſubſtantia principaliter, & per ſe tendit in præiudicium eius, contra quem agitur, tunc ex ipſa præſtatione actus ſubſtantia non pręſumitur. Alexand. conſilio quadrageſimoquinto. libr. tertio. & Decius conſil. quadringenteſimoquadrageſimoſecundo. numero vigeſimoſecundo. libro tertio. ſed ex hac receptione ſolutionis ab ipſo Andrea operario, vel eius miniſtris induceretur ſubſtantia actus, & validitas locationis contra tertium. ideſt contra ipſum Marchionem, cõtra quem agitur: ergo iſta receptio penſionis non probat locationem in pręiudicium Marchionis, licet reſpectu promiſſionis de locando factæ Andreæ ſecus eſſet; ratione enim intereſſe po-

6 tuiſſet agere contra ipſum operatium; † quoniã in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſicu. Celſus. vbi Bartol. ff. de uerborum obligatione. Et ideo quamuis ſolutio cenſus facta per ius nõ habentem proſit ius habenti quo ad conſeruationem emphyteoſis. Romanus conſilio quadringenteſimo nonageſimoprimo. numero quarto. & conſilio centeſimo tertio. numero ſecundo. & conſilio ducenteſimo ſeptuageſimoquinto. numero decimo. tamen in præiudicium tertij iſta præſtatio nil probat; ſicut enim poſſeſſio probatur ex perceptione mercedis, quando alius non poſſidet, non autem quando alius poſſidet. Bartol. in l. quamuis. §. ſi conductor. numero ſecundo. ff. de acquirenda poſſeſſione. ita perceptio penſionis non probat locationem, quando res alij eſt locata, vt in caſu noſtro, vbi taberna frumentaria eſt locata Marchioni, vt ex publico inſtrumento patet.

Præterea adde, quòd ille miniſter operarij, qui recepit illas mercedes, dixit ſe accipere ſaluo iure, quaſi ſaluo iure tertij, quę verba habent uim conditionis, ſi alius, ſcilicet non habeat potiora iura, quia non intendit alicui præiudicare. Innocentius in capitul. quoniam frequenter, vt lite non conteſtat. Baldus in l. final. C. de edict. Diui Adria. tollend. numero quadrageſimoprimo. in fi. quarta quęſt.

Rurſus ipſe recipiens non videtur eum fateri locatorem, quia recipiens tanquam a tali, non uidetur fateri eum talem. l. non idcirco. C. de iur. & fac. igno. vbi Bal.

Item poſito, & non dato ſine pręiudicio ueritá-
tis, quòd ipſa locatio Andreę probaretur, ad-
huc dico, quòd Andreas non poteſt obtinere,
quia locatio facta Melchioni eſt prior, qnod pa-
tet ex inſtrumento locationis factę Melchioni,
de quo rogatus fuit ſer Philippus, de San-
cto Caſſiano. Ex eo enim apparet, locationis
contractum cum Melchione Bartholomæi cele-
bratum fuiſſe die 30. Octobris 1555. ſtilo Floren
tino, & 1556. ſtilo Piſano; & nihilominus ipſe
Andreas in ſuo libro carta 43. annotanit ſe con-
duxiſſe prædictam tabernam die 14. Nouembris
1556. ſtilo Piſano incipienda die 1. dicti menſis,
vt fatetur etiam ipſe Andreas in exceptionibus
primæ inſtantiæ de præcepto ſub fol. 3. & fol. 10.
Quare ſicut actor videtur confiteri ea, quæ in li-
bello dicuntur. Bald. in l. cum precum. 1. nota. C.
de liberali cauſa. Iaſ. §. ſi minus. ult. notab. nume-
ro quarto. inſt. de action. ita etiam reus, & exci-
piens videtur confiteri ea, quæ ipſe aſſertiuè di-
7 cit in exceptionibus. † Ideoque confeſſio in indi
cio facta parti præiudicat. l. certnm. §. ſed an ipſis.
ff. de confeſſ. Alex. conſilio 138. nnmero primo.
verſicul. ac etiam. prima columna. libro ſecundo
Sed prior loco præualet. argum. l. 4. C. qui pot.
in pig. hab. prima enim locatio præualet. l. quo-
ties, vbi Iaſ. limita. 13. C. de rei vend. ubi conclu-
dit Iaſ. quod ſi dominus locat domnm, vel fun-
dum primò uni, deinde ſecundo, & traderet ei, ta
men præfertur primus conductor, non ſecnn-
dus; ergo præualere debet locatio facta Melchio
ni tanquam ea, qnæ præceſſit. Neque obſt. quòd
locatio facta Melchioni, videatur facta a non ha-
bente authoritatem, & ſic non procedat limita-
tio 13. quæ præſupponit, locationem fieri a Do-
mino, vel ab habente ius locandi. Quoniam re-
ſpondetur, quòd Petrus Bartholomęi de Oliue-
to, qui locauit Melchioni, erat miniſter, & agens
dicti Domini Bartholomęi, quod patet ex primo
proceſſu de præcepto in exceptionibns fol. 11.
vbi patet, miniſtros dicti Domini Operarij locaſ
ſe Melchioni, & eos eſſe miniſtros affirmaſſe prę
dictum operarinm atteſtatur Martius, & Mar-
cus examinati ſuper tertio capitul. primi proceſ-
ſus. Ex quibus re uera patet, prædictum Petrum
de Oliueto fuiſſe miniſtrum, & agentem dicti o-
perarij, & propterea videtur habuiſſe mandatum
ad hoc, iuxta doctr. Paul. Caſtren. in conſ. 1. parte
prima. ut etiam uidentnr affirmare teſtes exami-
nati ſuper ſexto cap. ſecundi proceſſus, quorum
atteſtationes licet de per ſe ſingulę fortè nõ pro
barent, tamen coniunctę cum iſta confeſſione ui
dentur probare: quę enim ſingula non proſunt,
tamen coniuncta iuuant. Bar. l. 2. ff. de excuſatio-
ne tutorum.

Neque obſtat ſi diceretur, quòd dictus Do-
minus Bartholomęus operarius non habuerit
ratam huiuſmodi locationem, quia reſponde-
tur quòd ipſe Dominus operarius teneri debet
8 ex facto ſui miniſtri, † ut tenetur dominus ex fa-
cto eius, quem prępoſuit ad negociandum. Bart.
l. prima. in principio. ff. de exerc. actio. & l. ei
qui ſeruo. vbi Bald. C. qnod cum eo. l. ſi pupilli. §.
primo. ubi gloſſ. & doctores. ff. de negoc. geſt.
Baldus l. ſi mutuam. C. de inſtitor. & iure cautum
9 eſt, † ex contractu procurationis dominum obli
gari. l. venditio. ff. de euictio. l. Iuliauns. §. ſi procu
rator. ff. de tribut. Soc. ſenio. conſilio centeſimo
vigeſimoquinto. numero quarto. primo volumi
ne. Inſtitores enim, & factores mandatum habe
re videntur, & ideo dominus debet habere ra-
tos contractus per eos celebratos, ne contrahen
tes damno afficiantur. Paul. Caſtren. conſilio pri
mo. uolum. primo. qnod etiam obtinet in emphy
teuſi; vbi ſi procurator dat in emphyteuſim
uni, dominns verò dat alij, non poteſt dominus
venire contra factnm procuratoris in pręiudiciũ
primi. Grat. conſilio nonageſimoprimo. libro pri
mo. nu. 9. & 10.

Neque obſtat quòd ſecunda locatio pręferri
debeat, & propterea uideatur pręferendus An-
dreas ſecundus aſſertus conductor, vt per Socy-
nus conſilio vigeſimonono. libro quarto. & Ale
xander conſilio centeſimo vigeſimoſecundo. li-
bro quinto. & deciſio Rotę 878. incip. uerum lex
quoties in antiquis. fol. mihi nonageſimonono.
ſub rub. de locatione, aliàs ponitur in tit. de loca-
to, & conducto. deciſ. 2.

Quoniam reſpondetur, quòd dictum Socy. &
Alexand. procedit quando vtraque locatio ple-
nè probatur, vt colligitur ibi, ſed in caſu noſtro
ſecus eſt, quoniam (ut dixi) hic non conſtat de ſe
cunda locatione. Pręterea in locis ſupracitatis
primus conductor in re locata nullum ius reale
habuit, vt colligitur ex pręallegatis conſil. & prę-
allegata deciſione, hic uerò ſecus eſt, quoniam
primus conductor in re conducta habet hypo-
thecam generalem. Item allegata in contrarium
habent locum quando ſecundo conductori fuiſ-
ſe facta traditio ex cauſa locationis. argumento
d. l. quoties. ſed Andreas hic alio modo, quàm
per viam traditionis occupauit poſſeſſionem, &
detinuit inuito operario, vt probatur per pręce-
ptum, de quo in actis. Vnde ſumns in diuerſis
terminis; ex qnibus non infertur. l. Papinianus
exuli. ff. de mino.

Neque obſtat dum dicitur, Melchionem age-
re debuiſſe contra locatorem operarium. l. Impe
ratorem. C. locati, non autem contra Andream,
quoniam reſpondetur, quòd imò potuit etiam
agere contra Andream, quia ipſe Melchion ha-
bet obligata dicta bona pro obſeruantia contra-
ctus, ut patet ex dicta clauſula obligantes &c. ap
poſita in contractu iuxta tradita per Alexandrũ
conſilio centeſimo uigeſimoſecundo. in fi. nume
ro decimo. libro quinto. Id quod operarius face
10 re potuit; † quia hypotheca generalis bonorum
eccleſię eſt permiſſa pręlato pro obſeruantia cõ-
tractus. Abbas capitul. primo. de pignor. uerſic.
in fine gloſſę, & Abb. in cap. nulli. in 3. notab. de
rebus eccleſ. non alienan. ne retrahantur homi-
nes a contrahendo cum eccleſia Ber o. dicto cap.

nulli

nulli. numero 13. & eſt communis opinio. ſed quando bona ſunt obligata pro obſeruantia, poteſt agi aduerſus detinentem bona. Soc. conſil. 19. numero 9. & 10. quarto volumin. & Leos. C. qui potior. in pignor. hab. ergo potuit agere reali ad reſtitutionem magazini. Cum enim Andr. non obtulerit intereſſe, cogitur præcisè reſtituere, quia ius retentionis non fuit reſolutum per oblationem, vel ſolutionem intereſſe, quod reſolui poterat iuxta ea, quæ tradit Dominus Antonius de Fano in tractatu de pignor. & hypot. part. ſecunda. in ſecundo memb. nu. 7. Præterea quòd agere potuerit Melchion aduerſus Andr. patet, quoniam licet potuerit agi contra locatorem ad hoc, vt is ageret contra detinentem, argumen. l. cum in plures. §. meſſem. ff. loc. quo caſu locator conuentus, ut ageret liberaretur cedendo actionem. l. 2. vbi gloſſ. in §. idem Labeo. ne quid in loco publ. Bar. l. Iulianus. §. ſi vẽditor ff. de actio. emp. tamen quando res mea, vel mihi debita ad te peruenit, & pro ea poteſt mihi eſſe conſulium agẽdo contra alium, tunc mihi ex æquitate datur actio aduerſus te. l. ſi me, & Titiũ vbi Bar. numero ſecundo. & Alexand. ff. ſi cert. peta. Cum igitur domus, ſeu taberna debita Melchioni prouenerit ad manus Andreæ, & potuerit conſultum eſſe Melchioni, ſi egiſſet contra operarium, qui liberatus eſſet cedendo actionẽ; Ideo non eſt mirum, ſi datur actio immediatè contra dictum Andream ſaltem ex æquitate dictæ l. ſi me, & Titium. ff. ſi cer. pet. Quod verò ad expenſas attinet, prædictum Andream appellantem ideo in vtriuſque inſtantiæ, iuxta prædicta, condemnandum fuiſſe, & eſſe arbitror.

Et ex his, vltra ea, quæ habentur in motiuis iudicis a quo colligitur veritas prædictorum; vt ſupra concluſum eſt, iuris eſſe arbitror, atque ita refero ad laudem Dei.

Ego Antnius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Qui obligationem extinguit ille dicitur patrimonium augere.*
2 *Ceſſante ratione legis ceſſat ipſa lex.*
3 *Qui non congregat ſpargit.*
4 *Qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur*
5 *Qui eſt cauſa cauſæ, cauſati cauſam eſſe.*
6 *Damnum dicitur diminutio patrimonij.*
7 *Damnum quod alterius facto ſentimus ab eo repetere poſſumus.*
8 *Debitor ſub conditione non eſt propriè debitor.*
9 *Verba clara voluntatis quæſtionem nullam relinquunt.*
10 *Verbum (intereſſe) accipitur pro lucro ceſſante.*
11 *Qui ſuſceptum mandatum non exequitur ad intereſſe mandantis tenetur.*
12 *Ex diuerſis non fit illatio.*
13 *Dictum doctoris intelligitur ſecundum authoritates quas allegat.*
14 *In ſeparatis ſeparata ratio eſſe debet.*
15 *Quando adeſt cauſa quæ nocet, & quæ prodeſt, tunc conſideratur ea quæ nocet.*

CONSILIVM CXXII.

Diuino nomine implorato.

CVM per ſententiam Domini primi iudicis, atque etiam trium Dominorum iudicum ſecundarum appellationum olim declaratum fuerit Dominum Raphaelem Spinolam Genuenſem teneri Illuſtr. Domino Comiti Clementi Petræ ad reſarciendum damna, & intereſſe, quæ prædictus Dominus Comes paſſus erat propter adimplementum non ſubſecutum, tractetur que modo de ipſorum liquidatione. Tria, vt mihi videtur, dubia principaliter circa hoc per Excellentiſſimos Dominos meos, Dominos Auditores Rotę ſubtiliter aduerſus Dominum Comitem excitantur.

Primum eſt, quoniam propriè ſtrictéque loquendo, damnum, quod adeſſe dicitur, proindeque declarari petitur, nullum apparet, quandoquidem uerba ſententiæ, quæ propriè accipi debent, locum ſibi vendicare videantur in damno propriè accepto, quod eſt diminutio patrimonij l. 3. ff. de dam. infec.

At in caſu noſtro licet Spinola mandatum non adimpleuerit, nihil tamen è patrimonio Comitis ob id ademptum cenſetur, ergo nullum in propoſita ſpecie damnum verſatur, quod debeat reſarciri; id quod primo probari dicunt; quia patrimonium prædicti Illuſtr. Domini Comitis erat iam antea diminutum per illam obligationem, qua ſeſe ipſemet Comes adſtrinxerat principalibus creditoribus, & Spinolæ fideiuſſori. Secundo comprobari videbatur, quia prædictus Dominus Comes non ideo, vel magis efficitur debitor, vel magis imminuit patrimonium quòd Spinola conuenta neglexerit.

Tertiò idem confirmari putant, quia ſi ex eo, quòd lucrari potuiſſet, debitum iam ſponſione contractum extingueret, potius augere patrimo-
1 nium diceretur, quàm diminuere. † Nam qui
obligationem extinguit, ille exiſtimatur patrimonium augere. Bar. in l. Imperator. §. fi. nume. 3. ff. de leg. 2. Quæ ſanè rationes omnes ſuadere videntur ea, quæ petuntur per dictum Do. Comitem ceſſanti lucro potius, quàm damno emergenti adſcribi debere.

Sed ad hoc primum dubium reſpondetur. Primò hic apertè de damno conſtare. Ideoque cum deficiat præſuppoſitum, ceſſare etiam debere diſpoſitionem, quæ dicto præſuppo-

ſito nitebatur. argumento. lege mancipia. ubi gloſſ. C. de ſeru. fugit. & Dec.in conſil.450. De damno uerò euidenter conſtare inde colligitur, quòd in iſtiuſmodi ſponſionibus, quæ innominati contractus ſunt, ut dicit Alc.in l.in executione.§.fi.nu.3.ff.de uerb.oblig. res aliter cedit, aliterque ſe habet, quàm ſe habere in alijs contractibus conſueuit. Namq; in cæteris actionibus ſi contingat actoré ſuccumbere tunc ſanè quod ad rem principaliter petitam attinet, actor incõmodum nullum ſentit, præterquam quòd a reo non auocat quod petierat,& ei de ſuo nihil detrahitur; verum in huiuſmodi ſponſionibus ſecus euenit, propterea quòd ſponſionibus, qui non uincit, qui aliena non lucrifacit, is perdat, amittat, ſuumque patrimonium imminuat neceſſe eſt. Id quod apparet ex dictarum ſponſionum conceptione,quæ non eſt abſimilis illi,quā ad tertium ſponſionis genus refert Benue. Straccha in tract.de ſponſionib.par.2. Rub.quot ſint genera ſponſionum,& quomodo fiant. numer. quarto. uerſicul. tertium uerò genus, vbi dicit, tertium ſponſionis genus eſſe, cum alter ex contrahentibus quandam pecuniæ ſummam tradit, pacto inito ni ita ſit,tantum reſtituat. Exempli cauſa, inquit, ſede vacante,dicebam ego Cardinalem a Monte Pontificem creatum iri; negabat Titius; Is dedit mihi ducēta,& pacti ſumus, mea illa ducenta fore, ſi Cardinalis a Monte ad ſummum Pontificatum euectus eſſet; ſi autem alium eligi contigiſſet, promiſi ducenta reſtituere,& alterum tantum dare. Ex qua quidem conceptione patet, in huiuſmodi ſponſionibus nullum dari medium, quamobrem quis in ſuo ſtatu conſiſtat,ſed oportere omnino,uel ut pro-
3 prium amittat,uel ut lucretur alienum; † nā qui non congregat,ſpargit.Mat.c.12.

Quemadmodum accidere conſueuit ijs prouocatoribus, qui per ſingulare certamen onus alicuius rei probandæ ſuſcipiunt;cum enim prouocator die per reum eligendo intentionem ſuam probaturum ſe promittere videatur, utiq; niſi aduerſarium interim vicerit,nunquam iure dixeris eum quod ſpoponderat præſtitiſſe, ſed victus dicetur, ampliuſque non audietur. Bald. de pact.tenen.in principio. columna ſexta. numero uigeſimoprimo.verſicul.quæro ſi die aſſignata. & Paris de Put. libro tertio. de re milita. quæſtione prima. de die duelli, & quæſtione ſexta.ſi una die non pot.exped.& Iac.Caſtil.in tracta. de duello.libro tertio.capitul.quinto.& nouiſſime Alc. de ſing.certam. capitul. quadrageſimoprimo.in principio. Quare cum culpa Spinolæ factum ſit,ut Dominus Comes dicta ſponſione non vinceret, conſequitur etiam neceſſa-
4 riò, † ut damno prædicti Domini Comitis Spinola cauſam dederit, & propterea etiam exiſtimetur damnum dediſſe.l. qui occiderit.§.in hac. ff. ad legem Aquiliam. l. nihil intereſt. ff.ad legē Corneliam.de ſicar.& §.final.ubi gloſſ. inſtit. de lege Aquil.& l.4.§.penul.ff.de vi bon.raptorum
5 Namque certiſſimi iuris eſt, † quicquid eſt cauſa cauſæ,cauſati cauſam eſſe.l.& ſi amicis.ubi Bartol.ff.ad legem Iul.de adulte.Corne.conſil.centeſimo quadrageſimoquarto.numero decimoquarto. libro primo.& propterea ipſe Spinola damnum dedit inſpecto effectu.arg.eorum quę dicit Dec.l.is damnum dat.numero ſecundo. ff. de regul.iur.

Secundò principaliter reſpondetur, damnū in propoſita ſpecie manifeſtiſſimè apparere, & quidem propriè ſumpto uocabulo; quo ſanè pacto intelligi debent uerba ſententiæ.l.Paulus reſpondit.ff.de re iud. Alexand.conſilio centeſimo ſexageſimoquarto. numero ſecundo. libro ſeptimo. Dec.in l.ius noſtrum. numero undecimo.ff.de reg.iur.& in cōnſ.tricenteſimo quadrageſimooctauo. nu.6. par.3.

Dicimus autem apparere propter culpam Spinolæ patrimonium Domini Comitis minui, eidemque damnum inferri; quia ſi Spinolæ recedere a conuentione liceret, Illuſtr. Dominus Comes ſoluere cogeretur ſcutatos ſexcētos nonagintaocto &c. propter debitum contractum menſe Decembris. Per literas enim Spinolę mandauit, quibus mandatum induci conſtat. l. ſi per epiſtolam.ff. de acquirend.re do. & aſſerendo Pontificem Maximum creatum iri Nouemb. menſe tot ſponſiones faceret,ſeu tot ſyngraphas ſponſionum acciperet.ex quibus cogeret centum ſcutatos,atque etiam tot alias ſyngraphas ante exactum menſem Nouembrem caperet,aſſerendo fore ut ſummus Pōtifex crearetur menſe Decembre, ut ad eum ſcutati mille aurei peruenirent.Spinola uerò literis acceptis mandatoque ſuſcepto ſponſiones pro menſe Nouembre tantummodo fecit; pro menſe uerò Decembri, quod ei præterea mandatum fuerat,ſyngraphas nullas recepiſſe dicitur, cum tamen recipiendo literas, & tacendo ad id, quod per literas mandatum fuit,obligari cenſeatur. l. filiusfamiliàs.ff.ad Macedon. Bal. l. ſi literas. C. mand.& Alex.conſ.78.1.uol.nu.1.Gozad.conſil. 23,numero 6.

Quamobrem cum menſe Nouembre nullus ad Pontificatus adſcitus fuerit, quod fore Dominus Comes ſponſionibus affirmauerat, factum eſt, vt damno mille ducatorum affectus fuerit,conſequenterque eo menſe tranſacto debitor eſſe ceperit ſcutatorum ſexcentorū nonagintaocto &c. quòd ſi Spinola integrè mandatum executus eſſet,& ſponſionum ſchedas pro menſe quoque Decembri, ſicut ei mandatum fuerat accepiſſet, profectò Illuſtr. Domini Comes damnum illud penitus euitaſſet. Pecuniæ enim quæ ad eum peruenturæ erant ex ſponſionibus factis pro menſe Decembri,quæve penes ipſum remanſiſſent, cum deinde ſummus Pontifex creatus eſſet, quod Comes aſſeruerat menſe Decembri dubio procul ſatis ſuperque erant ad extinguendum æs alienum, quod ſub conditione conflatum erat ex ſponſionibus.

ſionibus menſis Nouembris.

Cum igitur ex prędictis pateat quàm graue
ſit damnum, quod patitur dominus Comes,
liquidò etiam conſtat, illius patrimonium ob
6 id ualde imminui, †ſiquidem damnum nihil
aliud eſt, quàm diminutio patrimonij l. dam-
num. ff. de dam. infec. Corn. conſi. 319. nu-
mero 4. uolum. 3. Cumque etiam certum ſit,
omne damnum ab inobſeruantia Spinolę ema-
nare, conſentaneum quoque eſt, illud a Spi-
7 nola reſarciri debere; †quoniam damnũ, quod
alterius facto ſentimus, ab eo repetere poſſu-
mus l. igitur. §. fin. ff. de lib. ca. l. imperatores. §.
ſi magiſtratus. ff. de appellation. Tomm. Gram-
mat. Deciſ. 3. num. 10.

Cuius rei ratio reddi poteſt, quoniam ex re
malè geſta, uel ex omiſſione vnius alteri damnũ
inferri non debet, Roman. conſ. 510. nu. 23.

His ita ſtantibus, non obſtat prima compro
batio primi dubij: in qua comprobatione dice-
batur, patrimonium Domini Comitis ipſius nõ
autem culpa Raphaelis Spinolę fuiſſe dimi-
nutum.

Quoniam reſpondetur, obligationem, qua
tenebatur Dominus Comes nullo pacto illius
patrimoniũ diminuiſſe, ſed omnem patrimonij
diminutionẽ culpa & omiſſione Spinolę factam
eſſe. Etenim cũ Dominus Comes nõ purè, ſed
ſub cond. obligatus eſſet, nimirum ſi menſe No-
uembri nullus cooptatus ad Pontificatum fuiſ-
ſet; plusquàm certum eſt, eo menſe nondum
elapſo iure dici non poſſe, ut ipſius Domini Co
mitis facto patrimonium diminutum fuerit;
8 debitor enim ſub conditione non eſt proprie
debitor l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. l. 1. vbi do
ctores & poſt alios Iaſ. col. fi. ff. ſi cert. petat. qua
pendente, neque obligatio nata dicitur l. ſtipu-
latus magna. ff. de uerb. obligat. neque ab inui
to aliquid exigi poteſt l. debitor. ff. de uerbo-
rum ſignif. idcircoque menſe Nouembri Do-
minus Comes cogi non poterat ad ſoluendum
debitum contractum ex ſponſionibus dicti mẽ
ſis, ſed totum menſem labi prius oportuerat, ef
ficiebatur enim debitor ſi eo menſe creatus nõ
eſſet Pontifex; quin etiam venire non debebat
creditor ſtatim cum ſacco paratus. l. quod dixi-
mus. ff. de ſolution. & §. omnis, verſ. at nec eo.
Inſtit. de uerb. obligat. & ibi gloſ. in uerbo con-
feſtim. Tempus enim cenſetur adiectum gratia
promiſſoris l. ſi in annos. ff. de cond. & demon
ſtrat. l. cum tempus ubi Deci. & Cagnol. ff. de re
gul. iur. At uerò quod ad Raphaelem Spinolam
attinet, aliter dicendum eſt; cum enim ante fi-
nem menſis Nouembris accipere ſe obligaſſet
tot alias ſponſionum ſyngraphas, quę mille ſcu-
tatorum ſummam conficerent, utique conuen
tiones ſeruare tenebatur, & antequam Nouem
ber lapſus eſſet, debebat ſponſiones illas con-
quirere iuxta mandatum. Cum igitur illud
non fuerit executus, ſicut conuenerat inter
eos, in cauſa certè eſt cur Dominus Comes
obligatus remanſerit, & damnum maximum
paſſus ſit, & per conſequens culpa Spinolę
non autem facto Domini Comitis patrimo-
nium eſt imminutum.

Rurſus comprobatio ſecunda non obſtat,
ubi dicitur. dictum Dominum Comitem non
ob id magis debitorem effici; quàm ante omiſ-
ſionem Spinolę fuerit; quoniam reſpondetur,
quòd licet non ſuſcipiat nouum onus ęris alie-
ni, cogitur tamen propter dictam inobſeruan-
tiam illud debitum iam contractum ex ipſius
proprio patrimonio ſoluere, & ſuæ rei a ſe do-
minium abdicare, quod eſt damnum l. ſi duo. ff.
de acquir. hæred. & Ioan. Crot. in l. ſi is qui pro
emptore num. 127. ff. de vſucap. quod cum alio
quin facere non debuiſſet. dicitur inferri dam-
num. l. nemo damnum facit. digeſtis. de re-
gulis iuris.

Præterea non obſtat tertia comprobatio dũ
dicebatur, eum, qui obligationem extinguit,
patrimonium augere: quoniam reſpondetur,
illud procedere quando quis dimittit proprios
creditores ex pecunia hęreditaria l. idem ſer-
uandum. ff. de lega. 2. At in caſu noſtro, ubi nõ
ex pecunia uel aliena vel hæreditaria, ſed ex pro
pria Dominus Comes ſoluere compelleretur,
non tam augere patrimonium diceretur, quàm
altare ſpoliare, ut aliud operiret, ut uulgò dici
refert Alciat. lib. 4. de verb. ſignifi. numer. 4. in
uer. altare &c.

Secundum principale dubium eſt, audien-
dum non eſſe, prędictum Dominum Comitem,
quippe qui non tam de damno emergente, quã
de lucro ceſſante tractat: de quo ſanè lucro ceſ
ſante quærendum non eſt; id quod duab. ratio
nibus uidetur poſſe comprobari.

Prima eſt, quia cum per ſententias Spinola
condemnatur ad damnum, ea non eſt interpre
tatio facienda, ut cenſeatur condemnatus ad lu
crum; quia propter fauorem reorum, ita debe
mus uerba ſententiæ interpretari, ut minus cen
ſeantur condemnati, quàm fieri poteſt l. hæ. n.
cauſæ. ff. de ſuſpect. tutor. Deci. conſ. 43. nu. 3.

Secunda ratio eſt, quia cum Spinola abſolu-
tus ſit a lucro ceſſante, per duas conformes ſen
tentias, uidelicet per ſententiam primi iudicis,
& per ſententiam iudicis primæ appellationis,
conſequens eſt lucri quæſtionem eſſe ſopitam,
& amplius appellari non poſſe ſecundum ſtatu
ta, arg. eorum, quæ dicit Soci. iun. conſ. 74. ante
num. 1. uerſ. in primis parte 2.

Verum neque hoc ſecundum dubium obeſ-
ſe uidetur Domino Comiti; Nam ad primam
rationem reſpondetur, tunc demum reos mi-
nus quàm fieri poſſit eſſe condemnatos cum in
dubio uerſamur; ſecus autem dum ſumus in cla
ris; tunc enim non eſt opus coniecturis. l. con-
tinuus. §. cum ita: ff. de verborum obligation.
9 † verba enim clara cum ſunt, voluntatis quæ
ſtionem nullam relinquunt. l. ille aut ille. §. cum
in verbis. digeſtis. de legatis tertio. Stephanus
Bertrand. conſilio centeſimo quinquageſimoſe-
ptimo. puto quòd nota ſit. numero primo. uol.

1.ex corp.antiquiori. At ſententia dominorum
trium apertè condemnat Spinolam ad damna,
& intereſſe,ergo etiam ad lucrum, quod domi-
nus Comes petit condemnare videtur.Cum.n.
in dicta ſententia expreſſio ſit dãni & intereſſe,
negari non poteſt quin utrumque uerbum de-
beat aliquid operari.l.ſi quando.ff.de leg. 1. c. ſi
Papa de priuileg.in 6.Alex.conſi.195.lib.7.Ideo
q́ue uerbum(damnum)in dicta ſententia poſitũ
intelligitur pro damno in ſpecie, quod non ha-
bet aliud ſpeciale nomen Grat.conſi.154. num.
10 16.& ſeqq.lib.2. † Verbum verò(intereſſe)acci-
pietur pro dicto lucro ceſſante;quoniam intereſ
ſe non ſolum eſt damnum emergens, ſed pro-
priè dicitur lucrum, quod ceſſauit, propter fa-
ctum,vel omiſſum,quod fieri uel omitti non de-
buit,glo.& doct.in l.un.C.de ſent. quæ ſine cer.
quant.profer.Dec.rubr.C.eod.de ſent.quæ ſine
cer.quant.Alex.conſil. 168.nume.4.volum.2.&
Dec.conſi.322.num.5.parr. 2.vbi tradit,intereſ
ſe ipſo conſiderari non ſolum damnum emer-
gens,ſed etiam lucrum ceſſans, quod firmauit
etiam Petr.Rebuff.d.l.un.num.218.

Ad ſecundam uero rationem, dum diceba-
tur domino Comiti non eſſe præſtandum lucrũ
quod conſecutus fuiſſet;ſi Spinola conuenta ſer
uaſſet;quaſi cauſa lucri per duas ſententias con-
formes ſopita ſit.

Reſpondetur,lucrum per Dom. Comitem ei
deberi,quia lucri ceſsãtis & intereſſe quod intra
rem,vel circa rem verſatur,cuiuſmodi eſt intereſ
ſe, de quo hic agitur,ratio regulariter haberi de
bet.l.ſi fundus,quem.§.fi.& l.venditor hominis.
ff.de euictión.& l.inde Neratius.ff.ad l. Aquil. l.
proinde.§.1.ff.eo.ad l.Aquil.& l.ſi in legẽ §.colo
nus.ff.loca.l.uinum.ff.ſi cer.pet.l. ſi quis ſeruum.
l.ſi ſterilis §.cum per venditorem.ff.de act. emp.
Dec.in rub.C.de ſen.quæ pro eo quod intereſt.
nu.35.col.fi. & in l.un. nu.80. & 81.de quo inte
reſſe dici poteſt hic agi,cum obligatio contracta
ſit mille aureorum. Et propterea ſi mihi ſoluere
promiſerit aliquis,& non ſoluerit,ob idq́ue dam
num aliquod paſſus fuero, tenebitur mihi pro-
pter inobſeruantiam ad intereſſe,quod conſiſtit
in damno emergente, & lucro ceſſante, ut dicit
Steph.Bertrand.conſ.158.num.3.4.5.& 6.volu.
primo.in corpore recentiori incip. ſi prætextu;
11 † qui enim ſuſceptum mandatum non exequi-
tur,ad intereſſe mandantis tenetur. l. ſi manda-
uero tibi. §.fi. l. ſi procuratorem. §. mandati. ff.
mand. quod intereſſe, & damnum acceptum, &
lucrum, quod quis facturus eſſet, complectitur.
l.diligenter. ff.mand.Quod multo magis in caſu
noſtro dicendum eſt, quia lucrum proueniens
ex dependentia conditionis appoſitæ in ſpon-
ſione,de qua in l.ſi rem tibi.§.ſiquis ſponſionis.
ff.de præſcrip.uerb.non dicitur vſura; quia non
uenit ex ſola temporis dilatione. Guil. Bont. in
tract.de uſur.§.dico in definitione. nu.43.

Quo ſic ſtante,nihil officiunt conformes ſen-
tentiæ præallegatæ; quoniam negamus hic adeſ
ſe duas conformes ſententias; licet enim in ſen
tentia primi iudicis Spinola abſolutus fuerit a
lucro ceſſante,eamq́ue deinde approbauerit D.
iudex primæ appellationis,nihilominus,quod at
tinet ad lucrum petitum per dictum Dominum
Comitem, nulla ei ſententiarũ conformitas ob-
eſt,quoniam lucrum,de quo loquuntur ſenten-
tiæ diuerſum eſt ab eo, pro quo experitur Domi
12 nus Comes; †ideoq́ue,de uno ad aliud non po-
teſt inferri.l.Papinianus exuli. ff. de minor.l.na-
turaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.Nam-
que Illuſt.Dom.Comes petit lucri ceſſantis inte
reſſe,quod intra rem, uel circa rem uerſatur iu-
xta prædicta. Sententia uerò prædicta intelligi
debet de eo lucro ceſſante, quod extra rem ex
negociatione,uel mercibus prouenire potuiſſet
Nam dum in ea primus Dom. iudex aſſignat ra-
tionem cur Spinolam abſoluerit a lucro ceſſan-
te,dicit hoc ideo ſe ſtatuiſſe,quia non conſtabat
Illuſtriſs.Domi.Comitem fuiſſe ſolitum habere
nummos in quæſtu, cum multa contingere po-
tuiſſent,quæ lucrum impedirent.Bar.d.l.un.nu-
mero 25.C.de ſen.quæ pro eo.Iaſo.l.1.nu.50.C.
de ſumm.trin.& fide cath. & alij per eum citati;
Quę cum ita ſint,oſtendunt,Dominum iudicem
ſenſiſſe de lucro, quod extra rẽ ex dicta negotia
13 tione prouenit, quandoquidem † doctoris di-
ctum intelligi debet ſecundum leges,& authori
tates,quas ipſe citat. l.non ſolum. §.ſi liberatio-
nis.ff.de libera.lega. & Imol. in l. ſi conſtante. in
prin.ff.ſol.matr.Stephan.Bertrand.conſ.primo.
numero 41.& conſ.119.num.4.& conſ.128. nu-
mero 5.in 1.uol.in corpore antiq.Quòd ſi obij-
ciatur,hanc declarationem non eſſe attenden-
dam quaſi primus iudex id non expreſſerit in
14 ſententia,ſed in motiuis dictæ ſententiæ, † quo-
rum cum ſeparata uideantur, ſeparat ratio eſſe
debet. l. pater Seuerinam. §. fina. ff. de cond. &
demon.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſd.om.iu-
dic.Reſpondetur ſententiam, quæ dubia eſt, ex
motiuis ueluti ex ſua cauſa declarari. Alex.conſ.
192.perſpecta facti narratione.num.15.col.pen.
uer l.nec prædictus obſtat.uolu.6.Pariſ.conſ.102.
num.2.& ſeq.lib.1.& conſ.103.nu.7.eod.lib.1.
ubi dicit ex cauſis, & rationibus iudicantis ani-
mum aperiri,& Soc.iun.conſ.181.num.79.uol.2.
Atque huiuſmodi declaratio dicitur ineſſe ipſi
diſpoſitioni.Pariſ.conſ.65.nu.6.par.1.

Tertium principale dubium adferebatur po-
ſito,ut Illuſt.Dom.Comes ideo damnum pati di
ceretur,quòd obligatus Spinolę remaneret,qui
ſoluerit creditoribus Do. Comitis propter ſyn-
graphas ſponſionum ab eo receptas; nihilomi-
nus dicendum uidetur, totam ſummam dictarũ
ſyngrapharum non abeſſe a patrimonio Domi-
ni Comitis, ipſumq́; lucrum dependere a futu-
ro euentu,neque dici in eius patrimonio radica
tum: Huiuſque rei ratio redditur, quia Do.Co-
mes, qui in ſyngraphis fatebatur ſe debitorem
certæ ſummæ in eo mẽſe Pontifex creatus cũ eſ-
ſet,ex aduerſo recipiebat dictarum ſyngrapha-
rum pretium,& ualorem, quem lucraturus erat
ſi ſecus eueniſſet. Quo fit vt pro ea ſaltem parte

pretij,

pretij, & ualoris accepti nihil ab eius patrimonio uideatur abeſſe iuxta tradita per Alexand. conſilio 14. in princip. lib. 3. Iaſ. conſilio 54. num. 5. uolumine primo.

Veruntamen ad hoc etiam reſpondentes negamus pro parte recepti ualoris nihil a patrimonio illius abeſſe; negamusque dictum receptum ualorem reſpicere lucrum, & lucrum illud depẽdere a futuro euentu, putamusque lucrum illud a patrimonio Comitis eſſe radicatum, & in ſolutione facienda nihil eſſe preterea defalcandum, quæ omnia ſigillatim ita comprobari poſſunt. Atque in primis lucrum illius recepti valoris radices egiſſe in patrimonio Do. Comitis, & non dependere a futuro euentu probatur. Primò, quia quando dictus ſyngrapharum valor dabatur Dom. Comiti, neceſſariò quoque fatendum eſt, dictum receptum ualorem in dominium D. Comitis tranſijſſe, & ei acquiri ſicut euenire ſolet in ſimilibus contractibus innominatis, ubi quando datur aliquid, illicò dominium tranſferri dicitur, Iaſ. in l. naturalis. §. & ſi quidem naturalis. nume. primo. in primo. notab. ff. de præſcrip. verb.

Secundo quia dum ualor Syngrapharum, in patrimonium Comitis redigebatur, confeſtim incorporari atque confundi cum bonis domini Comitis dicebatur, lucriq; recepti nomen amittebat, & patrimoniũ efficiebatur. l. ſed ſi plures. §. filio impuberi. ff. de vulg. & pup. ſubſt. ubi per aditionem impuberis hæreditas illius dicitur eſſe iũcta cum hæreditate patris, ut per Iaſ. in rub. ff. ſol. mat. Facit etiam. l. fi. §. fi. C. de inoſ. teſtam. ubi peculium amittit nomen peculij quando confunditur cum alijs rebus; quo caſu etiam ſi momento duraret, commixtio & incorporatio ſatis eſſet, ſicut ſat eſt aliquem, vel momento hæredem. l. in ſubſtitutione. ff. de uulgar. & pupillar. ſubſtitution.

Quamobrem ſi huiuſmodi Syngrapharum valor patrimonium Comitis effectus eſt, ſequitur profectò, ut iam ſit acquiſitus & radicatus atque, ut lucrum dicti valoris a futuro euentu pẽdere dicatur debitũ, quod tenebatur dominus Comes ad ſoluendum ſub conditione; & propterea cum de dicto patrimonio diminuendo tractetur, dici non immeritò poteſt de emergente etiam damno tractari.

Id autẽ probatur primo, quia quando agitur de conſeruando iure incorporato & iam radicato, eo ſanè caſu dicitur tractari de damno uitando quamuis acquiſitio a lucro originem trahat Alex. conſi. 169. num. 14. volum. 2.

Secundo per doctrinam Alex. in l. 2. §. fin. ff. qui ſatiſd. cogantur, Deci. in l. 1. colum. 1. C. de inſtitu. & ſubſtitut. ſub cond. fact. Ripa in l. damnũ colum. fi. num. 15. ff. de damno infecto, ubi firmãt eum, qui lucrum radicatum & patrimonio incorporatum amittit, non abſimilem eſſe illi, qui dãnum patitur.

Tertiò facit, nam quando agitur de perdendo lucro iam in eſſe deducto, tunc dicimur pati damnum; ſecus quando lucrum non eſt radicatum. Iaſ. in repetitio. l. quominus. nu. 55. & n. 57. uerſ. quinto principaliter. ff. de flumin. Alexander l. non amplius. in fi. princip. ff. de leg. 1.

Quartò idem iudicari de huiuſmodi lucro, quod iudicatur de damno, tenet gloſſ. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco pub. & in l. 1. §. ſiquis autem propter inundationem. ff. de itinere actuq; priua. gl. in l. ſiquis uxori. §. 1. ff. de fur. Caſſene. conſ. 11 num. 3. uerſ. & ideo, ut uidemus.

Quintò lucrum iam in eſſe deductum, in quo quaſi certa ſpes eſt, æquiparatur damno. Calca. conſ. 3. nu. 16. uerſ. facit etiam alia ratio. Socyn. iun. conſ. 78. nu. 23. par. 2. & Rip. l. 2. nu. 59. ff. ſoluto matrimonio.

Sextò quòd lucrum radicatum, & in perſonã hæredis quæſitum conſideratur, ut damnum, nõ autem ut lucrum firmat Iaſ. in l. non amplius. §. 1 ff de leg. 1. & Pariſ. conſ. 49. numero quadrageſimo ſecundo. par. 2.

Quòd uerò dictus ualor non reſpiciat lucrũ ſed damnum; & propterea ſi de diminutione agatur, dici non iniuria poſſit, illum ualorem adimi ex patrimonio Comitis, demonſtratur; quia ſicut negari non poteſt, dum ualor recipitur, agi de lucro, ita fateri oportet, dum is amittitur agi de damno. Quo caſu, lucro, & damno in eodem facto concurrente, nullus negauerit, non lucrũ, ſed damnum conſiderari debere.

15 Primò, † quia quoties adeſt cauſa, quæ prodeſt, & cauſa, quæ nocet, tunc conſideratur ea, quæ nocet. l. ſi quis in graui. §. fi. ff. ad Syllan. Bar. l. ſtipulatio. §. 1. & Hormanoct. l. non ſolum. §. morte. numero 82. ff. de operis nou. nun.

Secundò ad hæc facit dictum Iaſ. in l. in executione, § fi. in fi. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, uincendi propoſitum non haberi inter cauſas lucratiuas, quia fieri poteſt, ut amittatur.

Tertiò comprobatur, quia res permutata nõ dicitur capi ex titulo lucratiuo, ſed cum per illã amittatur lucrum iam acquiſitum dicitur agi de damno, & non de amiſſione lucri. gloſ. in l. 1. § ſi quis. ff. de itin. actuque priu. Rayn. conſ. 219. nu. 6. uolumin. 1. igitur neque hoc lucrum dicetur, ſed damnum.

Quartò addo, dotem a ſtatuto delatam dici deferri non ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa propter onera matrimonij, Ruy. conſ. 199. nu. 6. uol. 1. & conſ. 11. nu. 5. uol. 5. & Dec. conſ. 577. nume. 13. ergo ubi, & lucrum, & damnum verſatur, dãnum non autem lucrum conſiderabitur.

Atque ita dubia ſubtiliter excitata aperiri poſſe arbitror, ſaniore iudicio ſemper ſaluo.

Ego Ant. Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *A ſe acquiſita ad alios non transferuntur.*

2 *Quicquid acquirit filius ſibi ſoli quærit quo ad proprietatem.*

3 *Inſimul habitatio, lucrorum collatio, & eius quod alter ſu-*

ter ſuperlucratur modo reddita ratio facit ſocietatem præſumi inter fratres.

4 *Quando filius lucratur cum pecunia patris ſibi conceſſa eſt peculium profectitium.*

5 *Alij quod ſit aduentitium quia magis ex induſtria filij quàm ex pecunia patris uidetur proficiſci.*

6 *Quod ex re mea ad te peruenit eſt meum.*

7 *Quædam agere inſolita culpa eſt.*

8 *Si alter emit nomine cõmuni res eſt communis alijs ratum habentibus.*

9 *Si aliquis emit rem in dubio de ſuo emiſſe uidetur.*

CONSILIVM CXXIII.

Diuino nomine implorato.

IN propoſita ſpecie, in qua quæritur an frater uel patruus debeat id, quod lucratur, communicare alijs fratrib. vel nepotibus, diſtinguendum eſt ad rei declarationem.

Nam diſtinguendum eſt, quòd aut agit de lucro facto in uita patris, aut facto poſt mortem patris.

Siquidem eſt factum lucrum in uita patris, aut hoc lucrum eſt aduentitium peculium, aut profectitium.

Si aduentitium, id eſt externum proueniens ex ſuis laboribus; vel accedens ex proſpera fortuna, & in hoc licet pater ipſo iure habeat uſumfructum, tamen acquiritur quoad proprietatem filio ipſi, ne quod ſuis laboribus acquiſiuit in alium proueniens luctuoſum ei procedat. §. igitur uerſicul. quod autem. Inſtit. per quas perſ.
1 nob. acq. neque proſpiciant † ad alios transferri a ſe acquiſita. l. cum oportet in prin. C de bon. quę lib. ubi Bar. Bald. Paul, alijque l. 1. & 2. C. de bon. matern. l. fin. C. de collat. Et quòd ita acquiratur aduentitium, vt ſupra dixi, tenet Faber, Aret. Porci. inſt per quas perſ. nob. acq. d. §. igitur. & Bar. in rub. ff. de pecul. Abb. in rub. de pecul. cleri. Petrus de Vbal. trac. de duob. frat. par. 5. nu. 18. uer. quinto quęro. fol. 44. & idem Pet. p. 3. nu. 2. ubi dicit, quòd ſi ſint duo fratres ſimul babitantes, vel nepotes, & patruus; & tunc uiuente patre, ſub cuius poteſtate ſunt conſtituti, & inter eos non intelligitur contracta ſocietas, quia quilibet quærit ſibi aduentitia. Et in iure clarum eſt, quòd
2 † quicquid filius acquirit, ſibi ſoli quærit quoad proprietatem. uiuente patre, & poſt mortem patris habere uſumfructum, quem non tenetur communicare alijs, Bald. conſil. 234. part. 5. fol. 44. & dicit Alex. conſi. 48. num. 5. uolum. 1. quod patre uiuente, quamuis fratres non fecerint diuiſionem bonorum, ſed habeant bona in communi, & unus babitet ſeorſum ab alijs, illud quod unus ex fratribus acquirit, non uenit communicandum cum alijs, quia patre uiuente non præſumitur inter fratres bona communiter poſſidentes tacita ſocietas contracta, etiam ſi ſimul habitarent, & negociarentur, quod eſt plus, allegat Bal. in l. cum oportet uer. quæro & eſt num. 9. & l. cum duobus. ff. pro ſocio. & idem Alex. cõſi. 183. uolum. 5. nu. 5. ubi inquit, quòd patre uiuente fratres ſimul ſtantes non præſumuntur ſocij, ſed potius præſumuntur ſtare ſimul contemplatione patris, quem ſequuntur, & Bal. in dict. l. cum duob. §. ſi fratres in lectura antiqua. ff. pro ſocio. & licet communicent fructus hęreditatis in illis limitatè contrahitur ſocietas, Dec. conſil. 21. parte 1. num. 5. Igitur bona & lucra hoc caſu non communicantur, niſi tacitè eſſet contracta ſocietas per actus ſociales, qui inter ſe exercentur, puta quia conferant lucrum adinuicem, Pet. de Vbal. trac. de duob. fratr. parte 3. num. 2. tunc enim, ut ille inquit pręſumuntur ſocij, & lucra cõmunicant: & quando conſtaret, quòd communiter negociarentur, & in communi cõferrent undecunque quæſita Bar. in l. cum duobus. §. Papinianus. ff. pro ſocio. & in l. ſi patruus C. comm. utriuſq; iud. & l. Titium & Mæuinm. §. altero; de adminiſt. tut. Alex. conſi. 138. num. 5. in fi. volum. 5. & niſi proueniant promiſcui actus ſocietatis negociando, & omnia lucra conferendo Alex.
3 conſil. 48. 1. uol. nu. 5. in fi. † inſimul habitatio & lucrorum collatio, & eius, quod alteri ſuperlucratur modo reddita ratio facit ſocietatem pręſumi, Petrus de Vbal. num. 1. in fi. fol. 4. parte 1. tract. de duob. fratr. quando enim promiſcui actus interueniunt, & lucra communicant adinuicem, tunc præſumitur ſocietas contracta, ut late Deci. conſ. 21. nu. 1. & 2. 1. parte.

Si fratres eſſent ſocij omnia lucra eſſent cõmunicanda, Bal. in tractatu de duobus fratr. numero 15.

Et ſi non negociantur non præſumuntur ſocij, Bal. numer. 1. præſertim ſeorſum habitantes Bal. num. 25.

Si autem peculium eſt profectitium, variæ ſunt opiniones.

4 Quidam enim dicunt, † quòd quando filius lucratur cum pecunia patris ſibi conceſſa ad negociandum, eſt peculium profectitium, gloſ. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. ubi Fulgoſ. Specul. in tit. de indic. §. ſequitur, uerſ. quid ſi alter & ideo cum fratribus communicanda eſt.

5 † Alii uolunt, quòd ſi filius cum pecunia paterna, ut fęnerando lucratus eſt, dicitur aduentitium lucrum; quia potius ex induſtria filij, quã ex ſubſtantia patris uidetur proficiſci, Petr. Cy. Dyn. Imola, Paul. numer. 4. Alex. in l. ſi hæres in princ. ff. ad l. Falc.

Alij dicunt, hãc lucri diuiſionem arbitrio boni uiri eſſe faciendam, conſiderata quantitate pecuniæ, & qualitate perſonæ filij, eiuſque induſtria, ut per Bal. in Auth. ex teſtam. C. de collat. & tenet Petrus de Vbal. tract. de duob. fratr. parte 5. num. 16. uerſ. tertia fuit op.

Alij, ut Ludouicus Romanus dicunt, ſi filius negociatur pecunia patris nomine patris, tunc lucrum totum eſt profectitium,

& debet

& debet communicari. Aliquando filius negociatur ſimpliciter; & idem eſt dicendum. Aliquando nomine proprio,& proprio periculo,& tunc illud lucrum eſt totum aduentitium,& filio quęritur. Petrus d.nu.16. uerſ.quarta, & Socyn. conſ.92.1.vol.num. 15. Quandoque negociatur nomine patris,& ſuo,& tunc lucrum eſt aduentitium. Soc.d.conſ.92.& Petr.d.nu.16.uer.4. Alij dicunt medietatem lucri,operæ,& induſtriæ filij negociantis attribui;& ideo illud eſt aduentitiū, & fratribus non communicatur.l.ſi.C.de collat. medietatem autem aliam lucri attribui pecuniæ patris; igitur illa tanquam peculium profectitiū fratribus communicanda eſt. l.certum. C.famil. erciſc.hanc opi.tenet Bar.in l. 1.§.ſed nec caſtrēſe.de colla.bono.& l.cum oportet.& l.illud.C.de colla.& in trac.ſuo de duob.fratrib.in i.par.in 2. q.prin.& in l.ſi tibi.§.pactus.ff.de pac.& per Bar. per ea,quę cumulat Petr.de Vbal.d.trac.de duobus frat.n.16.par.5.verſ.2. Et vt dicit Soc.conſi. 92.1.vol.n.15.communis hæc cōcluſio eſt,quòd quatenus lucrum eſt attribuendum pecunię,eſt profectitium, & acquiritur patri; quatenus verò induſtriæ, eſt aduentitium, & quæritur filio quo ad proprietatem. Iac.Butr. in d.l. cum oportet,ubi Ang.Paul.& com.alij.Bal.in l.ſi tibi decē. §.b pactus.ff.de pac.Sal.in l.certum.C.famil.erc. Soc.conſ.92.vol.1. nu.15. & hanc opinionem ſequitur Lud.Rom.in conſ.469.inc.quoad primū dicens quòd quicquid ipſe dixerit in lectura, in conſulendo ſequitur Bar. in cuius dictis ſemper ſolet eſſe ſubſtantia veritatis; & idem refert Petrus de Vbal. loco citato nu.16. & hanc opinionem dicit Paul.l.illud. C. de colla.conſuetudine probari,& hæc opinio declaratur hoc modo ſecundum arbitrium iudicis,quatenus meretur induſtria, tribuatur induſtrię; quatenus pecunia, attribuatur pecuniæ, conſiderata pecunię quātitate,& filij induſtria; uoluit enim Bart. quòd in dubio iudex habet per medium diuidere, attento communi uſu, ut patet ex eius dictis. in §. ſed nec caſtrenſe ſupra alleg. ubi ſe refert ad cōſuetudinem: & iſto modo intelligit Paul. in l. illud. C. de collat.& Ioan. de Monte Sperello in Auth. ex teſtamento. C. de collation. & Soci. conſ. 262.2.uol. num. 1.ubi dicit quòd iſta opinio ita declarata eſt magis communis.

Si verò factum eſt lucrum poſt mortem patris, rurſus diſtingue; aut eſt factum a fratre, uel patruo ex pecunia propria, aut ex hæreditaria; aut eſt dubium ex qua, utrum ſcilicet ex communi, uel propria.

Si ex propria pecunia frater, uel patruus
6 lucrum facit, ſibi quęrit; †quod enim ex re mea ad te peruenit, ęquum eſt, illud eſſe meum l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet. Anchar. conſ.303. Deci. conſ.255. nu. 3.2. parte; niſi interueniant promiſcui actus. Si enim actus ſocietatis interuenerant, erit commune illud lucrum, Alex.conſi.48.nu.5.lib. 1. uerſ. quinimò, ubi dicit Alex. etiam regulariter mortuo patre fratres ſeparatim habitantes, quamuis habeant bona in commune, non cenſentur per hoc ſocij; adeo quòd lucrum factum per unum debeat cum alio communicari, niſi interueniāt promiſcui actus ſocietatis negociando, & omnia lucra inuicem conferendo l.cum duobus §. Papinianus, ff. pro ſocio cum alijs per Alex. ibi allegatis. nam ex reb. aduentitijs poſt mortem patris quæſitum non communicatur cum fratribus Alex. conſ. 138. 5. parte num. 5. in fi.

Si uerò factum eſt lucrum ex pecunia hæreditaria; tunc aut facit negociationem nomine cōmuni,aut proprio;aut ſumus in dubio,cuius nomine faciat negociationem.

Primo ſi frater, uel patruus(idem enim eſt Bart.l.titium.§.altero num.2.& 3.ff.de adim.tut. & Petr. de Vbal.nume.3.parte 3. tract.de duob. fratr. fol.7. Bal.d.l.ſi patruus in princ. i.not.) negociatur nomine communi, lucrum eſt communicandum Bart. l. ſi patruus num. 6. C.comun. utriuſque iud. ubi etiam Bal. numer.6. & Bal. in tract. de duob. fratr. numer. 6.uerſ. quæro primo ſi unus fratrum cum pecunia hæreditaria &c. & Bart. d.§. altero nume.3. & Pet. de Vbal. parte 5. num. 3. in fi. uerſ. tertio caſu; ibi ex prędictis apparet.

Quod autem nomine communi fecerit patet ſi ex libris colligatur quòd dixerit, hic eſt liber mercantiæ meę & talis fratris mei, Bart. Bal.d.l. ſi patruus & per adducta ſuperius.

Secundo ſi facit lucrum nomine proprio, lucrum debet eſſe ſuum l. Titiū & Meuium. §. altero.ff. de admin. tutor.& Bart. & Bal. dicta l.ſi patruus numero 6. ibi tunc ſi ille frater non erat tutor, & Deci. conſi. 255. numero 3.2. parte & Soc.conſi. 254.2.uol.nu.7.& Dec.conſ.2 1.1. par.nu.11.& Soc.conſ.92.1.vol.nu.17.ubi dicitur quòd ſi frater negociatur proprio nomine cū pecunia fratris, acquirit ſibi lucrū & nō fratri;hoc igitur caſu lucrū tuū eſt. Niſi quādo haberent, uel menſam communem;licet enim proprio nomine adminiſtraret;tamen quando haberent traſicum & menſam communem,eſſet commune lucrum,licet nomine proprio negocietur;quod enim ſibi acquirat, procedit quando ſimpliciter accepiſſet pecuniam communem; quæ in hæreditate reperta fuiſſet,& clanculum,& proprio nomine adminiſtraſſet,Soci.conſi.254. nume. 7. 2. volum.& Soc.conſi.92.nu.17.& Dec.conſi.255. num. 3.2.parte ſupra allegata.

Niſi ſit tutor vel curator pupilli is, qui negociatur;tunc enim lucrum eſt commune quod facit ex prima mercantia,etiam ſi conſtat quòd nomine ptoprio Bar.d.l.ſi patruus nu.6.quia illa mercantia fuit communis tanquam empta ex pecunia communi;ſecus ſi ex mercātia repetita; nam illud lucrum eſt proprium tutoris; quia pecunia redacta ex mercātijs communibus non eſt communis gl.1.& Bart.d.l.ſi patruus nu.6. Bal. tamen in d.l.ſi patruus.num.8. dicit non diſtinguo utrū ex 1. mercantia aliquid deueniat, vel proueniat ex ſe repetita; quia natura huius actus eſt, quòd id,quod poſtea ſit, ſemper loco prioris ſubrogetur

tur

tur.l.cum tabernam.ff.de pignor. quam opinionem firmat etiam idem Bal.in trac.de duob.frat. num.7.in fin.& Petrus de Vbal.d.tract.de duob. fratr.num.3.in fi.in 5.parte uer.tertio caſu,quando,& parte 3.num.6.uerſi.ſi autem ille frater.

Niſi ſocij ſint;nam inter ſocios non eſt facienda hæc diſtinctio,utrum nomine proprio,uel ſocietatis quęſierit; nam & quod proprio nomine alter quæſierit communicare debet actione pro ſocio.l.ſed & ſi ſocius.§.ſi abſenti & l.actione.§.dicimus,& l.ſi quis ſocieta tem.ff.pro ſoc.& Pau.de Caſt.conſi 349.nu.1.uer. ſecundo oppono,ſi Ioannes non fuerit lucratus &c.

Sed quomodo cognoſcetur, an iſti ſint ſocij? Reſp.colligitur ex pręſumptionib.& actib.qui nõ poſſunt fieri citra ius,& nomẽ ſocietatis,qui ſunt præcipuè tres,uidelicet,ꝙ ſimul cum hæreditate indiuiſa poſt mortem patris uixerunt,ꝙ omnia lucra communicauerunt,& de eo,quod ſuperlucratur adinuicem non reddent Dec.conſil.21. num.1.& 2.parte 1.

Multæ enim coniecturæ ſunt conſiderandæ ad cognoſcendum utrum ſit contracta ſocietas.

Nam ſi frater, vel nepos eſt pupillus, nec habeat tutorem,non intelligitur cõtracta ſocietas; quia contrahitur ſine authoritate tutoris;Si uerò habet tutorem,& ei communicatur,cenſetur contracta, & aliæ coniecturæ conſiderantur, de quibus per Petrum de Vbal.tract.de duob. frat. in prin.tertiæ partis num.1. cum ſequentibus.

Tertio quãdo ignoratur, & eſt dubium,cuius nomine gerat negocia, tunc aut gerens eſt tutor, aut non eſt tutor.

Si non eſt tutor, lucrum eſt ſuum, Bart. in l.ſi patruus num.6. ibi ſed ſi hoc non apparet; tunc ſi ille frater non eſt tutor &c.& Bal.ibidem,& alij ſupra citati; in dubio enim uidetur nomine proprio mercari arg. l. & magis.ff.de ſolut. quia perſona extrinſecus non intelligitur l. ita ſtipulatus.§.Griſogonus. ff. de uerb. obligat. Bart. in d.§. altero num. 2. & Deci. conſ. 21. num. 11. in prima parte, & Alex. conſi.134. nu.7.5.parte.

Si eſt tutor, tunc ſi tutor negociatur negociatione inſolita patri pueri; quia pater pueri nunquam fuerit mercator, tunc in dubio uidetur nomine proprio agere, quia in dubio non præ-
7 ſumitur in culpa; †quia quædam culpa eſt agere inſolita. l.ſi negocia.ff.de negoc. geſt. aut continuat negocia ſolita,& tunc uidetur eodem modo negocia patris continuare, Bal. in l. ſi patruus num.8.& Bal. in tracta.de duob. fratr. numer.7. & Petr. de Vbal. parte 3. d. tract. de duob. fratr.num.6.& parte quinta num.3.in fi.uerſ. tertio caſu quando, &c.

Tertio principaliter, quando ignoratur ex cuius pecunia frater vel patruus negocietur, tũc ex coniecturis colligitur cuius pecunia ſit, vt eſt gloſ.in uer. proſpera in §.igitur, inſtit. per quas perſ. quæ communiter approbatur ut dicit Angel.ibi, & eſt gloſ. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.& Bart. in tract. de duob. fratr. nume.4. & 5.coniecturæ autem multæ,& uariæ ſunt.

Nam ſi frater ſit artifex, & lucraretur antea, præſumitur ſua pecunia,non autem communis, niſi aliud probetur Petr.de Vbal.trac.de duob. fratr. parte 5. numero 5. Alex. conſi. 134. lib. 5. numero 7.

Si erat homo nullius exercitij, ante pręſumitur ex bonis patris d.glo. in uer. proſpera,& Petrus d.nu.5. modo citato.

Si enim dubitetur an ex pecunia communi recurrendum eſt ad coniecturas, ut conſideremus quantitatem bonorum communium,& an iſta maior natu penes ſe habet adminiſtrationẽ & geſtionem nec ne, & cuius conditionis ſit, utrum conſueuit lucrari, uel non; nam ex his coniecturis iudex colliget an pecunia ſit propria uel communis, ita dicit Bal. in l.ſi patruus num.4. C.com. vtriuſque iud. quod enim communis pecunia ſit colligitur, quando non apparet,quòd illi,qui lucrati fuerunt, haberent aliunde pecunias;tunc enim uidentur communes ipſæ pecunię ita Deci. conſ. 255. num.3. parte 2. uide Bal. tract. de duob. fratr. num. 14.ſi enim ſtant ſimul, & alter eorum cum pecunia lucratur,& neſcitur unde veniat, præſumitur de communi, & lucrum debet communicari, ut ille dicit.

Circa alium articulum,vtrum ſcilicet res emptæ per patruos debeant eſſe communes uide Bart. in l.ſi patruus num.4.C.com. vtriuſque iud. & Bal. ibidem num. 3. Alex.conſ.49.lib.1, numero 11.

8 Si alter emit nomine communi, res eſt cõmunis alijs ratum habentibus l.ſi ego.ff. de negoc. geſt. Bart. d.l. ſi patruus numer.4. Si uerò non habent ratum eſt ſolum ementis, Bal. d.l.ſi patruus nu.4.l.fundus ille.ff. de contrah. empt. & Paul. de Caſt. ibidem num.3. Alex. conſ.134. lib. 5. ubi ſi in inſtrumento non dicitur, de qua pecunia, intelligitur ſolutum de propria ementis. Et quando pecunia debeat reſtitui Paul.d.l. ſi patruus nu. 3.Alex.conſ.134.lib.5.

Si emit nomine proprio, diſtingue, aut emit de pecunia propria, aut communi, aut dubitatur.

Si proprio nomine de pecunia propria, tunc non eſt communis ſed ſua propria Bart. num.4. Bal. num.3.loco citato d.l.ſi patruus.

Si proprio nomine de pecunia communi, tunc aut ille, qui habet ibi partem pecuniæ, & qui vult ſibi appropriare rem prætextu communis pecuniæ eſt maior,& non poteſt petere rẽ, & ſic res non eſt communis, ſed ementis. Aut eſt minor, & tunc ſi emptor eſt tutor uel curator, & res efficitur communis. Aut non eſt tutor,& res eſt ementis.

Si dubitatur de qua pecunia, & præſumitur ex propria.

9 † Tertio aut dubitatur cuius nomine emerit, & in dubio de proprio emiſſe uidetur, ita diſtinguit Bart. Bal.d.l. ſi patruus. C. com. utriuſque iud.& uide Alex. conſ.49. lib.1. num.11. Paul. de Caſt.d.l.ſi patruus, & Bart. §. altero, Petrus de

Vbal.

Vbal.numer. 34. uer.ult. idem uidetur parte 3. tract. de duob. fratr, ubi plenè ſecundum quæ oportet hunc caſum conſiderando uidere, cui deciſioni inhærere debeat; Ex facto enim ius oritur.

Circa alium articulum, an ex cohabitatione dicatur contracta ſocietas.

Si neuter negociatur, licet habeat hæreditatem ſimul indiuiſam non poteſt intelligi contracta ſocietas. Idem quãdo unus negociatur, alter uerò non; tunc enim ...

Idem ſi uterque negociatur, modo unus ſit pupillus; tunc enim non præſumitur contracta ſocietas.

Si uerò ſit maior, nec ponunt in communi, non eſt contracta ſocietas.

Si ponunt eſt contracta non omnium bonorum, ſed in quæſtu illius mercantiæ Bart. d. l. ſi patruus num. 9. & nume. 10. quod etiam approbat ibi Bal. modo ex alijs actibus non appareat ſocialis affectus, non ex actibus reciprocis, intelligitur contracta ſocietas Bal. ibi nume. 14. & num 15. idem tenet Bal. in tract. de duob. fratr. num. 17. & idem dicit Bart. fere in l. cum duob. §. Papinianus num. 3. ff. pro ſocio, & idem Bart. in l. titium. §. altero nume. 5. & 6. ff. de admin. tutor. & Alex. conſ. 49. lib. 1. num. 5. nam cohabitatio ſimul arguit ſocietatem, quando omnia bona habuerunt communibus expenſis, & negocia promiſcuè egerunt, ut ibi dicitur quando adinuicem rationes non reddumtur, non uidetur contracta ſocietas Deci. conſ. 21. num. 1. li. 1. & num. 2. ubi, ut dixi, tria requiruntur, ad hoc, ut ſit contracta ſocietas, uide ibi & ſupra.

Ad materiam uide Bart. in l. ſi patruus. C. com. utriuſque iud.

Ego Ant. Cioſius.

S V M M A R I V M.

1 *Ex concluſione petitionis demonſtratur agentis intentio.*
2 *Rei vendicatio præſuppenit ex parte agentis dominium, ex parte rei conuenti poſſeſsionem.*
3 *Si promittatur res mihi pro aliquo quem nominabo, promiſsio valet.*
4 *Donatio rerum dominium transfert in donatarium.*
5 *Donatio facta abſenti non valet.*
6 *Donatio abſenti facta valet quando notarius ſtipulatur & recipit donationem pro abſente.*
7 *Poſt aditionem hæreditatis dominium rerum hæreditariarum in hæredem transfertur.*
8 *Diuiſio continet domsnij translationem, & alienationem.*
9 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
10 *Ausboritas arbitrorum ſumitur a compromiſſo.*
11 *Multa tractantur quæ non ſiunt.*
12 *Per epiſtolam poteſt compromitti.*
13 *Verba enuntiatiua in ſententijs nihil probant.*
14 *Præſumitur ignorantia ubi non probatur ſcientia.*
15 *Quis ratificare non uidetur id quod ignorat.*
16 *In iudicio rei uendicationis uenit reſtitutio rei cum fructibus.*
17 *Quis detinet rẽ propria authoritate tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos.*
18 *Qui agit rei uendicatione quamuis fateatur reum poſsidere, tamen intelligit indebitè poſsidere.*
19 *Ne lites differantur quis poteſt in libello duas actiones cumulare.*
20 *Petitio hæreditatis eſt iudicium petitorium.*
21 *Petitio hæreditatis eſt actio mere realis quæ habet præſtationes perſonales.*
22 *Petitio hæreditatis eſt iudicium vniuerſale.*
23 *Rem uendicans debet rem quam petit ſpecificè declarare.*
24 *Rei vendicatio eſt actio ſtricti iuris, & arbitraria.*
25 *Quando una actio eſt maior altera impeditur cumulatio.*
26 *Liber æſtimi non probat dominium ſed tantum inducit quandam præſumptionem.*
27 *Locatio ſola ſine fructuum perceptione, non probat poſſeſsionem.*
28 *Iter ad locum contentioſum dicitur conſeruare poſſeſsionem.*
29 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*

CONSILIVM CXXIIII.

Diuino nomine implorato.

CAVSA, quæ uertitur inter nobiles D. Alamanum Petri de Saluiatis actorem ex parte una, & D. Ludouicum de Capponibus reum conuentum ex altera, duas mihi habere uidetur inſpectiones.

Prima eſt, quę pertinet ad bona, quæ uocantur terrę delle ſpiaggie. Altera verò, quæ pertinet ad Molendinum, quod dicitur delle cartaie, ſeu del portareca.

Primo ergo, quod attinet ad prædicta bona
delle ſpiaggie, concludendum eſſe arbitror, prę
dictum D. Alamannum iure optimo ad ea age-
re potuiſſe, eademque cum fratribus obtinere
1 debere. † Nanque, ut apparet ex eiusdem peti-
tione, ex cuius præſertim medio concludendi
demonſtratur agentis intentio, ut per Bart. in l.
certi condictio in princ. num. 2. ubi Deci. num.
2. uerſ. ultimo pro iſta. ff. ſi cert. pet. & Bart. in l.
Aurelius. §. ſticho. ff. de liber. lega. numero 3. &
Bal. in l. edita numero 57. C. de eden. & Alex.
conſi. 121. primo uol. & Panormit. in cap. lite-
ræ de dilat.

Idẽ Dominus Alamannus & Dominus Mat-
thæus eius procurator uidentur primo loco in
2 tentaſſe iudicium † rei uendicationis; in quo tũc
demum conſueuit obtineri, cum ex parte acto-
ris dominium l. in rem. ff. de rei uendicat. cum
ſimil. ex parte uerò rei conuenti poſſeſſio, uel
detẽtatio; qualis qualis oſtenditur l. officiũ in fi.
ff. de

ff. de reiuendic.l. un. C. de alien. iud. mut. cau. fact. ſed in propoſita ſpecie conſtat de dominio ex parte actoris, & de poſſeſſione ſeu detentatione ex parte rei conuenti; Reliquum igitur eſt, ut actor in hoc iudicio debeat obtinere.

Quòd uerò nobilis Dominus Alamannus oſtenderit ſe eſſe dominum iſtorum bonorum delle ſpiaggie probatur, quia, ut præſupponitur in facto, quidam præſbiter Franciſcus de Bientina uſque ab anno 1517. die 10. Septembris, uel alio ueriori tempore ſibi, & ei, quem poſtea nominaſſet, emit dicta bona delle ſpiaggie; deinde uerò nominauit in emptorem Petrum Pauli de
3 Victorijs. quod ſanè facere potuit. †quia ſi promittatur, uel concedatur res mihi recipiẽti pro eo, quem nominabo & declarabo, tunc promiſſio & conceſſio ualet & tenet Bal. in l. cum poſt. §. gener. in antiq. lect. uerſ. extra quæro. ff. de iure dot. & idẽ Bal. in l. 1. in fi. princ. verſ. ult. quæro hic unum. ff. de pact. & Alex. conſi. 232. in princ. & num. 1. uol. 6. & Fabianus de Monte in tract. de empt. & uendit. in 3. q. princip. nume. 19. quare cum dictus presbyter Franc. emere de iure potuerit pro ſe, & eis, quos nominare uoluerit, dicendum quòd antequam ipſe emptor fecerit validam nominationem, utique in dictis bonis delle ſpiaggie, erat quæſitum ius ipſi emptori, qui ſibi ipſi quærere atque ſtipulari uidetur, ut dicit Alex. d. conſ. 232. lib. 6. nu. 3. & Deci. conſ. 543. num. 4. parte 4. ubi dicit emptori eſſe quæſitũ ius reuocabiliter in dicta re empta.

Deinde uerò, ut ex actis conſtat, idem presbyter Franc. die 5. Martij 1518. aſſerens, primam nominationem factam in perſonam Petri filij Pauli de uictorijs inualidam & nullam eſſe propter mortem dicti Petri antea ſubſecutã. Iterum deueniens ad aliam nominationem declarauit & nominauit in emptrices dictorũ bonorum delle ſpiaggie dominam Franciſcã uxorem Pauli de Victorijs, & Dominam Magdalenam eius Pauli filiam, ita, ut una ſuccederet alteri. Ex qua quidem ultima nominatione dicitur eſſe quæſitum ius dominij ipſis mulieribus, quas nominauit; & pro quibus ſe emiſſe declarauit; quoniam ius, quod reuocabiliter erat quæſitum emptori, deinde facta declaratione, & nominatione reſolutum fuit, & receſſit ab ipſo emptore, & incepit pertinere ad nominatum, ipſique nominato acquiſitum eſt, ut dicit Alex. d. conſ. 232. num. 5. & optimè tradit Deci. conſi. 143. num. 4.

Quod adeo verum eſt, ut ſi is, qui rem emit pro eo, quem declarauit, haberet rem apud ſe, tamen diceretur eam poſſidere, ſeu tenere pro eo, quem nominauit l. quod meo in princ. ff. de acq. poſſeſſ. & Alex. d. conſi. 232. numero 5. lib. 6.

Id quod etiam confirmatur ex clauſula appoſita in inſtrumento nominationis rogato a ſer Bartholomęo a Sancto Caſſiano, ubi apparet quòd presbyter Franciſcus conſtituit ſe precario poſſidere pro dictis mulieribus, per quam clauſulam in eum, pro quo quis conſtituit ſe poſſidere, tranſfertur ciuilis poſſeſſio, licet naturalis remaneat penes conſtituentem. l. & habet. §. eum qui precario. ff. de precar. Bar. in l. interdum. ff. de acquiren. poſſ. & And. Tiraqu. in tract. de conſt. par. 4. nu. 4. Quo fit ut ex dicta nominatione plenè dominium quæſitum eſſe dicatur ipſis mulieribus.

Quod præſertim procedit quando nominatus ratum habuit ipſam nominationem; tunc enim ſecuta ratificatione ipſius nominati, proculdubio dominium diſcedit a primo emptore, & tranſit in dictum nominatum ſecundum comm. opi. doct. ut tradit Bar. in l. qui mihi donatum, ff. de dona. col. 1. uerſ. quæro ante. ubi uoluit, quòd quñ quis recepit rem nomine meo ſine mandato, tunc non recedit proprietas a primo concedente, niſi poſtquam id ratum habuero. l. cum quis. §. ſi debitorem. ff. de ſol. Bar. in l. qui hominem. §. ſi debitorem. ff. de ſol. Alex. d. conſ. 232. nume. 5. uerſ. præterea poſito. lib. 6. Qua de re cum in caſu noſtro dictæ mulieres ratam habuerint dictã nominationem poſſidendo, & fructus percipiendo, & alia faciendo, quæ facere conſueuerunt ueri domini, & poſſeſſores, ut patet ex depoſ. teſtiũ examinatorum pro parte actoris ſuper nono capitul. quo poſſeſſionis facto plus, quàm uerbis res demonſtratur, & ratificatur, ut per gloſſ. in l. ſi tamen. §. & qui ſeruum. ff. de edendo, & c. cum dilecti extra de appellat. & l. Paulus reſpondit. ff. rem ratam haberi. Conſequens etiã ut dicta nominatio facta a presbytero Franciſco prædicto dicatur plenè tranſtuliſſe dominium in prædictas mulieres nominatas, quæ ſunt ſubrogatæ in locum dicti praesbyteri Franciſci, argumento eorum, quæ dicit Dec. in conſil. 543. 5. & 6. parte 4.

Quòd autem dictæ mulieres ea bona tenuerint & poſſederint atteſtatur primus teſtis ſuper 9. cap. examinatus, affirmans dictam dominam Magdalenam, & Do. Franciſcam vſque ad earum mortẽ habuiſſe, tenuiſſe, & integrè, & inſolidum poſſediſſe dicta bona delle Spiaggie, & ex eis liberè & quietè fructus percepiſſe. Quod ẽt atteſtatur idẽ primus teſtis examinatus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ, ubi dicit dicta bona prius poſſeſſa fuiſſe a Paulo de Victorijs, eo uerò mortuo fuiſſe poſſeſſa a dictis mulieribus. Rurſus tertiusdecimus teſtis examinatus ſuper dicto 9. cap. dicit Paulum de Victorijs olim poſſediſſe dicta bona delle Spiaggie; poſtea uerò eadem fuiſſe poſſeſſa, & detenta a domina Magdalena & domina Franciſca fructus recolligentib. Vnde ex huiuſmodi actibus poſſeſſorijs videtur ſine dubio ratificata dicta nominatio, ex qua dictæ mulieres prædictorum bonorum dominiũ acquiſierunt.

Præterea quòd dictæ mulieres acquiſierint dominium bonorum delle ſpiaggie, demonſtratur ex dicto inſtrumento nominationis, ubi præsbyter Franc. ad maiorem cautelam ſpontè merè, purè, ſimpliciter, liberè, & irreuo-

cabiliter

cabiliter inter uiuos donauit, dedit, tradidit, ceſſit, & conceſſit dictis mulieribus prædicta bona delle ſpiaggie ponens eaſdem in ſuum locum.

Ex quibus quidem donationis uerbis apparet, dominium dictorum bonorum tranſiiſſe in prædictas mulieres nominatas, & donatarias,
4 quandoquidem †donatio rerum dominiū trāſfert in donatarium l. in ædibus. §. fin. ubi Paul. Caſtrenſ. ff. de donat. quod etiam per traditionem, ſicut hic accidit, ut habetur in dicto contractu donationis de iure gentium transferri dicitur. §. per traditionem, & §. ſeq. inſtit. de rer. diuiſion.

Neque obſtat quòd in inſtrumento nominationis, ſeu donationis donator nominaueri t illas abſentes; licet tanquam præſentes; † quo ca ſu abſenti donatio facta nō ualet l. abſenti. ff. de donation. quoniam reſpondetur, quòd hic a duobus ſubſtinetur prædicta donatio, primum ſcilicet, quia notarius ſtipulatus eſt, & tanquam publica perſona recepit dictam donationē nomine dictarum mulierum donatariatum abſentium, ut patet ex illis uerbis agenti, ſtipulanti, & recipienti dicta bona pro eis, & qualibet earum &c. Secundò uerò interuenit ratificatio dictarum mulietum donatariarū, quæ ex facto poſſeſſionis colligitur, ut ſupra dixi. Idcirco me
6 ritò] firmandum eſt, †huiuſmodo donationem abſentibus factam ualere; quia quando notarius ſtipulatur, & recipit donationem pro abſente, qui deinde rem ratam habet, tunc donatio natio facta abſenti ſine dubio valet, ut per Deci in l. contractus in 5. limitatione nume. 12. ff. de reg. iur. & in l. quo tutela. §. nec paciſcendo nu. 3. ff. eo. quam opinionem ſequitur Cagnolus in l. fi. C. de pactis nu. 273. uerſ. aduertendum eſt, & ibi Bolognet. nume. 149. & eam communem eſſe fatetur idem Cagnol. in l. quo tutela. §. fi. ff. de reg. iur.

Quin etiam poſito, & non dato ꝙ non interceſſerit ratihabitio, nihilominus hoc caſu huiuſmodi donatio abſentibus facta ualeret; quia donator cum particulari clauſula omnia ſcilicet hæc obſeruare promiſit ſolemni interpoſito iuramento ſuper eius conſcientia ponendo ſibi manus ad pectus, ut eſt mos ſacerdotum, quemadmodum patet ex dicto inſtrumento nominationis & donationis; quo caſu quando appoſita eſt clauſula de non reuocando, & eſt iuramē to firmata, tunc donatio facta abſenti ualet, ſtipulante notorio pro abſentibus, ut per Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. obligat. & ſequitur hoc fusè explicans Bolognet. in d. l. fi. C. de pact. nu. 150. uerſ. 3. ampliant &c.

Ad prædictorum autem comprobationem, accedit etiā quòd Paulus de Victorijs in ſuo teſtamento uoluit, mandauit, & iuſſit, vt de bonis per dictum teſtatorem emptis nomine dominę Magdalenæ eius filiæ, & eorum fructibus & meliorationibus, aduerſus eam nihil peti poſſet: ſed in iuribus ſuis eandem ſeruari præcepit; ex quo ſanè præcepto per dictum Paulum confirmari uidentur emptiones factę nomine dictę Dominę Magdalenæ; & propterea hæredes dicti Pauli non debent, nec poſſunt eam moleſtare circa dictas emptiones, ſed debent parere dicto præcepto & factum ipſius defuncti ſeruare l. cum a matre. C. de rei uendicat. l. 2. ſi in fraud. patroni, Alex. conſ. 88. accuratè numer. 15. & conſ. 195. num. 8. lib. 6. Iaſ. l. apud Iulianum. §. ſi cui numer. 8. ff. de lega. 1. Deci. conſ. 547. niſo puncto num. 3.

Ideoque cum prædicta bona delle ſpiaggie empta ſint nomine ipſius Dominæ Magdalenæ, ſeqnitur ut circa huiuſmodi bona hæredes dicti Pauli illæſam ſeruare debeant prædictā Dominam Magdalenam.

Neque obſtat quòd Paulus Victorius in ſuo teſtamento iubebat, nihil peti ab ea de bonis emptis per teſtatorem nomine dictæ Dominæ Magdalenæ; bona uero delle ſpiaggie non uidetur comprehendi in ipſo præcepto, quaſi non a teſtatore, ſed a presbytero Franc. empta repeperiantur. Quoniam reſpondetur, quòd licet emerit ipſe presbyter Franc. tamen dicta bona a ſe empta pro ſe & pro nominandis ab eo (iuxta tradita per Fabianum de monte tracta. de empt. & uendit. 3. q. princip. num. 19. & per conſequēs empta alteri iuxta ea, quæ habentur toto tit. C. ſi quis alteri uel ſibi, & in ſtatuto Florent. lib. 2. Rub. 39. cuius etiam uigore unus alteri poteſt acquirere.) reuera dicuntur empta ab ipſo teſtatore; quia presbyter Franc. nominauit ipſas mulieres, contemplatione Pauli Victorij patris dictæ Dominæ Magdalenæ, & mariti dictæ Dominę Franciſcę; quo caſu re uera dicitur emiſſe ipſe pater, & reſpectiuè ipſe maritus; quia id, quod filius acquirit, contemplatione patris dicitur acquiſiuiſſe ex bonis paternis, & habuiſſe ab ipſo patre licet extra ſubſtantiam ipſius id capiat, ut per Bart. Alex. Aret. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de uulg. & pupill. ſubſtit. & doct. in l. in quartam. ff. ad l. falcid. præſertim Picus numero 174. & in l. cum oportet in principio. ubi gloſ. in uer. ex eius ſubſtantia. C. de bon. quæ lib. ſicut etiam dicitur profectum a marito id, quod eius contemplatione vxori donatum fuit. l. ex morte. C. de pact. conuent. & Ioann. de Gar. in l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. num. 33.

Quare ex his omnib. apparet, quòd dictæ mulieres acquiſierunt dominium dictornm bonorum ex emptionibus nomine earum factis; quæ deinde approbatæ fuerunt a Paulo Victorio in ſuo teſtamento præallegato.

Quæ quidem omnia cum ita ſe ſe habeant, apertiſſimè demonſtratur, prędictorum bonorū dominiū hodie deueniſſe in nob. dominū Alamannum filium Petri de Saluiatis; quia dominium rerum hæreditariarum ipſo iure poſt additionem hæreditatis in hæredem transfertur. l. cum hæredes in princ. ff. de acq. poſſ. l. ſi ager. ff. de rei uendicat. Corn. conſi. 201. nume. 4. 1. vol.

At

At nob. Dominns Alamannus prædictus eſt hę-
res ex teſtamento dictæ dominæ Franciſcæ ſuæ
aniæ,& vxoris olim Pauli Victorij, ut patet ex te
ſtamento dictæ dominæ Franciſcæ condito an-
no 1549. die 10. Octobris, eiuſque hæreditatem
adijt, vt patet ex 17. cap. pro parte actoris propo
poſito;& ex 20. c. partis aduerſę. Igitur in dictum
dominum Alamannum translatum eſt domi-
nium omnium bonorum, quæ habebat dicta do
mina Franciſca teſtatrix; Sed in dictam dominã
Franciſcam deuenerunt huiuſmodi bona delle
ſpiaggie propter mortem dictæ dominæ Magda
lenæ, quæ prædeceſſit, ut ex actis patet ſuper 11.
poſitione,& cui iuxta tenorem inſtrumenti em
ptionis celebratæ a presbytero Franc. prædicto
Domina Franciſca debebat ſuccedere. certi igi-
tur iuris eſt prædicta bona delle ſpiaggiè hodie
reperiri, & eſſe in dominio dicti domini Ala-
manni.

Verum contra huinſmodi concluſionem ſu-
pra firmatã prima facie obſtare uidetur; id quod
obijciunr aduerſarij, aſſerentes dominium di-
ctorum bonorum delle ſpiaggie non eſſe pęnes
Dominum Alamannum; ſed tranſiiſſe in hęre-
des Pauli de Victorijs. id quod ſuadere ſecun-
dum eos uidetur quædam remiſſio ſeu compro
miſſum per nob. Petrum de Saluiatis, tunc ma-
ritum dictę Dominæ Magdalenæ ex una;& Ioan
nem Victorium hæredem Pauli de Victorijs ex
alia, factum anno 1528. in Dominicum de Ghet
tinis ſuper controuerſiis dictorum bonorum;
quod etiam apertiſſimè oſtendi uidetur ex lau-
do anno 1532. deinde lato per Ioannẽ de Ghiet
tinis inter dictas partes ſuper controuerſia di-
ctorum bonorum delle Spiaggie. qui ſanè Ioan
nes aſſertus arbiter, dicta bona diuiſiſſ. ut uni-
cuique ex litigatoribus portionem dictorũ bo-
norum aſſignauiſſe dicitur; Et propterea ex di-
uiſione dictorum bonorum uidetur eſſe quæſi
tum dominium dictis hęredibus Pauli de Victo
8 rijs; † quia diuiſio continet dominij translatio-
nem ut habetur in l. ſi pupillorum in princ. ff. de
reb. eorum, & l. de diuiſione. C. com. utriuſque
iud. Alex. conſ. 95. ponderatis his col. fi. nol. 4.
Felyn. in c. quæ in eccleſiarum col. pen. de con-
ſtir. Curt. conſ. 66. ſapienter. uerſ. capio nunc,
& Pariſi. in conſ. 34. nu. 29. in 2. uol.

Sed ſi res diligentius perpendatur liquidò
conſtabit, huiuſmodi obiectiones nihil obſtare.
nam quod attinet ad dictam remiſſionem factã,
in Dominicum de Ghettinis, reſpondetur,
prædictum Dominicum, in quem compro-
miſerunt, nullum deinceps laudum tuliſſe,
9 ut ex actis conſtat. ideoque quoniam † non
entis, nullæ ſunt qualitates. l. quarta. §. final.
ff. de actio. emp. & c. ad diſſoluendum de diſpõ-
ſit. impub. ſequitur propter talem remiſſionem
vel fuerit immutatum. circa dictarum mulierũ,
& conſequenter domini Alamanni.

Præterea quamuis dictus Dominicus laudũ
tuliſſet, quod reuera non tulit nihilominus non
non potuiſſet præiudicare dominæ Magdalenę
quia remiſſio in Dominicum facta non valuit,
quippè quæ non a domina Magdalena, ſed a
Petro eius viro facta fuit ſine mandato; cum ta-
men certiſſimi iuris ſit, quòd adminiſtrator bo-
norum alicuius,& negociorum geſtorum, pro
ur aſſerunt fuiſſe prædictum Nob. Petrum, non
poteſt in arbitrum, vel arbitratorem compro-
mittere ſuper rebus illius, cuius negocia admini
ſtrat. Id quod enim requirlt ſpeciale mãdatum,
ut habetur in c. per tuas in prin. de arbitr. & gl.
in c. qui ad agendum de procurat. lib. 6. & Ioan.
Bapt. Peruſ. in tracta. de arbitr. libr. 2. capitu. 15.
numero 1.

1 Quòd uerò pertinet ad laudum latum per Io
annem de Ghettinis, reſpondetur id domino
10 Alamanno nihil obeſſe; quia † authoritas arbitro
rum ſumitur a compromiſſo. l. nõ diſtinguemus
§. de officio. l. arbiter intra. ff. de recept. arbitr.
Dec. conſi. 434. num. 7. part. 3. Soc. iun. conſ. 66.
num. 8. parte 1. Sed ipſi Ioanni nulla fuit data po
teſtas a partibus; neque fuit in eum compromiſ-
ſum aliquod factum. Et licet fortè tractatum fue
rit de compromittendo; tamen non apparet q
11 fuerit compromiſſum, † & multa tractantur, quę
deinde non concluduntur, neque fiunt, Bal. in l.
eum allegas colum. 3. ver. ſecus etiam. C. de vſu.
& in l. multum intereſt colum. 2. C. ſi quis alteri,
uel ſibi; Meritò ergo prædictum laudum valere
non debet, enim Ioannes aſſertus arbiter in ſen
tentia affirmat literis penes ſe exiſtentibus po-
teſtatem a partibus accepiſſe huiuſmodi contro
12 trouerſiam decidendi † licetque per epiſtolam
compromitti poſſit. l. publia in fi. ff. mand. gloſſ.
in l. ſed licet. ff. de conſtit. pecun. Ioan. Bap. Peru.
tract. de arbitr. lib. 9. cap. 10. tamen iſtæ literæ nõ
apparenr,& non exhibentur: quo fit ut ipſius ar
13 bitri aſſertioni ſtandũ non ſit. † Quia uerba enun
tiatiua, cuiuſmodi ſunt hæc in ſentẽtijs nihil pro-
bant, ut per Imol. in ſciendum. ff. de uerb. obl. &
latè dominus Vitalis in tract. clauſularum in c.
de uerbis enuntiatiuis in ſententijs.

Nec obſtat dum aduerſarij probare nituntur
dominam Magdalenam habuiſſe notitiam dicti
laudi, & dictæ diuiſionis; & illis non contradi-
cendo acquieuiſſe, & eas ratificaſſe; & propte-
rea ſibi per hanc patientiam præiudicaſſe iuxta
tradita per Decium in l. ſemper qui non prohi
bet. ff. de reg. iur. Quoniam reſpondetur quòd
ipſi non docent de hac ſcientia ſen notitia, ut pa
tet ex depoſitione teſtium partis aduerſæ ſuper
11. cap. ubi dicit duodecimus reſtis ſe neſcire an
Domina Magdalena habuerit notitiam dicti lau
di, & dictę diuiſionis. Ex quo ſequitur, nt præ-
14 ſumere debeamus eam id ignoraſſe; † quia prę-
ſumitur ignorantia, ubì non probatur ſcientia.
c. præſumitur de reg. iur. in 6. quod præſertim
obtinet, prout erat hic in facto alieno, nt per
Dyn. in d. c. præſumitur in princ. & in fine. quod
ſi iſtud ignorauit, non poſſunt uerè dicere eam
15 acquieuiſſe, uel ratificauiſſe; † quia ratificare
qnis

quis non videtur id,quod ignorat Alex.conſ. 135.num.2.lib.7.cum prꝺſertim ratificatio requirat ſcripturam legi,& publicari ratificanti. Grat.conſ.76.lib.1.num.47.& num.48. quare cum aduerſarij hanc ſcientiam non probauerint,nihil certe huiuſmodi allegatione iuuantur, quoniam qui allegat ratificationem, debet probare ſcientiam, ut tradit Crauet.conſilio centeſimo nonageſimoſeptimo. numero decimoquarto. libro primo, & ſecundo. quod hic non fecerunt, vt patet ex prædictis.

Quibus omnib.concluditur,quod his obiectionibus in contrarium non obſtantibus prędictus Do. Alamannus rectè probauit dominium bonorum delle ſpiaggie ad ſe pertinere. quod tunc demum quis rectè probaſſe dicitur,ſi oſtenderit titulum defuncti, a quo rē accepit,& traditionem ſibi a domino factam. l cum res.ubi gloſ.& doct. C.de probationib. Specul.in tit.de loca.§.fi. uerſ.50.& doct.in §. omnium.inſt.de action. Sed Do. Alamannus per ipſam nominationem probauit titulum dictarum mulierum,a quibus bona accepit,& probauit etiam traditionem eis factam a prædicto presbytero Franciſco,tunc emptore, & domino dictorum bonorum,meritò igitur dici poteſt, ab eo rectè probatum fuiſſe dominium.Quod quidem ſi verum eſt,quemadmodum veriſſimum puto,conſequens eſſe debet vt iure optimo affirmemus, prędictum nob. Dom.Alamannum rectè iudicium rei vendicationis intentauiſſe. Nam,vt ſupra dixi,eo iudicio is demum experiri poteſt, qui ex parte actoris dominium, ex parte verò rei conuēti poſſeſſionem probauerit. Competit enim rei vendicatio illi,qui alicuius rei plenum,uel ſaltem directum, vel utile dominium habet. l.in rem.in princ. ff.de rei uendic. §.omnium. ubi Iaſ.num.66.uerſ.circa primum dicite. inſt. de action.& docto. in l.naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq.poſſ. Et propterea in libello debet actor aſſerere ſe dominum eſſe, & petere ſe talem declarari. Bar. in l. ex diuerſo in princ.ff de rei uend.& in l.Pomponius.§. ſed & eis.ff.de procurat.& Iaſ.d.§.omnium num. 172.uerſ. reliquum eſt modo,inſtit.de action. in qua ſane actione, ut iure agat actor exigitur etiam:ut ex parte rei conuenti de poſſeſſione uel quaſi, uel detentatione aliqua conſtet, iuxta ea, quę dicit gloſſ. in d. §. omnium ubi Iaſ.num.76.uerſ. ueniamus nunc ad ſecūdum, & l. officium. ff. de rei uend.& l.un.C. de alien.iud. mut. cau.fac. idcircò dicit iuriſc. quod non compellimur inuiti ſuſcipere hoc iudicium, quia poſſumus reſpondere nos nō poſſidere,& ſic agentibus ſatisfacere.l.fi.ff.de rei uendic.& doct. prꝺallegato §. omnium. & §. nihil commune.

Quare cum in propoſita ſpecie ſecundum ea, quę diximus, de dominio actoris appareat,cōſtetque etiam de quadam reorum cōuentorum poſſeſſione,ſeu detentatione.ſiquidem ipſi aſſerunt ſe poſſidere.ut uidere eſt in 6. & 13. & 20. eorum capitulis, concludaquo neceſſe eſt, prædictum Dominum Alamannum, qui ad bona delle ſpiaggie egit rei vendicationis iudicio, vt colligitur ex eius libello,vbi petit declarari rem ad ſe pertinere iure dominij obtinere omnino debere cum probauerit incumbentia, & ideo bona illi cū fructibus pro tempore, quo aduerſarij ea tenuerunt,eſſe reſtituenda,cum in dicto iudicio reſtitui debent iuxta tradita per Bar.d.l.ex diuerſo.in prin.ff.de rei vendicatio. Alexand.l. ſi marito.§.ſi fundum, ff.ſoluto matrimonio.
16 & Iaſon d.§. omnium.numero 176. † in quo
quidem iudicio dicta reſtitutio rei cum fructibus officio iudicis venit, ut tradunt docto. d.§.omnium. vbi Iaſon numero centeſimo ſeptuageſimoquinto.& centeſimo ſeptuageſimoſexto.ſecundū opi.quam communem eſſe atteſtantur doctores ibidem, & vt atteſtatur etiam Fab.Accoromb. d. §. nihil commune. numero octuageſimonono. vbi etiam Bolognin. numero ſexageſimoſeptimo. & Antonius Rubeus numero ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo, ſunt enim in hoc iudicio omnes fructus reſtituendi, præſertim in caſu noſtro, vbi actor, vt patet ex libello eos, vel eorum valorem petijt, unde ipſi actori fructus reſtitui debent tam percepri, quàm qui percipi potuerunt per quemlibet diligentem iuxta ea,quæ tradit Iaſo.poſt alios in d.§.omnium.verſicul.& pro cuſtandis. numero 176.inſtit. de action. Quod in propoſita ſpecie maximè debet obtinere; in qua aduerſarij videntur malæfidei poſſeſſores, quandoquidem ab initio ſciuerunt, ſe non habere aliquam iuſtam cauſam poſſidendi, & ſcire debuerunt, ſibi nullum ius competere in dictis bonis,& alieni iuris conſcij,meritò de ſuo iure dubitare potuerunt, propter inſtrumentum nominationis dicti presbyteri Franciſci, & teſtamenti dicti Pauli, quæ omnia ipſi allegant in ſuis poſitionibus, quocirca tam-
17 quam malæfidei poſſeſſores, † qui ea bona
propria autoritate detinent, atque occupant, vt ex dictis ſuper decimoquinto capitul.pro parte actoris deducto colligitur, tenentur ad fructus perceptos, & percipiendos. lege certum eſt. Codice. de rei vendication. vbi etiam doctores, & Dec. in lege generaliter. numero tertio. digeſtis: de re-
18 gulis iuris. † Quamuis enim agens iudicio
petitorio rei vendicationis reuus poſſidere fateatur, tamen intelligit eum indebitè poſſidere, & iniuſtè rem detinere, & ſine titulo rem occupaſſe, vt dicit Bartol.in l.ſi mater. §. eandem. digeſtis. de excep. rei iudicat. &

V Bolo-

Bolognin. in §.nihil commune. l. naturaliter.
num.54.ff.de acq.poſſ.ubi etiam Claud.Mar-
mer.num.107.& num.134.&ibidem Normã.
num.84.& Berengar.in 3.concl.c.2.num.109.
& num.110. Ac ſeipſum eſſe poſſeſſorem pro
fitetur,ad quem res iuſtè pertineat, & propte
rea rectè fructus ſibi reſtitui petit ab eo, qui
indebitè res ſuas detinuit.

Prçterea quòd D.Alamannus in hac cauſa
19 debeat obtinere probatur, † quia ille in ſuo
libello circa bona delle ſpiaggie, cumulauit
duas actiones, quod de iure fieri poteſt pro-
pter publicam utilitatem,ne lites, ſeu litium
inſtantiç multiplicentur,uel differãtur, ut per
Bart.in l.edita.in ſecundo genere cumul.C.de
eden.& ut uitentur diſpendia.& finis aliquan
do tandem litibus imponatur.l.1. ff.de uſuca.
c.diſpendia.de reſcr.in 6.clem.diſpendioſam.
de iud.c.finem litib.de dolo,& contumac.Nã
que ut ex eiuſdem petitione colligitur,ipſe,cũ
iudicio petitorio rei uendicationis cumulauit
iudicium petitorium petitionis hçreditatis
quç quidem cumulatio fieri poteſt, quando
(ut hic accidit)actiones ſunt diuerſæ, & ad di-
uerſa tendunt,ut per Bar.& alios in l.edita.C.
de edẽ.in primo genere cumulationis. Quod
autem diuerſç ſint actiones oſtenditur, quia
† licet petitio hçreditatis ſit iudicium petitoriũ,
ut no.gl.pen.in l.2.C.de edic.D.Adr.tol.& Ia-
ſo.d.§ omnium.inſt.de act. nu.137. & Rober.
Maran.in tract.de ord.iud.in 7.diſt.4.par.prin
21 cip.num.1.† Et licet petitio hçreditatis ſit, &
ipſa actio merè realis,quç tamen habet perſo
nales prçſtationes ſecundum communẽ opi-
nionem,ut atteſtantur doc.in rub. ff.ſi cer.pe
ta.& idem Maran.eo.tract.iud.in 3.diſt.quar
tç par prin.num.8. ubi etiam ipſe fatetur hãc
22 eſſe magis communem opinionem; † Tamen
dicta petitio hçreditatis eſt iudicium vniuer-
ſale.l.1.ff.de rei uend.in prin.ubi etiam glo. in
uer.de uniuerſitate.in qua non tenetur hçres
ſpecificare res hçreditarias, ut per doc.prçſer
tim Iaſ.in §.actionum.inſt de act.nu.215.& eſt
actio bonæfidei. §.actionum.inſt.de act.& l.ul
tima.C.de edic.D.Adr.tol.Rei autem uendi-
catio eſt iudicium ſpeciale.d.l.1.ff.de rei uen-
dic.in prin.& docto.in d.§.omnium.ut tradit
Viceconierc.in l.edita.C.de eden;nu.83.& Ia
ſon.in §.actionum.inſt.de actio.nu.235. uerſ.
23 unum tamen. † Idcircò rem uendicans debet
rem,quam petit,ſpecifice declarare. l. ſi in rẽ.
24 ff.de rei uend. in princ. † Item rei uendicatio
eſt actio ſtricti iuris,& arbitraria,cum inter ar
bitrarias recenſeatur. § præterea. inſt. de act.
Vnde cum actiones diuerſç ſint,& ad diuerſa
tendant, meritò cumulari poſſunt. Et quòd
rei uendicatio cumulari poſſit cum petitio-
ne hçreditatis firmat in ſpecie Paul. Caſtrenſ.
in conſ.138. nc.in cauſa, quæ uertitur coram
Locumtenentem patriç. columna prima. nu-
mero primo. parte ſecunda.
25 Neque obſtat † ſiquis opponat impediri
cumulationem, quando una actio eſt maior
altera.ut in l.per minorem,ff.de ind.& docto;
in l.edita.in 4 reg.prohibitiua.C.de eden. Ve
luti quando in iudicio quis experitur duabus
actionibus,quarum una eſt maioris auctorita
tis,quàm altera, cuiuſmodi eſt petitio hçredi-
tatis,quæ efficit, ut aliæ particulares actiones
ceſſent.l.fi. C.de petitio.hæred. & Marant. in
tract.iudic.parte quarta.diſtinctio. 20. nume-
ro 6.Quoniam reſpondetur,quòd regula.d.l.
per minorem,procedit in cauſis connexis,vbi
fieret præiudicium,ſecus autem eſt in ſepara-
tis,vt tradit Dec.in l.edita. numero 67. C. de
edendo.& propterea maior ratio non efficit,
vt aliæ minores ceſſent, quãdo minores ſunt
diuerſæ,& penitus a maioribus ſeparatæ,ut in
ſpecie limitat Dec.d.l.edita.in reg.3.& in reg.
5.in 2.limitatione. numero 67. quam limita-
tionem ſequitur etiam Bologuet.in d.l.edita.
numero 109.& numero 113.C.de eden. Pa-
tet igitur ex prædictis,rectè potuiſſe cumulari
petitionem hæreditatis cum iudicio rei vendi
cationis. In petitione autem hæreditatis uti
rectè quis experiatur ex parte actoris duo re-
quiruntur.

Primum,vt conſtet de morte illius, de cu-
ius hæreditate agitur,vel per teſtes,vel per fa-
mam certis autoribus ortam. l. ſiquidem. C.
ſol.mat. Petitio enim hæreditatis competit il
li,qui eſt hæres ex teſtamento,ſiue per ſe, ſiue
per mediam perſonam etiam extranei. l. 1. 2.
& 3.ff.de petitio.hæred.l.1.& 2.ff. de poſſ.hæ-
red.petit.adeo vt ſi ante me complures extite
rint ſucceſſores,quorum vnus alteri ſucceſſe-
rit,ego,qui ſim hæres ultimi, docere poſſum,
me eſſe hæredem primi, & illius tamquam e-
ius hçres petere poſſum hæreditatem,quam-
uis ei non ſuccederem, vt tradit Iaſon. d. §. a-
ctionum.numero 209.inſt.de action. In codẽ
iudicio ſatis ẽ quod actor doceat defunctum
tenuiſſe,& poſſediſſe tempore mortis rem,
quam petit,etiam ſi neque dominium,neque
titulum,iuxta tradita per Paul.Caſtr. d.conſil.
138. parte ſecunda. Secundo verò ex parte
actoris requiritur, ut agere uolens,prius adie
rit hæreditatem iure ciuili, ſicut in poſſeſſoria
hæreditatis petitione, opus eſt ut iure præto-
rio quis agnoſcat bonorum poſſeſſionem
priuſquam agat.lege ſecunda. §.interdum. ff.
de vulgari,& pupillar.ſubſtitution.& lege pri-
ma §.ſi impuberi.ff.de collation.bonorum.&
doctores d.§.actionum.inſt.de action. Si ue-
rò petitionem hæreditatis ex parte rei con-
uenti conſideremus, res ſatis eſt expedita,
quoniam datur contra illum, qui poſſidet
pro hærede, ſeque hæredem eſſe bona fi-
de putet, cum tamen non ſit, vel etiam, qui
malæfidei tamen ſit, ſciatque ſe non eſſe,
& ta-

& tamen aſſerat ſe hæredem. *l.* pro hærede. vbi gl.ff.de pet.hær.vel etiam competit cõtra poſſidentem pro poſſeſſore,qui nullum tit.po teſt allegare,niſi quia poſſidet.d.l.pro hærede §.fi.cum l.ſeq.ff.de pet.hær.& gl.in verſ.hæreditatis.in §.actionum.vbi Iaſ.nu.a 17.& Aret. nu.66.inſt.de act.

Quamobrem cum in caſu prædicto cõſtet de morte D.Magdalenæ,& Do.Franceſchinæ de quarum hæreditatibus agitur, vt patet ex 11.& 12.poſitione deducta pro parte actoris; cumq; ipſe actor optimè probauerit dicta bona delle ſpiaggie detenta,& poſſeſſa fuiſſe a di ctis mulierib. dum ipſæ in humanis fuerunt, poſtea uerò in earum reſpectiuè hæreditatib. remanſiſſe,demum uerò appareat d. actorem adiiſſe hæreditatem, & fuiſſe hæredem dictarum mulierum,ſupereſt vt dicamus d.D.Alamannum actorem in hoc iudicio petitionis hæreditatis obtinere debere,& conſequi poſſe prædicta bona cum fructibus, quoniam ẽt in petitione hæreditatis ueniunt fructus nedum dercepti,ſed etiam percipiendi,vt habetur in l.ſed ſi.§.& ſi fructus.ff.de pet.hæred.& Bar.in l.ex diuerſo.ff.de rei uend. Iaſo. in d.§. actionum.nu.234.& ſeq. vbi alij doct.

Quod autem probatum ſit dictas mulieres tenuiſſe,& poſſediſſe dicta bona,dum ipſæ vixerunt, poſtea verò remanſiſſe in earum hæreditatibus,apparet ex depoſitione teſtiũ examinatorum pro parte actoris ſuper 9.cap. vbi primus teſtis examinatus dicit ſe vidiſſe bona delle ſpiaggie integrè teneri, & poſſideri, & ex eis fructus percipi per d.Magd. & D.Frãciſcam, vſq; ad earum mortem, demum verò dicta bona remãſiſſe in earum reſpectiuè hęreditatibus, prout deponit etiã idem primus teſtis examinatus ſuper interrogatorijs partis aduerſæ. comprobatur hocidem ex depoſitione tertijdecimi teſtis examinati ſuper eodem 9.c.vbi dicit dicta bona poſſeſſa,& detenta fuiſſe a Do.Magdalena & Do.Franceſchina qui fructus vſque ad earum mortem recollegerunt,& poſtea in earum hæreditatibus remanſiſſe.

Quod autem prædictus D. Alamannus hæreditatem adierit,& fuerit ſucceſſor, & hæres D.Magd.& D.Franciſcæ probatur,tum ex 17. c.pro parte actoris,tum etiam ex 20. c. partis aduerſæ,vbi pars aduerſa fatetur,præd.D.Alamannum fuiſſe, & eſſe hæredem prædictarum mulierum,de quarum hæreditate tractatur. Atq; ex his omnib. ſtatuendum exiſtimo indubitatè bona prædicta delle ſpiaggie vnà cum fructibus eſſe actori præd.reſtituenda.

Secunda ſupereſt inſpectio,quam diximus pertinere ad molendinum delle cartaie, ſeu del portareca. Circa quod quidam molendinum reſpondendum eſſe puto,prædictum D. Alamannum actorem obtinere de iure debere. Quamuis.n.fortè de dominio non docuerit concludenter, quandoquidem ad illius titulum comprobandum non produxit (quod ego animaduerterim)niſi quandam partitam libri æſtimi,& decimarum ciuitatis Florentiæ, in qua dicitur prędictum molendinum anno 1517.allibratum fuiſſe ſub nomine D.Magda
26 lenę filię Pauli Victorij: † Qui liber ęſtimi regulariter non probat dominium rei allibratę pro eo,cuius nomine allibrata res in ęſtimi li bro deſcribitur,vt per Corn.conſ.165.profectò.lib.3.& Soc.conſ.205.lib.2.num.2. ſed ſolum prędictus liber ęſtimi inducit quandam pręſumptionem iuxta notata in l.decem.ff.de verb.obl. Nihilominus alijs rationibus optimè poteſt oſtendi,prędictum actorem contra reos conuentos rectè experiri,& propterea ẽt obtinere debere circa dictum molendinum. Quod ut apertius conſtet,animaduertendum arbitror, quòd prędictus actor, dum egit ad molendinum, intentauit remedium capituli redintegranda.3.q.1.ut adparet ex uerbis ipſius libelli,ubi petit ſe redintegrari. Ex quib. colligi poteſt intentatum fuiſſe dictum remedium.c.redintegranda, & animaduertit Dec. in conſ.57.nu.2.par.1.& in conſ.252.nu.1.parte 2. Quod quidem remedium datur illi, qui ſemel poſſedit,& probauit de antiquiori poſſeſſione, quę poſtea ad aduerſarium quocumque modo peruenit,ut per Innoc.in c.ſępe.de reſt.ſpol.Lap.deciſ.52.inc.lętatus ſum.num.7. uerſ.ipſe uerò dominus. quam opinionem Innocentij ſequutus eſt etiam Panormi. in c. cũ ad ſedem.de reſt.ſpol.& in cap.ſi diligenti.de pręſcr.& Dec.in conſ.57.nu.3.uerſ.ſed his nõ obſtantib.par. 1.& conſ.449.num.24.par.4.& conſ.252.nu.2. par.2. ubi dicit dictum remedium.c.redintegranda, tunc demum competere, cum pro parte actoris probatum fuerit de aliqua poſſeſſione,quę ad aduerſarium deinde peruenerit, ut etiam per Bellon.in conſ. 36.nu.1.& Aug.Bero. in c.in literis. nu.33.de reſt.ſpolia. Quę omnia ſuadent, ut in iudicio redintegrandę poſſeſſionis is obtineat, qui probat de ſua antiquiori poſſeſſione,& conſequenter oſtendit poſſeſſionem ſuam poſtea ad aduerſarium deueniſſe.Id quod factum nõ eſt difficile,propterea quod probata antiquiori poſſeſſione, dicitur etiam re ipſa probata ſpoliatio.Bal.in l.pen.C.ſi a non compet.iudice.& Panorm.in c.olim.1.de reſt.ſpol.Dec.cõſil.57.numero 3.in fine.& d.conſ.252.numero 2. parte 2. Verum in caſu propoſito uidetur eſſe probatum per actorem de antiquiori poſſeſſione,& conſtare etiam uidetur eam deinceps ad reum perueniſſe, ergo obtinere debet actor in hoc iudicio redintegrandę, cum probauerit de antiquiori poſſeſſione, neque dubitetur de poſſeſſione iniuſta reorum: quandoqui dem reus confitetur ſe poſſediſſe vt patet ex 6.& 19.c. ſeu poſitione partis aduerſæ, quocirca reus videtur fateri ea,quæ in

poſitionibus continentur,vt per Bar.in l.2.§. quod obſeruari. col.4. C. de iuram.calum.& Dec.in prælleg.conſ.252.nu.2.par.2. Quod autem videatur probatum de poſſeſſione antiquiori apparet, quia poſito etiam quod ſcriptura locationis factæ a Do. Alamano die 28 Nouemb.1558. Itemque ſeptimus,& duodecimus teſtis examinati pro parte actoris aſſerentes Dom. Alamannum locauiſſe dictum Molendinum, non plenè probent poſſeſſio-
27 nem, † quaſi ſola locatio ſine fructuum perceptione,dum alius poſſidere reperitur, præſumptionem ſolum inducat, non autem poſſeſſionem probet,vt per Bar. in l. qui vniuerſas.§.quod per colonum,& in l.quamuis. §. ſi conductor.ff.de acq.poſ.& Dec.conſ.302. nume.15.& 16.par.2.& Grat.conſ.50. nu.2.par.1.& Nicolaus Boerius.deciſ.239,nume.5.col.fi.par. ſecunda. Nihilominus adhuc dicendũ videtur poſſeſſionem d.Dom.Alamanni probari ex dictis aliorum teſtium pro eius parte examinatorum. Nonus enim teſtis examinatus ſuper 17. cap. dicit ſe iuiſſe cum dicto Domino Alamanno ad dicta bona,ſeque ſcire d. Dominum Alamannum dicta bona tenere, poſſidere,& recognoſcere tamquam ſua.Decimus quoque teſtis examinatus ſuper eodẽ 17.cap. dicit ſe ſcire Dominum Alamannum tenere,& poſſidere, tenuiſſe, & poſſediſſe octo abhinc annis dictum Molendinum, & ſe olim,dum eſſet molendinarius,tenuiſſe dictũ molendinum pro Domino Albmanno. Octauus etiam teſtis affirmat ſe uidiſſe dictum a-
28 ctorem † ſæpe ire ad dicta bona, ex quo quidem itinere ad controuerſiæ locum dicitur conſeruari poſſeſſio, vt per Bald. in l. indicia. num.6. verſ. item per modum.C. de rei uend. & idem Bald.in l.poſt ſententiam.num.12.uerſicul.modo quæro. C. de ſen. & interlocu. & Claud.Seyſ.l.Celſus.numero 44. ff. de uſuca. Quocirca probata hoc modo antiquiori poſſeſſione prædicti Dom.actoris,ſequitur, vt ipſe rectè egerit iudicio redintegrandæ poſſeſſionis ad dictum molendinum, & propterea rectè petierit ſe redintegrari, & reſtitui ſibi fructus pro eo tempore,quo reus conuentus ea detinuit. Nam & in remedio redintegrandæ veniunt etiam fructus, ut dicit Archid. in d.c.redintegranda.3.q.1. verſic.ſed quid erit, vbi etiam Sangemin.& Dec.conſ.252.par. 2. num.1. cum ſimil.

Rurſus poſito quòd prædictus actor non probaſſet poſſeſſionem ſuam antiquiorem,& conſequenter non poſſet obtinere virtute remedij. cap.redintegranda.3.q.1.nihilominus dicendum eſſet, prædictum actorem alia ratione obtinere poſſe, nimirũ quia ipſe actor vt ex eius libello conſtat,dum petit bona relaxari ſibi ut hæredi &c. uidetur etiam reſpectu dicti molendini cumulaſſe petitionem hęreditatis,quemadmodum ſupra cũ alia actione cumulauerat.In qua quidem actione non eſt opus quod actor probet ſuum dominium uel ſuam poſſeſſionem, ſed ſufficit quòd ipſe probet,defunctum tenuiſſe & poſſediſſe tempore mortis ſuæ bona, de quibus agitur, tanquam dominus, neque præterea requiritur probatio alicuius tit, vt in ſpecie dicit Paul. Caſtrens. in d.conſ.138. incip. in cauſa, quæ uertitur coram locum tenente num.1. col. 1. parte 2.nam ſi actor tantum articulat, & probat rem,de qua quæritur detentam & poſſeſſam fuiſſe a defuncto tempore ſuæ mortis,uti que actor obtinebit etiam ſi nil præterea probauerit, ut tradit Angel. Aret.in §.actionum num.68.in fine uerſ. ex quo inſtit. de action. Sed actor optimè probauit,molendinum prędictum detentum, & poſſeſſum olim fuiſse per dictam D.Franciſcam,& D.Magdalenam eius auctrices, ipſumq́; molendinum in earũ reſpectiuè hæreditatibus tempore earundem mortis fuiſse repertum ; meritò dicendũ eſt non obtinere debere in hoc iudicio petitionis hæreditatis, quamuis ipſe actor neque dominium,neq; poſſeſſionem probaſſet. Quod autem oſtenderit actor poſſeſſam fuiſſe molendinum ab ipſis mulieribus tempore earũ mortis, colligitur ex depoſitionibus teſtium examinatorum pro parte actoris ſuper 16. c. ſuper quo ſeptimus teſtis examinatus dicit ſe tamquam vicinum ſcire,quòd D.Magdalena & D.Franceſchina tẽpore earum vitæ habuerunt,tenuerunt,& poſſederunt per ſe,& alios pro eis detinentes bona, de quibus eſt quæſtio, & ea remanſiſſe in earundem hæreditatibus tempore mortis earum.Idem etiam atteſtatur quartuſdecimus teſtis ſuper eodem 16 c.examinatus,qui dicit quòd D.Franceſchina & D.Magdalena tenuerunt,& poſſederunt dictum molendinum tempore earum uitæ,& remanſit in earundem reſpectiuè hæreditatib. Ex quib.apertè conſtat quòd cum bona poſſeſſa fuerint per defunctum, ſine dubio d. actor potior eſſe debet in iudicio petitionis hęreditatis. Neque ob.ſi quis obijciat,quòd pro d.molendino D. Alamannus actor nõ potuit agere petitione hęreditatis,quippe qui articulauit in 17. cap. & probare conatus eſt ſe poſt mortem D. Franceſchinæ apprehendiſſe poſſeſſionem d. molendini,quo caſu non uideretur illi competere petitio hæreditatis,quaſi in eo iudicio nõ debeat actor articulare,& probare ſe aliquo tempore poſt mortẽ teſtatoris nactum eſse poſſeſſionem rei,ad quam agit,ſi uult obtinere,ut dicit Ang.Aret.in §.actionũ. nu.69.uer.ad unum tamen aduerte.inſt.de actio.ubi Io.de Platea. col.6. uerſ. item caueat hæres,& Iaſ.nu.138.ult. pro perfecto.Nã certè eſt animaduertendũ,quòd aut D.Alamannus probauit ſuam poſſeſſionem,quemadmodũ dixi,& tunc certum eſt cõpetere illi remedium.d.c.redintegranda.Aut uerò nõ,ꝓbauit poſſeſ-

poſſeſſionem dicti molendini, & tunc competit ei petitio hæreditatis, cum probauerit, molendinum remanſiſſe in hæreditate dictarum mulierum. Nec obſtat doctr. Ang. Aret. Ioan. de Plat. & Iaſo. d. §. actionum. vbi volunt quòd agens petitione hæreditatis non debet articulare, & probare poſſeſſionem, ſi vult vti petitione hæreditatis; quoniam reſpondetur quòd doctores in prædictis locis non ſimpliciter dicunt, actorem non debere articulare poſſeſſionem, volentes ſimplicem ſolamq; articulationem prohibere, ſed ſentiunt cautius eſſe non articulare, & dicunt, actorem non debere probare poſſeſſionem: & quòd hæc ſit eorum intẽtio patet ex ratione, quam ipſi adducunt, a qua dictum regulari ſolet. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. dicunt. n. quòd ſi probatum eſt actorem ſemel accepiſſe poſſeſſionem, vtique poſt apprehenſionem poſſeſſionis, res apprehenſa deſinit eſſe hęreditaria. vt per gloſſ. & docto. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ. propter confuſionem factam. arg. l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & conſequenter efficitur res hæredis, pro quibus quidem hæredis rebus non datur petitio hæreditatis. l. quod ſi in diem. §. non ſolum. in fi. & l. patre a domino. §. ſi poſſeſſor. ff. de petit. hæred. ſed debet res vendicari, vel alio remedio agi, vt dicit Iaſ. d. nume. 238. Quamobrem ſi dicamus quòd Dominus Alamanns non probauerit ſe accepiſſe poſſeſſionem poſt mortem dictarũ mulierum, vtique nihil ſibi nocet articulaſſe poſſeſſionem ſi eam non probauit, & propterea potuit agere petitione hæreditatis ad dictum molendinum, quia ceſſat ratio poſſeſſionis apprehenſę, quæ ſanè apprehenſio poſſeſſionis impediebat iudicium petitionis hære-
29 ditatis, vnde † ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante. de appel. Ideoq; quoniam nihil refert actorem articulaſſe poſſeſſionem, quã re vera non acceperit; conſequens erit, vt ipſe actor rectè hoc iudicio petitionis hæreditatis experiatur; & propterea rem eum fructibus debeat obtinere ſecundum prædicta.

Ego Antonius Cioſius.

SVMMARIVM.

1 *Petitorio rei vendicationis iudicio qua veniant.*
2 *Actionis qualitas ex medio concludendi cognoſcitur.*
3 *Victor quis exiſtat in iudicio rei vendicationis, & qua probare debeat.*
4 *Actor titulum neceſſario probare debet.*
5 *Probatio non concludens eſt reijcienda.*
6 *Dominus qui olim fuit hodie quoque dominus præſumitur.*
7 *Dominium debet probari non præſumi quando principaliter deducitur in iudicium.*
8 *Finium diuerſitas facit præſumere diuerſas, & varias.*
9 *Teſtis non rectè probat aſſignans rationem non concludentem.*
10 *Interdictum recuperandæ aduerſus illum exercetur, qui vi armata de poſſeſſione aliquem deiecit, & vt concurrant duo, vt competat eſt neceſſe.*
11 *Remedio canonis, redintegrandæ, vt quis obtineat, quæ probanda.*
12 *Remedium canonis, redintegrandæ quando, & contra quem non intentetur.*
13 *Libellus in petitorio publiciana qualiter concludi debeat.*
14 *Publicianæ iudicium quæ probanda requirat.*

CONSILIVM CXXV.

Diuinò nomine inuocato.

MVltum Magnifici, & ſpectabiles D. Conſules Maris, & Doanæ ciuitatis Piſarum plurimum obſeruandi. Quoniam cauſa quæ coram vobis iudicibus delegatis, vertitur, inter Dominam Catherinam vxorem olim Andreæ Porratæ actricem ex parte vna, & Nicolaum cognomento Cainum, cauponam, vel ſtabulum Piſis exercentem ex parte alia; ad me tranſmiſſa fuit, vt dicerem, conſulerem, & referrem, quę ſint partes veſtrę in iudicando ſuper dicta cauſa; idcirco viſo proceſſu facto ſuper allegata paupertate, cum ſupplicatione & reſcripto & ſententia inde ſecuta, per quam dicta Domina Catherina admiſſa fuit ad agẽdum ſecundum diſpoſitionem Ducalis legis pauperum. Viſaq; petitione a dicta Domina Catherina propoſita ſuper cauſa principali cum capitulis, & atteſtationibus factis ad inſtantiam dictæ actricis, & perſpectis exceptionibus, & interrogatorijs dicti Caini Cauponis, & replicationibus, & ſcripturis, & iuribus vtriuſque partis, alijſq; omnibus conſiderandis diligenter conſideratis: Diuino nomine repetito, conſulo, dico, & refero partes magnificentiarum veſtrarum fuiſſe, & eſſe, ut decernant, pronuntient, & declarent petita per dictam Dominam Catherinam non fuiſſe, neq; eſſe facienda, uel concedenda. Et propterea dictum Cainum reum conuentum liberandũ & abſoluendum fuiſſe, & eſſe a petitione dictę actricis. Eandemq; Dominam Catherinã actricem ab expenſis propter probabiles cauſas quę animum noſtrum ad hoc mouerunt, & mouere debuerunt abſoluendum, & liberandum fuiſſe, & eſſe omni meliori modo &c. Inducor autem ad ita dicendum, ac referendum ex infraſcriptis potiſſimum iuribus, & ra-

tionibus,uidelicet quia ſi dicta actrix,experiri
1 uoluit,iudicio † petitorio rei uendicationis in
quo quidem iudicio ultra dominij declara-
tionem quę fit iure actionis, uenit etiam reſti
tutio poſſeſſionis,& rei, cum fructibus officio
iudicis.§.omnium.inſt.de actionib. ubi Iaſ.nu
me.175.&176.ſecundum opi.communem, ut
atteſtatur Fab.Acorombo.in §.nihil commu-
ne.num.89.& ibidem Bologn.num.67.& Ru
beus Alex.num.243. l.naturaliter. ff.de acqu.
poſſ. quod ſanè remedium rei uendicationis
forte dicta actrix uoluit intentare,ut patet ex
uerbis libelli dicentis iure dominii &c. ex cu-
2 ius medio † concludendi qualitas actionis co
gnoſcitur ſecundum Bar.Dec. in l. certi con-
dictio.in prin.ff.ſi cer.pet.& Alex.conſ.21. 1.
uol.Panor.c.literę.de dilation. Atque hoc cer
tè iudicio actrix obtinere non poteſt, quia in
3 iudicio rei uendicationis,ille dumtaxat † uin-
cit,qui de duobus extremis docuerit. Primo
.n. ex parte actoris probari debet dominiũ di
rectũ,uel utile.l.in rem.in prin.ff.de rei uend.
l.ſi mater.§.eandem.ff.de excep.rei iud.& §.1.
vbi Iaſ. num.69.verſic.circa primum dicite. in
ſtitut. de action.qui dicit omnes ita tenere,vt
tenet etiam Panormit. conſ.109.& Fabius
Acoromb.in l.naturaliter.§. nihil commune
vbi etiam Fernand, nu. 33. & Rubeus Alex.
num.224.& Bologn.num.54.& Claud. Mar-
mer.num.134.ff.de acquir.poſſ.& Pariſi. con
ſi.61.num.2.vol.1.ſecundo vero ex parte rei
conuenti in jud,rei vendicationis probare de
bet actor reum conuentum poſſidere uel de
tinere rem de qua agitur.d.§.1.inſtit.de actio.
l.officium.ff.de rei vendic. l. 1. C. de alienat.
jud.mut.cauſa fact.c.examinata. de iudic. At
qui dicta actrix non probauit ad.ſe ſpectare
dominium petiæ terræ quam petit ſibi reſti-
tui & relaxari,nec etiam probauit reum con-
uentum,eam petiam terræ de qua agitur poſ-
ſidere.ergo in iudicio rei uendicationis non
poteſt obtinere.Inde autem patet,actricẽ de
dominio non docuiſſe, quia licet probetur
Bartolomęum dicta prædia emiſſe nomine
Antonij filij fratris,tamen ut ex actis conſtat
non fuit probatum nec etiam articulatum di
cta bona, per dictum Antonium retenta,&
poſſeſſa fuiſſe toto tempore eius uitæ uſque
ad eiuſdem mortem cõtinuè,pacificè & quie
tè & bona fide & per legitimum tempus pro
ſua & tanquam ſua, nec probatum fuit neque
articulatum inter bona hæreditaria dicti An
tonii tempore eius mortis remanſiſſe petiam
terræ de qua nunc agitur.rurſus non fuit pro
batum nec explicitè aut expreſsè articulatum
dictam actricem adijſſe hæreditatem dicti An
tonij eius patris,quæ omnia ad reportandam
victoriam in hoc iudicio rei uẽdicationis pro
barę oportuerat.
4 Quandoquidem † actor titulum neceſſariò
probare debet,ueluti ſe adiiſſe hereditatem il
lius in qua erant ea bona:nam per aditionem
hęreditatis adeunti vidętur acquiſitum domi
nium.l.cum hęredes in princ. ubi etiam Ca-
ſtrenſ.ff.de acquir.poſſ.l.pro hęrede in princ.
ff. de acquir.hęred.& §. pen.Inſtit. de hæred.
quæ ab inteſt.defer.Bar.in l.in rem actio, nu.
1.verſ.quęro qui ſunt.ff.de rei uend.Dec. con
ſi.598.num.4.parte 5.Crot.conſ.34.& conſil.
75.Crauetta conſil. 157.parte 1. Quare licet
actrix prędicta probare nitatur Antoniũ eius
patrem dominum quandoq; fuiſſe dictę petię
terræ,nihilominus nihil efficit, tum quia ad
hoc probãdum unicum teſtem produxit, per
quem de antiquo & præterito dominio nihil
fuit probatum,tum etiam quia non docuit de
præſenti dominio, nec oſtendit, ut dixi ſupe-
rius Antonium eius patrẽ toto tempore ſuę
vitæ ea bona in ſuo dominio habuiſſe.Quam
uis enim cõcederetur Antonium aliquando
dictæ terrę fuiſſe dominum, nõ propterea ta
men probatur ea bona in ſuo dominio uſque
ad eius mortem permanſiſſe,quia forte ipſa
5 bona alienauit, ideo † probatio hæc uti non
cõcludens eſſet omnino reijcienda.l.non hoc
C. unde cognati. Nec enim ſufficit probare
dominium præteritum, veluti annis abhinc
centum autores actoris dominos extitiſſe,l.&
quæ nondum.§. quod dicitur. ff. de pigno.
actione. Bald.in .l.ſi qui adulterij. C. de adul-
ter. Saly. in. l. ex perſona C. de probation.
Alex.conſ. 16.volumine 5.Crot.conſ. 34.nu.
6 14.Nec obſtat ſi diceretur præſumi eum † qui
dominus olim fuit hodie quoque dominum
eſſe.l.ſiue poſſidetis.C.de probat.c.pręterea.
vbi Panorm. de tranſact. Quoniam reſponde
tur.Primo illud uerũ eſſe quando pręſumptio
fuit allegata,quod hic factum non eſt,quando
enim pręſumptio non allegatur tunc ſanè prę
ſumptio prodeſſe non poteſt Bal. in l.etiam.
C.de execut. rei iudic.col.3.Crot.d. conſ.34.
num. 15. & num. 16. ſecundo reſpondetur,
7 † quando dominium deducitur principaliter
non ſat eſſe de eo docere per pręſumptiones
ſed oportet illud probare per veras, plenas,
ac legitimas probationes.Bal. in l.rem quę no
bis.col.fi.ff.de acquir. poſſ.Soci.& Iaſ. colu.7.
Decius conſ.221.nu.7.parte 2. Tertio reſpõ-
detur,regulam dictę legis,ſiue poſſidetis.locũ
habere quando plenè probatum eſt de anti-
quo & pręterito dominio, ſecus ſi de eo ni-
hil vt hic euenit probatũ fuit.Alciatus in trac.
pręſcriptionum in 2.reg. in 20.pręſumpt.nu.
5. in additione Ioan. Nicol.

Pręterea dicta actrix nõ probauit aliud re-
quiſitum neceſſarium ex parte rei conuenti
nec oſtendit Nicolaum,ſeu Cainum reũ con-
uentum bona de quibus lis eſt poſſidere.licet
enim in 7.capitulo articulauerit dictum Cai-
num ab annis 11. citra tenuiſſe & occupaſſe,
& hodie tenere et occupare petiam quandã
terrę de quo in allegato inſtrumento & peti

tione

tione propoſita, tamen teſtes ſuper hoc exa-
minati nihil concludenter deponunt, quia
8 †ex diuerſitate finium prǽſumitur rei diuerſi-
tas & varietas.l.1.ubi Bart.C.ſi unus ex pluri-
bus appella. Afflic. Deciſ.23.num.1.Atqui fi
nes aſſignati in dicta poſitione non conue-
niunt finibus de quibus mentionem faciunt
teſtes examinati ſuper dicto ſexto cap.ut col-
ligitur ex dicta petitione & ex atteſtatione pri
mi & tertii teſtis examinati ad inſtantiã actio
nis. Quinimo teſtes qui examinantur ſuper
nono cap. in quo actrix articulat bona petitá
eſſe eadem quæ Cainus poſſidet, & occupat
non concludenter deponunt de identitate
dictorum bonorum:nam prǽterquam, quod
menſuram petię terrę petitę, diuerſa eſt ab ea
de qua meminerunt teſtes, & de qua mentio
eſt in inſtrumento producto per dictum Cai-
num,duo tantum teſtes ex omnibus produ-
ctis pro verbum, credo, & pro uerbum, ſuo
iudicio, atteſtantur identitatem bonorũ, qui
9 ſanè cum † rationem non concludentem aſſi-
gnent,non rectè probanr.Iaſ.in rub.ff. de iure
iurando. & conſ.57. 1.uolu.& Ruy.conſ.161.
num.6.uol.5. ex quibus omnibus audacter af
firmari poteſt actricẽ in iudicio rei uendica-
tionis ſecundum ea quæ proponuntur obti-
nere non poſſe.

Præterea ſi dicta actrix experiri uoluit re-
medijs poſſeſſorijs recuperandæ, uel condi-
ctione ex Canone,redintegranda.3.q.1.ut ui
detur colligi ex petitione, & eius medio con-
cludendi dum ibi dicitur, petitam terram ad
actricem pertinere ratione poſſeſſionis, quã
petit ſibi reſtitui, & relaxari cum fructibus,
quo caſu uideri cuipiam poſſet intentatum
fuiſſe remedium Canonis, redintegranda.3.
q.1.ut per Alex.conſ.200.in princ. lib.2. & Ia
ſon in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de ac
quiren.poſſ.& Decius conſ.17.nume.2.par.1.
Ac profectò poſito etiam, ut actrix his reme-
dijs poſſeſſorijs experiri voluerit,nihilominus
concludendum arbitror actricem ex hoc ca-
10 pite obtinere non poſſe. Primo,quia † inter-
dictum recuperandę aduerſus illum exerce-
tur,qui, ui armata de poſſeſſione aliquem de-
iecit,uel mandauit,uel ratum habuit.l.1.§. ſed
& ſi cum quis.ff.de ui,& ui arma. & §.recupe-
randæ.inſt.de interdict. Duoque concurrant
neceſſe eſt,ad hoc, ut huiuſmodi interdictum
competat. primum ut actor poſſederit cum
deijcitur,deinde uero deiectus ſit.l.1.§.inter-
dictum.ff.de ui & ui arm.Secundo requiritur
poſſeſſionem eſſe penes aduerſarium, ut per
Panorm.in c.paſtoralis.& c.ſępe, de reſt. ſpo-
liatorum.& Maran,in tract.iudic.par.4.diſt.7.
num.21. Secundo prærerea non poteſt obti-
nere ex condictione Canonis,redintegran-
11 da.3.q.1.quia in † remedio Canonis,redinte-
granda.is demum obtinet,qui probat ſe anti-
quiorem poſſeſſionem quàm aduerſarium
habuiſſe,ſeq; eadem poſſeſſione ſpoliatũ fuiſ
ſe a reis conuentis, qui modò poſſideant, uel
detineant.l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de
ui publ.c.ad ſedem.de reſt.ſpol.Inno. in c.ſæ-
pe.de reſt.ſpol.Panorm, c.ſi diligenti.de præ-
ſcrip.Alex.conſ.6.par.3.num.4.& nume.5.&
d.conſ.200.par.2.Dec.conſ 449.nume.24.&
conſ.252.num.2.& conſ.57.par.1.Grat.conſ.
40.num.2.uol.2. Afflic.deciſ.327.Lap. deciſ.
52.incip.lætatus ſum.num.7.uer.ipſe uerò do
minus. Atqui in propoſita ſpecie dicta actrix
non probauit ſe aliquando poſſediſſe. Nec
probauit, neque etiam articulauit ſe a Caiuo
aduerſario ſpoliatam fuiſſe,quinimò ipſe Cai-
nus producit inſtrumentum ex quo conſtat
de iuſto tit. eorum bonorum quæ ipſe poſſi-
det in dicto Communi Sancti Ioannis ad Ga
tanum.Igitur actrix prędicta ex hoc capite ob
tinere de iure non poteſt. prǽſertim cum con
12 tra tit. poſſidentem † non poſſit intentari re
medium.d.c.redintegranda, dummodo illius
poſſeſſio non ſit uitioſa,uel clandeſtina.Alex.
conſ.118.lib.2.& conſ.51.lib.1.Socy.in l.rem
quę nobis.num.16.ff.de acq.poſſ.Corn.conſ.
282.num.7.lib.3.& conſ.329.nume.30. lib.1.
Calcan.conſ.116.col.2.uerſ.ſed & 3. Ruynus
conſ.56.lib.4.Crot.conſ.75.num.5.& conſil.
47.num.20.Rub.Alex.§.nihil commune. nu-
me.71 & 72.l.naturaliter.ff.de acq.poſſ. Dec.
conſ.57.col.fi. Pariſ.conſ.12.nu.9. lib.4. Socy.
iun.conſ.47.nu.25.lib.2.

Quod ſi experiri uoluit actrix,remedio pe-
titorio publicianę, ut ſuadere poſſe uidentur
13 uerba † libelli dicentis,ſpectare ad ſe iure do
minij, uel quaſi,ſicut concludi ſolet in libello
publicianæ,ut per Bald.in l.1. col.fi.C.ſi plures
una ſent.& Alex.conſ.96.num.11.uol.4. Ad-
huc quoque concludendum eſt, ut ſupradixi
prędictam actricem ſuccumbere, de iure
14 debere. † quandoquidem in iudicio publicia
nę probandus eſt tit.& traditio ſecuta uirtute
prędicti tituli cum bona fide, ut l.1. in princ. l.
ſiue autem.§.1.ff.de public.In rem act. Ange.
in l.eum qui.§.fi.ubi etiam Bar.ff.eo.Afflic.de
ciſ.40.incip.caſus iſte.num 4. & Soc.iun,con
ſil.128.par.2. Atqui dicta actrix,neque titulũ
neque traditionem ſibi factam probauit,ut ſu
pra dixi,& ex inſpectione actorum colligitur,
ex quorum lectione negatiua probari ſolet.
Bar.l.hi qui ad ciuilia.num.4. C. de appel.& l.
fi.C.de reb.cred. Igitur undecumque ſe uer-
tat actrix ſuccumbat omnino ſecundum prę-
dicta neceſſe eſt. Et ex his,& alijs quę copio-
sè deduci poſſent, & quę ne longior ſim omit
tuntur,ſtabiliuntur ea quę diximus,& propte-
rea ſecundum prędicta conſulo,dico,& refero
omni meliori modo &c. ad laudem Dei. die
8.Iulij 1568. redditum.

SVMMARIVM.

1 *Offenſio veniens ex noua cauſa nõ dicitur violare pacem.*
2 *Cauſa de nouo ſuperueniens non rũpit pacem initam, neq; deberi pœnam facit.*
3 *Diſpoſitio ſtatuti non conuenit illi, cui non conueniunt uerba illius.*
4 *Cauſa de nouo ſuperueniſſe potius præſumitur quã rupta pax ex ueteri.*
5 *Cauſa offendendi noua, licet iniuſta & illicita non rumpit pacem initam.*
6 *Interpretatio in dubijs debet fieri, vt pœna non dicatur commiſſa.*

CONSILIVM CXXVI.

In Dei nomine.

Onciliata fuerat pax, & inſtru mẽto
ſine ulla pœna confirmata inter
Lazerum Delgueram et eius filios
dumtaxat ex parte una, & Maria-
num & eius filias tãtum a Caſtrobutis ex par-
te alia, poſtea cum altercatum, & uociferatũ
eſſet inter dictas partes de itinere non faciẽ-
dò per Oletum quoddam, Lazzarinus filius di
cti Lazeri, dicitur Marianum interfeciſſe. Qua
mobrem fiſci nomine mota fuit actio contra
d. Lazarum qua petuntur lib. 500. uigore sta-
tu. Flo. Rub. 128. de pœna rumpentis pacẽ
lib. 3. ubi dicitur quicunque ruperit pacem
&c. condemnetur in lib. 500. &c. quod intelli-
gunt locum ſibi uendicare quando pœna nũ
fuit expreſſa ſicut non fuit in caſu propoſito.
Nunc quæritur an occiſor in pœnam prædi-
ctam inciderit. Et non eundo per mendica-
ta ſuffragia, breuiter adducam theorias quæ
caſum hunc planè decidentes oſtendunt di-
ctum Lazarũ, ſeu Lazarinum in pœnam di-
cti ſtatuti non incidiſſe & non eſſe ruptam pa
cem prędictam.
1 Quoniam quando † offenſio venit ex noua cã
tunc non dr̃ pax violata. l. poſtliminij. §. indu-
ciæ. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Bart. l. aut fa-
cta. §. cauſa. ff. de pœn. & l. quid ergo. §. titius.
ff. de legat. 1. & in l. ſi de certa. C. de tranſact.
& in l. cum quæritur. ff. de re iud. & Bal. in c.
1. in princ. col. 2. de pace tenen. & in l. cum
proponas. C. de pact. & l. Gracchus C. ad l. Iul.
de adulter. & conſ. 195. incip. laudare uos. nu.
4. col. 3. lib. 2. Angel. & Alex. qui hanc op. atte
ſtatur eſſe communem in l. qui inſulam. ff. de
uerb. oblig. Angel. & Imo. in l. ſi ex legati cau-
ſa. ff. de verb. oblig. Paul. Caſtr. in l. qui ſeruũ.
ff. de uerb. oblig. Alex. & Roman. l. ſemel mo
ra. ff. ſol. matr. & Alex. conſ. 19. nume. 3. lib. 1.
& conſ. 115. num. 3. & ſeq. lib. 4. & Roman. con
ſi. 183. Corn. conſ. 167. vol. 3. & conſ. 51. lib. 1.
Antonius de Butrio & Imo. in c. cum inter. de
renuntia. Quam opinionem firmat etiam So
ci. in l. mulieri & titio. col. 4. nu. 10. ff. de cond.
& demonſtr. Iaſon, Seyſell. Curt. Riminal. De-
cius, Alciat. in d. l. cum proponas. C. de pactis
Hippoly. de Marſil. in pract. crimin. §. aggre-
dior. num. 85. & num. 86. & conſ. 76. num. 30.
1. vol. & conſ. 119. num. 1. vol. 2. & conſ. 9. nu.
51. volu. 1. ubi dicit ſiquis cum aliquo pacem
inierit, deinde vero noua cauſa ſuperueniat
ex ea non dicitur pax rupta eſſe; id ipſum te-
net etiam Gratus conſ. 47. num. 23. volum. 2.
& conſ. 114. eod. vol. & Pariſi. conſ. 165. nu.
26. parte 4. Soci. iun. conſ. 103. num. 7. parte
3. ubi & ipſe quoque teſtatur hanc opin. eſ-
ſe communẽ, & Nouell. in praxi ad offenſam
num. 3. ad fin. & Auguſtinus Beroius conſi.
198. num. 1. & num. 14. vol. 3. & conſ. 206. nu.
13. eod. 3. uolu. & Nicol. Moron. in tracta. de
treug. & pace. quæſtio. 9. nu. 2. & Tob. Non.
conſ. 152. numero 12. inter conſi. Crimin. 1.
to. no.

Quæ ſanè communis concluſio adeo vera
2 eſt, ut amplietur † ex noua cauſa pacem ne-
que rumpi neque pœnam deberi dicendum
ſit, ſiue agatur de pœna conuentionali vel le
gali, uel ſtatutaria, vt per Bart. d. l. aut facta. §.
cauſa. ff. de pœnis. & Hippo. de Marſil. conſi.
123. col. 3. num. 18. vol. 2. vbi plures ad hanc
rem citat.

Atqui in propoſita facti ſpecie offenſio &
cedes quam perpetraſſe dicitur Lazarinus nõ
ex veteri nimicitia venit de qua iam pax fue-
rat conſtituta, ſed proceſſit ex alia noua & re
centi cauſa controuerſię, Igitur nec Lazari-
nus nec Lazarus eius pater incidit in pęnam
d. ſtatuti. Inde vero conſtat aſſertum homici-
dium ex noua nõ autem veteri cauſa proceſ-
ſiſſe, quòd Nocens Butẽſis teſtis legitimè exa
minatus ſuper 1. cap. dicti Lazari Delguerrę
atteſtatur Lazarinũ in Platea Caſtri Butis di-
xiſſe Mariano, filius tuus iter habet per oletũ
meũ: quod ego nolo Marianumq; reſpondiſſe
iſtud non eſt uerum, ſtatimq; Ioannem Maria-
ni filium dixiſſe quid ais? nullum iter feci
per oletum tuum; huc ades, experire tu me-
cum armis, & Lazarinum reſpondiſſe, nunc
non eſt tempus, eundemque Marianum tunc
dicto Ioanni eius filio dixiſſe, experiri ſe-
cum armis, cancer te occupet uos eſtis pares.
Idẽ quoque atteſtatur Bartholomæus Anto
nii filius a Caſtro Butis alius teſtis inductus
ad inſtãtiam dicti Lazari rei conuenti, dicens
Lazarinum Mariano notum feciſſe nolle ſe ut
Ioannes Oleto illo iter faceret, cumque re-
ſpondiſſet Marianus, non fecit, & Lazarinus
replicaſſet imò fecit, ſtatim Iohannes dixit
Lazarino, ſiquid a me petis huc ades, & Maria
nus dixit, age eia, ſiquid ab eo velis ſecũ armis
experire: & Lazarinus dixit, iſtud non eſt huic

rei

rei tempus idoneum. Idem atteſtatur etiam Orſinus Butéſis alter teſtis, ut ſupra examinatus ſup. eo. 1. c. qui dicit Ioannem ad hoc hortante Mariano patre nominatim dixiſſe Lazarino, huc ades ſi mecum libet armis experiri. Ex quorum quidem depoſitionibus pluſquam manifeſtè colligitur homicidium quod Lazarinus dicitur perpetraſſe non ab antiqua inimicitia de qua pacem fecerant, originem ſuam traxiſſe, ſed a communi poſteriori, & noua controuerſia inter eos exorta de aſſerto itinere facto per Oletum dicti Lazarini. Igitur conſequens eſt, ut dicamus ad pęnam ſtatuti de pace rupta perperam actum eſſe, quia hic pax non dicitur eſſe rupta, & propterea cui nõ conueniunt uerba diſpoſitionis, ſeu ſtatuti
3 † non conuenit etiam illius diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. & c. indemnitatib. de elect. lib. 6.

His ita ſtabilitis nihil obſtat dum actores cum in eorum petitione dicunt homicidium factum fuiſſe animo rumpendi, & uiolandi pacem, tum etiam in eorum capitulis ponunt iſtud homicidium factum fuiſſe abſque ulla prouocatione, & animo ulciſcendi antiquas iniurias.

Reſpondetur enim de prouocatione manifeſtè conſtare ex depoſitionibus ſupradictis ex quibus apparet Lazarinum inuitatum fuiſſe ad arma a Ioanne, & Mariano, actores tamen nullo pacto docuiſſe per eorum teſtes de animo uiolandę pacis, uel ulciſcendi ueteres iniurias licet omnes fermè deponant de legitima genealogia dicti Lazarini. Ad probandum enim hunc animum non ſat eſt docere de actu facti, & conſequenter non ſufficit oſtendere homicidium eſſe ſubſecutum, ſed oportebat etiam (quod hic non fecerunt) probare, & oſtendere quod eſt factum id factum fuiſſe animo rumpendi pacem, ut per Melchiorē de Faecio. Pataui. in conſ. 78. incip. Magnifice ac generoſe. nu. 36. 1. tom. uet. conſil. criminal.

4 Quinimo In dubio pręſumitur † potius ex noua cauſa potius rupta pax quàm ex ueteri, ut per Bal. in l. ſi prædium. columna fina. C. de edil. action. & ex noua ſuperuenienti non autem ex priore, uel antiqua, ut per Imol. & Alexand. in l. qui ſeruum. ff. de uerb. obl. Alex. conſil. 115. lib. 4. Barto. d. l. aut facta. §. cauſa. ff. de poen. Grat. conſ. 73. num. 19. parte 2. Hippolytus de Marſil. ſing. 503. inc. ex treug. & pace. & Pariſ. conſ. 165. inc. pacem inter num. 26. lib. 4. & Soc. iun. conſ. 103. num. 14. vol. 3. Bero. conſil. 198. num. 14. & conſ. 200. num. 10. uolu. 3. Quæ ſanè præſumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam. l. in part. ff. de reg. iur. l. ſiue poſſideris. C. de prob. & Rinald. l. cum proponas. C. de pact. ſed actores non probarunt id factum fuiſſe a Lazarino animo ulciſcendi veteres iniurias, ergo reus abſolui debet. arg. eorum quæ dicit Gratus d. conſ. 73. num. 19. par. 2.

Nec ob. dum actores nituntur probare hãc non fuiſſe iuſtam cauſam occidendi, & fuiſſe exceſſum modum inculpatæ tutelæ. Reſpondetur enim pacem non cenſeri ruptam etiam
5 ſi ſuperueniens noua † cauſa offendendi, ſit illicita, & iniuſta. Alex. cõſ. 19, viſo proceſſu cauſę vertentis. num. 2. uol. 1. Iaſ. in l. qui ſeruum. in prin. col. 2. ff. de verb. oblig. Hippol. de Marſil. d. ſing. 503. & conſ. 119. num. 2. ubi firmant in fauorem rei reſpondendum eſſe quamuis etiã noua cauſa ſuperuniens eſſet iniuſta, & illicita, ut per Bero. d. conſ. 198. num, 1. uolu. 3. vbi dicit nihil referre an noua cauſa fuerit iuſta, vel iniuſta, ſed ſolum attendi debere an cã & origo aſſertæ ruptelæ fuerit uetuſta, uel noua. Quælibet enim cauſa excuſat a pœna. l. igitur §. 1. ff. de lib. cauſ. gloſſ. communiter approbata in l. plagij. 2. C. ad leg. Iul. de plagiar. Fely. c. ſi quis. columna fi. de maior. & obed. Quod multomagis dicendum eſt in caſu noſtro, vbi Lazarinus rei licitæ dabat operam. arg. eorũ quæ dicit Bero. d. conſ. 198. num, 9. vol. 3. res ſuas iure defendens. arg. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure benignèque monẽs ne illo Oleto iter ha-
6 berent, præſertim cum in dubio † fieri deberet interpretatio, ut pœna non dicatur commiſſa. Bald. d. l. ſi prædium. num. 7. columna fi. C. de edil. act. Soc. iun. conſ. 103, num. 14. parte 3. Grat. d. conſ. 73. num. 19. par: 2. atque ex iſtis puto Lazarum reum conuentum a pœna dicti ſtatuti abſoluendum eſſe, & ita iudicarē quia ita iuris eſſe arbitror meliore ſententia ſemper ſalua,

Antonius &c.

S V M M A R I V M.

1 *Treugua præſupponit bellum præcedens, nam relationem habet ad bellum ſicut pax.*
2 *Dictio, donec, & quouſq; quid importent.*
3 *Clauſula poſita in una oratione non refertur ad aliam orationem diuerſam.*
4 *Retrotractioni ſiue fictioni translatiua quod eſt remedium ſubſidiarium quando ſit locus.*
5 *Iudicis quid proprium eſſe dicatur.*
6 *Inferre non licet ex diuerſo facto & ex diuerſa ratione.*
7 *Pœna pacis ruptæ non dicitur commiſſa ante pacem acceptatam.*

CONSILIVM CXXVII.

In Dei nomine.

PRæſuppoſita tregua vltimo loco facta ſub pęna 500. ſcutatorum, inter illos de Lorenzottis ex vno latere, & illos de Mazzeis ex altero,

&ho-

& homicidio deinde commiſſo in perſonam: Nicolai de Lorenzottis defendere ſe conantur illi de Mazzeis a pœna treguæ. 500. ſcutatorum, ea potiſſimum ratione quòd in inſtrumento treguæ appoſitum fuerit pactum: ubi dicitur, hoc etiã acto quòd quatenus pax de qua & c. non fuiſſet rupta præſens tregua pro non facta habeatur. Quare cum ex proceſſu conſtare dicatur propter ueteres offenſas, pacem non fuiſſe ruptam, firmandum putant, treguam nõn cenſeri fractam, & conſequẽter non uideri commiſſam pœnam. 500. ſcutatorum.

Ex aduerſo autem illi de Lorenzottis aſſerunt ex alijs uerbis eiuſdem pacti liquido conſtare pœnam treguæ commiſſam eſſe, quia in eodem pacto dicitur, & interim donec, & uſque quo non fuerit facta declaratio, ſuper fractione dictæ pacis an rupta uel non rupta fuerit, præſens tregua in ſuo robore, & firmitate illibata permaneat, ita quòd ſi altera pars alteram offenderit, præſens tregua intelligatur rupta & pœna commiſſa, & propterea cum prędictum homicidium commiſſum fuiſſe dicatur ante dictam declarationem, ſtatuendum eſſe dicunt dictam pœnam treguæ. 500. ſcutatorum fuiſſe commiſſam.

Ad hæc illi de Mazzeis reſpondent, tunc illibatam manere debere treguam, quando cõſtaret, pacem eſſe ruptam, ſicuti ipſi dicunt ſignificari ex illo uerſ. quatenus pax non fuiſſet rupta, quem uerſiculum referendum etiã eſſe putant ad uerſ. interim donec, & uſque quo etc. ſed ſi pax rupta non eſſet, ſicuti non eſſe dicitur, vtique tregua haberetur pro non facta ſecundum dictos Mazeos, qui dicunt nõ eſſe faciendam uim in illis uerbis, donec, & uſquequo non fuerit facta declaratio, quaſi homicidium illud non uideatur comprehenſum ſub ea tregua, ſed cenſeatur commiſſum poſt declarationem, quandoquidem tempore, quo fuit commiſſum iam ex proceſſu conſtabat, pacem non fuiſſe ruptam, nec refert ſecundum eos, id non fuiſſe per iudicem declaratum, quoniã ſufficit declaratio, quæ ex proceſſu colligebatur præſertim cum declaratio quæ poſthac fiet a iudice, retro trahetur uſq; ad principium, & conſequenter uerba pacti non uerificabuntur nec illius diſpoſitio.

His itaque hinc inde propoſitis, quæritur, quorum cauſa dicatur potior. & ego rem breuiter perſtingens arbitror commiſſam eſſe pœnam treguę 500. ſcut. quia cum dictæ partes quæ dubitabant utrum pax rupta uel non rupta eſſet, fecerint die 2. Martij. 1570. treguã & promiſſionem de non offendendo, quam promiſerunt perpetuo obſeruare, ut dicitur in dicto inſtrumento treguæ, proculdubio uidentur feciſſe treguam, eo caſu quo pax anno
1 1568. inter eos inita, rupta eſſet, quia † treguã præſupponit bellum præcedens. §. uaſalli. qui tempore. in principio. ubi Bald. in tit. de pace Conſtant. & Iul. Ferret. tract. de fer. ſeu induc. & pac. num. 128, tregua enim relationem habet ad bellum ſicut & pax Nicol. Moron. tract. de fide & treg. q. 35. nu. 2.

Quòd ſi pax rupta non eſſet, intentio, & mens partium fuit diſtinguere duo tempora. primum eſt poſt declarationem qua declaratum eſſet pacem non fuiſſe ruptam, hoc enim tempore partes intelligebant opus non eſſe tregua, & propterea cum meminiſſent ſupra ſe feciſſe treguam quam perpetuo obſeruare tempore dicti magiſtratus tenebantur, & intelligerent per ea uerba treguam extẽdi etiã poſt factam declarationem pacis non ruptæ cum hoc eis graue uideretur, adhibuerunt limitationem & modificationem præcedentiũ & ſubiunxerunt, hoc etiam acto quòd quatenus pax non fuiſſet rupta præſens tregua pro non facta habeatur, ſcilicet poſt tempus factę declarationis pacis non ruptæ. & poſtquam fuiſſet declaratum pacem non eſſe ruptam.

Secundum uero tempus eſt ante iſtam declarationem, hoc enim caſu uoluerunt treguã uigere in ſuo roborę, nam poſito etiam ut eſſet ſequuta deinde declaratio pacis non ruptæ, intellexerunt tamen partes pendente dicta declaratione, & conſequenter ea temporis intercapedine, & eo interuallo temporis quod principaliter ſignificatur per dictionem
2 donec, & quouſque. gl. in l. fœminæ. ff. de ſenator. Rui. conſ. 42. num. 6. uolum. 2. treguam in ſuo robore permanere debere quemadmodum eueniret ſi pax eſſet declarata rupta iuxta prædicta, voluerunt enim dum fractio pacis ſtabat in ſuſpenſo, & in dubio, treguã 500. ſcutatorum adeſſe, etiam ſi poſtea fuiſſet declaratum, pacem ex veterib. offenſis non fuiſſe violatam, & hoc ut magis eorum perſonis conſultum eſſet, quo principaliter tregua tendit. c. illi. 24. q. ult. & Iul. Ferr. d. tract. de fer. ſeu induc. in prin.

Quibus ſic ſtabilitis, non obſt. interpretatio quam aduocati Mazzeorum conantur accommodare, uerſ. & interim donec, & uſque quo, dicentes interim durare treguam, ſcilicet ſi declaretur pax rupta, ſed ſi pax declaretur non rupta treguam haberi pro infecta, d. uerſ. ſuperiori, uidelicet hoc etiam acto, quòd quatenus pax quaſi retro trahatur ad effectũ, ut interim non tenuerit obligatio. l. qui mai. §. ſi controuerſia. ff. de dam. infec.

Reſpondetur enim, illum non eſſe uerum ſenſum illius uerſiculi, & interim donec, & quouſque, quia ille ſuperior verſiculus in quo dicitur, hoc etiam acto &c. pertinet ad limitãdum, & modificandum ſuperiora, videlicet ad oſtendendum pacem haberi pro infecta poſtquam ſecuta eſſet declaratio pacis non ruptę, ut dixi

ut dixi ſuperius. Nec pertinet dictus uerſicu-
lus,hoc etiam acto,ad inferiora,& conſequen
ter ſuam diſpoſitionem non impartitur infe-
riori verſiculo,& interim donec &c. qui ex ſe
ſtar, neque eget auxilio ſuperioris, nec ab eo
recipit declarationem,cum ſint diuerſæ ora-
3 tiones,atque periodi,quo caſu † clauſula po-
ſita in vna oratione, non refertur ad aliā ora-
tionem diuerſam.Pariſ.conſ.85.num.49.uol.
1.Id quod multomagis obtinet in clauſula po
ſita in principio quæ in ſequentibus non cen
ſetur repetita.Bart.l.1.ff.de pact.dotal.præſer
tim quādo facta relatione,ſequeretur deſtru-
ctio vnius capituli.Bal.l.talis.§.1.& §.vlt. ff.de
leg.1.quemadmodum certè retēta eorum de-
claratione eueniret in caſu noſtro. Vbi ſi ver
ſiculus,hoc etiam acto,referretur ad verſicu-
lum, & interim,proculdubio uerſiculus,& in-
terim:penitus deſtrueretur,quod non eſt di-
cendum.Nec obſt.q cum declaratum erit pa-
cem non fuiſſe ruptam, declaratio iſta retro
trahetur ad effectum ut interim non tenuerit
obligatio,ſed ſemper uideatur pax habita pro
non rupta.

Quia reſpondetur hic non eſſe locum re-
tro tractioni: namq; licet declaratio pacis nō
ruptæ retrotraheretur,& conſequenter licet
pax haberetur interim pro non rupta,non p
pterea tamen inferre liceret,ergo treguā nō
cenſeretur rupta.quoniam partes conuene-
rūt expreſſè in uerſ.& iterim donec &c.quod
pœna treguæ committeretur etiam ſi pendē-
te declaratione & durante illo temporis inter
uallo una pars aliam offenderet quamuis pax
rupta non eſſet.Et propterea neceſſe non eſt
facere retrotractionem quæ in nihilo deſerui
4 ret. Quandoquidem ad † retrotractionē ſeu
fictionem tranſlatiuam tāquam ad illam quæ
eſt remediū ſubſidiarium proditum ex cau-
ſa neceſſitatis.l.in bello. §. facti.ff. de capt,&
poſtlim.reuer.gloſ. in Literum.ff.de regul. iur.
quæ baſim & ſubiectum habet in ipſa neceſſi-
tate l.in cauſæ.ff.de minorib. deueniendū nō
eſt niſi neceſſitas urgeat,quod non accidit in
caſu noſtro ubi vti dixi fictio iſta ſecundum
prædicta nihil operaretur.

Nec obſtat ex proceſſu declaratum uideri
pacem non fuiſſe ruptam, ex eodemque rem
haberi pro declarata,cum citiſſimè, & facilli-
me potuerit declarari,& proximè accingēdus
habeatur pro accincto. Bartol. Bal.l. pen.ff.de
teſtam.mil.l.qui penę.§. diuus.ff. de manum.
& conſequenter homicidium uideatur com-
miſſum poſt declaraaionem & non compre-
hendi ſub tregua. Reſpondetur enim vltra
ea quę ſupra diximus, verè in caſu propoſito
dici non poſſe homicidium factum in perſo-
nā Nicolai cognomento Polechiam, commiſ
ſum fuiſſe poſt declarationem,quia quicquid
appareret ex proceſſu partes dum in contra-
ctu treguæ mentionem fecerunt declaratio-
nis,non intellexerunt de proceſſus declaratio
5 ne,ſed intellexerunt de declaratione † iudicis
cuius proprium eſt pronunciare, & declara-
re.l.Pomponius.§.1.ff.de proc. clem.paſtora-
lis.in prin. vbi glo.in verbo declarata. de ſen-
tentia & re iud. l. ex diuerſo. §. primo. de rei
uendic.ibi iudex declarauit. & l.ſicuti. §. ſed ſi
quæratur.ff.ſi ſer.vend.cum ſimi.

Nec aliquid obeſſe videtur authoritas Pa-
riſij in conſ.78. num.51. vol.1. quod adduci-
tur per Dom.aduoc.illorum de Mazzeis, vbi
dicitur ſecundum eos, quòd in tregua cuius
virtus pendebat a quadam declaratione,& in
qua nominatim expreſſum fuerat,ſi ante ta-
lem declarationem facta eſſet aliqua offenſa
ſtari deberet declarationi præſidis an treguæ
eſſet rupta,vel non. & propterea dicit ibi Pari
ſius per delictum commiſſum ante primā de-
clarationem factam non poſſe dici treguam
ruptam pendente diſcuſſione.

Reſpondetur enim tale reſponſum nihil
6 obſtare, quippe quod diuerſum † factum, &
rationem habet,quo caſu, de vno ad aliud in-
ferre non licet.l.Papinianus exuli.ff.de minọ.
Adeſſe autem ibi diuerſum factum diuerſam
que rationem ex eo colligitur,quòd ibi qui-
dam Dom.Rub. nomine ſuo proprio,& pro-
ut procurator Dom. Ioannini cum mandato
idoneo fecit treguam cum quibuſdam de Ca
rolis,promittens illam obſeruare nomine ſuo
& aliorum conſortium,coniunctorum, adhę-
rentium,& attinentium,uſque in quartū gra-
dum;exceptuando tamen,& excludendo quē
dam Hieremiam,pro quo noluit promittere,
nec treguam facere.& addidit pactum, ut illi
de Carolis deberent declarare ſuos compli-
ces,& ſi non declararent, poſſet declarare Il-
luſtr.Dom.pręſes, & ſi ante declarationem ſe
cutum eſſet aliquod ſcandalum,tunc ſtaretur
declarationi Illuſt. Dom. præſidis an tregua
rupta eſſet necne. Quæ ſanè ſtipulatio rece-
pta per notarium nomine illorum de Carolis
abſentium,nunquam fuit per illos de Caro-
lis acceptata,uel ratificata. Poſtea uerò d.Hie
remias,& d. Ioanninus treguam fregerunt.
Quod factum cum eſſet, illi de Carolis aſſe-
rebant Do. Rubeum incidiſſe in pœnam tre-
guæ,& uolebant tunc acceptare, & ratificare
dictam treguam,quam antea non acceptarāt
dubitabatur,an Dom.Rub.in pœnam treguę
incidiſſet, & an dictis de Carolis, ius integrū
eſſet ratificandi treguam poſtquàm viderunt
eam eſſe ruptam. Ideo ea de re Pariſius con-
ſultus reſpondit Dom.Rubeum non incidiſſe
in aliquam pœnam,nec fuiſſe licitum Charo-
lis acceptare treguam poſtquam cognouerūt
eam eſſe ruptam, quia talis acceptatio debe-
bat ſubſequi tempore congruo, videlicet an-
tequam rupta eſſet,non autem poſtea. Et li-
cet

cet Charoli affirmarent hoc eis licere, quia in ſtipulatione fuerit appoſita illa clauſula, quòd præſens poſſet declarare &c. tamen dicebat Pariſ. id nihil efficere, quoniam ipſe Illuſtr. D. præſes ante ruptam treugam nil declarauerit Et illa clauſula, ſi ante declarationem occurrat aliquod ſcandalum tunc ſtetur declarationi Illuſt. D. præſidis an treuga ſit rupta, vel ne; intelligi debet, inquit Pariſ. hoc modo, videlicet quòd quando illi de Charolis non declaraſſent ſuos cõplices, tunc poſſet declarare Illuſtr. D. præſes; tunc nimirum inquit Pariſ. ſi ſecuta prius fuiſſet ratificatio, & acceptatio treguæ per illos de Charolis. Namque duo interuenire debebant, primum ut illi de Charolis treugam ratificarent, ſecundum ut complices declararentur, quæ cum facta non eſſent, merito concludebat eo in loco Pariſ. Illuſtr. Do. præſidem non potuiſſe eo caſu declarare treguam fuiſſe ruptam per d. Rubeum, vel illos pro quib. proprio nomine promiſit, & ſe obligauit. Ex quib. manifeſte patet, tale reſpõſum nihil obſtare, quia ibi re uera treuga fuit rupta ante declarationem: præſes tamen nõ poterat ibi eam declarare ruptam, quia non fuerant adhuc declarati complices; nec fuerat tregua acceptata, quo caſu ſi fiat pax, vel treuga pro aliquibus, & antequam illi eam ratam habeant
7 vnus ipſorum fuerit offenſus, pœna † pacis ruptæ non dicitur commiſſa. Bald. l. nec ci. §. ſatiſdata. verſic. 6. quæro. ff. de adop. Dec. conſ. 226. magiſter Ioannes. col. 3. ver. non obſtat ſtip. no. & conſ. 247. in cauſa. & conſ. 432. & in l. cõtractus. ff. de reg. iur. n. 16. At in caſu nõſtro ſecus eſſe conſtat, quia treuga fuit facta a principalibus vtriuſque partis præſentibus, & præſupponitur acceptatio, nec diſputatur an Dom. iudex propter non acceptationem factam, vel ob aliam cauſam declarare poſſit, vel non poſſit treugam ruptam, ſed diſputatur an uerè rupta ſit pax, & commiſſa pœna treugæ, non autem diſputatur hic de auctoritate, vel poteſtate iudicis, & propterea iuxta prædicta ex diuerſis nihil infertur, l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. Et ita iuris eſſe puto ſaniore ſententia ſemper ſalua, ad Dei laudẽ, & gloriam.

SVMMARIVM.

1 *Famæ & honori ſuo vnicuiq. licet proſpicere.*
2 *Violentiam pati dicitur, qui afficitur contumelijs.*
3 *Sæuire in ſe dicitur qui honorem ſuum conſeruare negligit.*
4 *Defenſio licita eſt incontinenti facta.*
5 *Honorem licitum eſt etiam ex interuallo tueri atque defendere.*
6 *Tempus non venit legitimo impedimento detentus.*
7 *Incontinenti fieri dicitur etiam aliquando quod fit intra decennium.*
8 *Negatiua quo caſu uideatur per teſtes probari.*
9 *Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus.*
10 *Affines non ſunt integri teſtes.*
11 *Teſtes nihil probant, qui eiuſdem criminis ſocij ſunt.*
12 *Presbyteri atteſtatio vt valeat, quid requirat.*

CONSILIVM CXXVIII.

In Dei nomine.

DEfenſio Hieronymi Petri a Gello qui ut ſyndici denuntiarunt uulnerauit Horatium Delpizzicam uidetur planè in tuto eſſe, propterea quòd vt cõſtat ex depoſitionibus teſtium examinatorum ad inſtantiam Hieronymi ſuper 3. & 4. cap. Horatius ante domum dicti Hieronymi vociferans contumelioſis nominibus Hieronymum appellauit & ad pugnam inuitauit, dicens exi foras exi foras ignaue, hircte, ignominioſe, armaturæ leuis eques cacate pugnabimus ſinguli bini terni quaterni, armati, inermes ut lubebit hirce ruſtice, honeſtioribus modò indute pannis. Quibus quidem conuitijs cùm dicti Hieronymi honos imminutus & ualdẽ læſus fuiſſet, licuit omnino illi eo modo quo fecit honorem ſuum recuperare, ne apud honeſtos viros, & ſtrenuos milites violata eius exiſtimatio remaneret. Etenim
1 vnicuique licet ſuę † famæ ſuoque honori proſpicere & infamiæ notam uitare. c. Iſaac. 42. diſtinct. l. Iſti quidem. ff. de eo quod met. cauſa Bal. in c. 1. col. 1. de pace tene. & in conſ. 312. Viſis actis. col. 1. lib. 4. & c. præcipimus. 93. di
2 ſtinct. is enim qui afficitur contumelijs † uiolentiam pati dicitur. Lucas de Penna in l. erat C. de caſtrenſ. pecul. lib. 11. ideoque uerbalẽ iniuriam ei propulſare licet quando quidem honoris periculum, & uitæ ęquiparãtur gloſ. in l. iuſta. ff. de manum. uind. Iaſ. in l. ut uim. col. fi. num. 36. ff. de iuſtit. & iure. quod uſque adeo uerum eſt, ut qui honorem ſuum ſibi cõ
3 ſeruare negligit in ſe ipſum † ſęuire dicatur c. nolo 21. q. 1. & Petr. Gerard. ſingulari. 33. incip. nobilitas. & ſingul. 82. incip. quę ſunt contra &c. accedat etiam ad hanc rem comprobãdam militaris lex Sereniſſimi Ducis noſtri cap. 5. de maleficiis militaribus. in qua legitur qui ſe militem eſſe profitetur, qualis eſt ipſe Hieronymus, paratum eſſe debere ad exponẽdam uitam pro defenſione ſui honoris.

Nec quicquam obeſt tunc demum hono-
4 rem ſuũ licitum eſſe † defendere quando id fieret incontinenti. Bart. l. 3. §. cum igitur. ad finem. ff. unde vi. Bal. l. 1. num. 44. C. unde ui. Bu

trius.c.olim.col. pen. nume. 37. de reſtitutio.
ſpoliatorum.& d.lege Ducali cap.5.in uerſic.
ad defenſionem honoris ſolius ſi prouocati,
&c.ubi dicitur id eſſe permiſſum ſi incontinē
ti eodemque inſtanti ſeu momento fiat quo
iniuria accepta eſt, & incontinenti dicatur
quid fieri antequam quis ad extraneos actus
diuertat.Bart.in l. de pupillo.§.meminiſſe.ubi
Ripa. col.fi.num.38.Io.de Anan.c.ſignificaſti
num.34.de homicidio. Ideoque ſecus dicen-
dū uideatur in propoſita ſpecie,ubi ex inter-
uallo nonnullorum menſium dictus Hiero-
nymus aggreſſus eſt Horatium.quoniam pr-
terquàm quod prædicta procedunt quando
quis agit de propulſanda iniuria perſonali. i.
illata perſonę Bart.d.§. Eum igitur. l. 3. ff. de
ui & ui arma.aliud autem eſt quando agitur
5 de defendendo honore, quia licitum eſt † ho
norem & dignitatem etiam ex interuallo tue
ri atque defendere.Bal.in l.1.num.60.C.unde
ui.& Petrus duennas regula. 191. incipiente
defenſio,in ultima ampliatione. Reſpondetur
leges quibus diſponitur, oportere incontinē
ti honorem ſuum defendere, procedere & lo
cum habere quando is qui ſe honoremque
ſuum tuetur non eſt impeditus iuſto aliquo
impedimento. Nam probabili impedimento
ceſſante concedo,opus eſſe ut illico & incon-
tinenti iniuria a ſe reppellat. verum quando
aliquis iuſta cauſa detinetur, quominus incō
tinenti iniuriam ulciſcatur ſeu propulare,po-
terit ex interuallo quoque honori ſuo proſpi
cere,namque illi qui iuſto aliquo impedimen
6 to detentus eſt, non currit † tempus.l. 1. §.fi.
C.de ann.except.l.cōtra maiores.C.de inoff.
teſt.l.qui poteſt facere.ubi Decius & Cagnol.
ff.de regul.iuris.Ruyn.conſ.38.numero.3. uo
lum.4. & quamquā honoris recuperationem
impeditus diſtulerit non propterea tamen di
citur deſiiſſe habere animum,recuperandi ho
norem, & totum illud impedimenti tempus ē
medio ſubducitur, aſſiduèque de eo recupe-
rando cogitaſſe præſumitur, nec uidetur ad
extranea negocia diuertiſſe nec dicitur eo tē
pore fuiſſe negligens.c.tranſmiſſa.de pſcript.
Fely.in c.ſignificaſti col.4. in fi. de homic. Ia-
cobus de Nigr.in l. 1.§.qui pręſens nume.44.
ad finē.ff.de uerb. obligat. quamobrem cum
poſt hæc cōuitia dicta, tam Hieronymus quā
Horatius mala ualetudine adeo detenti fue-
rint ut nec arma induere poſſent propter cor
poris imbecillitatem,uſque ad illud fermè tē
pus quo pugna commiſſa fuit ut rectè depo-
nunt omnes teſtes examinati ad inſtantiam
Hieronymi ſuper 5.cap. & fatetur Horatius
ſupra 6.eius capitulo,& ſupra eodem atteſtā-
tur illius teſtes. Reliquum eſt,vt cōcludamus
d.Hieronymo iuſtis impedimentis oppreſſo
tempus non cucurriſſe, ſed incontinenti id fe
ciſſe fingatur,quia ſi intercedit legitimum im
pedimentum tunc id quod fit etiam intra de-
cennium dicitur fieri † incontinenti. Alex. l.ſi
de eo.§.ſi forte.ff.de acq.poſſ. Fely.c. 1. col.6.
de iud. Aret.§.quadrupli.inſt.de action. Iaſ.in
l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.
poſſ.Rip.in l.de pupillo. §.meminiſſe. col.fin.
num.38. Et dicitur fieri incontinenti quan-
do ſeſe occaſio offert.Bald.l. 1.num.7.C.vnde
vi,& cum primum quid commodè fieri poteſt
Bar.d.l. 3. §.eum igitur. ff. de vi, & vi armata.
cum ſim. Videri autem id factum fuiſſe incon
tinenti ſuadent atteſtationes teſtium d.Hiero
nymi examinatorum ſup.7 .& 8.c. qui depo-
nunt Hieronymi animo infixam immotamq;
aſſiduè hanc iniuriam acceptam permanſiſſe,
& apud amicos conqueſtum ſæpe fuiſſe de ea
mala valetudine,quæ illum a recuperando ho
nore inuitum tamdiu retardabat. præſertim
poſtquam intellexit, vt deponūt iidem teſtes,
Horatium,& ore diſtorto, & oculis,& geſtis,
ſe per viam tranſeuntem illudere conſue-
uiſſe. Rurſus tutiſſimum defenſionis præſidiū
habet Hieronymus in ordinamentis legiona-
riorum militum Sereniſſ.noſtri Ducis,ui qui-
bus apparet eo nos iure vti in ſimilibus, vt ſi
quando Miles militem aggreditur eo modo
quo fortes, & honorati homines ſolent,non
per inſidias,ſed apertè, virtuteq; non dolis a-
gunt,eo caſu non imponenda ſit pœna trire-
mium,ſed ſatis ſit imponere pœnam pecunia
riam ſtatutorum. At ex actis conſtat Hierony
mum dum uulnerauit Horatium ſe geſſiſſe,vt
honorati milites ſolent, & cum in Horatium
incidiſſet antequam percutere inciperet iuſſiſ
ſe,ut Horatius ſtringeret enſem, eſſeq; quod
ſecum congrederetur propter conuitia quæ
Horatius ei dixerat,ut fatetur ipſemet Hora-
tius dum in iudicio conſtitutus reſpondit in-
quiſitioni,& deponit etiam duodecimus teſtis
examinatus ſupra 7. & 8.c. ad inſtrumētum d.
Hieronymi,& habetur in dicta denunciatione
cui contra curiam ſtandum eſt. argumē. legis
cum precum.C.de lib.cau.& Soc.iun.cōſ. 117
lib.3.nu.8. Igitur in caſu propoſito non eſt a-
gendum de pœna triremium,quam lex Duca
lis imponere videbatur. Sed attendi debet
pœna ſtatutaria quæ eſt arbitrio iudicis mo-
deranda inſpecta qualitate delicti,& perſonę:
ideoque Dom.iudex conſiderabit Hierony-
mum eſſe militem bonæ famæ, & honeſti no-
minis,& natura cum ualde bona,tum pacis, &
quietis amantiſſimum, vt deponunt omnes
teſtes examinati ad inſtrum.Hieronymi ſupra
1.c.Idq; eum feciſſe coactum pro defenſione
ſui honoris, ne apud milites ſui ordinis eiuſ-
que centuriones, & graues viros infamatus
relinqueretur.

Nec obſtat Horatium in ſuis capitulis aſſer
uiſſe nunquam ea conuitia protuliſſe,eiuſque
teſtes ſuper 2.c.examinatos deponere,Hora-

tium

tium eas contumelias non dixiſſe, nec fieri potuiſſe quin teſtis ea dici audiuiſſet ſi dicta eſſent cum ibi coram, & præſens fuiſſet, quo ca-
8 ſu negatiua † videtur probari Bart. l. hæredes palam. ff. de teſtam. Rip. in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & proprie. nu. 88. Alba conſi. 56. num. 32. ubi refert teſtes dicere debere, non poterat aliter fieri quin ſciuiſſem. Reſpõdetur enim prædicta locum habere quando negatiua eſt rectè coarctata loco, & tempore, tunc enim teſtes vt ſupra deponentes probare dicuntur, ſed quando coarctatio eſt adeo parua, ut non poſſit cadere in ſenſum teſtis veluti ſi probet quem contraxiſſe hoc anno, & aduerſarius id neget per teſtes deponentes, non potuiſſe illum eo anno contrahere quin ſciuiſſet, certè hoc dictum tamquam nullum, & impoſſibile reijcitur, & non probat. Lãfrancus de Oriano in cap. quoniam contra. in prin. num. 15. de probationib. At in caſu noſtro negatiua quam teſtes Horatij probare uolunt nõ eſt rectè coarctata, quia non ſat eſt deponere, Horatius hoc non dixit, quia dum ad fui non audiui eum ita dicentem, & ſi dixiſſet uix erat, ut non audiuiſſem, quia forte ea conuitia dixit antequã teſtis veniret, uel poſt quam diſceſſit, oportuerat ergo dicere teſtem adfuiſſe a principio turbæ, uſque ad finem, & nil tale fuiſſe dictum, ſed teſtes non ita deponunt, ſed dicunt dum adfui, Horatius non protulit hęc conuitia, quæ probatio non eſt concludens, & propter reijcienda. l. non hoc. C. unde cognati. c. in præſentia. de prob. & propterea non debilitant atteſtationes Hierony-
9 mi præſertim, quia plus creditur duobus † teſtibus affirmantibus quam mille negantibus. gloſ. Bar. l. diem proferre. §. item quæritur. ff. de recep. arbit. Rip. in c. cum eccleſia Sutrina. num. 89. ext. de cauſ. poſſ. & propriet. Inſuper contra teſtes dicti Horatij plura obſtant, tum
10 quia nonnulli eorum † affines Horatij ſunt, qui non ſunt integri teſtes. Alex. conſ. 11. nu. 9. lib. 3. Bar. l. affinitatis. ff. de proc. Alex. cõſ. 114 num. 14. lib. 4. Io. de Amic. conſ. 137. num. 20. & conſ. 73. num. 14. Tom. Gram. conſ. 107. nume. 20. Soc. iun. conſ. 12. par. 2.

11 Ad hæc alij etiam † teſtes ſunt eiuſdem criminis ſocij, qui in prӕiudicium tertij nihil probant. Dec. conſ. 234. par. 2. in prin. & conſ. 189 nu. 5. & Crauet. conſ. 178. nu. 3. par. 1.

12 Præterea atteſtatio † presbyteri Cammilli nullius momenti eſt, quoniam non iurauit de licentia Dom. Vicarij ſuperioris, neque fuit examinatus per iudicem eccleſiaſticum ſicut oportuit, ut latè per Lanfranc. ab Adriano in tract. de depoſitionib. teſtium. num. 116. §. ultra prӕdicta adde.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitioni contra curiam, & etiam contra reos in quibus & quando ſtetur.*
2 *Teſtes in criminalibus quales eſſe debent.*
3 *Teſtis integer non eſt ſocius criminis, nec legitime probat.*
4 *Teſtes familiares & domeſtici quando a teſtimonio repelluntur.*
5 *Aggreſſores præſumuntur qui numero plures ſunt.*
6 *Infamia notam uitare, & cum vita honorem defendere cuiq; eſt licitum.*
7 *Reo licet ſuam confeſſionem interpretari, & fuiſſe erroneam probare.*

CONSILIVM CXXIX.

In Dei nomine.

CVM legerim proceſſum rixæ, ſeu turbæ factæ (ut dicitur) ab Angelo à Sancto Laurentio ad Curtes, & eius aſſertis complicibus inquiſitis ex uno latere, & a Petrino Michaele, & Gabriele a dicto & eius ſequacibus itidem inquiſitis ex altero, diligenterque conſiderauerim depoſitiones teſtium in ea cauſa examinatorum, in eam ſententiam veni, vt exiſtimarem dictum Angelum, & complices prædictos abſolui de iure debere ab inquiſitione contra eos in Curia Vici formatam.

Quamquam enim in inquiſitione, & in capitulis dicti Petrini dici videatur, Angelũ quaſi prouocantem comparuiſſe, & acceſſiſſe ad locum in quo erat Petrinus, eundemque Angelum, & complices eos ipſos extitiſſe, qui Petrinum, & ſequaces armis aggreſſi ſunt, Philippumq; omnium primum fuiſſe, qui enſem exercuit, ſualitq; præterea Angelo diſtringere gladium. Nihilominus in proceſſu deinde ſupradicta legitimè non probantur, imò teſtes examinati ad inſtantiam Angeli, & complicum concludenter contrarium probant.

Nam quod attinet ad acceſſionem ad locũ in quo dicebatur eſſe Petrinus utique ex proceſſu conſtat Angelum quæſitum non iuiſſe Petrinum, neque ad eum dedita opera ſe cõtuliſſe, ſed tunc ſtantem commoraſſe, & fuiſſe ante ianuam ſuæ domus extra atrium in uia cum Philippo, in loco qui dicitur al Trebbio cum illuc Petrinus ſe contulit, vt manifeſtè deponunt teſtes examinati ad inſtantiam d. Angeli ſuper 3. c. qui apertè dicunt Petrinum Michaelem, & Gabrielem fratres acceſſiſſe ad domum Angeli ſtantis ante illius oſtium cũ Philippo: Id quod patet etiam ex inquiſitione in qua dicitur, propè domum ſuam cum eſſet Angelus in commune S. Laurentij al Trebbio

bio acceſſit illuc Petrinus Michael & Gabriel
1 cui certè † inquiſitioni in iis quæ contra cu-
riam ſunt ſtandum eſt. l. præcum. C. de liber.
cauſa Socin. iunior conſ. 117. lib. 3. numero 8.
tam & ſi contra reos inquiſitioni non ſtetur
niſi inquiſitio per teſtes probetur, quando iu
dex procedit non per famam ad eius autes
reuerberantem ſed perdenuntiationem, ut
per Saly. l. diuus. ff. de cuſt. & exhib. reorum.

Nec obſtat depoſitio Dyni Bernardini te-
ſtis examinati ſuper 2. cap. contra Angelum ſi
qua in parte uel Angelo uel Philippo obeſſe
uideretur, dum deponit Dynus Philippum iu
ſſiſſe. Angelo enſem exercere, eundemq; Phi
lippum omnium primum gladium ſtrinxiſſe
namque reſpondetur teſtes † in criminalibus
eſſe debere omni exceptione maiores. Bart. ī
l. admonēdi. ff. de iureiura. Hyppolit. de Marſ.
pract. crim. §. diligenter in prin. num. 6. num.
7. Petr. Foller. in pract. & theor. eius crimin.
de teſtibus num. 12. & in criminalibus teſtes
non integri non ſufficiunt ad condemnan-
dum. Iaſ. l. prętor ait. §. cogentur. ff. de edendo.
Boſſius tit. de conuictis num. 16. atqui dictus
teſtis fuit ſocius criminis & turbæ factę &
propter huiuſmodi turbam & ipſe quoque
inquiſitus fuit ut cōſtat ex proceſſu quo, caſu
3 † ſocius criminis non eſt teſtis integer nec
Probat legitimè neque ei fides adhibetur. l.
1. C. de accuſat. l. quoniam, C. de teſtib. c. 1. de
confeſſ. Ancharan. conſ. 23. Decius conſi.
234. in principio num. 2. & conſ. 189. num. 5.
Egidius Boſſius in tit. de oppoſition. contra
teſt. num. 53. Crauetta conſ. 178. num. 3. parte
prima ſequitur igitur ex prędictis atteſtatio-
nes prędicti Dyni non eſſe ſatis ad condēnan
dum aut Angelum aut Philippum aut alios aſ
ſertos complices. Nec obſtat etiam atteſtatio
Dominici Pardoſſi teſtis examinati contra di
ctum Angelum & eius complices dicentiſque
ad Trebbiū) ita enim ille locus appellatur) ue
niētem ſe uidiſſe Angelum & Philippum cum
illuc antea acceſſiſſet Petrinus. philippūque
cohortatum fuiſſe Angelum ad emittendum
enſem, quoniam reſpondetur eius depoſitio
4 nem nihil obeſſe quia † teſtes domeſtici, &
familiares repelluntur a teſtimonio, l. etiam.
C. de teſtib. C. in literis. ubi Felyn. de teſtib.
Bart. & Bald. l. 2. C. de teſtib. Lanfranc. tract. de
teſtib. num. 84. Egid. Boſſi tract. de oppos. cō
tra teſtes num. 93. Foller. pract. crim. parte 2.
uerbo capiat informationem Atqui dictus
Dominicus Pardoſſii ē domeſticus & familia
ris dicti Petrini Michaelis & Gabrielis uti cō
ſtat ex depoſitionibus teſtium examinatorum
ad inſtantiam dicti Angeli & complicum ſu-
per 7. cap. igitur atteſtationes productæ con-
tra dictum Angelum & complices eius de iu
re nihil eis obeſſe debent.

Quod uerò pertinet ad prouocationē, &
aggreſſionem proculdubio ex dictis teſtium
examinatorum ad inſtantiam Angeli & ſequa
cium palam colligitur. Angelum & complices
non prouocaſſe neque aggreſſos fuiſſe Petri
num Gabrielem & alios fratres. ſed Petrinus,
& fratres primi omnium irritarunt & aggreſ-
ſi fuerunt Angelum & Philippum & alios qui
gladium eduxerunt ut honorē uitamque de-
fenderent. Dicit enim primus teſtis exami-
natus ſupra 3. cap. ad inſtantiam dicti Angeli
deponit Michalem dixiſſe Gabrieli indue lori
cam & ut gladium Angelus aduerſus te exe-
rat quivulgo iactitat ſe velle cū Petrino armis
contendere & Gabriel dixit loricam nihil mo
ror & ilico ſtrinxit gladium ad uerſus Ange-
gelum, & Philippum ſeque mutuo aggreſſi
ſunt cum tamen Philippus & Angelus retro-
cederent.

Vliuus quoque Bap. ſecundus teſtis pro
eadem parte examinatus atteſtatur Petrinum
& Michaelem illuc ueniſſe qui dixit uides An
gelum fac vt ille tecum congrediatur et Ange
lus reſpondit nulla mihi controuerſia eſt cum
illo. tunc Michael quicum igitur tibi res eſt.
Angelus uero reſpondit cum Gabriele. tunc
Michael dixit Gabrieli indue loricam & iu-
be ut ille gladium extrahat & Gabriel dixit no
loricam abſque lorica ego rem definiam. &
ſic Gabriel primus fuit qui gladium euagina-
uit aduerſus Angelum qui cum Philippo ſe-
que Paulatim domum in uerſus refectabat re
cipiebat. Bertus quoque tertius teſtis ſuper
eodem 3. capitul. examinatus ait Angelum di
xiſſe nulla mihi lis eſt cum Petrino. reſpondiſ
ſeque Michaelem qui cum ergo tibi lis eſt? &
tunc Angelus reſpondit cum Gabriele, cū ut
Iubebit ideoq; Michael tunc inpulit Gabrie-
lem ad cōgrediendum qui ſtatim contra An
gelum ſtrinxit enſem Id. quod fecit etiam Mi
chael & Petrinus quibuſcum deinde Angelus
& Philippus & complices congreſſi ſunt qui
totum hoc fecerunt non ut prouocarent, uel
primi aggrederentur aduerſarios ſed. ut ho-
norem uitamque defenderent ut dicunt te-
ſtes pro Angelo & ſequacib. examinatis ſu-
pra ſexto cap. quo in loco atteſtantur Michae
lem & alios eius fratres aggreſſos fuiſſe An-
gelum & Philippum qui coacti fuerunt ma-
nus conſerere & gladios ſtringere ut honorē
uitamque intanto diſcrimine tuerentur non
ut alios aggrederentur quando quidem non
eſt etiam uериſimile ut pauciores & duo quot
erant Angelus & Philippus plures aggrede-
rentur. ſicut erant Petrinus & fratres illi enim
uero plures erant quinimò quando ex una
parte ſunt plures ex alia uerò pauciores tunc
5 ſane illi qui † numero plures ſunt præſumun-
tur aggreſſores ut per Marc. Ant. Blancum in
3. parte defenſionis pract. nume. 17.

Atqui certi iuris eſt unicuique licere non
ſolum

ſo lum uitam impune defendere l. ut uim. ff.
de iuſt. & iure. l. ſcientiam. § qui cum aliter. ff.
ad. l. falcid. c. ſignificaſti de homicid. ſed etiam
famæ & honori ſuo conſulere atque proſpice
6 re etiam † infamiæ notam uitare. c. Iſaac. 40.
diſtinct. l. iſti quidem. ff. de eo quod met. cauſa
Bal. in c. 1. de pace tenen. & in conſ. 312. lib.
4. hoc idem comprobatur ex militari lege mu
nicipali ſereniſſimo magni Etruriæ ducis. c.
5. de malefic. militaribus in qua legitur qui ſe
militem eſſe profitetur qualis eſt Angelus, &
Philippus & alij qui inter legionarios milites
tanti ducis connumerantur paratum eſſe de-
bere ad exponendam uitam pro defenſione
ſui honoris igitur ex prędictis patet dictum
Angelum & complices qui quicquid egerunt
ad defenſionem honoris & uitę fecerunt a ta
li inquiſitione eſſe abſoluendos.

Nec quicquam obeſſe Philippo debet eũ,
coram iudice conſtitutum dixiſſe uera non eſ
ſe q̃ contra eũ in inquiſitione legũtur poſtea
uero in capitulis & atteſtationibus Angeli &
cõplicũ, quodãmõ contradicendo ponatur,
& probetur Philippum turbę interfuiſſe, &
ad ſui defenſionem manus conſeruiſſe reſpõ
7 detur enim licere † reo ſuam confeſſionem
interpretari & dicere ſe adfuiſſe, & gladium
ſtrinxiſſe ad ſe tutandum modo hoc legitimè
probet; ut dicit Aretin. in c. cum dilecti filii.
col. 2. num. 8. de accuſation. ubi etiam Cardin.
Zaber. num. 5. uerſic. nota quod confeſſus. &
Bal. in tit. de controuer. inueſtit. §. item ſi ua-
ſallus uerſic. quid econtrario nume. 7. in uſib.
feud. quinetiam poteſt docere confesſionem
fuiſſe errorneam & errorem probare Bart. in
l. non fatetur. ff. de confeſſ. Bal. in l. error. C.
de iuris, & fac. ignor. Hyppol. de Marſil. ſin-
gul. 452. id quod procedit etiam in materia
criminali & eſt communis op. ut per Iul. Clar.
in pract. crim. § fi. q. 55. uerſic. ſed pone. Atq;
ita iuris eſſe arbitror meliore ſententia ſem-
per ſalua ad laudem Dei. O.M.

SVMMARIVM.

1 *Spes de futuro non autem ius de preſenti ordine ſucceſſionis quando cenſeatur acquiri.*

2 *Maritus ſtipulatus pro ſe & uxore emendo vel emphyteuſim accipiendo ſtatim uxori acquirit.*

3 *Frater accipiens emphyteuſim pro fratre ratum habente ſtatim ei pro dimidia acquirit.*

4 *Actis non minus quam uerbis res declaratur.*

5 *Ordo ſucceſſiuus in diſpoſitione, ſcilicet vt primo unus, deinde alter acquirat, conſiderandus quã do ueniat.*

CONSILIVM CXXX.

Diuino Implorato auxilio.

COntra Do. Electram obijcitur eam
in contractu emphyteutico voca-
ri non coniunctim, & ſimul in pri-
mo gradu cum d. Do. Iuliano eius
conſobrino, ſed ordine ſucceſſiuo poſt mor-
tem ſcilicet D. Iuliani ita vt D. Electræ nullum
1 ius de præſenti, ſed † ſpe de futuro poſt mor-
tem D. Iuliani quæſitum ſit. Roma. conſ. 22. &
conſ. 36. Petr. de Anch. conſ. 125. nu. 7. & con
ſil. 143. in prin. incip. Do. Paula Iul. Clar. lib. 3.
ſen. §. teſtamentum. q. 16. & q. 35. ſicut in for-
tioribus terminis ſi pater accipiat emphyteu-
ſim pro ſe, & filijs intelligitur conduxiſſe ordi
ne ſucceſſiuo primo pro ſe poſt mortem vero
ſuam pro filijs. Corn. conſ. 47. lib. 3. Iaſ. in l. Gal
lus. §. quidam rectè. nu. 42. ff. de lib. & poſthu.
vbi Socy. nu. 46. qui fatetur hoc eſſe commu-
ne, & Dec. conſ. 239. poſt primum num. verſi.
tertio principaliter. & conſ. 607. nu. 21. & con-
ſil. 661. poſt nu. 2.

Veruntamen ego his minime obſtantibus
arbitror d. D. Electram vocatam fuiſſe ad em
phyteuſim prædictam non ordine ſucceſſiuo.
poſt mortem ſolum D. Iuliani, ſed etiam in pri
mo gradu ſimul, & coniunctim cum eo pro ra
2 ta, quemadmodum dicitur de † marito, qui eũ
emit, vel accipit emphyteuſim pro ſe, & vxore
intelligitur ſtipulatus pro ſe, & vxore ſimul, &
coniunctim ita ut utrique ſtatim dimidium
acquiratur, ut per Spec. in tit. de emph. §. nũc
aliqua. de iure. verſ. 148. quæritur num. 175. &
Dec. conſ. 58. inc. & pro tenui. nu. 1. Accedat
3 ſi † frater acceperit emphyteuſim pro ſe, &
fratre, qui contractum factum ratum habue-
rit, utrique pro dimidia ius acquiri. Bar. in l. ſi
patruus. nu. 4. vbi de hac ratihabitione loqui-
tur. col. 1. C. com. utriuſque iud. & in l. fundũ
cum mihi venderes ff. de act. emp. idem ſentit
Iaſ. in l. 2. col. 107. verſ. 17. quæro. num. 201. C.
de iure emph. vbi ſi duo fratres accipiant em-
phyteuſim ea lege, ut poſt eorum mortem, &
filiorum redeat ad dominum directum, & v-
nus ex eis ſine filijs decedat altero fratre ſu-
perſtite quæritur an portio decedẽtis redeat
ad dominum directum, an uero remaneat a-
pud alium fratrem, & reſpondet ad directum
dominium non redire, ut per Pileam q. 92. in
cip. Lucius Titius. Ex quorũ dictis apparet, fra
tri qui poſtea deceſſit acquiſitã fuiſſe dimidiã
portionem emphyteuſis ante mortẽ alterius
fr̃is alioquin ſi is q. deceſſit nil in d. emphyteu
ſi dum uixit acquiſiuiſſet & tota emphyteuſis
ad ſuperſtitem pertinuiſſet ineptè & perperã
quęreretur an portio prędecedentis ad dominũ
directum

directum,vel ad ſuperſtitem fratrem reuerte-
tetur. confirmatur eadem opinio,quia ſi inſti
tuo fratrem meum,& eius filium uideor ut rũ
que vocaſſe ſimul in primo gradu,non autem
ordine ſucceſſiuo ſecundum communem opi
nionem de qua in d.l.Gallus.§.quidam rectè.
vbi Soc.iun.numero 32.& Torn.nu.4.& nu-
mero 12.in quæſtionib. ff. de lib.& poſthum.
Rurſus ſi teſtator relinquat Titio & filijs Seij
in huiuſmodi relicto non habet locum ordo
ſucceſſiuus,ſed ſimul vocati cenſentur filius,
ſcilicet ad dimidiam,filij uerò Seij ad aliam di
midiam.Bar. d.§.quidam rectè. vbi Socy.iun.
num.40.atteſtatur eſſe communẽ,& Tornic.
ibidem num.27.in quæſtion. Idque ea ratio-
ne firmatur quoniam ceſſat ibi neceſſitas in-
ſtituendi, a qua inducitur ordo ſucceſſiuus.
Torniel.ibidem numero 4.& numero 12.& So
cyn.iun.num.32. Atque hæc opinio non ſolũ
ex prædictis uera oſtenditur, ſed etiam iuua-
tur uerbis contractus emphyteuticis, ubi dici
tur promittunt dicti confratres venditores
dictam domum, uel partem nullatenus auo-
care quaſi promiſerint non auocare partem
Dom.Iuliani,uel Dom.Electræ. Cui quidem
Dom.Electræ ex ſtipulatione appoſita in con
tractu emphyteutico quæſitum fuit ius in di-
cta emphyteuſi propter dictæ Dom. Electræ
ratihabitionem quæ interueniſſe demonſtra-
tur,vel ex eo quod præſens contractus cele-
brationi adfuit,vt indicant illa uerba quę om
nia inuicem quælibet dictarum partium de
per ſe diuiſim,& cõiunctim promiſerunt &c.
vel expenſionibus receptis per d. Dominam
Electram, & per alios actus ſimiles qui inter-
4 uenerunt ex quib.quidem actib. † non minus
quàm ex verbis res declaratur.l.Paulus. ff. rẽ
rat.hab.reprehendenda.C.de inſt.& ſubſtitu.
ſub cond.fac. Crau.conſ.73. nu.11.

His ita ſtantib. non obſt.d. Electram vide-
ri vocatam ordine ſucceſſiuo poſt mortem d.
Iul.ſicuti quando pater accipit emphyteuſim
pro ſe,& filijs primo loco dicitur vocari pater
& poſt eius mortem illius filij. Quoniam re-
ſpondetur diſtinguendo caſus, tolli difficulta
tem glo.in l.apud antiquos.C.de furt.

Namque aut in diſpoſitione uocantur per
copulatiuam orationem aliqui inter quos ca-
dit non ſolum ordo charitatis & affectionis
ſed etiam concurrit neceſſitas inſtituendi ſal-
tem cauſatiuè. Vt accidit quando in diſpoſi-
tione aliqua agitur de filio & nepote ipſius di
ſponentis,uel de aliis qui ſi ipſe diſponens fa
ceret teſtamentum deberent inſtitui ut teſta-
mentum ſuſtineretur & eo caſu non cenſen-
tur vocati ſimul & ſemel uel cõiunctum eodẽ
5 tempore ſed†ordine ſucceſſiuo uidelicet fi-
lius ſolus in primis deinde uerò nepos, & ita
procedat d.Cornei conſ.47.lib.3.cum conſo.
ſup.allegatis & hęc ẽ communem opinionem
& declaratio ut per Iaſ.d.§.quidam rectè.nu.
2.& nu.42.& ibi Soc.iun.nu.46.& Iul.Cla.ſed
lib.3.§.teſtamentum q.80.concl.2.qui atteſta
tur hoc eſſe commune Aut uero in aliqua di-
ſpoſitione per copulatiuam uocãtur illi inter
quos ſolummodo cadit ordo affection.& cha
ritatis abſq; ulla neceſſitate inſtituẽdi, uel ſub
ſtituendi. Veluti ſi in diſpoſitione qua agere
tur de fratre, & eius filijs, uel in qua uocan-
tur Titius&filij ſeij,uel ubi frater ſtipularetur
pro ſe& eius fratre ut ſup. dixi uel ubi agere-
tur de aliquib. perſonis inter quas non cadit
neceſſitas inſtituẽdi ſicut nõ cadit inter cõſo
brinos cuiuſmodi ſunt Dominus Iulianus, &
Domina Electra. Et hoc caſu huiuſmodi per-
ſonæ cenſentur omnes uocatę in eodem gra
du ſimul & coniunctim eodem tempore pro
rata & portione ſua & non ordine ſucceſſiuo
poſt mortem alterius quia ſola ratio charita-
tis & affectionis abſque neceſſitate inſtituen
di non eſt;ſatis ad inducendam interpretatio
nem ordinis ſucceſſiui, qui inducitur ab ipſa
neceſſitate inſtituendi. Et hæc eſt communis
declaratio,& opinio, ut per Alex.& Iaſon.d.§.
quidam rectè.num.20.vbi Torniel.num.4. &
num.12.& Soc.iun.num.46.in l.Gallus. ff. de
lib.& poſth.& Alex.conſ.129.num.7.lib.5.De
cius cõſ.95.Iul.Clar. qui ita in ſpecie declarat
aſſerens hanc opin.eſſe communem. d.lib.3.
ſenten.&c.teſtamentum quæſtione octuage-
ſima.concluſione prima.verſicul.hoc præmiſ-
ſo,vbi complures alios citat. Ex quibus omni
bus concludendum puto inter Dom.Iulianũ,
& Dominam Electram non eſſe locum in di-
cta emphyteuſi, ordini ſucceſſiuo cum inter
eos ſi ageretur de teſtamẽto,non caderet ne-
ceſſitas inſtituendi ſine qua,non inducitur or
do ſucceſſiuus iuxta communem prædictam
opinionem. & ita iuris eſſe arbitror meliore
ſententia ſemper ſalua ad Dei O. M. laudem,
& gloriam.

Reuer. D. V. mirificè deditus.

Antonius Cioſius Iuriſc.

SVMMARIVM.

1 Res unaquaq; præſumitur libera in dubio, niſi con trarium probetur.
2 Pater in feudo, vel emphyteuſi antiquis, non poteſt agnatis præiudicare.
3 Dictum de feudo ubi eadem ratio militat extendi tur etiam ad Emphyteuſim.
4 Emphyteuſis antiqua quæ dicatur.
5 Emphyteuſis mixta quæ dicatur.
6 Pater quando acquirit emphyteuſim pro filijs, ut hæredibus, tunc poteſt illis præiudicare.
7 Hæres tenetur obſeruare factum defuncti.

CONSILIVM CXXXI.

In Dei nomine.

MVlrum Mag.& ſpectabiles D.Con
ſules Naris,& Doanæ ciu.Piſarum
plurimum honorandi. In cā quæ
uertitur inter Ebiſim Gabrielis E
biſis à Caſcina ciuem Piſarum actorem ex u-
no latere,& Baſtianum Scottum.ſeu Iacobum
eius filium Piſanos ciues reos conuentos ex
altero. Vidi petitionem d.Ebiſis, & exceptio-
nes d.Iacob.& replicationes,ſeu capitula,& te
ſtes examinatos ad inſtantiam d.Ebiſis,cū re-
ſponſionib.ad d.petitiones,&interrogatorijs
factis per d.Iacob.& accurate perſpexi inſtru-
menta ab utraque parte producta, & omnia
quæ conſideranda erant diligenter conſide-
raui. idcirco,vt conſultationi ueſtræ faciam ſa
tis Diuino nomine repetito, conſulo, dico,&
refero partes Magnificentiarum veſtrarum
fuiſſe,& eſſe,ut declarent, decernant, & pro-
nuncient in hunc qui ſequitur modum, vide-
licet petita per d.Ebiſim concedi, & fieri de-
buiſſe,& debere potuiſſe,&poſſe,propterea q;
d.Baſtianum Scottum, ſeu Iaco.eius filium co
gendum,ſeu cogendos fuiſſe, & eſſe ad tollen
dum,ſeu muro obſtruendum oſtium quod fa
ctum fuit in muro d.Iacobi, & quo ibatur ad
hauriendam aquam ex puteo qui extat in cla
uſtro d.Gabrielis,& de quo in petitione. Ex
aduerſo autem decernant declarent, & pro-
nuncient d. Ebiſim actorem condemnandū
fuiſſe,& eſſe ad reſtituendum d. Baſtiano, ſeu
Iacob. eius filio ſcutatos duos aureos largos
quos ipſe Iacobus ſoluerat pro obtinenda ſer
uitute ad d.puteum, itemque ad reſtituendas
expenſas factas pro d.Oſtio conſtruendo iux-
ta pactum expreſsè appoſitum in contractu
facto die 27.Feb. 1553. Et propter probabilia
iuris dubia ambas partes ab expēſis liberent,
& abſoluant omni meliori modo. In hanc aūt
ſententiam uenio ex iuribus,& rationibus po
tiſſimum infraſcriptis. Quoniam agit Ebiſis aſ
ſerens clauſtrum ſuum nulla ſeruitute aduer-
ſario obligatum,id quod uerum eſſe in dubio
poteſt exiſtimari quandoquidem unaquęque
1 † res præſumitur libera,niſi probetur contra
rium.l.Altius.C.de ſeru.Leuio eo.l.imperato-
res.ff.eo.doct.in §.ęquè.inſt.de act. At in caſu
propoſito non fuit concludenter probatū cō
trarium,ut patet ex proceſſu ergo iure aſſerit
Ebiſis ſuam curtem,ſiue ſuum clauſtrum in li-
bertatem. Quo ſtante primū q non obſt.dum Ia
cobus dicit Gabrielem patrem d.Ebiſis acto-
ris ſibi conceſſiſſe d.ſeruitutem, ut conſtat ex
inſtrō publico confecto d.die 57.Febr, 1553.
Cuius uerba ſunt hæc Gabriel &c. cum præ-
ſentia licentia.& conſenſu D.Abbatis, & Mo-
nachorum &c.ceſſit Iac.Baſſani olim Georgij
de Scottis &c.ius & facultatem, ſeu vſum, &
ſeruitutem unius putei exiſtentis in clauſtri-
no domus d.Gabrielis &c. & eūdi ex dicta do
mo Iac.ad puteum ad hauriendam aquā tā cū
perſonis quā cū beſtijs, & lauandi pannos, &
d.puteo utendi &c.& propterea unū oſtiū a-
periendi in muro domus d.Iac.&c.& hæc pro
pretio ſcut.duorū auri largorum quos &c. Re
ſpondetur,n.in feudo,uel emphy.antiqua, ac
2 mixta non poſſe † patrem alienando agnatis
praiudicare,uel in ea grauamē aliquod impo-
nere,quia nō fuit actor acquiſitionis, & ſi fue
rit alienatum, agnati poſſunt reuocare aliena
ra.l.ſi unus § ante omnia.l.fi.ff.de pac. Ale.cō
ſil. 18.col.2.in fi.1.dub.uol.5.& conſ.19.& cōſ.
26.co.5.uol.vbi dicit in feudo antiquo ex pa-
cto, & prouidentia concedentis patrem non
poſſe filijs præiudicare,quod ēt in emph.locū
3 hēt, quia dictum de feudo † vbi eadē rō mili-
tat extēditur ēt ad emph.Alex. conſ. 106. n.7.
& 8.lib.4. Rurſus nō poſſe patrē in præd. em-
phy. præiudicium filijs facere expreſſe tradit
Alex.d.conſ. 106.n.8.uol.4.ubi atteſtatur ne-
minem reperiri,qui contrarium teneat,ut re-
fert,& ſequitur ēt Ruy.conſ.213.n.4.& nu.5.
uol.1.& idem Ruy.conſ.9.nu. 16. col.fi. uol. 1.
ubi dicit in feudo antiquo patrem non poſſe
filijs præiudicare quando filij non ſunt hære-
des,& ita eſt cōis opi. & idem Ruy. conſ. 186.
n.1.uol.1. ubi dicit per agnatos habentes feu
dum,uel emph.antiquam non poſſe alienādo
inferri aliquod præiudiciū agnatis ſequētib.
ad quos feudū defertur non ex perſona alie-
nantis,ſed ex perſona aui, & aliorum maiorū
Et Bero.conſ.68.nu.77.uol.1. Prætetea non
poſſe patrem in emph.antiqua,&mixta alienā
da, agnatis, uel eis in re emph. onus aliquod
iniungere tenet ult.loc.Iul.Cla.li.4.ſen. §.em
phy. q.16.uerſ.aūt eſt mixta.& §.feudum.q.42
in fi.& uerſic.ſed quia hæc materia,& q.41.in
prin.uerſ.cum.n.fit.& q.9.uerſ.ſed quæro.ubi
firmat de emphy.antiqua, & mixta non poſſe
patrem diſponere in præiudicium filiorū quo
niam ueniunt ad emph. non tanquā hæredes
alienantis, ſed admittuntur ex antiquorū ſuo
rum prouiſione prouidentia,& facto primi in
ueſtiti,& tunc alienatio reuocatur quādo feu-
dū eſt antiquū,& mixtū,ut ibi per eum. Atqui
4 emph. de qua hic agitur eſt † emph. antiqua,
quia hēt originē, & prouenit a balio aſcendē
te,quandoquidē domus, & clauſtrum cui fuit
impoſita ſeruitus,conceſſum fuit in emph.Ga
brieli ſen.ut conſtat ex inſtr.emphy. rogato a
ſer Petro Magiſtri Lupi die 15. Decēb. 1451,
quo caſu hic appellatur emphy.antiqua, vt dr
de feudo ſecundum doct.in l.ſi mihi & Titio.
ff.de uerb.obl.& Bal.in prælud.feud. & Bero.
conſ.129.nu.4.uol.1.& Iul.Clar.d.§.emphy.q.
16.verſ.antiqua. Rurſus hęc dici poteſt cum h.
5 † mixta, quia in hac pater ſtipulatus eſt pro
filijs

filiis & hæredibus & pro hæredibus maſculi. lini & fœminini ſexus ex eis legitimè deſcẽtium &c. ex quibus colligitur ſtipulationem mixtim conceptam eſſe partim ſcilicet pro filijs, partim pro hæredibus quo caſu iuxta prędicta dicitur emphyteuſis mixta igitur non ẽ mirum ſi pater non poteſt filiis in tali emphyteuſi præiudicare & per conſequens concludendum eſt, dictum Gabrielem qui conceſſit eam ſeruitutem Iacobo, non potuiſſe dicto Ebiſi ſuo filio præiudicare, uel rei emphyteuticę aliquod onus adicere.

6 Secundo non obſtat quòd quando † pater acquirit emphyteuſim pro filiis ut hæredib. tunc poſſit filus pręiudicare iuxta ea quę dicit Iaſ. in l.apud Iulianum.§.ſiquis alicui num. 15.ff.de lega.primo & in l.2.C.de iure emphyteu.in ultima.q.uerſic.ego ult.loco nu.211.

Reſpondetur enim tunc poſſe patrem filiis pręiudicare quando agitur de emphyteuſi noua quæ habet originem & incipit a patre ſeu a perſona ipſius emphyteutæ qui uult de ea diſponere quia ipſe eam acquiſiuit Alex. con ſi.28.col.1.lib.5.Ruyn. conſ.213. numc.4. & num.5.uol.1.& Iulius clarus.d.§.emphyteuſis quæ.16.uerſic.his præmiſſis.At certe hæc emphyteuſis quoad Gabrielem Iuniorem quæ fuit pater Ebiſis actoris non eſt noua quia emphyteuſis non incepit ab eo igitur non eſt mirum ſi in caſu noſtro Gabriel non potuit Ebiſi eius filio imponendo ſeruitutem præiudicare, licet pater poſſit pręiudicare in emphyt. noua de qua loquitur Iaſ. locis ſupracit. Tertio non obſtat quòd † hęres teneatur

7 obſeruare factum defuncti & per conſequens quòd Ebiſis teneatur obſeruare, id quod fecit Gabriel eius pater argumento l.cum a matre. C.de rei vendic.Alex.conſ. 88.incipiente accuratè num.15.& conſ. 195.perſpectis num. 8.libro 6.Ruy.conſ.42.lib.5.num.3.reſpondetur enim 1. ipſum actorem negauiſſe, ſe patris hæredem exſtere, nec aduerſarius probauit contrarium vt patet expreſsè. Quo caſu, in dubio filius non præſumitur ſe immiſcuiſſe hęreditati paternę niſi aduerſarius hoc probet cũ habeat beneficium abſtinendi, qui ſanè aduerſarius ad hoc, vt habeat intentionem fundatam debet probare filium ſe immiſcuiſſe. l. 1.C.ſi vt ſe ab hęred.abſtine.Iaſ.in l.filio pater. num.22.col.antepen. ff.de leg.1. Et idem tenet etiam Dec.conſ.344.in prin.per l.cum pa tris. de acq. hęred. ubi dicit aduerſarios filij probare debere, filium ſuum hæredem ſe immiſcuiſſe. Secũdo reſpondetur quòd tunc hęres tenetur obſeruare factum defuncti, quando defunctus poterat diſponere de re quam reliquit Pau.Caſt.conſ.197. viſis dubijs.col. 2. & conſ.448.inc.tria ſunt.col.fi.uer.3.facit.lib. 2.& Crau.conſ.200.nu.7.vol.1. Atqui in propoſita ſpecie Gabriel non poterat de hac emphyteuſi antiqua, & mixta diſponere in pręiudicium ſequentium agnatorum iuxta prædicta. ergo non tenetur hoc caſu hæres obſeruare factum defuncti. Ideo autem dixi Ebiſim condemnandum ad reſtituendum duos ſcutatos, & expenſas factas in oſtio extruendo, quia hic expreſſe cauetur pacto appoſito in d.contrac. ſeruitutis vbi dicit cũ pacto expreſsè habito quòd in caſu quo ſucceſſores d.Gabrielis moleſtarent dicta iura, ut ſup. conceſſa d.Iac.vel eius ſucceſſorib. tunc & eo caſu d.Gabriel, & eius hæredes teneantur ad reſtitutionem dictorum duorum ſcut.auri largorum, & expenſas reficiendas d.Iac. vt liberetur d.puteus, & d.clauſtrum a ſeruitute præd. & ex his, & alijs quę breuitatis gratia omittuntur ſtabiliuntur præd. & propterea ita iuris eſſe arbitror, & ita conſulo, & dico, & refero. omni meliori modo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum eſt ius proprium ciuitatis.*
2 *Dubitatio eſt uana vbi reperitur caſus ſtatuti.*
3 *Statutum loquens de ſucceſſione ab inteſtato comprehendit etiam ſucceſſiones pupillorum.*
4 *Dictio, ab inteſtato, quid importet.*
5 *Dictio, fine, quid importet.*
6 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate comprehendit bona tam ſita intra, quàm extra territorium.*
7 *Statutum loci ubi bona extra territorium ſita ſunt locum ſibi uendicat.*
8 *Verba ſtatuti vbi non conueniunt, nec eius diſpoſitio conuenire debet.*

CONSILIVM CXXXII.

Diuino nomine repetito.

IN eam ego quoque ſententiã ire non dubito quam prudenter, & copioſe multis rõnib. & auctoritatib. illuſtrarũt D.Matthæus Romanus, & D.Bernar. Biſcia I.C. clariſſ. dum firmarunt Valerium, & Torquatum patruos ſuccedere debere Alexandro Seriuliano iun. poſthumo infanti defuncto ab inteſtato corũ nepoti in bonis eius ubiuis poſitis in trib. quadrantib. ſeu trib.quartis partib. illius hæreditatis. Sorores verò d.Alexandri infantis defuncti debere ſuccedere in alio quadrãte, excluſa penitus D.Conſtantia matre d.Alexandri, ex diſpoſitione ſtatuti ciu.Burgi San.Sepulcri in rub.de ſuc.ab inteſt. in uerſ.item mater, & coniuncti, &c.& in verſ.& in eo caſu tantũ, &c.& in verſ.

1 item ſi remanſerit patruus &c.Quod † ſtatutũ cum ius proprium ciuitatis ſit.l.oẽs populi. ff. de iuſt.& iur.Io.Crot.in rub.ff.de ope.no.nũ. n.45.dẽt in loco ſeruari.Dec.cõſ.592.n.2.ibi que vim legis hẽt Alex.in l.1.in prin.C.ut quæ deſunt aduoc.iud.ſup.& conſ.120 in fi. lib.6.

2 Vana que dubitatio † eſſet ubi reperitur caſus ſtatuti.Cor.cõſ.316.n.7.li.1.Dec.cõſ.484.Cra.

conſ.4.nu.20.vol.1.Quo ſtabilito non obſtat,
dum opponebatur Alexandrum pupillum nõ
videri comprehenſum in ſtatuto loquente de
ſucceſſione ab inteſtato quaſi pupillus cum te
ſtari non poſſit nõ dicatur inteſtatus decede-
re, vt per Bar.in l.1.ff.de ſuis & legi.cum priua
tio præſupponat habitum.l.decem.ff.de uerb.
obl.Quoniam reſpondetur in primis quando
3 † ſtatutum loquitur de ſucceſſ.ab inteſt. ſicut
dicit ſtatutum de quo agimus com.eſt opi. do
ctor.tale ſtatutum et ſucceſſiones pupillorum
comprehendere, vt vltra tradita per Alc.Cor
ne. & Dec.in l.generaliter. C. de inſt.& ſubſt
ſub cond.fac.& Ang.conſ.104.inc.ſtatuto cõ-
munis Burgi,& alia allegata a ſuprad.D.Con-
ſulentib.firmat et Rolandin.Paſſager. in trac.
de ſucceſſ.ab inteſt. nu.4. col.3. vbi vult pro-
prie tunc contineri impuberem quando ſta-
tutum mentionem habet ſucceſſionis ab inte
ſtato.Atque eo caſu impuberis quoq; ſucceſ-
ſionem comprehendi tenuit Philip.de Caſol.
in trac.de teſt.& ſuc.ab inteſt.nu.3.& nu.4.&
Ang.Are.inſt.de hæred. quæ ab inteſt. defer
in prin.col.2.in fi.verſ.ſed & quarto modo,n.
2.& Oliuer.textor in trac.de ſuc.ab inteſt.col.
3.n.7.& nu.8.Et Gul.de Bened.in c.Raynu.in
verbo,& vxorem nomine Adalatiam.col.4.n.
8.& 9.de teſt.qui voluit dici poſſe pupillũ de-
cedere inteſtatum,uel ab inteſtato.Neque ob
ſtare regulam qua traditur priuationem,habi
tum præſupponere quandoquidem hęc obie
ctio tolli poteſt duob.modis. Primò quia pu-
pillus facultate,atque habitu teſtãdi largè pri-
uari dr̃,ut hõ.ſ.in ſpecie non aũt ſtrictè,ut pu-
pillus tamquam indiuiduum, vt per Bar.in cõ
ſil.137.inc.hæc eſt copia cuiuſdã ſtatuti S.Se-
uerini,& Gul.de Bened.in allegato c.Rayn.in
d.verbo,& vxorem nomine Adalatiam.nu.11.
de teſt. Secundo mõ dilui põt obiectio, quia
hæc oratio pupillus deceſſit ab inteſtato nul-
lum habitum præſupponit, & conſequenter
quoque nullam ſignificat priuationem,ſed ſo
4 lum deſignat ſimplicẽ abnegationẽ. Nam † di
ctio ab inteſtato eſt aduerbium,quod nihil ſi-
gnificat aliud quam ſine teſtõ.l.3.ff.de pet.hæ
red.l.quamdiu poteſt.ff. de acq.hær. & nomi-
natim.Rolandin.Paſſager.d.tract.de ſucce.ab
inteſt.n.4.Et Phil.de Caſol.in pręd.trac.de te
ſtam. & ſucceſſ. ab inteſt. n.2.& ſeq. ſed.n.di-
5 ctio † ſine non ſignificat ex ſui proprietate pri
uationẽ,ſed ſimplicem negationem.Namq; ſi
dicatur infans ſtatim,ut naſcitur, eſt ſine den-
tib.non ob id ſignificatur infantẽ illum denti
bus eſſe priuatum quãdoquidem, eo tp̃e dẽ-
tes naturaliter hẽre non põt, ſed ſimpliciter
negatur,& uerè huiuſmodi infantem habere
dentes; ideoq; ſi dicas hõ,eſt ſine pẽnis rectè
dixeris, & tamen nullũ habitum præſupponi
es,nullamq; deſignabis priuationem, cum cõ
ſtet pennas homini naturaliter nullas eſſe, vt
per Alc.in l.Centurio.nu.10.uerſ.fine liberis
vbi etiam Galiaula nu.311. ff. de vulg. & pup.
ſubſt. Secundo principaliter primæ obiectio-
ni principaliter reſpondetur.Quando ſtatutũ
loquitur de inteſtabili ſicut facit ſtatutum ci-
uit.Burgi tam in prin. ibi ab inteſtabili quàm
in fine ibi in quocunque inteſtabili moriente
vel ab inteſtato,tunc certè ſub tali ſtatuto pro
priè cõtinetur ſucceſſio impuberis. l.is cui. §.
1.ff.de teſt.Bald.inſt. de hæred. quæ ab inteſt.
deferun.in prin.col.1.n.1.uerſ.ſed contra hãc
gl.quod pupillus, vbi et Ang.Are.col.2. verſ.
& 4.mõ.nu.2.& Gul.de Bened. in d.c. Raynu.
in uerbo,& vxorem nomine Adalatiam.col.4.
nu.8.& nu.9.de teſt.& Bero.con.18.nu.14.uo
lum.2. qui dicit ita tenere ferè omnes magis
com. Nec ob. dum pro D. Conſtantia matre
dicebatur,quo ad bona ſita extra territorium
non poſſe matri præiudicari iuxta tradita per
Bar.in l.cunctos populos. q.6. C. de ſum.trin.
& fide cathol. q.6. & Hyppol.de Marſil.in l.fi.
ff.de iuriſd.om.iud.Reſpondetur enim quan-
6 do † ſtatutum excludit fœminas ab hæredita-
te,non autem a bonis defuncti, ut euenit in
ſtatuto de quo tractamus,vbi ſit mentio hære
ditatis ibi in quarta parte hæreditatis. & ſit
mentio ſucceſſionis quæ ſunt quod attinet ad
rem noſtram ſynonima, ut per Franc.de Ram
ponib.in conſ.34.col.fi. inter conſil.Calderi-
ni.rub.de teſtam. tunc ſtatutum comprehen-
dit etiam bona ſita extra territorium quæ ſub
eo nomine vniuerſali, uidelicet hæreditate ve
niunt idem Franc.de Ramponib.præal.conſi.
34.rub.de teſt.inc.ſtatuto Ferrarienſi.col.fin.
numer.3.uerſ. tertio caſu. idem etiam firmat
Georg.Natta in tract.de ſtatu.quæſtion.nona
quartæ quæſtionis principal.columna quarta
verſicul.conſiderabam hanc contrarietatem.
& ſequitur quoque Ioan.Campeg. in tract.de
ſtatutis loquentibus.de dote.quæſtione ſexa-
geſimanona.numero ſeptimo.in fi.vbi dicit ſi
fœmina excluditur ab hęreditate ſub tali no-
mine uniuerſali ueniunt bona ſita extra pa-
triam,& extra territorium. Idem præterea te
nuit Ioan.Franciſcus Purpuratus.conſilio tri-
geſimoſeptimo.numero uigeſimooctauo. in-
ter conſilia feudalia diuerſorum. poſtremæ e-
ditionis. Præterea ſi maior pars hæreditatis
dicti Alexandri eſt in territorio ciuitatis Bur-
gi,ut præſupponitur certum eſt locum etiam
7 ſibi uendicare, quo &c. † ſtatutum loci, ubi
eſt maior pars,quo ad bona extra territo-
rium ſita ſicut ultra Paulum Caſtrenſem in
lege ſi fideicommiſſum. numero tertio, &
numer.4.ff.de iud.tenuit Franciſ.de Rampo-
nib.d.conſ.34.col.fi. n.2. verſ.2.quando om-
nia bona.in rub.de teſt.& Alex.conſ.44.nu.7.
lib.5. Accedat ſi ageretur de nominib.debito
rum uti proponitur utique ea omnia compre
henderentur ſub ipſo ſtatuto,quia dicta nomi
na loco

na loco non circumſcribuntur,neque dicuntur eſſe extra territorium,vt tradit Soc.conſi. 36.num.6.uol. 1. Non ob. tertio ſi obijciatur contra patruos d. matrem debere ſuccedere ſaltem in 4.par. bonorum exiſtentium in territorio ciuit.Burgi iux. d. ſtatutum de ſucceſſ. ab inteſt. verſicu.& in eo caſu tantum. Namque reſpondetur in caſu propoſito.vbi extant ſorores,&patrui Alexandri defuncti de cuius ſucceſſione agitur,non poſſe ſuccedere matrē in 4. par. de qua facit mentio ſtatutum, ſed tunc demum admitti matrem ad eam quartā quādo ſolum extat patruus cum dicta matre & non quando cū patruo, & matre ſuperſunt ēt ſorores,vt euenit in caſu noſtro. Id qđ cōprobatur ex illis verbis ſtatuti, & in reſiduis trib. partib. ſuccedat patruus &c. quæ verba manifeſtè indicant cum mater ſuccedit in ea quarta parte, tunc patruum ad reliquas tres quartas partes eſſe admittendum. Atqui ſi mater in caſu propoſito admitteretur ad iſtā 4.partē quando remanſerunt ſorores, & patruus,profectò patruus non poſſet admitti ad tres reliquas partes,quemadmodum vult ſtatutum, neque poſſent verificari illa verba, & in reſiduis trib. partib.ſuccedat patruus,quoniam cum ſorores defuncti,ſi remāſit patruus admitti debeant ipſæ quoque ad aliam quartam partem,vt dicit ſtatutum in uerſ. itē ſi remanſerit proculdubio patruo nō remanerēt tres reliquæ quartæ, ſed ſolum dimidia pars hæreditatis ſiquidem vna quarta a matre altera uero a ſororibus poſſet apprehendi. Igitur
8 cum † uerba ſtatuti huic caſui non conueniāt dicendum eſt ēt illi non conuenire ēam ſtatuti diſpoſitionem quę de quarta debita matri loquitur.l.4.§ 20ties.ff.de dam.infec.c.indemnitatib.de elect.lib.6.Iaſ.conſ.221.col.1.vol.2. Dec.conſ.591.nu.2.par.4. Cur.iun. conſ.182. nu.1. par.2.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante tam ciuiliter quam criminaliter reus abſoluitur.*

2 *Accuſatio de damno dato contra communitatem quomodo probanda.*

3 *Iuramentum in accuſatione damni dati quando non ſufficiat.*

4 *Dolus probandus eſt ab eo qui dolum deducit atque allegat.*

5 *Incendium præſumitur factum caſu, niſi probetur dolus,& fortunæ imputatur.*

6 *Teſtes de auditu non rectè probant.*

7 *Depoſitiones teſtium debent neceſſario ſaltē per iuris præſumptionem concludere.*

8 *Qualitates aſſertæ,ſeu per allegata,de iure debēt ab eodem probari.*

9 *Dies damni dati in libello exprimi debet atq; probari.*

10 *Deponens non uероſimilia, teſtis ſuſpectus habetur.*

11 *Statutum ut commune teneatur reſarcire damnum datum per incendium, præſupponit debere probari fuiſſe a tertio impoſitum.*

12 *Teſtes deponentes ſub eadem forma uerborum,& complexione ſuſpecti redduntur.*

13 *Teſtis de fama,ſeu maiori parte populi exprimere debet.*

14 *Forenſes & non ſuppoſiti,uti non poſſunt beneficio ſtatuti de damno dato diſponentis.*

15 *Statuta loquentia de damni dati emendatione, non ſolent habere locum in abſentib. ſeu infirmis & alijs.*

16 *Damnum datum emendare tenetur, qui potuit prohibere, & non prohibuit, ſeu in aliqua culpa fuit.*

17 *Damni dati æſtimatio qualiter ſit facienda & quæ in ea ſint ſeruanda.*

CONSILIVM CXXXIII.

Diuino nomine implorato

COmplura. ſunt quæ manifeſte indicant magiſtrum Michaelem propter aſſertum damnum illatū agētem contra cōmune Liburni cauſam obtinere non poſſe,id quod ante omnia demonſtratur quoniam ſiue iuris communis ſiue ſtatutorum ciuitatis Florentię diſpoſitionem quibus innititur ipſe actor quis uelit inſpicere, is facile animaduertet. magiſter Michaelem ex hiis quę in præſenti iudicio probanda fuerant nihil concludenter probaſſe, ideoque prędictum commune abſoluendum
1 eſſe quandoquidem,certum eſt actore † non probāte reū abſolui.l.qui accuſare.C.de edē. c.fi.de iure iuran.c.dilectos in fine de fide inſtrum.Quod adeo uerum eſt ut tunc etiam locum habeat cū de criminali cauſa agitur Iaſ. in l.non eſt nouum num.5.C.de eden. ubi atteſtatur opinionem iſtam eſſe communem & Ionan. de Amic.conſ.86.num.1.præſertim cum in criminali cauſa probationes debeant eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant cuncti. C.de probation.

Atq; in primis ſi iuris cōmunis diſpoſitionē ſequi uelimus inficiari nō poſſimus,eoſqui
2 propter damnum † datum cōmunitates accuſant plenè probare debere ſuam ipſorū intentionē nec ſat eſſe ſi id oſtēdāt per iuramentū Alberic.in l.nequid hume. 1.ff. de incend. rui. naup. Quāuis.n. illius qui damnū patitur iuro fides adhiberi ſoleat quotieſcunq; agitē aduerſus doloſum,nihilominus ſecus eſſet quando ageretur contra alium non doloſum & nō delinquentem qui ex diſpoſitione uel iuris, uel ſtatutorum pro doloſo, uel pro delinquente teneri diceretur. Sicut euenit quando agitur contra commune, uel pagum uel uniuerſitatem aliquam ſi forte in eius territorio uel diſtrictu damnum aliquod illatum ſit. Tunc.n.

3 † iuramentum non ſufficit ad rem comprobã dam ſed omnia teſtibus & inſtrumentis probare neceſſe eſt ut per Cyn. Bar. Bal. Salyc. in l. ſi quando. C. unde ui. ubi Iaſ. num. 37. & num. 4. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem & Ant. de Butr. in c. ſi. col. 3. num. 16. ner ſic. pdicta faciũt ex. de his quę ui met. uè cau. geſta ſunt. Andr. Barb. conſ. 76. incip. ſapienter. colu 5. uerſic. & ſi quiſpiam volu. 4. ubi firmat agentem contra uillam, uel oppidum, in ſimili caſu liquido damnum ſuum probare debere, neque illius iuramento cred. Corn. conſi. 123. num. 3. eo. uum. 27. uol. 1. & Hyppoly. de Marſil. ſingul. 388. incipiente extant ſtatuta qui dicit cum qui damnum huiuſmodi paſſus eſt oportere plene de damno ſuo docere alio modo quam per iuramentum. Et Pariſi. conſ. 158. nu. 28. parte 4. q. in loco dicit cõmunem eſſe doctorum ſententiam ut in huiuſmodi facti ſpecie. uilla ſeu homines & incolæ alicuius oppidi tunc ſolũmodo teneantur quando uere adferuntur probationes ſup. dãno dato non autem ſtari iur. dicti actoris. Et Crauett. conſ. 196. num. 8. uol. 1. & complura ad comprobandam prędictam concluſionem adducit Ioannes Bapt. Plotus in d. l. ſi quando. C. unde ui num. 768. uerſic. quarto limita.

Quod ſi ſtatu. a ciuitatis Florentiæ de hac re diſponentia conſiderentur quod tamen dictum cõmune nũc in ſui præiudicium fieri debere negat manifeſte etiam apparebit in caſu noſtro ad probationẽ damni dati requiri concludentes probationes nam in 2. libro ſtatutorum ciuitatis Florentiæ rub. 75. de incendijs & uaſtis in §. ſi. dicitur in huiuſmodi damnis ultra ſummam quadringentorum librarũ probationes legitimas exigi ſecundum formam iuris. Qua propter magiſter Michael ſupradictus tam in libello quam in 5. cap. aſſeruerit propter aſſertum incendium illatum ſibi fuiſſe damnum ſexaginta ſcutatorum, & vltra utique ad hæc omnia comprobanda ſuę partes erant adducere certas, & legitimas probationes. Id quod cum ad docendum de iure ſuo facere non potuerit merito ęgro animo ferre non debet ſi in tam mala cauſa concidet. Ad obtinendum in hoc iudicio non ſufficere nec aſſertiones nec probationes magiſtri Michaelis non magno negotio demõſtrari poteſt. Etenim licet ipſe dicat in libello incendium factũ fuiſſe cogitatè, ſcienter atq; doloſe nihilominus nihil efficit quoniã in proceſſu poſtea de dolo non docet ſicut oportere

4 rei quandoquidem † dolus probari debet ab eo qui dolum deducit atq; allegat. l. dolũ. C. de dolo. Pariſi. conſ. 52. num. 28. uol. 4. idq; ea ratione quoniam in dubio nõ præſumitur dolus. l. quoties §. qui dolo. ff. de probation. & l. quoties. §. dolum. ff. de dolo. Quo fit ut quamuis deinde probaret incendium, nihilominus non diceretur petitionẽ ſuam probaſſe quia

5 præſumi poſſet † incendium factum fuiſſe caſu fortuito ut per Bart. Saly. & Angel. in l. data opera. C. qui accuſare non poſſunt quo caſu nullus de incendio teneretur ſed totũ hoc fortunę imputaretur cum præuideri nequaquam potuerit, ut tradit Alex. in conſ. 74. nu. 4. uol. 6. quod etiam procedit quando ex alicuius ſtatuti diſpoſitione cõmune debet emẽdare damnum ut in ſpecie dicit Lancelott. Cõrad. lib. 1. cap. 19. de prętore. §. tertio in rubr. de incendiarijs nu. 12. ubi plura citat. Rurſus nihil iuuari magiſtrum Michaelem ab atteſtationib. ſuorũ teſtium demonſtratur nam licet in tertio capitulo ſeu articulo ponat, a quodam ſeu quibuſdã cuius ſeu quorum nomen ignorare dicit, uentum itumq; fuiſſe ad ea bona prętextu comburendi ſtipulas ſeu paleas q̃ altæ a meſſorib. in agro Ioſephi Gambill. relictę fuerant eiſdemque ſiue ſtipulis, ſiue paleis ignem admotum fuiſſe, qui ſtatim comprehẽdit tugurium, & ſex palearia d. magiſtri Michaelis. Nihilominus teſtes examinati ad eius inſtantiam nihil omnino concludenter probant. Toninus. n. Piſtorienſis 1. teſtis examinatus ſupra dicto campli atteſtatur quidem ignem fuiſſe iniectum in ſtipulam, ſeu paleas d. Ioſephi a meſſorib. relictas demũq; ex eius agro paulatim in d. tugurium, & palearia obrepſiſſe. Attamen ſuæ atteſtationis rationẽ reddens ait cum Liburni eſſet ſe hoc dici audiuiſſe a colono d. magiſt. Michaelis, & poſtea ſup. interrog. ad d. c. fatetur ignem nõ uidiſſe, ſed quod ſup. dixerat audiuiſſe quo caſu certi iu-

6 ris eſt teſtes † de auditu non rectè probare. l. teſtium. C. de teſtib. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. c. ſuper eo, de conſang. & affin. c. in quiſitioni. de accuſ. Alex. conſ. 101. li. 7. Corne. conſ. 301. nu. 8. uolu. 3. & conſ. 179. nu. 9. 2. vol. & conſ. 41. nu. 5. vol. 2. Dec. conſ. 647. n. 5. par. 5. & conſ. 82. nu. 1. & 2. par. 1. & Soc. iun. conſ. 69. 1. uol. & conſ. 86. nu. 35. uol. 2. & cõſ. 89. nu. 15. eo. uolu. 2. Prӕterea ad obtinendam victoriam nihil proficit atteſtatio Blaſij ſecundi teſtis. Nam prӕterquam quod, & ipſe de auditu deponit, conſtat et eum fateri ignem a ſe non fuiſſe viſum, ſed tantum vidiſſe tuguriũ, & palearia a fundamentis poſtea cõbuſta, neque ẽt ſcire quonã mõ, aut ex qua cã fuerint igne conſumpta quę verba manifeſtè demonſtrãt præd. teſtem ignorare an opera, & dolo alicuius infeſti, & perditi hominis, vt aſſerit d. magiſt. Michael in ſtipulam ignis coniectus ſit prius, an vero ex tugurio caſu fortuito, vel culpa magiſt. Michaelis, vel eius coloni ad ſtipulã peruenerit. Ideoq; talis probatio tamquã non concludens reijci debet. l. non hoc. C. unde

7 cognati quoniã teſtium † depoſitiones dẽnt neceſſario, ſaltẽ p iuris pſũptionẽ cõcludere. l. 2. §. ętas. ff. de exc. tut. Cor. cõſ. 53. n. 40. uo. 2. ſuper

ſuper dicto tertio capitulo examinatus dixerit, ſe cum vidiſſe, dum ignis combureret tugu tium, & paleatia nihilominus nō explicat quo nam pacto, vel qua ratione iſtud accidetit, & conſequenter non probat qualitates aſſerti incendij quibus innititur dictus actor. Cū ta-
8 men † qualitates per aliquem allegatæ, de iure ab eodem probandæ ſine arg. eorum quæ d. Bar. in l. non ſolum. §. ſed & ſi probari. ff. de ope. nou. nun. & in l. non ignorat. C. qui accu. non poſ. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. nu. 3. C. de epiſ. & cler. Quinetiam prædictus teſtis fatetur ſe non meminiſſe quonam die incendium factum dicitur quæ res dictam atteſtationem protſus infringit propterea quod
9 † dies damni dati, & in libello (quod actor hic non fecit) exprimi, & in proceſſu probari debet, maxime ſi pateatur quemadmodum hic accidiſſe uidetur, vbi eum commune liburni negauit narrata, prout narrantur ſicut patet in actis neceſſarium fuerat diem exprimere, atque probare, arg. eorum, quę dicit Iaſ. in l. ar bitraria. §. ſiquis ephesi. ff. de eo, quod certo loco, neque excuſatur actor dicens ſe non recordari, niſi tantum temporis ſpacium interceſſerit, vt vero ſimiliter induci poſſit obliuio ut tradit Ioannes Bap. Ploт. in l. ſi quando. nu. 824. C. unde ui. Quinnimmo ſuſpectus redditur teſtis ſi dixetit ſe non recordari quod uero ſimiliter meminiſſe debebat. Corn. conſil. 56. vol. 1. Crau. conſ. 9. num. 9.

Depoſitio item Franciſci quarti teſtis examinati ſuper d. c. c. ſeu art. nihil officit communi liburni. Namdum dicit ſe redeuntem è ciuitate Piſarum cum iam fermè perueniſſet ad ſacellum Sancti Petri, ignem illico vidiſſe. hoc quidem non eſt uerisimile cum tot arbores, tot nemora tot ſiluæ, totque alia impedimenta uiſus, atque proſpectus in medio interreſſent quæ penitus prohiberent tam longin
10 quum ignem uideri. Ideoque tamquam † deponens ea quæ nō ſunt verosimilia, ſuſpectus redditur, ut per Dec. conſ. 684. n. 5. par. 5. Cra uet. couſ. 28. in princ. & conſ. 115. nu. 12. Accedit etiam eundem teſtem aperte fateri ſe ignorare, unde ignis exoriretur, & quinā illū tuliſſent quippe qui dicit neminē uidiſſe, qui ignem admouiſſet, ſed ſolum vidiſſe tuguriū flagrans, ex quibus colligitur hanc depoſitionem non eſſe concludentem, & propterea reijciendam. l. neq; natales. C. de prob. c. in pręſ-
11 ſentia. ext. eo. tit. Nam certè ſtante ſtatuto † ut commune teneatur reſarcire damnum datū propter incēdium profectò, qui dicit damnū ſibi ſarciendum fore probare tenetur ignem fuiſſe impoſitum a tertio quodam alio quam uis non teneatur probare per quem, ut tradit Alberi. in tract. de ſtatut. par. 2 an q. quæ incipit. Item quæro ſi ſtatuto caueatur, & probatur. in l. 1. §. ſi ſerui. ff. ad Syllani. & rationē aſ-ſignat quia præſummendum eſt incendium contigiſſe culpa inhabitantium Salyc. in l. ſi creditor. C. de pig actione. Imola in l. exuſtas domos. ff. de lega. 1. Panormit. c. 1. col. 4. uerſic. quid autē ext. depoſiti id circo cum ex hu iuſmodi atteſtationibus non probetur ignem iniectum fuiſſe ab alio proculdubio præſumi poteſt id accidiſſe culpa colonorum dicti magiſtri Michaelis qui ad tugurium accedere cō ſueuerāt ut oſtendit tertius teſtis qui dicit ſe fuiſſe monitum a colono dicti magiſtri Michaelis ne illuc accederet quod fruſtra eundi laborem ſuſcepiſſet, quia iam omnia cōflagrant. Animaduertendum pręterea eſt ſingulis teſtibus ſupradictis non ſolum obſtare peculiares ac particulares obiectiones & exceptiones ſupra deductas uerum etiam eiſdem om nibus obijci poſſe communem quandam op- 21
poſitionem quę omnium atteſtationes pariter elidit. namque ſupradicti quatuor teſtes ſuper quouis capitulo examinati fermè omnes uno ore dicunt contenta in capitu. uera eſſe ut in eo dicitur, quia audiuerunt uiderūt, & pręſentes fuerunt. Quamobrē cum ſub vna forma eademq; conceptione uetborū depoſuiſſe dicantur illorū fidei multū detrahitur
12 quia † teſtes deponētes ſub eadem forma verborum & cōplexione ſuſpecti reddūtur Old. conſi. 455. uol. 4. Crau. conſi. 78. num. 11. lib. 1 Præſertim cū de iure manifeſtū ſit teſtib. per eūdem ſermonem permeditatum deponenti bus non eſſe credendum Iaſ. l. 1. § ſi. col. 3. uer. 3. ad de. ff. de uer. obl. Dec. conſi. 448. num. 24. par. 4. & conſ. 627. nu. 3. pat. 5.

Alio quoq; communi morbo laborant nā & ſi omnes prædicti teſtes ad octauum capitu lum examinati nitantur docere de publica fama oīum præd. ut pcipit ſtat. Flo. ſub rub. 75. li. 2. nihilominus nullus inter eos eſt qui de fa
13 ma rectè deponat quia non exprimunt neq; nominant illos a quibus audiuit neque dicūt ſe hoc audiuiſſe a maiori parte populi ſicut ex primere dicere & nominare debent etiā non interrogati, ut per Bart. in l. de minore. §. plurium. nu. 21. verſi. ſed qui ſi teſtes. ff. de qua ſt. Bar. in l. 3. §. eius quoq; ad fi. ff. de teſtib. Imol. in l. hęredes palam in prin. ff. de teſt. Alex. cōſ. 357. nu. 5. uol. 2. Dec. cōſ. 429. nu. 18. Ruy. cōſ. 92. nu. 1. vol. 4. Crau. conſ. 41. nu. 1. Iac. Nigr. in l. 1. nu. 34. ff. ſi cer. pet. Soc. iun. conſ. 69. nu. 24. vol. 1. Tom. gram. conſ. crim. 26. nu. 13. & ſeq. Dec. conſ. 36. Ceph. conſ. 65. nu. 47. Quib. omnib. reb. concluditur ut etiam ſi nulla alia fundamenta eſſet quib. cōe liburni inniteretur q̄ tamen ei non deſunt adhuc in eius fauorē p̄nunciati debere cum autor nihil probauerit certiſſimique iuris ſit, reū obtinere poſſe nō ſolum ex iure ſuo, ſed etiā ex defectu iuris nō probati per actorem. l. fi. C. de rei uend. c. cum eccleſia Subrina. de cauſ. poſ. & propr. Corn.

uol. 1. ubi dicit non ſubditos non poſſe uti be
neficio ſtatutorum loci cui non ſubiiciuntur.
Et Pariſi. conſ. 12. num. 26. uol. 3. ubi atteſta-
tur eſſe cõmunem, & hãc op. ſequitur Aegid.
Boſſi. in tract. de captura num. 52, & Ioannes
Baptiſta Plot. d. l. ſi quando num. 854. C. unde
ui ſed prædictus magiſter Michael. actor fo-
renſis eſt ut ipſemet fatetur in reſpõſione ad
præfatam poſitionem propoſitam per di-
ctum commune conſequens igitur eſt ut ad
beneficium dicti ſtatuti admitti non debeat
ſed ab eo exprimenda ſit certa perſona quæ
damnum dedit ut per Plot. d. num. 854. & ſi-
mil. præſertim cum dictus actor non proba-
uerit per decennium ſe habitaſſe in loco præ
dicto iuxta tradita per Plot. d. nu. 854.

Tertio principaliter ex eo adiuuatur com-
15 mune liburni quod ſtatuta † loquentia de emẽ
datione damni dati non ſolent habere lo-
cum in abſentibus, & infirmis & aliis qui de
negligentia redargui nequeunt ut tenet Ro-
man. conſ. 2. incip. uiſis col. 2. verſ. aduerten
dum tamen. nu. 4. & Decius conſ. 64. nu. 5. par
te 1. col. 3. verſic. cum ergo & Ioannes Bapt.
Plot. in rep. d. l. ſi quando in uerbo damno da
to uel delicto commiſſo ubi forma in fine. C.
unde ui. ſed homines prædicti cõmunis libur-
ni eo tempore quo factum incendium fuit ꝓ
pe modum omnes aduerſa ualetudine prẽme
bantur ut fatetur idem actor reſpondẽs duo-
decimæ poſitioni productæ per dictum cõmu
ne ergo nõ poteſt dictus magiſter Michael a-
ctor facere uim in dicto ſtatuto.

Quarto principaliter pro cõmuni adduci-
tur ratio ſequens nimirum quia ciuitas, uel
16 commune tunc de damno † dato tenetur cũ
commune prohibere poterat, & non prohi-
buit ſeu quãdo dicto communi imputari poſ-
ſet aliqua culpa ut dicit Bart. in l. 1. §. occiſo-
rum. ff. ad. S. C. Sylla. & idem Bar. conſ. 103. in
cip. chariſſime Dominæ nu. 5. & Angel. conſ.
70. incip. ſtatuto antiquo. Aret. conſ. 57. incip.
diligenter. col. 3. uerſic. præterea & Crauetta
conſ. 3. nume. 16. uol. 1. Ioannes Bap. Plotus
d. l. ſi quando num. 876. c. unde ui. at in pro-
poſita ſpecie dicto communi nihil imputari
poteſt tum quia locus in quo incendium fa-
ctum eſt longè diſtat a liburno oppido, ut fate
tur actor in reſp. ad octauam poſitionem tũ
quia idem locus aliorum finibus uicinus eſt,
ut fatetur actor in 14. poſ. Atque etiam eſt lo-
cus maritimus qui ab huiuſmodi damnis non
facile aut cuſtodiri aut prohiberi poteſt, pro-
pter concurſum diuerſarum nationum quæ il
luc confluere ſolent, ut eſt notorium, ut dici-
tur in exceptionibus dicti communis, igitur
cum in cõmune nulla culpa cõferri poſſit ma
xime ſi habet ſuos cuſtodes ut dicit Ang. in l.
ſiquid num. 3. ff. de incend. ruin. nau. conſe-
quitur ut dictum commune liburni præd. ma
giſtro Michaeli actori de incendio facto non
teneatur.

Quinto, & ultimo non eſt ommittendum
prædictum actorem nihil cauſæ ſuæ confide-
re poſſe quia licet in quinto capitul. ſeu art. co
natus ſit oſtendere quam ſummam conficiat
æſtimatio dicti incendij qua in re teſtes quo
que ualde uariarunt nihilominus in huiuſmo
17 di † æſtimatione facienda non ſeruauit ea quæ
ſecundum iuris diſpoſitionem ſeruanda fue-
rant quandoquidem in probando damni da
ti ualore in primis de iure conſtituere opor-
tuerat exploratores ſeu eſtimatores qui dili-
genter omnia eſtimarent iudicique referent
iuxta communem op. Bart. Bal. Salyc. Paul. Ca
ſtrenſ. in l. 2. C. de reſcind. uend. ubi Cagnol.
num. 258. deinde uero ipſi eſtimatores iurare
debebant de re. B. fide eſtimanda, et ſine frau
de l. hac edictali. §. his illud ubi etiam gloſſ.
Bart. Bal. C. de ſecun. nupt. poſtremo opus
erat partes citari dum dicit extimatores acce
debant ad damnum eſtimandum Bart. in l.
Theopompus. ff. de dote prælegata Cagnol.
d. l. 2. num. 262. Plot. d. l. ſi quando num. 893.
C. unde ui. Quarum rerum nihil cũ fuerit ob-
ſeruatum iure optimo firmari poteſt ab accu
ſatione dicti magiſtri Michaelis actoris com-
munem Liburni prorſus abſoluendum eſſe.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore iudicio
ſemper ſaluo.

Antonius Cioſius Iuriſconſultus Florẽtinus
& in Piſ. Gymn. ord. iuris ciuilis Veſpertinus
profeſſor ſubſcripſi & ſubſignaui ad laudem
Dei.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor debet facere inuentarium antequam ad-
miniſtrare incipiat.*
2 *Inuentarij omiſſio facit tutorem uel adminiſtra
torem teneri ad intereſſe.*
3 *Tutor ſatiſdare tenetur, alias eius geſta ipſo iure
nulla ſunt.*
4 *Fideiuſſor uſque legitime datus nec ſolemniter ap
probatus pro non dato habetur.*
5 *Paria ſunt non dare vel inutiliter dare & ſic non
facere uel non debito modo facere.*
6 *Decretum iudicis debet præcedere in adminiſtra-
tione tutelæ.*
7 *Tutor debet iuramentum præſtare ſe utilia factu
rum & inutilia prætermiſſurum.*
8 *Tutor non poteſt conſtituere procuratorem in rem
pupilli ante litem conteſtatam.*
9 *Tutor conſtituit actorem cum iudicis decreto ſuo
periculo.*
10 *Geſta per procuratorem non legitime datum irri-
ta ſunt.*
11 *Sententia continens facti falſitatem nulla di-
citur.*

12 *Sen-*

12 *Sententia nulla nunquam tranſit in rem iudicatam, nec meretur nomen ſententiæ.*
13 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam interdum retractatur æquitate ſuadente.*
14 *Taciturnitas per quinquennium poſt ætatem minorem habita, actum etiam nullum confirmat.*
15 *Reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria ubi nullitas adeſt.*
16 *Querela etiam ſimplex coram uicinis impedit ſententiæ ratificationem.*
17 *Taciturnitas operatur ratificationem dummodo in tali actu non interuenerit dolus.*
18 *Reſtitutio in integrum competit maiorib. etiam ex capite ignorantiæ.*
19 *Sententiam pro ſe latam an & quando liceat in iuſtam allegare.*
20 *Actus non a nomine ſed ab effectu diiudicari debet.*

CONSILIVM CXXXIIII.

MVlta ſunt in cauſa nobilis D. Franciſci Lenzonij quæ apertè demonſtrant illum de iure poſſe, atque debere ab aduerſarijs victoriam reportare.
1 Nam in primis requiritur de iure, vt † tutor
faciat inuentarium antequam adminiſtrare incipiat. l. fi. in fi. C. arb. tut. l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſt. tut. l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpec. tut. l. tutores. C. de admin. tut. Bar. d. l. tutor, qui repertor. in prin. & in l. legitimos. nu. 1. & num. 7. ff. de legitim. tut. Bal. l. 1. §. item ſolent. ff. de off. præfec. vrb. & Rom. conſ. 158. incip. quoad pri. num. 2. dub. Capyc. deciſio. 50. Matheſil. ſing. 107. in adao. num. 4. & M. Ant. Nata conſ. 73. num. 13. 1. volu. Pariſ. conſ. 21. num. 53. uol. 2. Vantius trac. de nullita. quæ ex defec. inhabil. ſeu mand. com. nume. 148. Quæ concluſio extenditur etiam ad matrem, & auiam in auth. vt ſine prohibit. matr. credit, & debitr. §. fi. ubi glo. in uerbo, deſcriptiones colla. 7. & Spec. in tit. de tutore. §. nunc videndū. nu. 5. verſ. & ex quo ſuſcepit, & Franc. de Porc. trac. de inuentario. nu. 4. uerſ. 2. quæro. Quod
2 ſi † inuentarij confectio a tutore, vel ab alio ad
miniſtratore omiſſa fuerit, vt accidit in caſu noſtro, utique tenebuntur ad intereſſe, videlicet quantum adultus in litem iurauerit. Bart. in l. 1. §. officio. ff. de tutel. & ration. diſtrahen. Dec. conſ. 192. num. 2. verſ. & caſu quo ſupradicta &c. Et propterea dum Dom. Antonia auia materna d. Dom. Franciſci, & Pauli Antonij, & eorum tutrix, ſiue Honofrius eius aſſertus procurator, egit ad reſciſſionem donationis factæ Hieronymo patri dictorum pupillorum, certè dictis pupillis præiudicare non potuerunt. l. qui neque. ff. de reb. eorum. l. 2. §. 1. ff. de eo, qui pro tutore, & in ſpecie. Rim. conſ. 386. num. 1. uol. 2.

Secundo cauſa Dom. Franciſci iuuatur ab
3 eo quod traditum eſt, † tutorem antequā ad-
miniſtret ſatiſdare debere. l. 1. C. de tutor. vel curat. qui non ſatiſd. & §. ne tamen. inſt. de ſatiſd. tutor. gloſſ. & Bar. in l. legitimos. nume. 7. ff. de legitim. tuto. & in l. 1. num. 2. ff. rem pupil. ſal. fore. Guid. Pap. deciſ. 330. num. 5. incip. quinque ſunt. Et ideo ſi non ſatiſdederit tutor, geſta per eum ſunt ipſo iure nulla, & ſententia inde lata officere pupillis non poteſt. l. in dubium. in fine. C. de tut. qui ſatis non ded. l. ſi tutor. C. in quib. caſib. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Proſper. Carau. in commentar. ſuper ritibus magnæ curię ritu 275. nume. 24. & in ritu 294. num. 5. licet contra ſentit Alb. cōſil. 21. num. 7. Vantius de nullit. ex defectu inhabil. ſeu mand. num. 148. & 150. Quapropter cum Dom. Antonia tutrix, ſatiſdederit non legitimè, conſequens eſt, ut omnia quæ ab illius aſſerto procuratore geſta eſſe dicuntur nullius momenti ſint. Quamuis enim dicta tutrix dederit fideiuſſorem, Honofrium filium, ta-
4 men quoniam neque † legitimè datus fuit, ne
que ſolemniter approbatus eſt ſicut ordinationes ciuitatis Florentiæ exigunt proculdubio dici poteſt, eam non dediſſe fideiuſſorem neque ſatiſdediſſe, quia paria ſunt non facere vel minus legitimè facere. l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi aut nullum. C. de legit. hęredib. l. quamuis. §. ſi conuenerit. ff. ad Vello-
5 ia. † ubi paria ſunt non dare, uel inutiliter da-
re, & facit lex 1. § pen. ff. quorum legat. ubi idē eſt non facere, uel non debito modo facere, & non legitimè ordinatus pro non ordinato habetur. gloſſ. fi. in d. l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſ.

Tertio quia tutor non debet accipere ad-
6 miniſtrationem † tutelæ, niſi præcedente iudi
cis decreto. l. naturaliter. in fi. ff. de confir. tut. l. 3. ff. de auth. tut. Spec. tit. de tutore. §. ſi uero. uerſ. inſtrumentum autem. num. 3. Bar. in l. legitimos. num. 5. ff. de legit. tut. Stepha. Aufrerius ad Toloſan. deciſ. 63. in add. inc. dic quod ad hoc ut tutor &c. & Guid. Pap. d. deciſ. 330. num. 1. & 2. quæ procedunt ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, licet ſecundum publicā, & notoriam conſuetudinem hodie adminiſtratio decernatur non petita licentia, ut per Iac. Alb. conſ. 21. num. 9. Quare cum dicta tutrix in quaſi poſſeſſionem adminiſtrationis per decretum iudicis miſſa non fuerit, relinquitur eam, vel aſſertum eius procuratorem nihil legitimi adminiſtrare potuiſſe.
7 Quarto quoniam debet tutor † iurare ſe
vtilia facturum, & inutilia prætermiſſurum, & expreſſe promittere debet id quod hic omiſſum dicitur ſe defenſurum pupillū. §. fi. in authen. ut ij qui obligatas ſe habere perhibent res min. coll. 6. & l. fi. §. defenſionem. verſ. crimen autem dubitationem. vbi Cyn. Bar. Saly.

& Ang.

çoram uicinis impedit ratificatione, Bal. in l.
fin.num. 2. C. ſi maior factus alien. fact. ſine
decr.ratum hab.ibi per quinque annos conti
nuos &c.nihil conqueſtus eſt facit ad hoc A-
lex.in conſi.117.Viſo proceſſu volum.5.num.
2.ver.nam contractus & Bal.in cõſ.45 inc.quã
doq; contractus nu.1.uol. 2.& Rui.cõſ.41. nu.
50.& 51.vol.1. & conſil. 63.nu.21.1.vol. Bel-
lon.conſi.12.nu.17.Sufficit enim in caſu pro-
poſito quęrelam fieri extra iudicium ſecundũ
Azonem & accurſium ut dicit gloſſa in d.l.ſi.
in uerbo conqueſtus & ſequitur Bald.d.nu.2.
& Alber.ibi in fine.& ibidem Saly.colum.fin.
numero 6.

Reſpõdetur & tertio licet per lapſum quin
quennij minor deueniens ad maiorem ætatẽ
17 tacuerit & per † taciturnitatem uideretur ratũ
habuiſſe;tamen.d l.ſi.debet locum ſibi uendi
care dummodo in tali actu non interuenit
dolus ut in ſpecie declarat Curtius iun. conſ.
50.num.6.& ſeq.parte 1.quare cum in propo
ſita ſpeciẽ interueniſſe dicatur colluſio quæ
detegitur ex eo quod ueras exceptiones diſ-
ſimularunt & falſas probationes admiſerunt
iuxta.l. 1.§.pręuaricatorem.ff. ad Senatus Cõ
ſult. Turpilian. & Iaſ. in l.eum qui.§. in popu-
larib.num.2.uerſic. in tex.ibi.ff. de iureiuran-
do dubium non eſt quin hæc omnia retracta
ri ualeant ut per Vantium tract.de nulli.ex de
fectu proceſſ.num.140.uerſic.ſi uero procu-
rator.Accedit quod etiam maioribus compe
18 tit † reſtitutio in integrum ex capite ignoran
tiæ ex illa parte ſi qua mihi iuſta cauſa.l. 1. in
fi.l.ſciendum.ff.ex quib.cauſ.maior Pariſ.con
ſi.100.num.74 uol.1.

Tertio nil me mouet ſi dicatur tunc demũ
acta per huiuſmodi tutores, & procuratores
irrita cenſeri quando contra pupillum ſentẽ
tia lata eſt,d.l.ſi tutor.C.in quib.cauſ.in inte-
gr.reſtit.non eſt neceſſaria ſecus autem dicen
dum quando ſententia lata fuit in utilitatem
pupillorum Riminal.conſ.101.num.10.uol. 1.
Vant. de nullit.ſunt. ex def. inhab. ſeu mand.
nu.148.ut uidetur hic. & propterea nihil iſto
caſu contra ſententiam opponi poſſe,nec lice
re,iniuſtam dictam ſentẽtiam allegare, ut per
glo.&doct.in c.inter dilectos.de donationib.
Bernard.Diaz.682.inc. ſententiam per ſe.
19 Quoniam reſpondetur quamuis † ſenten-
tiam ſecundum ſe latam iniuſtam allegare nõ
liceat,tamen prædicta poſitio limitatur quan-
do ſentẽtia quæ quod attinet ad ſuperficiẽ la
ta dicitur in fauorem,re uera, & effectu conſi
derato lata eſt in illius damnum,& præiudiciũ
nam quatenus contra ſe facit poteſt quis eã
allegare iniuſtam, arg. eorum quæ dicit Bart.
& Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi hęreditatis.nu
me.5.ff.de leg. 1.& Bernard.Diaz.reg.682.in-
cip. ſententia. vbi dicunt licere alicui ſenten-
tiam pro ſe latam, aſſerere, & allegare iniuſta
in ea parte quæ illum lædit, & propterea licet
ſententia quo ad ſuperficiem appareat lata in
fauorem actorum,tamen ſi introſpicitur dili-
gentius re uera effectuque conſiderato in eo-
rum præiudicium lata eſt,eiſque pręiudicialis
atque damnoſa eſt ſi res, non autem verba,
conſiderentur quandoquidem rebus nõ uer
bis lex imponitur.l.2.C.commu.de leg.l.ſi.C.
20 de vſur. certique iuris eſt † actum non a no-
mine,ſed ab effectu diiudicari debere.l.ſi olei
iun.glo.C.loc.Iaſ.in l.non codicillum. C.de te
ſtam. ex quib.omnib.concludendum eſſe pu-
to.cauſam d.Dom. Franciſci eiuſmodi eſſe in
qua ipſe de iure ſecundum, ſe debeat ſenten-
tiam obtinere.

Et ita ſaluo ſemper ſaniore iudicio iuris eſ-
ſe arbitror.

S V M M A R I V M.

1 *Filius rogatus reſtituere hæreditatem duas quar
tas detrahere debet,nempe legitimam & trebel
lianicam.*
2 *Legitima, & trebellianica in unam coniuncta
ſummam abſorbent dimidiam totius hæredi-
tatis.*
3 *Legitima quo pacto deducitur ex bonis hæredi-
tarijs.*
4 *Fructus percepti non computantur in quartam
trebellianicam.*
5 *Conſumpta a filio computantur in legitimam.*

CONSILIVM CXXXV.

Diuino nomine implo-rato.

QVamuis ſupraſcriptæ concluſiones
in iure veriſſimæ ſint,& per clariſſi
mum aduocatum locis principali-
bus adeo illuſtratæ vt alijs non e-
geant adminiculis;nihilominus, ne illius ſen-
tentiæ ſimpliciter ſubſcribendo uidear rẽ per
functoriè tractauiſſe, ultra allegata per eum,
moueor autoritatibus infraſcriptis.
Et quod attinet ad primum non videtur dubi
1 tandum quin † filius rogatus reſtituere hære-
ditatẽ poſt mortem,vel ſub conditione, duas
quartas detrahere poſſit, modo diuerſis tem-
poribus detrahant; vnam, nempè legitimã
tanquam filius,alteram uerò nimirum trebel-
lianicam tanquam inſtitutus & rogatus de re
ſtituendo.Id quod hodie apud nos vbiq; ſer-
uatur.Iaco.Butrig.in auth. res quæ.C.comm.
de legat.Ioan. Fabri. & idem Iacob. Butrigar.
in l.quanquam.C.ad l.Falci. Alex. in l. mulier.
§.cum proponeretur.colum.6.verſ. in gl. fin.

ff.ad

ff.ad Trebell.vbi dicit hanc concluſionem ſe-
cundum conſuetudinem approbari & idem
Alex.conſi.43.lib.2.num.8.Iaſ. in auth. nouiſ-
ſima colum.10.num.39.C.de inof. teſtam. &
l.filium quem habentem.colum.4.num.8. C.
famil. erciſc. Decius in l. cum proponas pri-
ma num.2.& num.3.C.de pactis ubi dicit hãc
eſſe opinionem communem canoniſtarum,
& legiſtarum & idem Decius conſ.55.num.8.
parte.1.& conſ.419.num.1.parte.3.Et Pariſi.
conſ.1.num.78.uol.3.Et Soci. iun. conſ. 131.
num.59.uol.1.ubi dicit hanc opi.eſſe commu
nem & per totum mundum ſeruari.

Quo uero ad ſecundum,omnes ad unum
2 conſentiunt legitimam † & trebellianicam
portionem in unam ſummam redactæ tum
fuerunt abſorbere atque ab ſumere conſue-
uiſſe dimidiam partem bonorum ſeu totus
hæreditatis,eiuſque quod quis habiturus fuiſ
ſet ab inteſtato.Quemadmodum firmat Ia-
cobus.Butrigar.in d.l.quamquam.col. 1. uer-
ſic.modoquęro.C.ad.l.falcid.ubi dicit ab hac
opinione neminem diſcrepare. eamque te-
net ibidem Bal.& Corneus num. 3.Et Angel.
in l.in ratione.§.quod vulgo.colu.fi.uerſic.in
fi.glo. num. 3.ubi idem firmat Imo.col.6. uer
ſic. & aduerte.ff.ad.l.falc.& Corn. conſ. 104.
num.6.& 7.uolum. 4. Et Iaſ. in auth.res quę.
col.3.uerſic. principaliter nota.C.communia
de lega.qui aſſerit ſecundum conſuetudinem
totius orbis quæ ſeruatur filium qui non de-
bet ſtatim reſtituere detrahere duas quartas
& conſequenter habere dimidium totius hę-
reditatis idem tenet Bened. Capra in conſi.
65.num.5.& conſ.64.num.26.& conſ.20. nu.
8.& conſ.89.nu.23. & Riminal.conſ.131.nu.
9.vol.2.& conſ.333.num.3.eo.vol.2.Decius.
conſ.218. 2.parte num.5.uerſic. reperitur, &
Iacob.Alba conſ.17.num.13.& conſ.41.num.
1.Et Marcus Antonius.Natta.conſ.145. titu-
lo 24.parte 1.& Crauet.conſ.50. num. 1.lib.1.
qui omnes fatentur legitimam & trebelliani-
cam portionem ad unam ſummam redactas
ad dimidium hæreditatis adſcendere.

Cuius rei ratio aſſignatur quia cum earum
portionum detrahẽdarum rationem inimus
3 in primis ex tota integraque hæreditate † le-
gitimam de ducimus quæ ſi fuerint quatuor
filii aut pauciores,eſt tertia pars §. 1. in auth.
de trien.& ſem.poſtquam uero legitimam de
duxerimus , rurſus de reſiduo detrahimus
quartam partem,quæ ſane duę partes ſimul
coniunctæ dimidium totius hæreditatis con
ficiunt. Exempli cauſa teſt. habet in bonis
300.ante omnia centum pro legitima dedu-
cuntur, rurſus ex ducentis quæ ſunt reliqua,
& per conſequẽs ex reſiduo detrahitur quar
ta trebellianica quæ cõplectitur 50. Quo fit,
ut ſi ea.quinquaginta cum centum coniuxe-
ris, facile intelligas iam reſultare ſummam
centum & quinquaginta , quæ ſumma,eſt di-
midia pars trecentorum atque ita hanc ratio
nem ineundam eſſe tradit Iacobus Butrig. Sa
ly. & Corn.d.l.quamquam. C. ad l. fal. & Be-
ned.Capra d.conſ.64.num.22.& conſ.65.nu
me.5.& Imola d.l.in rationem.§.quod uulgo.
ff.ad.l. fal.& Corn.d.conſ.104.lib.4.num.5.ſu
pra deductum.

His ita ſe habentibus conſequens eſt ut in
propoſita ſpecie, Ioanni filio rogato a patre
reſtituere hæreditatem per mortem filiis ſuis
liceat detrahere pro ſua legitima & trebellia
nica dimidium omnium prædictorum bono-
rum quod autem diximus hoc caſu duas quar
4 tas deduci poſſe adeo uerum eſt, ut † fructus
percepti quæ ipſum Ioannem in quartam tre
bellianicam non computentur quia fructus
præcepti a liberis primi gradus non compu
tantur in quartã.Senatuſc.Trebellian. eo etiã
caſu quo duæ portiones deducendæ eſſent
Bart.& Alex.in l.quod de bonis.§.quod auus.
ff.ad Trebell. Ripa in l.in fideicommiſſariam
num.30.ff.ad trebell. Ruy.conſ. 21. num. 11.
vol.3.Soci.iun.d.conſ.131.num.62.uol.1.Pa-
riſ. conſ.25.num.55.vol.2.Couarru.in c. ray-
nutius.§.undecimo num.8.ubi atteſtatur eſſe
communem extra de teſtamen.

Id autem quod ſupra firmaui licereſcilicet
filio dictorum bonorum dimidiam partẽ con
ſequi, temperandum eſſe puto niſi ipſe filius
tot bona teſtatoris ſui patris alienaſſet, uel
5 quoquo modo † conſumpſiſſet quę legitimã
prędictam conficerent.l.marcellus.§.res quę.
ff.ad trebe.& Bened.Capra in conſ.18.nu.20.
col. 3.& ita de iure reſpõdendũ eſſe arbitror
ſaniore iudicio ſemper ſaluo.

S V M M A R I V M.

1 *Filius ſacerdotis in ſacris conſtituti an poſſit legi
timari auctoritate ſummi pontificis.*

2 *Legitimatio facta auctoritate Papa an ualeat in
terris imperij.*

3 *Legitimatio dicitur quadam diſpenſatio & habi-
litatio ad ea de quibus in priuilegio legitiman-
tis habetur.*

4 *Summus Pontifex poteſt tertio praiudicare etiam
in alijs quam beneficialib.idq; cum cauſa face-
re praſumitur.*

5 *Pater hodie quoſcunque filios alere tenetur.& po
teſt ſibi portionem prouictu relinquere.*

CONSILIVM CXXXVI.

In Dei nomine.

AD primam dubitationem in qua
1 quęritur an † filius ſacerdotis, &
conſtituti in ſacris poſſit legitima
ri auctoritate ſummi Pontifi-
cis

cis, omiſſis diſputationibus & concluſiue re
ſpondendo, dico, prædictos filios ſacerdotũ
auctoritate ſummi Pontificis poſſe legitima-
mari ut per Hoſtien. in ſumma qui filii ſint le
gitimi. §. ſi. uerſic. numquid ergo cum adulte
rino &c. & hanc opin. ſequitur, & communẽ
eſſe atteſtatur Paul. Caſtrenſ. in conſ. 102. in-
cip. uidendum eſt 1. de ipſo Alderico num. 3.
parte 2. ubi dicit communiter teneri filios ſa
cerdotis poſſe legitimari per Papam, quam
opinionem tenet etiam Alex. conſ. 2. num. 8.
lib. 1. ſed dubitari poſſet an hæc legitimatio
2 † facta auctoritate Papæ ualeat cum emanaue
rit in terris imperii de bonis ibi poſitis iuxta
tradita per Paul. Caſtrenſ. conſ. 467. num. 7.
parte 2. et certe Antonius de Butrio in c. per
uenerabilem num. 11. qui filii ſint legit. uide-
tur dicere huiuſmodi filios clericorum poſ-
ſe legitimari auctoritate ſummi Pontificis
quoad ſpiritualia & temporalia in terris impe
rii. nanque licet non ſit hæc eſſentialis & ue-
3 ra legitimatio, tamen effectu inſpecto, † legiti
matio dicitur, & eſt quædam diſpenſatio, &
habilitatio ad omnia quæ expreſſim & nomi-
natim in dicto priuilegio legitimantis haben
tur, unde ſi in priuilegio, ut hic accidit, dicitur
ſpeciatim clericorum filios ſeu adulterinos
poſſe legitimari ad hæreditates, & ſucceſſio-
nes tunc proculdubio ad eas habilitatus, &
diſpenſatus dicetur iuxta ea quæ tradit Paul.
Caſtrenſ. d. conſ. 467. nume. 7. parte 2. Quod
ſiquis contrarium aſſerat, is illud probare de
bet. Horatius enim qui habet inſtrumentum
legitimationis, uidetur habere fundatam in-
tentionem pro legitimationis ſuę ualiditate
adeo, ut dicenti contrarium incumbat onus
probandi. Gozadin. conſ. 98. num. 11. Iaſ. con
ſi. 184. uol. 3. ubi dicit quando eſt dubium an
ualeat uel non ualeat legitimatio, tunc in du-
bio facienda eſt interpretatio, ut ipſa ualeat.
l. quoties. ff. de rebus dubiis, & Decius conſ.
462. in princ.

Et licet bona poſita ſint in terris imperii
adhuc tamen dici poſſet legitimationem ua-
lere, quia ſi in dicto priuilegio adeſt clauſula
non obſtante &c. vt mihi proponitur, tunc ſa-
4 nè certi iuris eſt ſummum † Pontificem poſ-
ſe etiam in alijs quam in beneficialibus tertio
pręiudicare id quod cum cauſa facere pręſu
mitur ut per Alex. in conſ. 2. num. 20. ult. col.
lib. 1. præſertim cum hæc bona magna ex par-
te quæſita proponantur ex induſtria & labo-
ribus dicti clerici non autem ex patrimonio
ſint.

Quod uero attinet ad portionem quæ Ho
ratio relicta dicitur in quodam teſtamento
5 paterno cum hodie † pater quoſcunque filios
illigitimos regulariter alere teneatur. c. cum
haberet de eo qui dux. in matr. eam quam
certum eſt patrem filiis illegitimis portionẽ
relinquere poſſe unde ſibi ad uictum neceſſa
ria comparent Bart. l. fi. ff. de his quibus ut in
dign. maximè eum extet ut mihi relatum eſt
quædam promiſſio facta dicto Horatio per
Octauianum quę ſeruanda eſſet. l. i. ff. de pact.
præſertim cum teſtibus fide dignis ualide cõ
firmetur. & hęc omnia ſaluo ſemper iudicio
meliori.

Antonius Cioſius Iuriſc. Flor. in Piſ. gymna
ſio ordin. ius ciuile ueſpere docens in fidem
mea manu ſubſcripſi. 17. Auguſt. 1574. Piſis.

SVMMARIVM.

1 *Tutrix ante litem conteſtatam non conſtituit pro curatorem ad lites & cauſas, ſed ab ipſis pupillis autoritate eius conſtituitur.*
2 *Tutor non ſolemniter datus ſi quid fecerit in dãnum pupilli, illud non valet.*
3 *Pupillus damno affectus per tutorem, poteſt agere vel contra tutorem ad intereſſe, vel in integrũ reſtitui.*
4 *Moram nullam dicitur ille commiſiſſe cui aduerſus obligationem competit exceptio.*
5 *Mora nulla eſt vbi nulla præcedit petitio.*

CONSILIVM CXXXVII.

Diuino nomine implorato.

QVæ ad cauſam Nobilis Franciſci Lẽ
zonij iuuandam iamdudum ſcrip-
ſeram ijs accedat etiã. Id quod in-
quit Paulus Caſtr. conſ. 413. nu. 3.
verſ. ſuper 2. part. 2. ubi dicit poſito, vt mulier
1 de qua ibi legitima † tutrix eſſet quod ille ne-
gat, tamen non poſſit conſtituere procurato-
rem ad lites & cauſas, ut fecit ante litem per
eam conteſtatam, quia non erat domina, ſed
debuit conſtitui per ipſos pupillos cum tutri-
cis auctoritate, uel debuit conſtituere actorẽ
cum iudicis decreto vel dari per iudicem cũ
conſenſu tutricis. l. neque. C. de procur. quæ
cum facta non fuerint, manifeſtè indicant ge-
ſta per ipſum procuratorem non ualuiſſe tan
quam facta per eum. qui legitimum mandatũ
non habebat, ut per Paul. Caſt. d. num. tertio.
Non poſſe a tutore conſtitui procuratorem
in rem pupilli ante litem conteſtatam tradit
etiam Decius in c. intelleximus. num. 63. extra,
de iudicijs & Riminal. conſil. 101. nume. 3. &
num. 5. uolum. 1. Robert. Maran. in repetitio-
ne. l. ſi actor. num. 10. de procurat. & Gabriel.
Saray. ad ſingul. 44. in annot. nu. 10.

Quæ tanto magis procedunt in caſu noſtro
quanto clarius conſtat dictam Domi. Anto-

niam

niā auiā nō fuiſſe ſolemniter datam tutricem
2 quo caſu tutor† non ſolemniter datus ſi quid
fecerit quod damnum pupillo inferre poſſit
non ualet quaſi factum ſit ab eo qui admini-
ſtrare non poterat, vt per Pau. Caſtr. in conſi.
355. nu. 4. uer. Item dico parte prima.

Præterea quando tutor aliquo modo dam
3 no afficit ſuum pupillum tunc ſanè † in electio
ne pupilli eſt uel contra tutorem agere ad in-
tereſſe, vel in integrum reſtitui. l. etiam. C. ſi
tut. uel. cur. inter. l. anorm. Abbas in cap. cum
ueniſſet de in integr. reſtitut. Soci. iun. conſil.
148. num. 35. uol. 1. nam minor reſtitui poteſt
aduerſus rem iudicatam intra tempora debi
ta. l. 1. C. ſi aduer. ſent. Socinus. conſ. 242. nu. 1.
vol. 2. & Soci. iun. conſ. 131. num. 8. uolum. 3.
Ioan. de Amicis conſ. 53. num. 6. certum eſt au
tem pupillum dum conqueritur, & aſſerit ſe
leſum & profitetur ſe non teneri ad obſeruan
tiam contractus, uideri eum petiiſſe reſtitutio
nem licet de ea nullam mentionem fecerit To
mas grammat. copioſe in conſi. 123. numero
4. & 5.

Nec officit dicto Domino Franciſco dubi
tatio, quam audio excitari uidelicet, eum poſt
latam ſententiam non præſtitiſſe ea ad quę te
neri dicitur in contractu donationis eius pa-
tri factę per auctores aduerſarij. Nam cum bo
nā propter quæ ipſe tenebatur ad eas præſta-
tiones deuenerint ad manus dicti aduerſarij
non potuit dictus dominus Franciſcus in mo
4 ra conſtitui. Quia nullam † moram dicitur co-
miſiſſe ille cui aduerſus obligationem compe
tit exceptio Corneus conſi. 40. num. 12. vol. 2.
& conſi. 176. num. 18. volum. 1. & conſ. 77. nu.
3. volum. 3. Gratus in conſil. 84. nu. 2. volum.
1. & Gozad. conſ. 31. nume. 17. facit ad hoc id
quod tradit Soc. iun. in conſil. 114. nume. 38.
5 volum. 3. præſertim cum † mora nulla ſit ubi
nulla præceſſit petitio l. lecta circa finem. ff. ſi
cer. pet. l. nulla. ff. de reg. iur. Natta cōſil. 76.
numero quarto. volum. primo. & Ruy. conſil.
152. nume. 15. volum. 5. & conſi. 221. nume. 3.
volum. 1. cum ſimi.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore iudicio ſem per ſaluo ad laudem Dei.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationes iurium in ſententia facta non tollunt ius alteri.*
2 *Verba reſcripti ita ſunt intelligenda, vt cōueniāt interrogationi.*
3 *Dictio, ordines, quid importet. & quid ſit, ordinare.*
4 *Verba ſtatuti, quaruncunq; cauſarum, & quomodocumque oriri contigerit, interpretantur.*
5 *Cauſa iudicis ad quem rem remitti poſſint ad iudicem a quo.*
6 *Verba ſententiæ intelliguntur ſecundum quod iudex debebat pronunciare.*
7 *Iudicium idem non dicitur, vbi perſona iudicum mutata ſunt.*
8 *Conſuetudo loci circa iudicia ſeruanda eſt.*

CONSILIVM CXXXVIII.

In Dei nomine.

SPectabiles domini conſules, circa cauſam quę vertitur inter magiſtrum Ioannem Lanfrancum ex parte vna & Taddeum & Ioannē a Gaue & magiſtrum Angelum Perronum ex parte alia, ex me quæritur, poſſint ne dominationes ueſtræ ſuper dicta cauſa proferre ſentētiam. Quapropter uiſo proceſſu omnibuſque ſcripturis ad me tranſmiſis diligenter conſideratis, diuino nomine repetito dico, & refero ſpectabiles dominationes ueſtras, poſſe ac debere per ueſtram diffinitiuam ſententiam dictam cauſam reſeruationis & compenſationis decidere ac terminare ad hoc autem dicendum & referendum plura me inducunt pręcipuè uerò infraſcripta uidelicet

Et primo, de his reſeruationibus iudicari
poſſe ſuadet ſententia dominorum Conſulū
Maris & dohanæ ciuilis Piſarum in qua dici-
tur, circa alias petitiones & prætenſiones di-
ctarum partium de quibus in actis cauſę prin
cipalis, reſeruamus vnicuique dictarum par-
tiū iura talia qualia ipſę habeat. Ex quib. uer
bis colligitur, eos reſeruare utrique nō aufer-
1 re alicui ſuum ius uoluiſſe, quandoquidem † ſi
miles reſeruationes non auferunt ius alteri
Corn. conſil. 67. num. 6. uolum. 3. ſed illud
conſeruant Bertrand. conſil. 32. part. 2. in an-
tiquis. & nihil addunt. l. ſi in cond. §. 1. ff. com.
mu. præd. Quare cum ex actis cauſæ principa-
lis appareat dictum Ioannem Gaue petiiſſe
fieri compenſationem, & aduerſarius opina-
retur eam quatenus oportuiſſet factam fuiſſe
deque hoc in ſententia primi iudicis nihil di-
ctum fuiſſet, conſequens eſt ut ex huiuſmodi
reſeruationibus factis in ſententia dominorū
Conſulum Maris conſeruatum fuerit ius utri
que parti. ſ. ſolutiones mercedis, veluti tradit
Alex. conſi. 85. volum. 3. ſuper dicta compenſa
tione quoniam clauſulæ reſeruantes operan-
tur ſolū circa ea quæ inſerta eſſe reperiūtur. l.
item Labeo. ff. fam. erciſcund. l. in ſumma. ff.
de re iudic.

Secundo huiuſmodi cauſam compenſationis & reſeruationis decidendam eſſe; a ueſtro magiſtratu artis ſerici inde oſtenditur, quòd Illuſtriſſimus princeps reſpondens ſupplicationi dicti Ioannis de Gaue in qua petebat, vt uel fieret computatio vel cauſa veſtro magi-

ſtratui

ſtratui vel alteri decidenda demãdaretur ſecũ
dum iuſtitiam reſcripſit de hoc ad ordines ſe
remittere. quibus ſanè uerbis ſignificatur uo-
luiſſe principem Illuſtriſſimum illud ut in hac
cauſa fieret, & ſeruaretur quod ſecundũ ordi
nes iuris, iuſtitiæque decreta legumque diſpo
2 ſitionem fieri oportoret tum quia† verba re-
ſcripti ita ſunt intelligenda, ut conueniant
interrogationi. l. ſi defenſor. §. interrogatus. ff.
de interrogator. act. §. præterea inſtit. de inu-
til. ſtipul. tum etiam quia quod attinet ad rẽ
3 noſtram, † ordines ſignificant ſtatuta, decreta,
legumque ordinationes & diſpoſitiones argu
menta eorum quæ dicit Bellon. in conſil. 12.
nume. 10. & 11. & Iacob. Alba conſil. 49. nu-
mero primo. Namque ordinare nihil a-
liud eſt quàm diſponere & ſtatuere, ut per
doctor. in rub. inſtit. de ordinand. At ſecun-
dum decreta atque ſtatuta artis ſerici diſponi
tur ut quæcunque cauſæ dependentes ab ar-
tificio dictæ Bombycis ſeu ſerici conficiendi
iudicentur, & decidantur a conſulibus dictæ
artis neque liceat iis qui tali collegio ſubiciũ
tur coram alio magiſtratu ob huiuſmodi cau
ſas experiri ſub pœna de qua in dicto ſtatuto
igitur hæc cauſa in qua agitur de mercedibus
dicti opificii abſque dubio per hoc reſcriptũ
Illuſtriſſimi Principis, relicta eſt decidenda
ipſis ordinariis iudicibus artis ſerici, ſicut
4 etiam ſuadent † uerba ſtatuti, quod mentio-
nem habet quarumcunque cauſarum. quas
quomodocunque naſci aut impoſterum exo
riri cõtingit, quæ ſunt uerba uniuerſalia Bart.
l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. Imola in l. ſi ita ſcri-
ptum in prin. eo. tit. ideoque cauſas quaslibet
quomodocunque conſideratas comprehen
dunt quæ uel a principio, uel poſt appellatio-
nem ad veſtrum tribunale deuolui contigerit

Qua op. retenta non obſtat quod dici ſo-
5 leat † cauſas de iudice ad quem, non conſue-
uiſſe remitti ad iudicem a quo. Bart. & alii in
l. eos. C. de appellation. Stephan. de Aufr.
tract. de recuſation. in 25. cauſa ſuſpition. nu.
18. Butrius & Panormit. in c. accepta de appel
lat. quoniam reſpondetur, tunc prohiberi cau
ſas remitti ad iudicem a quo, quando eadem
cauſa principalis in qua quis fuit grauatus re-
mitteretur decidenda eidem primo iudici
qui in eadem cauſa partẽ grauauit, ut decla-
rant. Zaberella in c. accepta uerſic. in gloſ. nõ
ante de appella. & Alber. Bald. & Saly. d. l. eos.
At hic non remittitur eadem illa cauſa quæ
antea deciſa fuit per Iudicem a quo, ſed alia
uidelicet compenſationis mercedum, ſuper
qua compenſatione facienda uel non facien
da primus iudex a quo nil pronuntiauit li-
cet etiã in ea dicatur non obſtantib. exceptio
nib. d. Ioannis eũ condemnamus ad reſtituen
dum ſericum tamen non ob id dixerunt fieri,
uel non fieri poſſe compenſationem in alia in
ſtantia ſed d. uerba non ob. exceptionib. nihil
aliud ſignificat niſi dictum, ſeu dictos iudices
exiſtimaſſe exceptiones compenſationis non
fuiſſe in ea inſtantia opponendas ad retardã
dam reſtitutionem dicti ſerici ita autem intel
ligere oportere comprobat etiam ratio ſe-
6 quens quoniam † uerba ſententiæ intelli-
guntur ſecundum quod iudex debebat pro-
nuntiare gloſſ. Bartol. in l. ſi procurator. §.
celſus. ff. de cond. ob. cauſ. Stefan. de Fe-
der. tractat. de interpretat. iuris part. 3. num.
7. igitur talis cauſa ad iudicem a quo redire
non prohibetur. præterea reſpõdetur dictam
cauſam in propoſito noſtro non remitti ad
eundem iudicem nam & ſi nunc quoque dici
7 tur idem † iudicium quod antea erat tamen
perſonæ iudicum mutatæ ſunt. l. proponebatur.
ff. de iudic. Bart. in l. meminiſſe. ff. de offic.
pro conſ. Panor. in c. quoniam Abbas de of-
fic. delega. quo fit ut talis cauſa ad ueſtrum tri
bul. non iniuria reuerti poſſit. Ratio enim
quare hoc denegatur, eſt ne unus & idem co
gnitor eſſe debeat ſuæ iniquitatis atque graua
minis a ſe illati ut per Albericum, & alios d. l.
eos quare cum in caſu noſtro ceſſet ratione
ſupradicta, conſequens eſt, ut ceſſare etiam
debeat diſpoſitio. c. cũ ceſſante de appellat. l.
adigere. §. quamuis de iure patron. cum ſimil.
accedit etiam, nos Piſis hoc iure uti ut a Do-
mino Cõmiſſario appelletur ad Dominos
Priores, ac rurſus a dominis prioribus reuer
tatur cauſa ad idem tribunal comiſſarii cum
propter inſtantiæ curricula perſona commiſ-
ſarii mutata ſit. idcirco & hic quoque circa iu
8 dicium hoc ſeruanda eſt loci † conſuetudo
doct. in l. de quibus. ff. de legib. Bart. in l. cun
ctos populos col. 6. C. de ſumma trin. & fid.
cathol. gloſ. in c. quod clericis de foro cõpet.

Et ita iuris eſſe arbitror idcircoque ita di-
co conſulo & refero.

SVMMARIVM.

1 Diſpoſitio exprimens aliquem teneri ad conſignã dum bona ad æſtimationem per amicos faciundam, intelligitur per amicos communes tempore illius expreſſionis.

CONSILIVM CXXXIX.

In Dei nomine.

QVod ad propoſitam quæſtionem at
tinet, facti ſeries eſt huiuſmodi. Pe
trus & Michael Pancuccius anno
1519, dederunt & aſſignarunt in-
ſolutum. Mariano prouinciali auctori Vincen
tii ſetæ, quædam bona quæ in Syngrapha qua
dam deſcripta fuerant pro pretio Flor. 250.
quorum

quorũ ſinguli quatuor libris penduntur. Indè que ſe obligarunt & promiſerunt de ea re facere publicum inſtrumentum in forma iuris ualida poſtea uero anno 1546. Bernar. Seta pater Vincentij petijt dictos Pancuccios adſtringi atque compelli, ad faciendum publicũ inſtrumentum de prædictã datione in ſolutũ. Id circo lata deinde ſententia fuit his fermè uerbis uidelicet declarari petita pro Bernardinum Setam fieri potuiſſe ut infra uidelicet dictos de Pancucijs, teneri & obligatos eſſe, ad tradendum & conſignandum dictis de ſeta tot ex bonis in dicta ſcripta contentis ad electionem dicti Bernardini Setæ pro dictis Flor. 210. ſecundum communem eſtimationem fiendam per amicos communes. Nunc uero anno ſcilicet 1570. Pancucii conuenti ad implendam dictam ſententiam, reſpondet & offerunt ſe paratos ad conſignandum dicta bona ſecundũ æſtimationem qua hodierno tempore dicta bona ęſtimantur Vincentius uero ſeta dicit ſe contentum, & paratum eſſe accipere ea bona ad eius libitum pro dictis Florenis 210 dummodo eſtimatio fiat ſecundum tempus dicti anni. 1519. quo tempore facta fuit dicta ſcripta & conſignatio bonorum prędictorum.

His ita ſtantibus quæritur quod nam tempus attendi debet circa huiuſmodi æſtimationem faciendam. At que ut id quod ſentio breuiter explicem. Arbitror, dictam communem ęſtimationem faciendam fuiſſe & eſſe ſecundum tempus dictę ſententię latæ anno. 1546.

1 Quoniam ſi in aliqua † diſpoſitione exprimatur, aliquem teneri ad conſignandum bona ſecundum communem æſtimationem faciendam per amicos communes, hoc intelligitur de ęſtimatione per amicos communes facienda tempore illius expreſſionis ut per Bal. Nouell. in l. æſtimatæ. ff. ſol. matrim. ubi dicit ſi fundus fuerit datus in dotem ſecundum æſtimationem fiendam ab aliquib. qui tamen nũquam fuerunt electi uel ſi fuerunt electi nunquam ęſtimarunt & res ipſa fuit meliorata & præciolior effecta propter alluuionem, uel propter mutatam conditionem temporum in d. loco. Tunc ęſtimatio, nõ fit ſecundum tẽpus ſoluti matrimonii ſed fiet eſtimatio ſecũdum quod tempore dotis conſtitutę ualebat ſecundum communem æſtimationem fiendã ab hominibus electis ut ex tunc non autem, ut ex nunc per id quod habetur in l. ſi uoluntate. C. de reſcindend. uenditione, & in capitul. cum dilecti de empt. & uenditio. Et hanc. Baldi Nouelli op. ſequitur etiam Socin. in conſ. 60. col. 1. num. 1. uerſic. dico quod iſtam. uol. 3. ubi refert. eadem uerba Baldi. Et poſtremo eandem op. ſequitur etiam Mantua in conſ. 44. num. 6. uol. 2. Atqui propoſita ſpecie expreſſio communis eſtimationis faciẽdæ p amicos cões, facta fuit in dicta ſententiæ anno 1546. nõ autem anno 1519. in dicta ſcriptura priuata, ut patet ex actis. Igitur prædicta communis ęſtimatio bonorum, nõ debet fieri ſecundum tempus anni 1519. neque ſecundum tempus hodiernum ſed ſecundũ tẽpus anni 1546. quo tempore in ſententia facta fuit dicta expreſſio. Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſententia ſemper ſalua.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula ſine praiudicio haredum legitimorum. continet omnes deſcendentes legitimos, & naturales una cum collateralibus ab inteſtato ſucceſſuris.*
2 *Princeps in ſua conceſſione, per clauſulam ſine praiudicio uidetur nolle praiudicare tertio etiam ſi appoſuerit clauſulam ex certa ſcientia &c.*
3 *Clauſula abſque praiudicio haredum legitimorũ qualiter reſtringatur.*
4 *Haredes naturales qui dicantur.*
5 *Verba ſine haredibus exponuntur, id eſt ſine filijs.*
6 *Verba haredum legitimorum. quando filios non comprehendant.*
7 *Agnati tranſuerſales quando excludantur a legitimato.*
8 *Princeps poteſt adimere ius alteri acquiſitum ex aditione, ſi non apprehenderit poſſeſſionem adhuc.*
9 *Pater, necnon & patris haredes tenentur ad alimenta naturalis filij.*

CONSILIVM CXL.

Diuino præſidio implorato.

PRoponitur Illuſtriſſimum. D. Cammillum poſt mortem. Illuſtriſ. Do. Alphonſi ſui patris naturalis impetraſſe a Carolo eius nominis V. Romano Imperatore codicillos legitimationis in quibus inter alia dicebatur te præfatum Cammillum ex certa noſtra ſcientia & animo deliberato de plenitudine poteſtatis noſtrę Ceſarę legitimamus & c. remouentes omnia obſtacula iuris ciuilis reducẽtes ad primeua iura naturæ & c. omnem genitorę maculam penitus tollimus & abolemus, concedẽtes tibi plenam poteſtatẽ, ut poſcis, & ualeas omnia, & quęcumque feuda, dominia uaſſallagia, tam Imperialia quam Regalia, & quęuis alia tenere, & poſſidere & c. Et in bonis paternis, & maternis cognatorum, & agnatorum, & quibuscumque alijs, ex teſtamento, ſeu ab inteſtato, ſuccedere, & aprehendere abſque tamen hęredum legittimorum & naturalium preiudicio,

dicio. Necnon ad quaslibet honores, dignitates, & officia, ac eorum exercitia admitti, & omni ſtatuto, & conditione gaudere poſſis, & ualeas, quibus legitimi vtuntur, & potiuntur etiã ſi talia forent de quib. in præſentib. expreſſam mentionem fieri oporteret, &c. Non obſt. aliquib. legibus, ſtatutis, decretis, conſtitutionib. & conſuetudinib. contrarijs, quæ omnia pro expreſſis habeantur. Quibus omnibus, & ſingulis derogamus, &c. Quoniam uero tempore huiuſmodi impetratæ legitimationis ſuperſtes erat Illuſt. D. Lucretia ſoror d. Illuſt. D. Alphonſi, & amita d. Illuſt. D. Camilli, quæ tamen hęreditatem adhuc d. Illuſt. D. Alphonſi ſui fratris nõ adierat. Idcirco his ita ſe habentibus modo ex me quæritur an per illam clauſulam, abſque tamen hæredum legitimorum, & naturalium præiudicio. Imperator legitimatione non obſtante proſpicere, & conſulere voluerit, ſolummodo filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalib. d. Illuſt. D. Alphonſi, an uero fauere, & proſpicere quoque noluerit alijs agnatis, & hæredib. legitimis, qui ad illius hęreditatem ab inteſtato uenirent cuiuſmodi eſt d. Illuſt. D. Lucretia. Atqui in præſenti conſultatione attingamus ea in quibus uerti uidetur cardo difficultatis prima ſpecie tam legitimationis reſcripti clauſula in qua dicitur, abſque tamen hæredum legitimorum, & naturalium præiudicio quam Iuris communis diſpoſitio in primis ſuadere uidentur, Imperatorem licet honorifice Illuſt. D. Camillum in familiam agnatorum aſciuerit non propterea tamen præiudicium aliquod, uel intuliſſe, uel inferre uoluiſſe, cæteris alijs agnatis, qui eidem Illuſt. D. Alphonſo ab inteſtato ſuccederent, & conſequenter dicendum uidetur codicillos imperatorios non obeſſe Illuſt. D. Lucretię cui tempore legitimationis conceſſæ fratris hæreditas iam fuerat deuoluta. Id quod primũ
1 oſtendi poſſe uidetur, quoniam † clauſula ſine præiudicio hæredum legitimorum continere uidetur, non ſolum filios, & deſcendentes legitimos, & naturales, uerumetiam omnes eos collaterales, & tranſuerſales qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent patri illius qui legitimantur, ut dicit Dec. conſ. 57. num. 6. Pariſ. conſ. 44. uol. 2. & Soc. iun. conſ. 121. nu. 16. 2. vol. & Did. Coua. in epit. ad 4. lib. decretal. tit. de teſt. par. 2. c. 8. §. 10 nu. 1. & Io Dilect. tract. de arte teſtandi. tit. de lib. & poſthu. caut. 18. ubi refert hanc eſſe com. ſententiam, & Soc. iun. conſ. 97. nu. 42. vol. 2. & conſ. 120. nu. 23. eo. 2. uolu. ubi atteſtatur hanc opi. eſſe magis com. magisquè receptam. Atqui præd. Illuſt. D. Lucretia connumeratur inter agnatos, collaterales, & tranſuerſales qui Illuſt. D. Alphonſo de iure com. cum ſit eius ſoror utrinque coniuncta ſuccedunt. auth. ceſſante. C. de legit. hęred. & §. reliquum eſt ibi ſi igitur defunctus in auth. de hæred. ab inteſt. ueni, & l. maximum uitium. C. de lib. præt. ergo cenſetur eſſe comprehenſa ſub ea clauſula, abſque hęredum legitimorum præiudicio adeo, ut ipſa fratri ab inteſtato ſuccedens poterit excludere d. illuſt. D. Camillum legitimatum. Secũdo per huiuſmodi legitimationem pręiudicium nõ fieri Illuſt. D. Lucretiæ ex eo confirmari poſſe ui-
2 detur, quòd † Princeps in ſua conceſſione ſubijciendo clauſulam ſine pręiudicio indicare uidetur ſe nolle aufferre alteri ius quęſitum, ut tradit Oldrad. conſ. 237. ad fi. & Aug. Bero. conſil. 65. nu. 131. 1. uol. nec adimit legitimando Princeps regulariter alicuius acquiſitum, ut per Socy. iun. conſ. 49 nu. 10. uol. 4. & per eundem in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 134. ff. de lib. & poſth. ubi dicit hoc eſſe magis cõmune. Quod quidem adeo uerum eſt, ut etiam ſi appoſuerit clauſulam ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, nihilominus non induceatur graue, vel notabile pręiudicium. Tertio Dec. cõſ. 606. nu, 18. & conſ. 373. nu. 14. & Pariſ. conſ. 82. n. 65 1. uol. & Rol. a Val. conſ. 7. nu. 115. vol. 2, præſertim quãdo Princeps de factis circunſtantijs in quo legitimat non fuerit affatim certior factus ut per Soc. iun. conſ. 77. nu. 105. uol. 1. Atqui in caſu propoſito ante legitimationem cõceſſam quęſitum dicitur fuiſſe ius Illuſt. D. Lucretiæ ad hæreditatem ſibi delatam per mortem Illuſ. D. Alphonſi, ergo cum in priuilegio iſtius legitimationis imperator uſus fuerit clauſu. ſine præiudicio hæredum legitimorum dicendo uideretur imperatorem, neque abſtuliſſe, neque auferre voluiſſe illi non citatæ ius acquiſitum, & ſi adiecerit clauſulam ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Veruntamen his minime refragantibus propoſitę quæſtioni reſpondendum eſſe puto imperatorem in hoc legitimationis reſcripto per illam clauſulam, abſque tamẽ hæredum legitimorum, & naturalium pręiudicio uoluiſſe, ac ſtatuiſſe non obſtante legitimatione proſpicere tantummodo filijs, & deſcendentibus legitimatis, & naturalibus d. Illuſt. D. Alphonſi ſi quos forte eum ſuſcipere contigiſſet, & per conſequens conceſſiſſe imperatorẽ, ut ipſe Illuſ. D. Camillus legitimatus excluderet ab ea ſucceſſione per d. Illuſt. D. Lucretiam quę alioquin ſucceſſiſſet ab inteſtato.

In hanc autem partem potiſſimum rationes ſequentes, me ducunt.

3 Primo quia † clauſula abſque tamen hæredum legitimorum præiudicio, et ſimiles non intelliguntur loqui de omnibus agnatis, uidelicet collateralibus, & tranſuerſalibus, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, ſed locum ſibi ſolummodo vendicant in filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus illius patris, cuius filius naturalis petitur legitimari, ut firmat Petr. Anchar. in conſ. 153. incip. pro fratribus defuncti. nu. 5. verſ. vt dixi, & tenet Ang. in conſ. 264 inc.

 Et re-

Et reſtringi debere hanc clauſ.ſine præiudi-
cio hæredum legitimorum ad filios affirmat ęt
Ruy.conſ.104.nu.2.uol.3.& conſ.72.nu.5.& 6.
eo.3.uol.& Ant.Capyc. deciſ.22.inc. fuit apud
me.nu.7.& nu.8.qui dicit iſtius clauſulæ eā uim
eſſe,ut non exiſtentib.filijs legitimis,& natura-
lib.eo caſu legitimati filij excludant agnatos,&
tranſuerſales.Hoc ipſum comprobat Grat.cōſ.
63.lib.1.nu.7.& 8.ubi inquit clau.ſine præiudi-
cio referri tantum ad deſcendentes,& eandem
opi.approbat Soc.iun.conſ.97.n.42.uol.2.quo
in loco ipſe affirmat clauſ.abſq; præiudicio,&c.
non ſimpliciter eſſe intelligendam in quibuſcū
que uenientib.ab inteſtato, ſed locum hēre dū
taxat in filijs legitimis, ſi quos fortaſſis hēet ille
cuius filius legitimatur. Atque ita eandem clau
ſulam interpretatur. Lanc. Gali. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum.nu.90.ff.de lib.&poſth.ubi di
cit cla.ſine præiudicio hęredum legitimorū fa-
uere filijs,& deſcendentibus legitimis, & natu-
ralib.non autem alijs agnatis,& ibidem teſtatur
hanc opi.eſſe com.quam laudat etiam Io.Crot.
in §.& quid ſi tantum. in l.Gallus. nu.144. ff.de
lib.& poſth.dicens haoc opi. eſſe magis tutam,
& rationi magis conſentaneam. Secundo prin
cipaliter in legitimatione propoſita mentē Im-
peratoris legitimantis, fuiſſe proſpicere tantū
modo filijs & deſcendentib.Illuſt.D.Alphonſi,
non autem alijs illius agnatis uenientib.ab in-
teſtato, inde colligitur, quòd in eadem clauſ.
ultra uerba hæredum legitimorū adijcitur,præ
terea uerbū,& naturalium, quod certe reſtrin-
gitur,atque coarctat illa uerba hæredum legiti
morum indefinite prolata, quaſi ſignificare ue
lit ea uerba,hæredum legitimorum,noo eſſe re
ferenda ad omnes hæredes legitimos, ſed re-
ſtringi tātum debere ad illos hæredes, qui ſint
ēt hæredes naturales alioquin uerbum natura
lium poſitum in d. legitimatione ſuperuacuo
fuiſſet adiectum contra §.quib.1.Conſt.C.& ni
hil operaretur quod eſſet contra iuris regulā
qua cauetur uerba debere aliquid operari. l.ſi
quando.ff.de leg.1.c.ſi Papa.de priu.lib.6.hęre
des autem naturales proculdubio ſunt ipſi filij,
4 & deſcendentes. Quamquam.n.naturales †hę-
redes dicuntur illi qui iure naturę ſuccedunt,
ut per Alex.conſ.56.inc.viſo proceſſu cauſę.nu
me.4.& 5.uerſ.apparet ergo.uol.2. potiore ta-
men ſignificatione quę pręualet.l.1. §.qui in p
petuum.ff.ſi ager uectig.uel emphy. pctat iure
naturę ſuccedere dicuntur ipſi liberi, & deſcen
dentes dum admittuntur ad hęreditatem parē
tum.l.cum ratio.in prin.ff.de boo,dam.ibi natu
ralis ratio quaſi lex quædam naturę tacita libe-
ris parentum adijcit hęreditatem, & l. ſcripto.
§.fi.ff.unde lib.ibi liberos naturę ſimul, & com
mune uotum parentum admittit &c.

Quod ualde confirmatur ab eo quod, & in
ipſa eadem clauſ.ſine pręiudicio hęredum uer
bum,hęres,accipitur pro filio, ut per Corn.cō-
ſil.253.nu.6.uol.4.& conſ.147.nu.6.uol.3.& ſe
quitur Aug.Bero.conſ.109.num.4.uolu.2. ubi
dicit uerbum,hęres,accipi pro filio.Id quod lo-
cum haberet, nō ſolum cum de bonis patrimo
nialibus, & allodialibus ageretur quemadmo-
dum hactenus pręſuppoſuimus,ſed etiam quā-
do legitimatus, & agnati inter ſe de feudo con
trouerſarētur. Nam cum appellatione hęredū
in conceſſione feudi filij, & deſcendentes tan-
tummodo comprehendantur.c.1.§.ſi clientu-
lus.de alienatione feudi.Bal.in l.liberti.C.de o-
peris liber.Steph.Bertrand.conſ.42.nu.1-3.uo
lu.par.2.Dec.in conſ.445.nu.13.& Lauren.Syl
uan.conſ.3.n.63.& conſ.52.n.3.par.1.& Marc.
Ant.Nat.conſ.501.n.1.uol.3.& Io.Ceph.conſ.
258.n.11.uol.2.qui quidem filij,& deſcenden-
tes,ut ad ea feuda admittantur debent quoq;
hæredes eſſe.Gozad.conſ.8.nu.30. Alc.conſil.
160.nu.5.Crot.conſ.125.n.16.Crau.conſil.13.
nu.1.4.uol. conſequens eſt, ut dicamus etiam
clauſ. abſque pręiudicio legitimorum hęre-
dum ſi forte de feudo contenderetur ad filios,
& deſcendentes ſolùm ſine ulla controuerſia
referri debere, ut uerba intelligantur ſecun-
dum ſubiectam materiam.l.ſi uno.ff. locati.His
ita ſtabilitis ea quę pro contraria parte ſupe-
rius adducebātur.nō magno negotio diluūtur,
Et primum ſane dubiū in quo dicebatur clau-
ſulam ſine præiudicio, hæredum legitimorum
comprehendere non ſolum filios,& deſcendē
tes,uerumetiam agnatos alios qui uenturi eſ-
ſent ad inteſtati ſucc. iux. opi.Dec. & Soc.iun.
conſ.120.nu.25.uol.2.& ſeq.quor.opi.dicebāt
cōis facile quidem tolle poſſe uidetur fodere
quodam diſtinctionis arg.gl.1.in l.agraria.ff.de
term.mo.&gl.in l.apud antiquos.C.de fur.qua
quidē diſtinctiooe hæc opinio Decij, Soc. iun.
& cæterorum 1.loco ſupra relata ita iuridice vi
detur poſſe conciliari cum opinione contraria
Ancharani,quam in caſu propoſito poſtremo
firmaui.Nāq; aut nos uerſamur in ea facti ſpe-
cie in qua uerba illa hæredum legitimorū, uel
hæredib.legitimis poſita in clauſ.ſine,uel abſq;
pręiudicio,vel ita tamen,ut ſiue dummodo nō
præiudicet incommodo ad filios & deſcenden
tes referri non poſſunt,& tunc ſane fateor ver
ba hæredum, uel hæredum legitimorum com
prehendere poſſe ac debere etiam agnatos ue
nientes ab inteſtato exēpli cauſa in reſcripto le
gitimationis ait Princeps, Te legitimamus ſi-
ne præiudicio legitimorum filiorum & hęredū
6 hoc.n.caſu uerba†hęredum.neq; poſſunt, ne-
que debent intelligi de filijs,& deſcēdētib,quo
niam cum filiorum nominatim expreſſim, &
ſpeciatim mentio antea facta fuerit utiq; ſub il
la indefinita,& generali appellatione hæredū
noo dēnt,oec poſſunt contineri filij.l. doli clā.
ff.de uerb.obli.ne quid ibi dicatur ſuperfluum.
igitur

igitur ne illa verba hæredum fruſtra appoſita
cenſeantur neceſſarinm eſt fateri verbum,& hę
redum, tunc in agnatis venientib. ab inteſtato
locum habere, quaſi dixerit Princeps facimus
te legitimum ita tamẽ, ut neque filijs legitimis
neque etiam cæteris alijs agnatis venientibus
ab inteſtato præiudicetur, quapropter etiam ſi
concedamus opi. Dec.& Soc.iun.ueram eſſe ni
hilominus adhuc audacter aſſeueramus eã no-
bis opi.nihil obeſſe quippe quæ non pertinet
ad caſum noſtrum in quodam ſine præiudicio
alijs uerbis conficitur. Eoque mõ concepta ẽ,
ut uerbum hæredum referri, atque reſtringi
poſſit,& debeat ſolum ad filios, & deſcẽdentes
ſine ullo timore ſuperfluitatis,& ita ſoluit Ruy.
conſ.103.nu.3.uol.3. Aut vero agimus de ea
ſpecie in qua illa verba hęredum, vel legitimo-
rum hæredum referri poſſunt, ac debent ad fi-
lios,& deſcendentes,atque eo ſane caſu appel-
latio hęredum non complectetur,neque com-
plectitur,neque complecti debet omnes colla-
terales agnatos,ſed reſtringitur tantũ ad filios,
& deſcendentes ꝑ rationes ſup.hac parte dedu
ctas. Atqui in legitimatione de qua tractamus,
ubi clauſula reperitur ita concepta, videlicet ſi
ne hæredum legitimorum,& naturalium præiu
dicio uerbum hæredum ſine ullo timore ſuper
fluitatis referri poteſt, & reſtringi tantum dẽt
ad filios,& deſcendentes,tum quia de filijs ex-
preſſa mentio antea facta non fuerat, tum etiã
quia illud verbum naturalium limitando decla
rat de quibus legitimatis Imperator ſenſerit,ut
ſupr. dixi ergo clauſula,legitimorum hęredum,
in caſu noſtro non debet comprehendere om
nes agnatos ſuccedentes ab inteſtato, & conſe
quenter non debet proſpicere ipſi Illuſt.Dom.
Lucretiæ,ſed tantum filijs quos d. Illuſt.Do. Al
phonſus legitimos ſuſcepiſſet. Atque hoc qui-
dem caſu optime procedit ſuprad.opin.Anch.
quæ com.eſt, & conſona rationi ſecundum ſo-
lutionem,& conciliationem traditam per Ruy.
d.conſ.103.nu.3.vol.3.ſup.alleg.cuius opi.tam
quam diſtinguens,& conciliatrix cæteris ẽ præ
ferenda.§.cum ex aliena.inſt.de rer.diuiſ.& So
cy.in conſ.66.nu.28.lib.1.Pariſ.conſ.92.1.uol.
qui.n.bene diſtinguit ad ueritatẽ accedit. Saly.
l.filiæ cuius.nu.5.uerſ.expediris.gl.C.fam.erciſ.
& Io.Neuiz.Syl.nnp.lib.5.nu.32.

Nec me quicquam præterea mouet ſecũda du
bitatio in qua dicebatur principem qui in ſuo
reſcripto utitur clauſula ſine præiudicio non
cenſeri ius quęſitum alteri adimere uoluiſſe,
quoniam reſpondetur primo nullum ius in ca
ſu propoſito quæſitum fuiſſe Illuſtr. Dom. Lu-
cretiæ quandoquidem agnati traſuerſales tũc
demum acquirere dicuntur in hæreditate de
functi quando adeunt hæreditatem, & pro-
pterea ſi fiat legitimatio,poſt hęreditatis aditio
nem nihil eis nocet. Ante uerò quã hæreditas
adeatur agnati tranſuerſales nullum ius, re ipſa
quæſitum in hæreditate agnati defuncti dicun
7 tur habere,& ideo tunc † excluduntur a legiti-
mato,ut optime declarat Iaſ.in conſ.127. nu.1.
uol.4.& Ruy.conſ.24.uol.3.& Soc.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.n.23.ubi ẽt Soc.iun.n.137.
ff.de lib.& poſthu.qui dicit legitimationem fa-
ctam ante aditam hæreditatem præiudicium a-
gnatis inferre,& licẽt agnati ante aditam hære-
ditatem habeant ius acquiſitum ſpe tantum,
ſtatim ſecuta morte gẽtilis defuncti,ut per De-
cium eorum nu.8.Rim.conſ.226.nu.2.uolu.2.
nihilominus,quia ius ſpe tantum non eſt ita ua
lidum,ſicut eſt ius in re etiam conſiſtens. Ideo
legitimatio facta,poſt ius ſpe tantum quęſitum
nõ immerito agnatis obeſſe dicitur,ut per So-
cy.conſ.251.nu.11.& ſeq.Crot.conſ.60.nu.11.
& nu.23.Dec.conſ.269.nu.7.& ſeq.Alc.conſil.
54.nu.12.Atqui in ſpecie de qua agitur quam-
quam tempore factæ legitimationis deceſſerat
Illuſt.D.Alphonſus nihilominus d.Illuſt. D. Lu
cretia ſecundum ea quæ proponuntur non adi
uit hæreditatem igitur nullum ius ei fuerat ac-
quiſitum in hæreditate fratris,ante legitimatio
nem,& conſequenter legitimatio iure optimo
illi nocet. Reſpondetur, & ſecundo poſito, &
non dato, ut adijſſet tamen quoniam minime
conſtat eam apprehendere poſſeſſionem,ius ſi
quod ei competijſſet fuit ablatũ per legitima-
8 tionem, quia † Princeps poteſt adimere ius al-
teri acquiſitum ex aditione dummodo adhuc
apprehenſa non fuerit poſſeſſio,ut per Pau.Ca
ſtren.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. & l.3. & l.cũ
hęredes.ff de teſt.&per Berõ.in c.cum uenifſẽt
nu.22.uerſ.hinc nidemus.& nu.24. ext.de iud.

Tertiò poſito,& non dato,ut Illuſt.D.Lucre
tia Ius aliquod acquiſiuiſſet, non obſtat princi-
pem,qui utitur clauſula ſine præiudicio non ui
deri uoluiſſe hoc ius alteri auferre; quia reſpõ-
detur illud eſſe uerum in dubio,ut per Ruy.cõ-
ſil.123.nu.20.uol.3.ſed quando conſtat Princi
pem illud auferre uelle tunc ceſſat illa pręſum-
ptio, quia in claris non eſt opus coniecturis. l.
continuus.§.ſi ita ſtipulat.ff.de uerb.obl. Con-
ſtare autem in caſu propoſito de Principis uo
luntate deliberantis ipſis agnatis præiudicare
filijs quòd tantum proſpicere colligitur.primo
ex illis uerbis reſcripti dicentis ſuccedere poſ-
ſis in bonis agnatorum,& cognatorum,& ex te
ſtamento,ſeu ab inteſtato,& ex illis uerbis, qui
bus legitimati utuntur,& potiuntur,quæ uerba
ualidam coniecturam præbent ad demonſtran
dam huiuſmodi uoluntatem iux.tradita per Ale
xan.conſ.168.nu.17.uolu.5.colligitur præterea
hoc idem ex clauſula de plenitudine potẽtis ap
poſita in hoc reſcripto,quæ indicat imperato-
rem ſtatuiſſe auferre ius tertio acquiſitum. Nec
ob.dum dicebatur clauſ.ex certa ſcientia,& cla.
de plenitudine poteſtatis non inducere graue
præiudicium, 3. quia reſpondetur hoc habere
locum, quando verſamur in dubia prin-

cipis voluntate,arg.eorum quæ dicit Soc. cõſ.
83.difficultatem,col.3.li.3.& Pariſ.conſ.1.nu.
82.1.uol.& RoLa Val.d.conſ.n.15.uolu.3. ſed
vbi de certa voluntate conſtat, vt accidit in ca-
ſu noſtro iux. præd. tunc quidem fatendum eſt
propter d.clauſ.ius quęſitum tertio adimi,ut di
cit Io.ab Anan.conſ.81.inc.viſo teſt.& Tomm.
Gram.cauſar.ciuil.conſ.100.nu.10.& Rim.cõſ.
82.n.13.1.uol.quoniam duæ illæ eccleſię,ſimul
iunctę operantur,graue præiudicium,& notabi
le,vt per Alex.in l.ſiquis iniquũ.§.ſi is pro quo.
ff.quod quiſque iur.& Crau.d.conſ.182.nu.13
uol.1.quod verum eſt ẽt ſi non citentur agnati
ut per Cur.iun.conſ.174.nu.11.par.2.cum talis
clauſ.de plenitudine tollere conſueuerit cita-
tionem ſecundum Pariſ.conſ.1.num.71.vol.1,

Nec etiam credendum eſt imperatorem nõ
fuiſſe factum certiorem de conditionib.&qua
litatib.petitę legitimationis quoniam ubi con-
ſtat de voluntate, vt ſup. diximus ibi quidẽ gla.
ex certa ſcientia tollit obreptionẽ, & ſubreptio
nem.arg.eorum,quæ dicit Fran.Arc. conſ.5.n.
40.& Pariſ.conſ.3.vol.4.& conſ.5.n.120.& cõ
ſil.141.& conſ.4.in 2.volu.& Crau.d.conſ.182.
nu.13; 1.uol. Quib.omnib.reb.ſi mandum cen
ſeo per huiuſmodi legitimationẽ factam poſt
mortem patris quæ res fieri potuit,ut per doc.
in c.per uenerabilẽ,qui filij ſint legitimi. & per
Rim.conſ.289. nu.36. uel fuiſſe conſultum tan
tummodo filijs legitimis,& naturalib.&proptę
rea illis non obſtantib.ſicut non extant in caſu
noſtro ſtatuendum puto d.Illuſt. D. Camillum
legitimatum admittendum eſſe ad hęreditatẽ
patris excluſa d.Illuſt.D.Lucretia, quę quidem
poſito, & non dato, vt ab hæreditate,fratris
excluſa non eſſet, ſed illi ſuccederet, quantum
negauimus proculdubio eo caſu illa teneretur
tanquam hæres alimenta præſtare d.Illuſt.Do.
Camillo ſi patri non ſuccederet quemadmo-
dum certe ſuccedit.Id quod ex eo cõſtat,quo
9 niam ſicut † pater hodie huiuſmodi filios alere
tenetur.c.cum haberet,de eo qui duxit in matr.
Dec.in c.in præſentia.nu.115.de prob.vbi atte
ſtatur hoc eſſe communiter receptum,&Gabr.
Paleot.tract.de nota.c.45.nu.8.Ita quoq; alere
eos tenentur patris hæredes,vt per Bald.in au-
then.licet patri.nu.2.C.de epiſ.& cler.Abb.cõ-
ſil.15.nu.1.in fi.vol.2. obligatio.n.illius qui te
netur ad alimenta præſtanda tranſit ẽt ad eius
hæredes.Alex.conſ.118.nu.4 par.2.Mathei.ſin
gul. 48.inc.no.quod tale onus, & quãuis filio,
qui ſe exhibere poteſt,alimenta decerni nõ de
beant.l.ſi quis a liberis.§.ſed ſi filius,& §.alimẽ
ta.& l.alimenta.in prin.vbi gl.ff.de lib.agnoſcẽ.
& l.qui filium.ubi gl ff.vbi pup.educa.debe. ta
men quando agitur de nobilib.militib.& con-
ſtitutis in aliqua dignitate,quos quidem mini-
me deceat ſibi ſuis operis victum quærere, ut
per Alb.d.l.ſiquis a liberis.nu.18.tunc utiq; di-
ci põt filium nõ habere vnde ſe alat, niſi ex bo
norum ſuorum redditib.honorifice ſe alere va
leat,ut per Bal.in conſ.30.inc.ſicut dixi.lib.2.&
Crau.conſ.199.nu.6. lib.2. & propterea debe-
rent d.filijs,tunc alimenta decerni iudicis arb.
cõſiderato patrimonio paterno, & inſpecta
conditione,& dignitate perſonæ.l.alimenta. ff.
de alim.& cib.leg.Bal.l.eam quam.nu.41. C.de
fideic.Bero.c.Raynu.nu.21.de teſt. Iac.Menoc.
de arb.iud.lib.2.centur.2.conſ.159.nu.5.cũ lo
cis conſocijs,atq; ita iuris eſſe arbitror meliore
ſententia ſemper ſalua, ad Dei Opt. Max. lau-
dem, & gloriam.

Ant.Ciofius Iuriſc.Flor.in Piſano gymnaſio
ord.ius ciuile,veſpere docens,huius rei fidei fa
ciẽdę gratia mea manu ſubſcripſi,& ſubſignaui.

SVMMARIVM,

1 *Contractus principio voluntatis ſunt, deinceps etiam neceſſitatis.*
2 *Durare id exiſtimatur quod non mutatur.*
3 *Confiſcatio quæ fit in pœnam delinquentis, non liberat eum ab obligationib quib.adſtringitur.*
4 *Iura quæ non tranſeũt in extraneum ſucceſſorem, neque in fiſcum tranſeunt qui loco extranei hæredis eſt.*
5 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos,facta bonorum emphyteutæ cõfiſcatione.*
6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad fiſcum.*
7 *Emphyteuticus contractus gignit obligationem perſonalem.*

CONSILIVM CXLI.

CVm Robertus eccleſię emph. pp ho
micidium quod dr̃ cõmiſiſſe ſtete-
rit plurib.annis proſcriptus,& rele-
gatus, eiuſq; bona publicata fuerint,
Deinde vero Illuſt. Ducis gratia patriæ reſtitu-
tus ſit,monaſterium S.Hieronymi de Agnano
a quo Rober.emph.in recognoſcit petit cano-
nes debitos,atq; decurſos a die homicidij per-
petrati. Reſpondet Rober. ſe non teneri,quia
bona illius fiſco delata fuerũt. Quæritur an poſ
ſit conueniri.Et breuiter reſpondendo indubi
tati iuris eſſe arbitror præd.emphy.obligatum
ſoluendæ d.pecunię remanſiſſe.

Primò,quia cum emphy. ab initio ſponte ſe
obligauerint ex contractu emph. poſtea uelint
noliut ſatisfacere compelluntur quandoquidẽ
1 † contractus principio volũtatis ſunt deinceps
autem neceſſitatis.l.ſicut.C.de act.&oblig l'a-
norm.in c.1.col.fi.de confir.util.vel inutil.doct.
in c.quod ſemel.de reg.iur. lib.6.

Secundò quoniam cum initio contracta
ſit prædicta obligatio ex conſenſu contrahen-
tium, neque poſtea immutata reperiatur, vti-
que adhuc integrè dicitur perdurare cum id
2 exiſtimetur † durare quod non mutatur in au-
then.

then.de adminiſtran.officia. §.fi.& l.præcipi-
mus.in fi.ubi gloſſ. C. de appel.
3 Tertiò quia cum bonorum † conſiſcatio
in pœnam delinquentis fiat,non eſt conſenta
neum rationi, ut propter confiſcationem ab
obligationib.quib.adſtringitur liberetur, nul
lus enim ex improbo facto ſuo commodum
conſequi debet.l.ſi ab hoſtib.§.1.ff.ſol.mat.l.
non fraudantur.in fi.ff. de reg.iur. l.itaque.ff.
de fur.l.ſiue hæreditaria.ff.de neg geſt. l.2.§.
poſtea,cum Appius.ubi gl.in verſ.tribunus.ff.
de reg.iur. Nec quicquam obeſt dum diceba
tur bona, fiſco delata fuiſſe quoniam in pro-
poſita ſpecie, veriſſimè negari poteſt emphy.
4 bona fuiſſe confiſcata. Namque † iura quæ trã
ſire non poſſunt in extraneum ſucceſſoré nõ
trãſeunt ẽt in fiſcũ, qui loco extranei hæredis
eſt.l.iura libertorũ.ubi Bar.ff.de iure patron.
l.eorum.C.ad leg.Iul. maieſt. & Alex.conſ.23.
lib.1.nu.4.&5.verſ.3.pro hoc facit.& conſ.89.
in c.utrum emph.eccleſiaſtica.nu.1.& 2.lib.4.
5 Sed † emph.eccleſiaſtica,ſecuta bonorũ em
phy.confiſcatione,non tranſit ad hæredes ex-
traneos.§.emph.in auth. de nõ alien. Io.And.
in addi.ad Specul.in tit.de loc. §.nunc aliqua.
verſ.113.Ant.de Butr. Imol.in c.in præſentia.
de prob. qui dicit non eſſe tutum ab ea opin.
recedere.Alex.in conſ.23.nu.4.lib.1. & conſ.
89.nu.1.& 2.lib.4.vbi atteſtatur hanc eſſe ma
gis com.opi.& Dec.in conſ.171.nu.1.par.1.&
in d.c.in præſentia.de prob.nu.152.& nu.53.
& nu.154.ubi dicit eſſe opi.magis com.&quę
prævalere debet in iudicando.id quod multo
magis in caſu noſtro formandum eſt,cum au-
thores d.Roberti acceperint emph.a d.mona
ſterio pro eorum filijs,& hæredib.maſculis in
tertiam generationem quo caſu, certum eſt,
hæredes extraneos non admitti ad emph.De
cius in c.in præſentia.n.151.de prob.cum cõ-
6 ſocijs,ergo &c. prædicta † emph. eccleſiaſtica
non tranſijt ad fiſcum Alex.d.conſ.23.lib.1.n.
4.& conſ.89.lib.4.quib.in locis atteſtatur hãc
eſſe magis com.opi. Quam tenuit ẽt Martin.
de Laud.in trac.de fiſco.q.3.& Ruy.in conſil.
155.nu.10.uol.1.& conſ.23.ou.34.uolu.5.ubi
firmat quod quando delictum committitur
in eccleſiam uniuerſalem, uel quando agitur
de crimine læſæ maieſt.res emph.propter ho
micidium,uel delictũ emph. reuertitur ad ec-
cleſiam proprietariam non autem ad fiſcũ, &
ſi bona emph.ſint publicata,quaſi tunc ciuili-
ter mortuus ſit. Quando uero delictum, uel
homicidium committitur in alium, tunc em-
phy.bona,non ſolũ non confiſcantur, ſed nec
etiam acquiruntur eccleſiæ, nec amittuntur,
neque deſcendentib.ueteris emph.præiudica
tur.Ruy.d.conſ.ſup.cit,uidelicet conſ.23.nu.
36.uerſ.nec etiam obſt.& uerſ,nec obſt.d.§.1.
uol.5.& conſ.155.n.10.&12.uol.1.idemq; fir-
mauit Hiero.Gigas in trac.de crim.læſæ maie.
lib.2.Rub.de pœn.commit.crim.læſ.maieſt.q.
6.nu.3.& ſeq.ubi complura citat & nouiſſimè
eandem opi. ſecutus eſt Aegid. Boſſ. in tract.
de publ.bon.nu.60.A qua quidem opin.cum
cõis ſit.& a multis ualidiſſimis rationib.com-
probata, quas omitto gratia breuitatis, puto
in iudicando recedere non licere. c.1.de con-
ſti.ubi doc.Quamobrem ſequitur ex præd.cũ
Rob.ſemper habuerit, & habere potuerit cõ-
modũ dictorum bonorum emph.ut compel-
latatur etiam habere onus ſoluendi canones
iam decurſos tum, quia obligatio quæ ori-
7 tur ex contractu † emph. eſt obligatio perſo-
nalis quæ reſpicit rem.laſ.in l.1.C.de iu.emph.
nu.86.uerſ.5.adducitur,& nu.97.uer.non ob.
C.de iure emph.Alb.Brun. in trac.de dimi. &
& deteriorat.in concl.10.n.52. tum ẽt quoniã
ſecundum naturam eſt commoda cuiuſq; rei
eũ ſequi quem ſequuntur incõmoda, & con-
tra,ut per docto. in l. ſecundum naturam. ff.
de reg.iur.& in c.qui ſentit.de reg.iur.lib.6.

Et ita iuris eſſe arbitror ſaniore ſententia
ſemper ſalua.

S V M M A R I V M.

1 *Spurij ſeu naturales legitimati dicuntur eſſe de domo & de familia parentum.*
2 *Legitimatio eſt actus & inuentio iuris ciuilis.*
3 *Legitimati ſunt de agnatione, domo, & familia patris.*
4 *Spurij poſtquam ſunt legitimati de iure etiam gerere poſſunt arma,& inſignia familia.*
5 *Legitimatio tollit omnem maculam.*
6 *Diſpoſitio conuenit,cui conueniunt uerba diſpoſitionis.*
7 *Deſcendens, nomen naturale eſt, ſignificans omnem deſcendentiam.*
8 *Clauſula, deſcendentes per lineam maſculinam comprehendit etiam fœminas ex maribus deſcendentes.*
9 *Maſculi nomen quid importet ſiue Mas.*
10 *Filios qui nominat non videtur cogitaſſe de legitimatis.*
11 *Legitimati quando non ueniant appellatione filiorum.*
12 *Naturales non eſſe de domo & familia neque de agnatione parentum,quomodo intelligendum.*
13 *Legitimati proprie agnati concluduntur eſſe.*
14 *Appellatione deſcendẽtium maſculorũ,ex propria ſignificatione ueniunt legitimati.*
15 *Exemplis non eſt iudicandum praſertim quando non ſunt ſuperiorum.*
16 *Sententia non infert praiudicium non citatis.*
17 *Sententia dicitur nulla non citatis illis qui in ea comprehenduntur.*
18 *Sententia Principis non ualet nõ facta citatione.*
19 *Sententia non nocet ignorantib.& quib. non fuit notificata & intimata.*
20 *Sñia lata p ſecretos conſiliarios principis,uidetur eſſe principis,cum proferent ſub nõie principis.*
21 *Inferiores non poſſunt ligare ſuperiores.*

CONSILIVM CXLII.

Diuino nomine implorato.

PRoponitur Reu.Card. Forteguerram inter alia de numero, & mõ
ſcholarium eligendorum quędam
his uerbis diſpoſuiſſe. Omnes de
domo, & familia de Forteguerris maſculi, &
deſcendentes per lineam maſculinam a Mag.
D.Bartol.Genitore pręfati Reu.D.Card,ac ẽt
a q.Iac.d.D.Bartol.fratre qui ſint ætatis ad mi
nus ann.20.eligant. & eligere ac deputare de
beant in ſcholares,ac ſtudentes &c. Deinũ dr̃
exorta cum eſſet controuerſia inter Gentilẽ,
& D.Horatium filium naturalem Presb. Nic.
de Forteguerris aſſerentem ſe comprehendi
ſub præd.diſpoſitione Reuer.Card.latam fuiſ
ſe contra d.D. Horatium quandam ſententiã
in qua declarabatur, ad faciẽdam electionem
dictorum ſcholarium non debere interueni-
re,neque d.D.Horatium, neque alios ſpurios
de domo Forteguerrarum non obſt.legitima
tionib.factis,uel faciendis.Quæ ſanè cum de-
nuo refricentur contra D.Phil. in cã ſunt,cur
in præſenti conſultatione duo dubia propo-
nantur.Primum eſt an ſub prædicta diſpoſi-
tione in qua dictum fuit oẽs de domo,&fami
lia de Forteguerris maſculi, & deſcendentes
per lineam maſculinam eligant &c. compre-
hendantur filij naturales legitimati. Secundũ
eſt an dicta ſententia obſtet d.D. Phil. contra
quem modò eadem controuerſia renouatur.
Et breuiter rem perſtringendo, quod ad pri-
mum attinet arbitror ſub huiuſmodi diſpoſi-
tione comprehendi ẽt filios naturales legiti-
1 matos.Primo,quia † ſpurij,ſeu naturales legi-
timati dicuntur eſſe de domo,& de familia,&
de agnatione parẽtum.l.cõium rerum. §.ſi ue
ro,uerſ.& eius generc,C. de nat.lib. & §.filiũ.
in auth.quib.mod.nat.eff.ſui.Cuius ratiõ aſ-
ſignatur quia agnatio eſt nomen iuris ciuilis.
§.ſed agnationis.inſt. de legit.agn.ſucc. quod
a lege reſtitui poteſt.Bar.in l.tutelas. ff. de ca-
pit. diminu. & contrahitur agnatio per ciuile
vinculum.inſt.de legit.ſucc.cogna.§.qui ado-
ptionem.& Bened.de Barzijs in tract. de filijs
non legit.natis.n. 19.uerſ.& iſtud idem. Qua-
2 re cum † legitimatio ſit actus,&inuentio iuris
ciuilis.d.§.filium uero, in auth. quib.mo.quo
ſane actu illegitimi antiquis natalib.reſtituun
tur,Alb.in rub.de decr.ab ord.fac.nu.9.& Pa-
riſ.conſ.1.n.54.uol.2.& conſ.2.n.7. eo.uol.cõ
ſequens eſt,ut legitimati patris agnationẽ ha-
bere dicantur. Quã quidẽ opi.tenuit Io.And.
in c.per venerabilẽ.col.4.in verbo rõnib. qui
filij ſint legi.Et Bar.& Bal.in d.l.cõium rerum
C.de nat.lib.l.cum in adoptiuis. C. de adopt.
Ang.in d.§.filium uero, quib.in locis conclu-
ditur legitimatos agnationis iure admitti ad
3 agnatorum hæreditates.Et quod † legitimati
ſint de agnatione domo,& familia ſecutus eſt
ẽt idem Ang.in conſ.17.inc.Corn.Brandiſius
col.2.uer.propterea.nu.6.Et Saly.in auth.itẽ
ſine legitimis poſt prin.col.1.uer.quarto utrũ
legitimati per reſcriptũ. C. de nat.lib.& Paul.
Caſt.in conſ.34.ſuper 1.dub.col.2.lib.2. Et A
lex.in conſ.2.inc.uiſis codicillis.col.4.uerſ.ad
præd.bene facit.nu.11.uol.2.& Soc. conſ.63.
col.12.lib.3.& Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.n.
241.verſ.8.legitimati.ff.de uſuc.& Dec.in cõſ.
365.n.5.par.3.& Ruy.in conſ.161.nl21.uol.2.
& Tiraq.in trac.de retrac.Gentilitio.§.1.in gl.
8.n.10.uerſ.uerum qõnis.& Soc.iun.conſ.94.
nu.9.lib.1.& Crau.in conſ.138.nu.4.uolu.1.&
poſt alios Io.Ceph.in conſ.88.n.25. Qui ſanè
oẽs præalleg.doc.concludunt legitimatos di-
ci de familia,domo,& caſata, & agnatione pa-
4 rentum.Id quod adeo uerum eſt,ut d. † ſpurij
poſtquam ſunt legitimati de iure gerere etiã
poſſint arma,& inſignia familiæ,& agnationis
paternæ, ut tenet Mat.de Affl.c. in trac.de iu-
re prothomiſ.§.1.uer.item quæro.n.33.&Bar
tol.Caſſen.in commen.conſue.Burgund. Re-
torica 8 §.3.nu.22.uer.adde ẽt ad præd.&idẽ
Caſſen.in catal.gloriæ mundi.par.1.conſid.38
concl.77.uer.pro concordia.ubi concludit le
gitimatos poſſe ferre arma,& inſignia Gentili
tia præſertim quando hoc expreſſum eſt in le
gitimatione, ut accidit in caſu propoſito, vbi
Sereniſſ.Dux Flor.& Senarum expreſſit dictũ
D.Phil.Forteguerram uanciſci familiam For-
teguerrarum, & poſſe eiuſdẽ familiæ inſignia
gerere.Ratio uerò quare legitimati plana, &
ſimplicia arma Gentilitia ſine ullo inter alios
agnatos,uel diſcrimine,uel ſigno geſtare poſ-
5 ſint,redditur,quia † legitimatio tollit omnem
maculã.l.imperialis.§.1. ubi omni macula pe-
nitus dirempta.C.de ſecu.nup.& §.ſi quis ue-
ro.in auth. quibus mod.naturales effic.legi.&
Bal.in l.gallus.§.& quid ſi tantum.num.3.uer.
quarta & ult.concl.col.fi.& Matth.de Affl. d,
uerſi.Item quæro num.33 Ex quib.omnib.ſe
cundum doctores communiter firmandũ eſt,
legitimatos eſſe de domo familia& agnatio-
ne parentum. At in diſpõne d. Reu.Card. ad
electionẽ faciendam uocantur omnes de do
mo & familia de Forte guerris ex eius teſtamẽ
to conſtat ergo intentio & mens d.Reu. Car
dinalis fuit comprehendere ẽt legitimatos cu
iuſmodi eſt D.Philippus. Secundo prin.in d,
diſpõne comprehendi filios legitimatos,uſtẽ
ditur,quia cui conueniunt uerba diſpõnis cõ
6 uenit ẽt † diſp.l.4.§. toties, ff. de damn. infect.
Felyn.in c. nonnulli in princ. colum.antepen.
de reſcrip.Cur.iun.conſ.182.incip.habita. nu
mero primo.par.ſecunda.cum ſimilib.At legi
timatis de quibus nunc agitur conueniunt
uerba dictę diſpoſitionis,in qua dicitur admit
tendos

tendos eſſe maſculos, & deſcendentes per li-
neam maſculinam, ergo côuenit etiam diſpo-
ſitio, ut comprehendentur legitimati. Conue
nire autem uerba diſpoſitionis in caſu noſtro
7 inde colligitur quod nomen † deſcendens na
turale nomen eſt arg. eorum quæ dicit Bar. in
l. tutelas. ff. de capit. diminut. & in l. pronuncia
tio. § familiæ. ff. de uerb. ſig. Neque tam iuris
ciuilis agnationem quàm omnem deſcenden
tiam naturalem ſignificat. arg. eorum, quæ tra
dit Cur. iun. conſ. 49. nu. 7. par. 1. Et propterea
appellatione deſcendentium ueniunt etiã na
turales. Dec. in l. generaliter. nu. 17. C. de inſt.
& ſubſt. ſub cond. fac. & Laur. de Palat. in trac.
de ſta. exclud. fœmin. nu. 211. & Ruy. conſ. 161
8 nu. 4. uol. 2. Quoniam uero ex † clauſula deſcẽ
dentes per lineam maſculinam ſignificantur,
etiam fœminæ ex maribus deſcendentes, ut
per Alex. in d. l. Gallus. §. nunc de lege Vellei
ubi etiam Salomonius. ff. de lib. & poſth. quæ
certè fœminæ in caſu noſtro contineri mini-
me debuerant. Idcirco ut eas excluderet adie
9 cit uocem † maſculi quod nomen & ipsũ quo
que naturale eſt, denotat enim eum qui agit,
& gignit, ut per Petr. de Vnz. in pracart. nota.
in rub. quę incipit de perſonis ſex fiunt diui-
ſiones. nu. 1. & ſignificat homines uirilis ſexus.
§. ſed hæc quidem. inſt. de exhæred. lib. quo ſa
nè ſexu mares a fœminis diſcernuntur. Mas
enim dicitur quod fortior ac generoſior ſit, &
a mare deducitur maſculus diminutiuus, ut
per Salomon in d. l. Gallus. §. nunc. de lege. ff.
de lib. & poſthu. Sed quoniam appellatione
maſculorum, & deſcendentium comprehen-
di etiam intelligebat eos maſculos, qui deſcẽ-
dunt ex fœminis iuxta ea quæ tradit Fulgoſ.
in conſ. 84. nu. 2. quos tamen admittendos nõ
exiſtimauit, ideo rurſus adiecit aliam clauſulã,
& dixit, & deſcendentes per lineam maſculi-
nam, ut oſtẽderet in caſu noſtro non compre-
hendi maſculos deſcẽdentes ex fœminis, ſed
maſculos deſcendentes ex maribus, atque ita
patet omnia illa uerba plurimum operari, ut
requirit tex. in l. ſi quãdo. ff. de leg. 1. & c. ſi Pa-
pa. de priuileg. in 6. Grat. conſ. 117. nu. 5. cum
ſimilib. Quamobrem cum hæc nomina natu-
ralia, uidelicet maſculus, & deſcendens conue
niant filijs naturalibus legitimatis, ut dicit An
gel. in conſ. 366. nu. 20. Cuiuſmodi eſt d. Do.
Phil. conſequens eſſe debet, ut ex hoc etiã ca-
pite firmari poſſit eum contineri ſub diſpoſi-
tione d. Reue. Card. Quib. ita ſtantib. non ob,
ſiquis obijciat non eſſe uerisimile quod Reu.
Card. qui fuit uir tanto honore præd. & in tã-
ta dignitate conſtitutus, in d. diſpoſitione ſen
ſerit de naturalib. legitimatis donec extarent
legitimi cum aperti iuris ſit nobilem, uel in di
gnitate, & honore poſitum, nominando † filios
non uideri cogitaſſe de legitimatis. c. natura-
les. in tit. ſi de feudo fue. contro. inter dom. &
agnat. ubi legitimati non ſuccedunt in feudo,
quia non eſt uerisimile nobilem, qui conce-
dit feudum de tali prole ſentiſſe. Ad hoc enim
reſpondetur primo. Regulam qua diſponitur
appellatione filiorum venire legitimatos, limi
tari quidem, niſi pater eſſet nobilis, uel in ho-
nore, ſeu dignitate poſitus, tunc enim non cõ
prehenduntur legitimati. d. c. naturales ſecun
dum prędicta. Verum hæc limitatio loquitur
in caſu, a noſtro ualde diuerſo propterea qđ
dicta limitatio procedit quando dictus nobi-
lis mentionem habuiſſet filiorum legitimorũ,
11 & naturalium, tunc enim non uenirent † legi-
timati, & ita hanc limitationem intellexit. An
ge. in q. incip. nobilis quidam in 2. dub. Et Bu-
trius in c. per uenerabilem, qui filij ſint legit.
& Alex. in conſ. 94. 1. uol. & in conſ. 68. inc. cõ-
ſideratis. eo. uol. & in conſ. 2. inc. Viſis codicil
lis. 1. uol. Et Bened. Cap. in conſ. 132. inc. pun-
ctus quidam Ser. Patrignanus. nu. 5. & Steph.
Bertran. conſ. 295. nu. 4. col. fi. in fi. uol. 4. Soc.
in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſth. & Ruyn.
conſ. 92. nu. 16. uol. 3. & conſ. 76. nu. 2. eo. uol.
& conſ. 161. nu. 11. & nu. 12. uol. 2. Quib. om-
nib. in locis expreſſe dicitur tunc non uideri
nobilem cogitaſſe de legitimatis quando in
eius diſpoſitione mẽtionem habuit filiorum
legitimorum, & naturalium. At in propoſita
ſpecie ſecus eſt quoniam in ea nullibi habita
mentio eſt, uel filiorum, uel legitimorum, uel
matrimonij legitimi, uel legitimè deſcenden-
tium, ſed ſolum dictum fuit uocari omnes de
domo, & familia de forte guerris maſculos, &
deſcendentes per lineam maſculinam qui ſa-
nè caſus longe inter ſe diſtãt, & propterea de
vno ad aliud inferre non licet. l. naturaliter. §.
nihil commune. ff. de acq. poſſeſ. l. Papinianus
exuli, ff. de minor. l. cum actum. ff. de calum. Il-
lud enim uerbũ legitimorum iuris ciuilis uo-
cabulum eſt, quod ſecundum quoſdam natu-
ralibus non conuenit ideo ſub ea appellatio-
ne legitimati non cõtinentur. Verum illa vox
maſculus, & vox deſcendens, quibus uſus eſt
d. Reu. Card. ſunt uti dixi nomina naturalia,
quæ optimè conueniunt legitimatis igitur nõ
eſt mirum ſi in diſpoſitione de qua agitur di-
cimus eos comprehendi. Reſpondetur & 2. d.
limi. ualide impugnari per Ruy. in d. conſ. 161
nu. 23. & 24. vol. 2. ubi reſpondet ad d. c. natu-
rales ad cuius dicta gratia breuitatis me refe-
ro, & concludo, uel prima, uel hac 2. reſponſio
ne tolli ſupradictam obiectionem. Ide ut idẽ-
que firmandum puto non obſtare conſ. Ange
li 376. inc. poſthæc ſum conſultus. uerſ. 3. falit
nu. 5. ubi dicit appellatione filij non compre-
hendi naturalem ſi teſtator non eſt conſtitu-
tus in dignitate uel honore, ſed eſt hõ uilis cõ
ditionis. namque reſpondetur illud eſſe uerũ
quando ſolum mentio eſt habita filiorum qđ
nomen ſi capiatur in potiori ſignificatione

iuxta.l. 1. §.ſi ager uectigalis uel emphy. peta-
tur ad natos ex legitimo matrimonio referē-
dum uidetur.l.filium deſinimus.ff. de his qui.
ſunt ſui uel ali iuris fulgoſ.conſ.62.num. 3.ue
rum ſecus eſt dicendum in caſu propoſito
ubi diſpoſitio dicti Reuer.Card.utitur uerbis
tantummodo naturalib. quæ optimè con-
gruunt etiam legitimatis.

12 Secundo non obſtat, † naturales non eſſe
de domo neque de agnatione parentium ne
que poſſe geſtare inſignia familiæ ut firmat
Bald.in l.teſtamento. C. de milit.teſta. & in l.
eam quam. C. de fideicom. Et Nicolaus de
Vbald. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſta. in 4.
ſpecie liber num. 51. uſque ad num.55.& Pe-
trus de Vbald. in tracta. de duobus fratribus
parte 12.q.12.nu.12.& Guid. Pa. Deciſ. 580.
cap. an baſtardus. & Boerius deciſ. 127.num.
20. & 21. parte. 1.& Bartolom.Caſſen. in cō-
mentar.ad conſuetud.Burgund.rub.8.§.3.nu
me.16.verſ.iuxta prędicta,& Catel.Cot.in me
morab. in uerbo, baſtardi, non ſuccedunt, &
Ruyn.d.conſ.161.numero quarto. uolumine
ſecundo.cum conſocijs. Quoniam reſponde-
tur authoritates prędictas,&alias ſimiles,locū
omnes ſibi vendicare quando tractatur de
ſpurijs, & naturalibus non legitimatis, ut in
ſpecie declarat Matthe.de Afflict. in tract. de
iure prothom.in princ.verſ.item quęro.num.
33.& ſentit etiam Ruy.d.conſ.161. uolumine
ſecundo.qui licet in principio ſub nume.quar
to.vbi loquebatur ſimpliciter de naturalib.&
per conſequens de his qui non erant adhuc
legitimati, dixerit eos non eſſe de domo ta-
men inferius.numero 21.& ſeq. vbi loquitur
expreſſe de naturalibus legitimatis,apertè fa-
tetur eos eſſe agnatos. Quare cum d.Domin.
Philippus honorifica.& ampliſſima legitima-
tionis diplomata a Sereniſſimo noſtro Duce
impetrare meruerit præſertim etiam nomina
tim quo ad familiam, & inſignia, & honores
nulli dubium eſſe poteſt quin comprehenda-
tur ſub dicta diſpoſitione iuxta tradita p Ca
ſen.in d.Cathalogo gloriæ mundi.par.prima.
conſideratione trigeſimaoctaua.numero 77.
Et quamquam me non lateat extitiſſe etiam
aliquos qui dixerint,naturales indiſtinctè cen
ſeri de parentela,& preciſe poſſe portare inſi
gnia gentilitia ut per Ludouic.a Sardis in tra-
cta.de natural.lib.& eorum ſucceſſione in ſe-
cunda par.prin.in rub.de appel.natural. uerſ.
quinto quęritur. numero octauo,& ſeq. & Be
ned.de Barzijs d.tract.de filijs non legit.natis.
numero decimotertio. eademque arma illos
in partibus Italiæ,& Tuſciæ,ut Florentiæ tene
re poſſe ſpurios ſine aliquo ſigno diſcernente
legitimos ab illegitimis, ut per Nic. de Vbal.
d.trac.de ſucceſſ.ab inteſt. numero quinqua-
quageſimoprimo,& numero quinquageſimo
ſecundo.& Bar.in tract.de inſig. numero un-
decimo. licet in quibuſdam alijs regionibus,
ſecus Boer.d.deciſ.127.Soc.conſ.102.nume-
ro nono. uolumine tertio. Nihilominus quia
ad excitatam dubitationem feciſſe ſatis arbi-
tror ſolutionem, & diſtinctionem ſuperiorē
ea in re vlterius non inſiſtam.

Non obſt. etiam ſiquis obijciat poſito, ut
13 † legitimati de domo, & agnatione ſint, attra-
men dicuntur agnati impropriè,vt ſentiſſe ui
detur Dec.in conſ.175.numero octauo.verſ.
ſed tamen ſupradictis.par.ſecunda.,nā ad hoc
reſpondetur id a Decio oſcitātur potius quā
cogitatè dictum videri,quoniam agnatio no-
men eſt iuris ciuilis.d.l.tutelas.vbi Bar.ff.de ca
pit.dimin.cum ſimilib.Et certum eſt quod lex
in his quæ iuris ciuilis ſunt non fingit,ſed pro
prie,& ſecundum veritatem diſponit. l. quiſ-
quiſ.C. de donation.&propterea dicebat Bal.
in l.cum acutiſſimi ver.quæro nunquid.C. de
fideicommiſſ.legitimationem eſſe verum ſta-
tum legitimorum quamuis enim in legitima
to non adſit uerum principium nuptiarum ſe-
cundum præcepta legum contractarum. inſt.
de nup.in prin. & de patr.poteſt. tamen uerè
legitimum dici poteſt,quia legitimum non ſo
lum dicimus illud quod eſt a primordio legi-
timum, ſed etiam illud quod poſtea legitimū
factum eſt,& a lege approbatum.l.legitima.ff.
de pact.l.lege obuenire.ff.de verb.ſig. & facit
§.omnium.inſt. de obli. vbi ciuiles obligatio-
nes dicuntur non ſolum illæ quæ a iure ciuili
legibuſque inſtitutæ ſunt, ſed illæ etiam quæ
poſtea comprobantur, a legibus. Quo fit ut,
quemadmodum ſecundum hanc theoriam le-
gitimati uerè,& propriè dici poſſunt. d.l. im-
perialis.§. 1.C.de nup.& Dec.conſ.399. & ſi-
14 cut † appellatione deſcendentium maſculorū
ex propria ſignificatione continentur etiam
legitimati,ut in ſpecie tradit Ruyn. conſ. 161.
num.20.uerſ.in propoſito igitur 2. uol. ita ēt
legitimati proprie agnati appellari debent, &
dici poſſunt de familia,& de domo parentum
ideſt ut doctores interpretantur de parēnte-
la,& agnatione parentum,ut per Ruy.d.conſ.
161.nu.3.uolumine ſecundo. & latè per Cur-
tiun.conſ.49.numero 3.& numero 6.& fermè
per totum in prima parte. & Caſſen.d.rubr.8.
§.3.numero 16.uerſicul.iuxta prædicta.conſi.
365. num.5. par.3.

Nihil etiam obſtat id quod ait Fulgoſ.in cō
ſil.62. numero 3. ubi refert remp. Venetorū
huiuſmodi filios illegitimè natos etiam ſi po
ſtea iura legitimorum nati fuerint ad conſilia
Senatus admittere minime conſueuiſſe.Nam
15 præterquam quod reſpondetur † exemplis nō
eſſe iudicandum.l.nemo.C.de ſen.&inter loc.
om.iud.præſertim quando non ſunt exempla
ſuperiorum. argum.c.exemplum domini. 12.
quæſt.prima. Dici etiam poteſt ideo legitima
tos eo in loco ab honoribus remoueri, quia
ut præ-

ut præſupponit Fulgoſ. d.conſil.62. numero
3. in ea republica ea forte uigebat conſuetu-
do quæ uim legis habere dicitur. §.ex non ſcri
pto.inſt.de iure nat.gen.& ciu. Ideoque perin
de erat ac ſi expreſſe cautum eſſet ne ad hono
res legitimati admittentur, quo caſu cum lex
ulterius quodammodo proceſſerit, ut dicit
Bar.in l.hoc edicto.§.quærentibus.ff.de publi
can.& uectigal. dictusque legitimatus in pro-
poſita ſpecie per dictam legitimationem ho-
noribus expreſsè fuerit reſtitutus proculdu-
bio dici poteſt dictam conſuetudinem Vene-
torum nihil obſtare, & in caſu claro, cuiuſmo
di eſt caſus noſter uoluntatis quæſtionem ha
bendam non eſſe. l.ille aut ille. §. cum in uer-
bis.ff. de leg.3.

Secundæ uero dubitationi in qua quære-
batur, an aſſerta ſententia præiudicet dicto
Domino Philippo. Reſpondendum puto il-
16 lam ei nihil obeſſe, quia † ſententia non infert
præiudicium non citatis.l.penult.C.res inter
alios acta.c.inter dilectos.§.porro.de fide in-
ſtrumentor. Soc.in conſil. 282.num.4.volum.
2. Riminald.conſi.415.num.11.volum.3.& in
conſi. 180. num. 11. volum. 1.& Decius conſil.
342.num.6.& 7.parte 3. Nec fit vnquam ali-
cui præiudicium niſi citetur ſaltem per gene-
rale proclama, vel edictum publicum. Socin.
iun.conſi.181.num.97.volum.2. Et Bologni-
nus conſil. 78. num. 11. poſt conſilia Capræ.
17 Quinimo † ſententia dicitur nulla non citatis
illis qui in ea comprehenduntur. l.1. §.item
cum ex edicto.ff. quæ ſenten. ſine appellatio.
reſcindantur.l.2. vbi Bal.C.ſi per vim, vel alio
modo. Soc.conſi.12.num.5.& ſequent.vol.1.
Corneus conſil.93. num.6. volum.4. Decius
conſi.606.num.11.part.5.& conſi.603.num.
21.eadem parte.& conſil.410.& idem Decius
in c.eccleſia.S.Mar.num.73.& in c.quę in ec-
cleſiarum. num.130.de conſtitutio. Et Ruyn.
in conſil.154. num.13.volum.3.vbi dicit cita-
tionis omiſſionem vitiare ſententiam quia ſo
lemnitas citationis reputatur grauis. Et pro-
pterea in quocũque iudicio etiam ſummario
ſententia ſine partis citatione feratur, ipſa ſen
tentia dicetur nulla.l.ut vnoquoque. ff. de re
iudicata.l.nam ita diuus.ff.de adoptio. Socin.
conſil.54.num.4. uolum.4.

Hęc autem concluſio ampliatur locum et
18 habere in ſententia principis, quia nec † ſen-
tentia principis valet, non facta citatione.glo.
& Bald.in l.fin.C.de legibus.c.fin.de cau. poſ.
& proprieta. Riminald.d.conſi.180.num.11.
volum.1. Curt.ſenior conſi.49.num.9. verſic.
& ſic non poterit. Decius conſi.603.num.11.
parte 5.& in c.quę in eccleſiarum. num. 130.
& c.eccleſia.Sanct.Mar.num.73.de conſtitut.
Galiaula.in l.gallus.§.& quid ſi tantum. col.ſi.
num.94.ff.de libe.& poſthu. Capicius in deci.
69.num.26.& Socin.iun. conſi.122.num.33.
& num.38.volum.2.

19 Quinetiam ad hoc vt † ſententia alicui no-
ceat requiritur eius ſcientia, & oportet ut illi
notificetur & intimetur. Alex.in l.de vnoquo
que num.17.ff.de re iud.& in l.decem in prin.
num.decimo.ff.de uerbo.obligat.& in conſil.
86.uiſis dubitationibus lib.2. Bolognin.in d.
conſ.78. num.11. Curtius iunior in conſ.175.
num.1.parte prima. Decius in l.iure ciuili nu
mero 4.ff. de regul.iur. Tommas grammat.in
conſ.49.num.3. & ſeq. Io. Cephal.conſ. 106.
numero 10.licet enim ſententia noceat agna
tis ſcientibus tamen non nocet eis ignoranti
bus ut per Iſernia Aluarot.& præpoſit.in §.ſi
uaſallus de ſuo in tit.ſi de feudo fuer. contro
uer.inter domin.& Vaſal.& Io.Cephal.in con
ſi.133.num.83. Quapropter cum minime cõ
ſtet.d.dominum Philippum ſciuiſſe tunc aſſer
tam ſententiam latam fuiſſe, reliquum eſt, vt
de iure concludamus dictam ſententiam nul-
lum ei præiudicium parauiſſe. quandoquidẽ
nihil cum eo dicitur eſſe actum argum. eorũ
quæ dicit Capyc.deciſion. 107. nume. primo
& num.9.

Quo ita ſtante nil obeſt ſiquis opponat ob
ſtare dicto domino Philippo aſſertam ſenten
tiam qua declaratum fuit non licere neque
domino Horatio neque aliis naturalibus di-
ctæ domus interuenire in faciendis prædictis
electionibus, non obſtantibus legitimationi-
bus vel factis, vel in poſterũ faciẽdis, quaſi fer
ri poſſit ſententia prohibitiua ſuper tempore
futuro, ut per Butrium.in c.dudum. nu.17. de
decimis & Anch.in c.ad noſtram num. 10.de
ſepultur.

Nam præterquàm quod dicta ſententia
quæ principaliter loquitur de futuris legiti-
mationibus dicti domini Horatij, cum ad vnũ
finem prolata ſit non debet operari alium ef
fectum diuerſum.l.cancellauerat.ff.de his quę
in teſtamento delentur Bolognin.in conſ.59.
num.25.ver.& tanto magis. Reſpondetur e-
tiam ut ſupra proximè dixi, talem ſententiam
non potuiſſe inferre præiudicium niſi ſcienti
bus & citatis, vt per Alex.d. l.de unoquoq;. ff.
de re iud.& Bolog.d.conſi.78.cum alijs ſupra
deductis & propterea domino Philippo nul-
lum potuiſſe damnum inferri.

Secundo non obſtat ſi dixerit aliquis præ-
20 dictam † ſententiam latam per ſecretos conſi-
liarios, uideri ſententia principis quæ uim le-
gis generalis habet.d.l.fin.C. de legib.l.1.in §.
1.ff.de conſtitut.princip. Fely.in c.in cauſis de
re iud. Alex.in conſi.160.num.9.lib.7. Curtius
iun.conſil.60. nu.7.parte 1. Ruyn. conſil. 166.
nu.7.& 8 volum. 4. Namq; reſpondetur tunc
ſentẽtiam per ſenatum principis habere vim
legis generalis cum proferretur ſub nomine
principis, vt per Matth. de Affl. in decisi. 383.
incip. licet hodie, nu.8.& deciſio. 190. num. 7.
incip.

incip.pulchrum & deciſ. 96.nume. 11. incip.
fuit in ſacro. At in propoſita ſpecie, ſententia
non fuit lata ſub nomine ſereniſsimi noſtri
Ducis, ſed nomine conſiliariorum ſecretorũ
quibus cauſa fuerat delegata ut ex ea conſtat.
Igitur dicta ſententia non eſt huiuſmodi quæ
uel tanquam lex generalis ſeruari debeat uel
quę principi potuerit adimere facultatem le-
gitimandi ſubdictos ad honorem celebranda
rum electionum prędictarum & ad alias prę-
rogatiuas quia ſphera inferior non mouet ſu
periorem ut ait Ioann.de Lignano in tract.de
conſ. eccleſiaſtica.§ nono uerſic. 10. propte-
21 reaque non poſſunt † inferiores ligare ſupe-
riores: l. minor. ff.de minor. c. inferior 21. di-
ſtinct.& c.cũ inferior de maiorit. & obedien.
cum locis conſoc. Atque ita iuris eſſe arbitror
ſaniore iudicio ſemper ſaluo ad laudem Dei.

SVMMARIVM,

1 *Hæres hæredis, eſt hæres primi teſtatoris.*
2 *Accipiens emphyteuſim pro ſe & ſuis hæredibus, intelligitur accepiſſe etiam pro hæredum hæredibus.*
3 *Contractus emphyteuſis eſt ſtricti iuris.*
4 *Proteſtatio non adeunda hæreditate, poteſt fieri vbiq; nec alterius quam teſtium requirit præſentiam.*

CONSILIVM CXLIIII.

In Dei nomine.

QVæſtioni ſuperius propoſitæ reſpõ
deo prædictum Andream Ciofiũ
poſſe admitti ad dicta bona liuella
ria tanquam hæredem Andreæ
Ciofii ſenioris licet nolit eſſe hæres Federici.
1 Quoniam † hæres hęredis eſt hæres pri-
mi teſtatoris. l. final. C. de hęredibus inſtitu-
end. l. qui liberis. §. hęc uerba. ff. de uulg.& pu
pill. ſub. At Andreas iunior eſt hæres Lauren
tii ſui patris qui Laurentius fuit hæres. An-
dreæ ſenioris, ergo Andreas iunior, dicitur hę
res primi Andreæ & per conſequens tanquã
hæres dicti Andreæ retinere poteſt dicta liuel
laria bona. Accedit ſecundo huiuſmodi bo-
na liuellaria conſueuiſſe tranſmitti etiam ul-
tra primum gradum quẽdoquidẽ ut in inſtru-
mento liuelli dicitur Martellus Iacobi de Bet
tinis ea conduxerat pro ſe & eius filiis, & de-
ſcendentibus, quo caſu certum eſt in materia
emphiteutica appellatione hæredis compre-
2 hendi hæredis hæredem.& propterea ſi † ac-
cipiam emphiteuſim pro me & hæredib. meis
quæ ſolita ſit concedi ulterioribus utique ui-
deor emphyteuſim accepiſſe non ſolum pro
primis hęredibus ſed etiam pro hęredibus hę
redum Bal. in l. antiquitas nu. 2. in tertio not.
C. de uſufru. Iaſ. in l. 2. numer. 198. C. de iure
emphit.
3 Nec ob. † contractum emphyteuticum eſ
ſe ſtricti iuris ut per Alex. l. 4. §. cato. col. 4. uer
ſic. & prædicta. ff. de uerb. obligat, & ideo uer
bum hęredibus ſtrictè capiendum eſſe pro
primis cum non dixit ſucceſſoribus nam re-
ſpondetur etiam in materia quę ſtrictè intelli
gitur appellatione hęredis comprehendi, hęre
dis Rui. conſ. 58. nu. 7. uol. 5. voluiſſe autem cõ
trahentes comprehendi hæredes hæredis in
d. liuello patet ex uerbis contractus vbi durã-
te linea maſculina Martelli de Bettinis An-
dreas Ciofius conduxit pro ſe & hæredibus,
ſed caſu quo linea dicti Martelli deficeret ante
mortem d. Andreæ &c. tunc conduxit ad ui-
tam ſuam & uxoris Laurentij eius filij ex qui-
bus apparet, cum ſupra dixit pro hæredibus
durante linea Martelli, eos intellexiſſe de om
nib. hæredib. in infinitum nõ autẽ primo hęre
de tantum nimirum Laurentio quem quidẽ
ſolum & non alios comprehendere non vo-
luerunt caſu quo linea Martelli extingueretur
in uita conductoris prædicti & hoc ſuadetur
quia vna pars diſpoſitionis declarat, aliã igitur
cum loquitur de Laurentio, demonſtrat quid
ſibi voluerit cum ſupra locutus eſt de hæredi
bus ſi enim deficiente linea ſaltem ut Lauren
tius admittatur exigit & uult. ergo ea non de-
ficiente dum vocat hæredes dicendum eſt q
non ſolum Laurentium, ſed ulteriores etiam
uocare voluerit.
Poteſt itaque Andreas iunior poſſidere
uelle hæc bona tanquam hæres Andreæ, neq;
ob id fiet hæres Federici, cum poſſit retinere
ea bona citra ius & nomen hęredis dicti Fede
rici argum. eorum quę dicit Marant. in Repet.
l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. num. 58. & nu.
59. uerſic. prędicta tamen.
Sed ne dictus Andreas uideatur accipere
hęc bona tanquam hæreditaria a Federico,
poterit uti ante omnia proteſtatione declara
toria proteſtando quemadmodum ipſe non
intendit neque uult adire Federici hęredita-
tem per aliquem actum quem cõtingeret eũ
facere; ſed uult poſsidere bona tanquam hę
4 res Andreæ ſenioris quæ † proteſtatio poteſt
fieri vbique nec alterius quàm teſtium præ-
ſentiam requirit Bart. in l. non ſolum. §. mor-
te. num. 15. & 16. ff. de oper. nou. nunt. vbi Iaſ.
num. duodecimo. & Hotman. num. quadrage
ſimoſeptimo. & Rubeus Alexandrin. num.
212. Quinimmo proteſtatio per quã impedi-
tur aditio poteſt fieri in abſentia creditorum.
Præpoſitus in capitu. ſollicitudinem de teſti-
bus. Alcia. dicto §. morte num. ſeptuageſimo-
ſexto. Et hæc proteſtatio prodeſt, nequis ui-
deatur adire Barto. in l. ſcriptus. ff. de religioſ.
l. pro hæred. §. primo. ff. de acquirend. hære-
ditat.

ditat. Corne. conſilio trecenteſimo quadrageſimo. uolumine tertio Marant. dicta l. is poteſt, numero quinquageſimo quinto. ff. de acquirend. hæred.

Antonius Cioſius Iuriſc.

SVMMARIVM.

1 Moniales ſuccedere poſſunt parentibus ex teſtamento.

2 Monaſterium præfertur ſubſtitutæ perſonæ.

CONSILIVM CXLIIII.

Diuino nomine repetito.

IN conſultatione de qua ſubtiliter & doctè ſupra reſpõdit Dominus Franciſcus Lenzonius meus olim diſcipulus, nunc uero Iuriſconſultus clariſſ. & eruditiſſ. uti frater honorandus concludendum puto dictas Moniales uocatas ex fideicommiſſo ſuccedere debere dicto teſtatori pro rata cum domina Margharita & poſt mortem dictarum monialium in earum portionibus pręferendum eſſe monaſterium ipſi dominę Margharitæ ſubſtitutę quod ex infraſcriptis breuiter comprobatur.

1 Namque † moniales ſuccedere poſſe parentibus ex teſtamento ultra prædicta firmat etiã Iacob. Butrigar. in d. l. fin. uer. modo quęro. C. de epiſcop. & cleric. ubi dicit Monachos ſuccedere patri ex teſtamento & ab inteſtato & contra teſtamentum per quærelam inofficioſi cum retineat ius agnationis, quam op. quoque ſequitur ibi Petrus de Vergnia in additione ad Butrig. d. l. fi. Et ibidem Guliel. de Cuneo nume. 3. uerſic. ſed quæro quomodo ubi dicit Ingreſſum poſſe ſuccedere parentibus ex teſtamento & abinteſtato ſi ingrediatur religionem quæ poſſit habere proprium, uel commune. Et Petr. Bellapertic. d. l. fin. uerſic. iuxta hoc quæro in fin. dicens ſupradictã op. procedere in his religioſis qui poſſident proprium ut uniuerſi. Et Cyn. ibidem nume. 5. uerſic. tertio quęro & Ioannes Fabri. nume. 51. uer. ergo nota. Et Albericus ibi num. 3. ubi tradit monachum ſuccedere parentib. eoſq; debere mentionem illorum facere in teſt. & eis relinquere debitam portionem ut ibi per eum num. 5. Et Fulgoſ. d. l. fi. §. hoc etiam cognitum numer. 1. ubi ſcribit patri non licere monachum priuare ſucceſſione itemque poſſe religioſos parentibus de iure ſuccedere firmat etiam Nicol. Boerius in tractatu de ſtatu & uita Eremit. col. fi. num. 23.

2 Poſtremo præferri † Monaſterium dominæ Margaritæ ſubſtitutæ poſt mortem monialium in eorum portionib. comprobatur ultra Crau. in conſ. 152. nu. 1. uol. 1. & conſ. 160. eo. vol. & alia per dominũ cõſulentem ſuperius allegata. 1. ex his quę habentur per Bart. in conſi. 1. incip. parmenſis quidam. Secundo per ea quæ tradit Calderin. in conſ. 43. incipiente an ſi teſtator. ſub tit. de teſtamen. ubi dicit ſubſtitutionem euaneſcere & haberi pro non ſcripta ſiquidem dato ſubſtituto filię ſub conditione ſi moriatur filia ſine liberis, contigerit eam ingredi in monaſterium & ibi facere profeſſionem. Tertio idem firmat Ange. conſi. 80. incip. hæc quæſtio ſubtilis num. 3. uerſiculo his autem non obſtantibus. ubi ſcribit Monaſterium haberi loco filiorum ita ut per ingreſſum Monaſterii excludatur is qui ſubſtitutus eſt ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis. Quarto ad idem facit id quod inquit Riminal. conſ. 324. nu. 8. & num. 30. uolum. 2. ubi dicit in ultima uoluntate in qua teſtator diſponit ſi filius deceſſerit ſine liberis deficere fideicommiſſum ſi eueniat ut filius ingrediatur religionẽ quia monaſteriũ ẽ loco filii. Quinto cõprobatur eadẽ op. ex his quę habentur per Decium conſ. 426. num. 3. incip. in duobus dubiis. Sexto idem ſequitur Pariſius. conſ. 66. num. 11. uol. 2. ubi ult. monaſterium haberi loco filii ad excludendum ſubſtitutum, quando monaſterium eſt capax bonorum. Quib. ita ſtantib. non ob. ſiquis obiiciat Socin. in l. cum auus nu. 42. ff. de cond. & demonſt. & Gratum conſ. 112. num. 49. uol. 2. & alios magnæ auctoritatis uiros. exiſtimaſſe ſubſtitutũ Monaſterio pręferri debere. Quoniam reſpondet. Couar. lib. 1. uariarum reſolutio. c. 19. nu. 11. uer. quartum, & uer. quam opinionem magis receptam eſſe ſententiam ut monaſterium præferatur ſubſtituto ſubſtitutionis conditione etiam his uerbis concepta ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore natis. ubi adfert rationẽ dicens præſumptionem iuris eſſe teſtatorem pariter & hos filios inſtiturorum & monaſterium dilexiſſe id quod in caſu noſtro ideo maxime obtinere arbitror quòd hoc ſuadere uidetur coniectura affectionis quam teſtator habuit erga monaſterium, dũ ut ex teſtamento conſtat caſu quo omnes decederent ſine liberis maſculis uel fęminis legitimis & naturalibus, monaſterium ſubſtitutũ eſſe uoluit & propterea ſecundum prædicta ita de iure reſpondi ad laudem Dei.

Antonius Cioſius Iuriſc. Flor. in Piſ. gym. ord. ius ciuile ueſperi docens ſaniore ſententia ſemper ſalua mea manu ſubſcripſi.

SVMMARIVM.

1 Capella non requirit perſonalem uel continuam reſidentiam.

2 Capella

2 Capella dicitur eſſe ſimplex beneficium.
3 Cappellani in capellis attendere debent legem a fundatore ſeu dotante poſitam.
4 Altaria regulariter animarum curam non habent.
5 Beneficia etiam ſimplicia exigunt, perſonalem reſidentiam, cum limitatione.
6 Reſidentia dupliciter conſideratur nam alia eſt perpetua alia temporalis.

CONSILIVM CXLV.

Diuino nomine implorato.

PRoponitur mihi citatio ſeu præce
ceptum factum per Reuer. D. V.
quibuſdam Capellanis Maioris
eccleſiæ Piſ. in quo dicitur, eos in
cidiſſe in pœnas contra non reſidentes impo
ſitas ex ſacro concilio Tridentino, quando-
quidem ut in eo dicitur, ipſi ſępius citati per
edicta, ſpretis citationibus contumaces fue-
runt nec in eorum Capellis reſederunt nec
in choro in diuinis officijs interfuerunt pro-
ut de iure, & conſuetudine tenebantur ſed
ſponte ſuſceperunt habitum religionis capel
lanorum equitum S. Stephan. ſeque ſeruitio
manciparunt eccleſiæ S. Stephani prædictæ
incompatibili. vt habetur in dicto præcepto.
Quibus quidem obiectionibus dicti Capella-
ni per eorum procuratorem reſponderunt ſe
non incidiſſe in aliquas pœnas, nec vnquam
legitimè citatos fuiſſe, nec eſſe contumaces
& non teneri ad reſidentiam perſonalem, ſed
poſſe ſecundum conſuetudinem onus, & mo
dum in conſtructione, & fundatione eorum
Capellaniarum appoſitum ſeruire per ſubſti-
tutum, neque obligatos eſſe, ad reſidendum
in choro, ſed omne munus ipſis iniunctum
ſumma ſemper diligentia obiuiſſe vt Latius
in eorum reſponſione dicitur. Quæ cum do-
minus Vic. audiuiſſet, aſſignauit eis tempus
ad allegandum in iure & oſtendendum eos
non incidiſſe in pœnas præallegatas. His ita
præſuppoſitis quęritur, an prædicti Capellani
in eas pœnas inciderent. Et rē breuiter per-
ſtringendo quoniā breuiſſimum tempus no-
bis, aſſignatur arbitror, eos aſſertis pœnis nō
illigari. Quæ opinio in ſpecie probatur primo
auctoritate Lapi de Caſtil. in allegatione 36.
num. 2. tit. de præbendis & copioſius in eiuſ-
dem allegatione 116. num. 3. verſic. in contra-
rium. de cleric. non reſidentib. quibus in lo-
1 cis expreſſe dicit † capellam non requirere
perſonalem uel continuam reſidentiam, ne-
que in iure expreſſum reperiri ut capellani in
huiuſmodi capellis per ſe ipſos tantum deſer
uiant, ſed factum ſatis cenſeri eorum obliga-
tioni ſi per alium idoneum ſubſtitutum curēt
uel miſſam uel alia officia celebrari. 2. idem cō
probatur. per Imo. in c. fi. de cleric. non reſi-
dent. nume. 14. ubi dicit Imola ſi teſtator iuſ-
ſit. conſtrui cappellam & ibi inſtitui cappella
num qui in ea officia celebrarat eique proui
tæ ſubſtentatione reliquerit quædam bona
nec expreſſe dixerit capellanum per ſe ipſum
tantum continuæ reſidentię obligari ſed ſim
pliciter mandauerit cappellanum. Ipſi capel-
lę ſeruire debere, tunc poterit etiam ſeruire
per ſubſtitutū non repugnāte conſuetudine.
tertio. eandem op. tenet Cardi. Zaberel. in d.
2 c. fi. num. 2. uerſic. nono quæro ubi dicit † ca
pellam eſſe ſimplex beneficium nec uerum eſ
ſe, capellam requirere reſidentiam perſo-
nalem, niſi teſtator uel fundans mandarit
expreſſe cappellanum continuè reſidere de-
bere & per ſe tantum ſeruire. Quamo-
brem cum cappellaniæ Piſanę eccleſię ma-
ioris non pendeant a Maſſa uniuerſitatis ſed
ab ea omnino ſeparatę quandoquidem prius
fundatæ fuerunt in ea eccleſia Capellæ quam
fuerit creata Maſſa, fundatæquè ſint capel-
læ prędictę a priuatis non quidem cum one-
re reſidendi uel in choro ſtandi ſed ea tantū
lege ut in eis ſtatis quibuſdam diebus miſſæ
3 celebrarentur uerè dici non poteſt † cappel-
lanos ad reſidentiam uel chorum obligatos
eſſe, cum in Cappellis attendatur lex a funda
tore conſtructore ſeu dotāte appoſita. ut per
Zaberel. & Imo. d. c. fi. de cler. non reſiden. &
Quintil. Mand. in Regul. 33. de triennali. q.
17. num. 5. Itaque poſito etiam ut dicti capel-
lani non reſiderent non propterea tamen in
aliam pęnam inciderent quam diſtributionū
a Maſſa tribuendarum amiſſionem c. cū om-
nes de conſtitut. quas quidem diſtributiones
ipſi non percipiunt nec unquam perceperūt
nec ſe percepturos contendunt. ſed ſolum aſ
ſerunt, ſed ad dictam aſſertam reſidentiam
non teneri quoniam eorum capellæ non. ha-
bet curam animarum ſuntque ſimplicia bene
ficia & altaria & membra dictæ clauſulæ non
curata ut ex earum dotationem & fundatio-
ne conſtat, & de iure diſponitur quandoqui-
4 dem ipſa † altaria regulariter animarum curā
non habeant ut per Innoc. c. fi. num. 2. de præ
bend. & dignit. Et de iure notiſſimum eſt, be
neficia interdum ex conſuetudine uel ſtatuto
uel modo in fundatione appoſito, reſiden-
tiam non admittere Imola in c. conquerente
num. 3. uerſic. in eadem gloſ. & in c. fi. num. 2.
& num. 9. de cleric. non reſid. quę conſuetudo
a iure eſt approbata ut per Henric. Boic. d. c.
fi. de cler. non reſid. Quibus ita ſtantibus non
5 ob. ſiquis obiiciat † beneficia etiam ſimplicia
quamtumuis modica, perſonalem exigere re
ſidentiam ideoque etiam capella nos ad reſi
dentiam

dentiam reuocari nec poſſe ſeruire per ſubſti
tutum Pauorinit.ca. conquerente in 4.not.&
in c.pen.in 4.not.de cleric.non reſidentib. &
Decius c.ad hæc num.quinto.in tertio. nota.
de præbendis. cum ſimil. Quia reſpondetur
prædictam concluſionem non eſſe perpetuo
ueram ut patet ex Lapi allegationibus & aliis
ſupra deductis: Sed dicta concluſio limitatur
niſi conſuetudo extet in contrarium, quia ſtã
te conſuetudine non reſidendi, tunc ſanè ſer-
uiri poteſt per ſubſtitutum ita ſentiret limitat
idem Panor.in c.conquerente in 4.not.de cle
ricis non reſident.& Cardinal.Zaberella in d.
c.conquerente in 2.oppo.ubi dicit quod ſi a-
lia conſuetudo extet, clerici etiam non reſidẽ
tes minimè priuantur beneficijs, ſed poſſunt
quoq; fructus abſentes percipere. Secundo
dicta concluſio limitatur, ut nõ procedat quã
do beneficia non ſufficiunt neceſſitatib. ſer-
uientium quia tunc reſidere de conſuetudine
generaliter non adſtringuntur ut in ſpecie di
cit Imo, in d.c.fi.num.9.in fi.de cleric.non re-
ſid.ubi dicit multoties euenire, vt beneficia
ſeruientibus non ſufficiant & propterea tũc
per generalem conſuetudinem inductum eſt,
ut ſimplicia huiuſmodi beneficia perſonalem
non exigat reſidentiam.

Secundo non ob.dum dicebatur, incompa
tibile uideri, vt Cappellani capellam habeant
in eccleſia maiori Piſana, & mancipati reperiã
tur eccleſiæ æquitum diui Stephani. Quoniã
6 reſpondetur quod quædam dicitur † reſiden-
tia perpetua quædam uero temporalis, in qua
temporali reſidentia debet clericus certis tan
tum quibuſdam temporibus deſeruire, & nõ
aſſidue, vt accidit in caſu noſtro, ubi quidam
capellani ſemel aut bis, aut ter, in hebdomade
tenentur miſſam tantummodo celebrare.
& in hac temporali reſidentia nulla datur in-
compatibilitas, quia vltra tempus deſtinatum
ad capellæ ſeruitium nil repugnat, alijs nego-
cijs capellanos intentos eſſe ut in ſpecie dicit
Imola.d.c.fi.num.13.uerſi.4.circa prædicta.de
cler.non reſident.

Quo fit vt ueriſſimè aſſerant capellani præal
legati ſe non teneri ad reſidentiã. & amplius
etiam dicãt ſe reſidere ſecundum obligatio-
nem qua quiſque tenetur, ex fundatione ſuæ
capellæ. & propterea nullo modo puniri poſ-
ſe de iure ut Iuriſ. & eruditiſſi ditiſſimus dom.
Iudex optimè cognoſcet.

SVMMARIVM.

1 *Preceptum de reſidendo ita debet intelligi ut ſa-
tis ſit debitis temporibus reſidere.*
2 *Abfuiſſe non dicitur qui abfuit & ſtatim rediyt.*
3 *Superior ſciens & tolerans abſentiam uidetur de
precepto de non recedendo diſpenſaſſe.*
4 *Verba decreti, & ſententia intelligi debent ſecũ-
dum iuris diſpoſitionem.*
5 *Clauſula ſi res in eodem ſtatu permanſerit ſem-
per ſubauditur in iuratoria cautione.*
6 *Reſignatio poteſt fieri de iure in manibus ordi
narij.*

CONSILIVM CXLVI.

In Dei nomine.

PRoponitur Reueren. Dominos in
congregatione ita decreuiſſe ui-
delicet. D.Hier. poſſe diſcedere ab
urbe & ire ad inſeruiẽdum ſuo be
neficio facta obligatione iuratoria de non di
ſcedendo ſine licentia ſub pena priuationis
dicti beneficii & arbitrij &c. præterea conti-
giſſe dicitur Dominum Hieronymum ex cau
ſa ab fuiſſe a loco beneficij, poſtremoque in
manibus ordinarij libere illud reſignauiſſe.
Quæ cum ita ſint quæritur an Dominus Hie-
ronymus inciderit in pœnas arbitrii uel alias
& rem breuiter perſtringens arbitror ſecun-
dum ea quæ proponuntur dictum Dominũ
Hieronymum nullis ſubiacere pœnis nam
quod attinet ad tempus ante ipſam reſigna-
1 tionem, † præceptum de reſidendo non ita
amarè aut ſeuerè intelligi debet ut nunquam
inde diſcedat ſed ſatis eſt debitis temporibus
reſidere arg.c.nunquam in princ.de conſecr.
5.diſtinct.& c.de quibusdam ubi gloſ. in uer
bo aſſiduè.37.diſtinctione &. Panorm. ca. ex
parte num.3.uerſic. ſed quæro de cleric. non
reſident. Quamobrem cum Dominus Hiero
nymus ab fuiſſe dicatur tantummodo tempo
re permiſſo a ſacro ſancto conc. Tridentino
ſeſſ.23.idque fecerit ex iuſtis cauſis quas enu
merat. Panorm. in repet.§. quia uero.c.extir-
pendæ num.13.de præbend.& Rebuf. in pra
xi benef. parte 2. in titul. de diſpenſatione
de non reſidendo num.21. conſequens eſt,
ut dicamus Domini Hieronim. contra præce
2 ptum non abfuiſſe, nam qui abfuit † & ſta-
tim rediit. ex ueterum Canonum ſententia
non dicit abfuiſſe c.ad audientiam.§. decerni
mus de cleric.non reſidentib. c. cum omnes
ubi Bero.num.6. de conſtitut. Quin etiam di-
ci poteſt Dominum Hieronymum cum licen
3 tia abfuiſſe quoniam cum † ſuperior ſæpius
ſcierit, & tollerauerit eius abſentiam uti ex
litteris Domini Hieronimi intellexerit & ſcie
rit uidetur dictum Dominum Hieronymum
diſpenſaſſe ac liberaſſe a dicto præcepto iuxta
tradita per Panorm. Et Felyn.in c.1.col.5.uer
ſic.lex noua de tregua & pace & Bero.in d.c.
1.num.3.de conſtit.ubi dicit clericos non re-
ſidentes ſciente & tollerante ſuperare nõ in-
cidere in penas non reſidentium. Quod uero
perti-

pertinet ad tempus poſt factam reſignationẽ
certum eſt, enim nullis pœnis illaqueari, quo-
4 niam † uerba decreti ſeu ſententiæ intelligi
debent ſecundum iuris diſpoſitionem. glo. &
Bart. in l. ſi procurator. §. celſus. ff. de condict.
ob. cauſ. & Bart. in l. miles. § 1. ff. de re iudic.
& in l. 1. C. ſi plures una ſent. Stephan. de Fe-
deric. in tractatu interpretat. iur. parte 3. nu.
7. Ruyn. conſ. 1. nu 2. uol. 4. Quapropter cum
uerba dicti decreti dicant dominum Hiero-
nymum ire debere ad inſeruiendum eius be-
neficio facta obligatione iuratoria de non di
ſcedendo ſine licentia ſub pena & c. profecto
dicta uerba ita intelligi debent ut non licue-
rit ei diſcendere ſine licentia ſcilicet rebus
ſic ſtantibus, id eſt dum potiretur tit. & poſſ.
dicti ſacerdotii. quia in iuratoria cautione
5 ſubauditur ſemper † clauſula ſi res in eodem
ſtatu permanſerit, ut per Innocentium in c.
quemadmodum nume. 1. ubi etiam Hoſtien.
col. 1. uerſic. tertio ſubauditur & Butrius nu-
me. 4. & Imola nume. 3. de iureiurando. Bal.
in l. clari. C. de fideicom. Salyc. in l. vltima. C.
de non num. pec. Bero; conſ. 4. num. 51. & cõ
ſi. 88. num. 34. vol. 1.
6 Cęterum facta † reſignatione expreſſim pu
re atque ſimpliciter in manibus ordinarij ſi-
cuti eueniſſe dicitur in propoſita facti ſpecie,
& ſicut fieri de iure potuit. c. admonet de re-
nuntiation. approbataque dicta reſignatione
a ſuperiore iuxta tradita per doct. in c. ultimo
de renuntiat. & Ioan. Andre. c. ex ore de his
quę fiunt a ma. parte capit. dubium non eſt
quin Dominus Hieronymus ſolutus ac libera
tus fuerit omnibus pœnis quę, uel decreto
comprehenſæ ſunt uel alias non reſidentibus
iniunctę de iure reperiuntur. & ita iuris eſſe
arbitror meliore iudicio ſemper ſaluo ad lau
dem Dei omnipotentis.

S V M M A R I V M.

*1 Simonia crimen committitur cum pecunia vel
datur, uel promittitur, vel aliquod temporale pro
pter commodum ſpirituale.*
*2 Conuentio ſimoniaca dicitur tam illa in qua ali
quid eſt promiſſum quàm illa in qua aliquid eſt
datum.*
3 Conſenſus Papæ omnem Simoniæ labem excludit.
*4 Beneplaciti ſedis apoſtolicæ impetratio debet fieri
ante conuentionem firmatam, vt ſimonia ceſſet.*
*5 Penſio conſtitui & extingui cum Papæ conſenſu
debet.*
*6 Auctoritas eius quæ requiritur in conſtruendo in
deſtruendo quoque regulariter requiritur.*
*7 Clauſula & non aliter nec aliàs, in contractu ſi-
moniaco poſita non operatur quin actus ſit ipſo
iure nullus.*
*8 Penſio extingui poteſt auctoritate Papæ anticipa
tis ſolutionibus.*
*9 Præſumptiones in crimine Simoniæ ſufficiunt, in
eius odium.*
*10 Clauſula anticipatis ſolutionibus. quando uitiũ
ſimoniæ excludat.*
11 Tempus pro tempore poni poteſt.

CONSILIVM CXLVII.

In Dei nomine.

QVæſtioni propoſitæ breuiter reſpõ
dens arbitror conuentionem ex-
tenſionis regreſſus & penſionis fa
ctã inter Reuer. D. Iuliũ. & Reuer.
D. Aurelium Labe ſimoniæ affectam uideri.
Quia extinctio & caſſatio acceſſus ſeu regreſ
ſus ad beneficium, fieri debet abſque interuẽ
tu pecuniarum uel cuiuſuis alterius commo-
1 di temporalis, alioquin † Symoniæ crimen
committeretur, propterea quod cum pecunia
vel datur uel promittitur ad extinguendum
regreſſum ad eccleſiaſtica beneficia, proculdu
dubio tunc dicitur promiſſum aliquod tem-
porale propter commodum ſpirituale quæ ſa
nè res induceret ſymoniam ut per. Do. Tom.
2. 2. q. 100. art. 2. & 3. & c. uni ubi doct. ut ec
cleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. & c. cum
pridẽ & c. fi. de pactis & Abbas in c. dilecti de
præbend. Decius in c. ex parte. 1. de offic. de-
leg. & conſ. 141. num. 1. Atqui in conuentio-
ne ubi partes præallegatæ extinguere uolue-
runt penſionem atque regreſſum prædictum,
interceſſit ſumma partim ſoluta partim pro-
miſſa ſcutatorum 490. ut conſtat ex inſtrumẽ
to facto inter Reuer. D. Iuliũ, & Reuer. D. Au-
relium die. 28. Iunii 1566. ergo prędicta alle-
gata conuentio dicitur uerè & propriè ſy-
2 moniaca quia ita dicitur † conuentio ea ſimo
niaca in qua aliquid promiſſum eſt ſicut il-
lã in qua aliquid eſt datum Bal. c. 1. de teſtib.
num. 6. & ibi Anchara. & Decius in c. ueniens
in gloſ. 1. de teſtib. Pet. Rebuff. in praxi iudic.
cap. de ſymonia in reſignatione num. 9. Et ra-
tio aſſignatur quia promiſſio & datio æquipa
rantur. l. fi. C. ad l. aqui. & c. nõnulli. 1. q. 10. So
ci. conſ. 93. nu. 9. Quibus ita ſtantibus non ob
ſtat primo in præallegata conuentione dici,
ſalua auctoritate ſeu beneplacito ſedis apoſto
licæ, quod Reuerendiſſimus D. Aurelius a
ſummo Pontifice deinde impetrauit, vt patet
ex reſcripto ad eius ſupplicationem poſtea
emiſſo, quo caſu cum ſuper huiuſmodi extin-
ctione ſupplicatio impetratur omnia contra-
3 ria ceſſare dicuntur quia † conſenſus Papę
omnem ſymoniæ labem excludit Hoſtien. in
c. 1. ne prælati uices ſuas, & Caſſad. de ſimon.
deciſ. 2. num. 3. Reſpondetur enim ea ſibi po
tuiſſe locum vendicare ſi ante conuentionem
factam & ante firmatum contractum partes
dictum

dictum beneplacitum impetraſſet tunc enim
nulla ſuſpitio ſymoniæ exorta eſſet ſed quādo
ante conuentionem firmatam non fuit impe
4 tratum † beneplacitum ſedis apoſtolicæ ſicuti
impetrata non fuit in caſu propoſito, ut pa-
tet ex die celebrati contractus & ſupplicatio
nis propoſitæ tunc conuentio dicitur ſimo-
niaca & inualida etiam ſi adiecta ſit clauſula
ſaluo bñplacito ſedis apoſtolicæ ut tradit Lu-
douic.Gomeſ.in regula de triennali quæſtio
ne 12.uerſic.quid dicendum in lit.E. & Quin-
til.Mandoſ.in praxi ſignaturę gratię in uerbo
extinctiones in 2. editione cuius quidem rei
ratio illa poteſt adferri quia ſicut in conſtituē
5 da † penſione, requiritur Apoſtolicæ ſedis cō
ſenſus ita etiam exigitur in extinguenda ſeu
deſtruenda arg. eorum quæ habētur in Auth.
econtra ſi filiiſam. ubi Bart. C.de repud. & in
l.actor nu.8.ff.rem ratam hab.Iaſ. in l. quem-
admodum in 2.notab.ff.de acquir.poſſ.cuius
6 enim † auctoritas requiritur in conſtruendo.
eiuſdem quoque regulariter requiritur in de
ſtruendo ſeu extinguendo quoniam eodem
genere quodque diſſoluitur quo colligatum
eſt,l.prout quisque. ff. de ſolut.l.quamuis ſal
tus.ff.de acquir.poſſ.l.nihil tam naturale.ff.de
reg.l.iur.c.omnis res per quaſcunque extra
eod.tit.& propterea ſicuti ſola priuatorū uo-
luntas penſionem & regrediendi ſeu reuer-
tendi ius ad beneficium ſeu ceſſum ſeu dimiſ
ſum, ſine ſummo pontifice creare & induce-
re nequit.ita prędictū regreſſum abſq; aucto-
ritate Papę non poteſt deſtruere uel extingue
re. Et quamquam in dicto inſtrumento con-
7 uentionis adeſt clauſula illa,† & non aliter nec
aliàs, nihilominus quando ſimonia eſt con-
uentionalis uel actualis ſeu realis cuiuſmodi
eſt quando aliquid datur tunc actus eſt ipſo
iure nullus etiā ſi adſit clauſula nec aliter nec
aliàs ut per P.Rebuff.in praxi iudic. in cap. de
ſymonia in reſignatione num. 10.
Secundo non obſtat in conuentione , &
ſupplicatione dici & hoc pro aliquibus forſan
ſolutionibus dictæ penſionis anticipatis quo
caſu nemini dubium eſt quin auctoritate Pa-
8 pę anticipatis ſolutionibus † penſio extingui
poſſit ut patet in formula ſupplicationis ex-
tenſionis penſionum quā ponit Hierony.Gi-
gas in tractatu penſionum ad finem, & ſequi
tur Quintil.Mandoſ.in d.praxi in pręallegato
uerbo extinctiones quoniam reſpondetur 1.
illud forte admitti potuiſſe quando ſumma
pecuniarum quam accepit Domi. Iulius pro
dictis anticipatis ſolutionibus non exceſſiſſet
ſummam penſionum quinque annorum pro
quibus tātumodo quinque annis ſolutiones
ſolent anticipari quandoquidem ut notoriū
eſt in extinguendis pēſionib.de ſtylo curię nō
maior ſumma ſolui nec maior impedi quanti
tas conſueuit quàm quę annis quinque ſuffi-
ciat. Atqui in caſu propoſito,dicta ſumma ſcu
tatorum 490. quę partim ſoluta fuerat partim
promiſſa dicto Reuer. Domino Iulio excedit
illam ſummam quę quinque annatas imple-
ret, quoniam ſeptuaginta, quę erat quanti-
tas penſionis ſi per quinque multiplicentur
aperte conſtabit ſupereſſe centum & quadra
ginta quę ſane non ad anticipandas ſolutio-
nes quę tam late non extenduntur, ſed ad ex
tinguendum regreſſum ſimoniacè data fuiſſe
apertiſſime uideri poſſunt igitur ex prædictis
patet ſymoniam præallegatam non obſcuris
probationibus demonſtrari quam etiam con
iecturis oſtendere ſatis erat quandoquidem
licet in criminalibus requirantur probatio-
nes luce meridiana clariores l.ſciant cūcti.C.
de probat.c.ſciant cuncti 2.q.8.& quinta q.6.
c. epiphanium. tamen in iſto crimine ſymo-
9 niæ in ſui odium† pręſumptiones & coniectu
rę ſufficiunt c. ſicut ſimoniacus ubi Panorm.
de ſimon.& Petrus Follor.in praxi crimi. Ca-
non.2. parte iudic. in uerbo uel crimen ſimo
10 niæ num.20. Secundo reſpon.†.clauſulam an
ticipatis ſolutionib.tunc excludere uitium ſy-
moniæ quando ſolutio facta ſeu anticipata ha
ctenus non fuiſſet ſed in futurum eſſet facien
da ſeu anticipanda iuxta illum ſenſum quo cā
cellaria domini Papę & tota Romana curia di
ctam clauſulam interpretetur, quo ſane in lo
co ea interpretatio paſſim admittitur ut is
qui conſentit & uult extinguere penſionem
ſolutionibus anticipatis loqui non intelliga-
tur de his penſionum ſolutionibus quæ iam-
dudum pręterito tempore fuerunt factæ, ſeu
anticipatæ, ſed ſolutiones anticipatas uidea-
tur appellare illas quę in futurum fient & quę
poſthac anticipabuntur quas ideo uocat anti
cipatas quòd cenſeatur ſe ad illud tempus re-
ferre quo erũt anticipatæ. quamuis pręſenti
tempore inſpecto dicendæ potius eſſent anti
cipandæ.ideoque participium pręteriti tēpo-
ris uidelicet anticipatis capitur pro participio
futuri tēporis nimirum anticipandis quod
11 fieri potuit quoniam poni poteſt † tempus
pro tempore ut per Bartolum in l. ex hac ſcri
ptura ubi etiam Soc.iunior 4. ff. de donationi
bus ubi dicit tempus præteritum pro futuro
capi quod ſequitur etiam Vincentius Saluio
in repet.rub.ff.ſolu. matr.num. 18. ubi expo-
nit decapitatum idest decapitandum. Atqui
in propoſita ſpecie tempore dictæ ſupplica-
tionis conuentio inter dictas partes iam fir-
mata ac ſtabilita fuerat & ſolutiones antea in
pręteritum fuerant iamdudum factæ & an-
ticipatæ ſcientibus quoque partibus licet in
ſuppoſitione appoſita fuerit dictio dubitatiua
forſitam anticipatis ſolutionib.igitur argumē
to eorum quę dicit Gomeſ.d. 12.q.loco cita-
to per illam clauſulam anticipatis &c. non ui
detur excluſa labes ipſius ſimoniæ quod atti-

net

net ad ſolutiones præterito tempore antici-
patas cuiuſmodi ſunt illæ de quib.agitur. Sed
per illam clauſulam uidetur ſolummodo ex-
cludi ſymonia quod attinet ad ſolutiones quę
poſt beneplacitum ſummi Pontificis impetra
tum anticipabuntur iuxta communem intel-
ligentiā quam Cancellaria tribuit dictæ clau-
ſulæ. Quamobrem cum clauſula anticipatis ſo
lutionib. poſita in ſupplicatione pertineat ad
eas ſolutiones quæ poſt ſupplicationem fuiſ-
ſent anticipandæ caſus uero propoſitus uerſe
tur circa eas quæ iamdudum ſine conſenſu
ſummi Pontificis inter ipſas partes fuerāt an
ticipatæ, dubio procul firmandum eſt Reuer.
Dom. Iulium per d. clauſulam nō releuari, ſed
ea non obſtante ſubeſſe adhuc uideri graue vi
tium ſymoniæ iuxta prædicta. & propterea ita
iuris eſſe arbitror ſaniori iudicio ſemper ſal-
uo ad laudem Dei.

Ant. Cioſius Iuris conſ. Flor. in Piſ. gym. or
din. ius ciuile primo loco ueſpere docēs ſub-
ſcripſi & ſubſignaui.

S V M M A R I V M.

1 *Executio parata non poteſt eſſe niſi in liquido.*
2 *Verba facta receptione ſignificant conditionem.*
3 *Inſtrumentum conditional, antequam conditio impleatur non meretur executionem.*
4 *Conditio impleri debet in forma ſpecifica.*
5 *Approbatum ſemel reprobari non poteſt.*
6 *Verba ſæpius repetita atendi debent.*
7 *Verba ſtatuti in dubio ſunt ſtrictè intelligenda.*
8 *Statutum interpretari debet ut minus lædat ius commune quam fieri poteſt.*
9 *Ratificatio præſumitur ex curſu temporis.*
10 *Scientia præſumitur ex conuerſatione, & coniunctione perſonarum.*

CONSILIVM CXLVIII.

Diuino nomine inuocato.

PRopoſito mihi ſtatuto lucenſi ſub
Rubrica de executione danda
contra obligatos per publicum in
ſtrumentum ca. 11 t. lib. 1. & quo-
dam inſtrumento celebrato inter d. Angelicā
& eius fratres ex parte una, & inter nob. Nico
laum Fridianum olim maritum d. dominę An
gelicę ex parte alia quæritur an huiuſmodi in
ſtrumentum mereatur executionem. Et rem
breuiter perſtringens arbitror non eſſe con-
1 cedendam executionem quia † executio pa-
rata nō poteſt eſſe niſi in liquido Bal. in l. ſi cu
rialis, C. de epiſc. & cleric. Paul. Caſtr. conſi.
91. parte 1. num. 5. Alex. in l. poſtulante in fi-
ne. ff. ad Sen. Conſ. Treb. Crauetta conſ. 164.
num. 2. uol. 1. Grat. conſ. 140. nume. 27. lib. 1.
Rebuf. tract. de liter. obligat. Art. 1. gloſſ. 9.
num. 7. & num. 8. At inſtrumentum præalle-
gatum non eſt liquidum quia ex ſola ipſius
inſtrumenti inſpectione non liquet an debea
tur quandoquidem in eo dicitur quas dotes
facta receptione ſuprascripta per ipſum & ſo
luta ipſi Nicol. per ſuprascriptos fratres pro
miſit ſoluere. reddere &c. Ex quibus apparet
dictum Nicolaum Frid. promiſiſſe ſoluere do
2 tes ſi eas recepiſſet. Nam illa uerba † facta re
ceptione ſupradicta, ſunt ablatiui caſus, qui
ſignificare ſolent conditionem, ut per doct.
in l. a teſtatore. ff. de condit. & demonſtr. & in
rub. ff. ſolu. matr. At ex eo ſolo inſtrumento
non conſtat Nic. Frid. dotes recepiſſe ergo ta
le inſtrumentum mandari non poteſt execu-
tioni. Quoniam conditio debet liquidari per
aduerſarium agentem nec meretur executio
3 nem † inſtrumentum conditionale antequā
conditio impleta ſit ut per Bal. in l. ſiquidem
col. fi. C. de except. Decius in conſ. 401. num.
1. parte 1. nec dicitur liquidum illud inſtrumē
tum cui obſtat exceptio ut hic Rimin. conſi.
357. nu. 7. uol. 2. Imo. Alex. Iaſ. in l. 1. num. 10.
ff. de op. no. nuntiat. Quo ſtante non ob alle-
gata in contrarium & 1. non eſt ſiquis obii-
ciat, conditionem impletam eſſe apparere ex
alio inſtrumento poſtea facto inter fratrem d.
Angelicæ & d. Nicolaum Frid. Vbi conſtat de
receptione per aſſignationem inſolutum fa-
cta qm̄ tādeo ex huiuſmodi ſecundo inſtru-
mento non probari impletam eſſe eam condi
tionem quæ appoſita fuit in 1. inſtrumento.
In ea. n. agitur de receptione ſummæ ut patet
ex illis uerbis ſupradictam ſummam ex quib.
conſtat. Nic. Fridericum promiſiſſe reſtituere
pecuniam, ſi pecuniam recepiſſet. in 2. uero in
ſtrumento in quo fatetur ſibi ſatisfactum fuiſ
ſe, tractatur de ſolutione ſibi facta per dationē
inſolutum cuiuſdam petiæ terræ, ex qua qui-
dem re non probatur impletam eſſe prædi-
4 ctam conditionem cum conditio † impleri de
beat in forma ſpecifica. l. Mæuius. ff. de cōd. &
dē. Quo fit ut non impleta conditione primū
inſtrumentum executioni tradi non debeat
Itidemq; patet ex prędictis hæredes d. Nic. Fri
diani non teneri ad ſoluendum pecuniam ex
d. 2. cōtr. quia cum promiſerit alternatiuè ele
ctio remanſit ipſi debitor. c. in alternatiuis de
reg. iur. in 6. Secundò nec ob. dū dicebatur ad
uerſarios non acceptaſſe promiſſionē factam
per orationem alternatiuam, ſed ſolū accepta
uiſſe receptionē factā a d. Nic. Friderico per aſ
ſignationem inſolutum qua ſibi ſatisfactum
ēt dicit id quod ſibi debebatur. Nam rūdetur
quod cum tam electio quàm receptio ſimul
poſita fuerit in eo. contr. cui d. aduerſarij con-
ſenſerunt;

5 ſenſerunt,utique non poſſunt ab eo quod † ſe
mel approbaruut modo recedere. l.ſicut. C.
de action.&oblig.c.qui ſemel.de reg.iur.in 6.
Præſertim cum receptio, & electio prædicta
connexitatem quandam habere videantur.
ita ut ratio vnius ſine alio bene diſcerni non
poſſit cum ſimul omnia in eandem conuen-
tionem coniecta ſint,Fely. c.cum inter. col.4.
de re iud. quo caſu non poteſt vnum accepta-
ri,& aliud repudiari.Bar.in l.Aurelius. §.idem
quæſijt.ff. de liberat.legat,

3 Non obſt.dictum ſtatutum Lucenſe in quo
dicitur ſi appareat publicum inſtrumentum
teneatur index lapſo termino ad ſoluendum
ſine citatione capi facere debitorem, quia re-
ſpõdetur illud in alio caſu loqui nimirum, vbi
agitur de uera,& efficaci obligatione,ut patet
ex illis uerbis obligauit,& ex illis verbis obli-
6 gatione,uel contractu,quæ † uerba non teme
re ſæpius repetita ſunt,ſed debẽt attendi.glo.
in uerb.diœceſanis.uerſic.nec poteſt in clem.
ſæpe.de iureiurando. Nos uero agimus de cõ
tractu conditionali in quo neque ceſſit, neq;
uenit dies.l. cedere diem.ff. de uerb.ſignifi. &
propterea cui non conueniunt uerba ſtatuti.
non conuenit etiam diſpoſitio.l.4.§.toties. ff.
de dam.infect. Et quamuis in contractu con-
ditionali ſpes eſt debitum in §.ex conditiona-
7 li.inſt. de uerb.oblig. tamen † uerba ſtatuti in
dubio ſunt ſtrictè intelligenda,de uera obliga
tione,& non de ſpe obligandi,ſeu debendi. l.
quicquid adſtringendæ.ff.de uerb.oblig. Ale
xan.conſ.153.nu.4.lib.7.& conſ. 190.lib. 2.nu
me.6. Cumq; agitur de publico inſtrumento
quod regulariter de iure non habet executio
nem paratam.l.minor 25.ann.cui in pri. ff. de
minor.l.1.C.de exec.rei iud. Iaſ.in l.pactum in
ter hæredem.ff.de pact. facienda ea eſt inter-
8 pratatio,ut † ſtatutum loquatur de efficaci ob
ligatione quominus lædatur ius commune,
quàm fieri poteſt.Alex.conſ.2.nu.3. uol.4. &
conſ.52.nu.7.lib.1.& conſ.117.nu.17.lib.6.&
conſ. 116.nu.11.lib.2.&Bar.Veronen.conſ.34
nu.7.Soc.iun.conſ.7.nu.4. lib.3.

Quartò non obſt. ſi opponatur non uideri
D.Angelicam ratum habuiſſe ult.inſtru. quia
9 reſpondetur ex curſu tanti temporis † ratifica
tionem præſumi.arg.l.ſi filius.C.de pet.hære.
l.ſiue poſſidetis.ubi Bald. col.5. C de prob.So
cy.conſ.16.nu.14.lib.1.& conſ.46. nu.3.lib.3.
quia plus facto quàm nerbis res oſtenditur.l.
Paulus.ff.rem ratam haberi. Præſertim cũ de
contradictione Do.Angelicæ non conſtet,&
præſumptio iuris ſit d. D. Angelicam ſciuiſſe
fratres dediſſe in ſolutum d.Nicolao Frid.eius
uiro præd. petiam terræ, cum certi iuris ſit ex
conuerſatione, & coniunctione perſonarum
10 præſumi † ſcientiam Bar.in l.poſt contractum
ff.de don.glo.in c.cum oporteat.de accu. Are
ti.conſ.65.in fi.Dec.conſ.583.nu.4.Crau.con
ſil.271.& conſ.220.uol.1. Et ita iuris eſſe cen-
ſeo ſaniore ſentẽtia sẽper ſalua ad laudẽ Dei.

Ego Antonius Cioſius Iuriſc. Flor. in Piſa-
no gymnaſio ord. ius ciuile ueſperi docens
cuius rei fid.fauendę gratia mea manu ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio nulla non iuuat etiam poſſeſſorem.*
2 *Intruſus quis dicatur.*
3 *Factum a priuato, & non habente iuriſdictio-
nem nullum eſt.*
4 *Mandatum miſſio ipſos per actum primum non
impletum ab ordinario, debet per ſubſequens
impleri.*

CONSILIVM CXLIX.

In Dei nomine.

IN cauſa præpoſituræ S.Iac.& Phil. Pontis ad Heram potiora mihi ui dentur iura Reuer. D.Duccij Alberini, quàm dicti Domini Ioan. Baptiſt.nitatur aſſerta collatione ordinarij tamen re uera in ea nullam uim facere poteſt, quia dicta collatio annullata eſt per literas Summi Pontificis impetratas per Reuerendum Dominum Duccium, ubi dicit. Nos enim prout eſt irritum.decernimus, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis autoritate ſcienter,uel ignoranter attentatum forſan hactenus eſt, uel in poſterum contigerit attentari,per quam quidem decreti clauſulam annullatur collatio ordinarij in contrarium facta,& omnis alius actus contrarius prouiſioni. clemen.1.de elect.ubi Barbat.& Rebuff. in bulla nouæ prouiſionis in 5.Quo fit ut etiam poſſeſſio ſi quam forte nactus eſſet dictus dominus Io. Baptiſta, redderetur propter defectũ collationis inualida & inutilis, quandoquidem collatio nulla non iuuet etiam poſſeſſorem Rebuff. in tract. de pacificis poſſeſſor num. 390. Quinimmo dominus Io. Bap. potius dici poſſet intruſus quia cum collatio nulla fuerit,ſequeretur ut ipſe accepiſſet poſſeſſionem antequam fieret collatio quo caſu ſiquis accipit poſſeſſionẽ ante collationẽ dicitr † intruſus c. cum iamdudum. de præbend. vbi Panorm. c.in noſtra,ubi Fely. de reſcrip. At uerò Reuerendiſſ. Dom. Duccius ualidam collationem, & inueſtituram obtinuit ab ordinario uirtute collationis ſibi factæ a ſanctiſſimo Dom. noſtro Papa Pio Quinto. Et licet in collatione ordinarij dictum fuerit dictam collationem

factam fuiſſe ſaluis iuribus quibuſcumque ſequæ competunt d. Dom. Ioan. Baptiſtæ &c. debebat Dom. Duccius appellare, nunc autem cum non poſſideat autore prætore, ſiue ordinario ſua non dicitur poſſeſſio, ſed intruſio. Arch. Cæſar. Vicarius tamen audacter affirmare poſſumus, eam reſeruationem fieri de iure non potuiſſe, & proculdubio nullam eſſe, quia dictus Dominus ordinarius non ſeruauit formam a Papa ſibi datam in literis Apoſtolicis quas ipſe pure ſimpliciter, & abſolutè exequi debuerat imò appellauit, & de hoc diſputatur an ſit intruſus, unde non debet præſupponi pro firmo id de quo diſputatur. Quamobrem ſi Papa mandauerit aliquem in poſſeſſionem mitti, & ipſe cui hoc mandatum eſt non ſeruauerit formam a Summo Pontifice ſibi traditam, id omne quod ipſe faciet nul-
3 lum erit tamquam a priuato † factum, & carente iuriſdictione. l. 3. ff. de offic. præſidis. & Pariſius conſil. 31. circa præſentem. numero uigeſimoſexto. uolumine quarto. & Rebuff. in declar. nouæ prouiſionis. in quarta parte bullæ in uerbo, quo circa dilectis &c. Rurſus dictus Dominus Duccius accepit actualem & realem poſſeſſionem de mandato dicti ordinarij collatoris, ut fieri debet, ut per Rebuff. in tract. de Miſſ. in poſſeſſionem. in nume. quarto, & quinto. in praxi beneficiaria, mandauit enim ordinarius dictum Reuerendum Dominum Duccium nanciſci debere poſſeſſionem ab auditore Sereniſsimi noſtri Ducis ad hoc deputato, quam quidem poſſeſſionem Dominus Duccius antea obtinuerat. Quo fit, ut mandatum prædictum ad eam priorem poſſeſſionem retrotrahi poſſit. argumen. cap. ratihabitionem. de regul. iur. in ſexto. imò non uidetur conditio, quia reſpicit tempus præſens non futurum euentum, & retrotrahitur mandatum & poſſeſſio, quę extabant ad licentiam priorem quæ extabat, non autem erat nunc eſt; & propterea dici poteſt potiorem eſſe cauſam Domini Duccij; tam reſpectu collationis quàm poſſeſſionis. & ita licentia Domini auditoris fuit conditionata, neque poteſt retrotrahi maximè non purificata conditione. Præterea delegatio in illum per ordinarium facta nondum fuerat facta, unde non ens nõ poteſt retrotrahi Arch. Cęſ. Vic. & quatenus Reuerendus Dominus Or-
4 dinarius non impleuiſſet adamuſſim † mandatum per iſtum actum primum, certi iuris eſt rurſus ad commodum ipſius prouiſi dictum mandatum impleri de iure debere donec plenum ſortiretur effectum. Bald. in l. inuitus. in fi. C. de proc. & l. ſi quis ex argentarijs. in fi. ff. de edend. Roma. in l. prætor ait. §. hoc autem. ff. de ope. nou. nun. Iaſon. Lapud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legatis primo. Socyn. in l. hæc conditio 1. numero quinto. ff. de cond. & demon. Decius c. quanto. de iud. & in conſilio ſeptuageſimoſeptimo columna ſecunda. Ruynus conſ. 164. columna 3. uolum. 3. cum ſimilib. & propterea dici poteſt, &c. iam expirauit iuriſdictio delegati ſiquid nunc petatur ab ordinario non denegabitur aſſenſus iuſta petentibus Arch. Cęſar Vicar.. Reſpondetur nihil noſtra refert utrum delegati iuriſdictio expirauerit, uel non, quia dicimus quatenus opus ſit mandatum de mittendo in poſſeſſionem impleri nunc poſſe, & debere non per delegatum, ſed per ordinarium uti ordinarium ad quem ſpectat miſſio in poſſeſſionem facienda per ſe, uel per alium. c. ſi quando. c. ſupra eo. de off. del. c. 2. de eo q. mittitur in poſſ. c. 2. de ſeq. poſſ. c. ex part. de conceſ. præb. Reb. de miſſ. in poſſ. nu. 11. & ita iuris eſſe arbitror ſaluo ſemper meliore iudicio ad laudem Dei,

SVMMARIVM.

1 *Conditio vera eſt quæ actum ſuſpendit.*
2 *Diſpoſitio reſpiciens tempus præſens non eſt conditio.*
3 *Conditio proteſtatiua quæ dicatur.*
4 *Miſſio in poſſ. ſpectat ad ordinarium.*

CONSILIVM CL.

Diuino implorato præſidio.

IIs quę ſcripſeram in fauorem Reuerendi Dom. Duccij accedat in primis eorundem plenior dilucidatio. Nam cum Dom. Stepha. olim
Vic. poſt collationem nobis factam poſſeſſorium adipiſcendæ, die vlt. Maij 1569. ſtylo Piſano cognoſcendum mandarit Mag. auditori Sereniſſ. noſtri Ducis ad hoc deputato, qui decideret, ſeu cognoſceret vtri ex litigatorib. poſſeſſio decernẽda eſſet. Proculdubio ſi poſſeſſio de iure pertinet ad D. Duccium d. olim Vicarius per illud mandatum videtur commiſiſſe, vt eidem poſſeſſio traderetur. ne dictum mandatum appareat fruſtratorium. arg. l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. ut leg. no. cau. Quãobrẽ cum anted. diem vlt. menſis Maij d. Ducalis auditor iam dediſſet licentiam D. Duccio ingrediendi poſſeſſionem d. Sacerdotij. Poſtea vero uigore d. licentiæ contigerit D. Ducciũ accepiſſe actualem & realem poſſeſſionem d. eccleſiæ, vt conſtet ex inſtr. rogato a ſer Benedicto de Gryphomb. die 1. Iunij conſequẽs ẽ, vt mandatum de adipiſcenda poſſeſſio. & poſſeſſio inde realiter obtenta, ad dictam priorem

rem licentiam retrotrahatur, quaſi ſenſe-
rit d.olim Vic.ei poſſeſſionem decretam uide
ri cui prius licentia ingrediendæ poſſeiſſionis
conceſſa fuerat a Dom.auditore. Quo fit,ut
Magnificus & excellens Do.Bondoninus de
Prę.aduocatus partis aduerſę in ſuis ſubtili-
bus allegationibus non uideatur mihi rectè
percepiſſe ea quę dixeram. Neque enim dixi
licentiam retrotrahi, prout ipſe in dictis ſuis
allegationibus ſcribit, ſed dixi mandatum poſ
ſeſſionis ad licentiam retrotrahi.

Preterea poſito & non dato quod excel-
lens Dom. aduocatus rectè aſſecutus eſſet
ea quę ſcripſeram, opinor adhuc dici poſſe,
uix aut ne uix quidem ſubſiſtere, dum aſſerit
licentiam de capienda poſſeſſione eſſe condi
tionalem quippe quæ concipi conſueuerit
his fermè uerbis, uidelicet ſiquidem benefi-
cium non ſit de iure patronatus, uel ſiquis a-
lius illud non poſſidet.

Namque firmandum puto, ea uerba nullā
inducere condirionem, quandoquidem uera
1 † condictio illa dicitur quę actum ſuſpendit.
Bar.in l.1.ff.de cond.& demon. At illa clauſula
ſi de iure patronatus, non ſit &c. deſignat tē-
pus pręſens, an ſcilicet tunc ſit de iure patro-
natus, uel an alius tunc poſſideat, non autem
reſpicit futurum euentum nimirum utrum de
iure patronatus in poſterum fiat, uel in futu-
2 rum poſſederit aliquis, quo caſu † diſpoſitio
quę tempus præſens reſpicit non dicitur con
ditio.l.cum ad pręſens. ubi gloſſ.in uerbo con
fertur,& ibi doct.& in l.itaque. ff.ſi cer.pet. &
l.ſi ita ſtipulatus ſanè.& l.conditio.ff.de uerb.
oblig.& l.cum in ſecundo.§.1.ff.de iniuſto ru
pto,& irr.fa.teſt.& in §.conditiones.ubi doct.
inſt. de uerb.obl.

Rurſus poſito, & non dato quod eſſet ali-
quo modo conditio non tamen ex eo appel-
3 latur † condō poteſtatiua qđ pendere uideat
a ptāte iudicis collatoris declarare nunquid
beneficium ſit,uel non ſit poſſeſſum ab alio
uel nunquid ſit de iure patronatus ut dicit ex
cellens dominus aduocatus tenere Romanū
in conſil.383.& conſi.329. Nam pręterquam
quod Romanus in meo codice (quod ego ui
derim)hoc nō dicit in loco citato.& Nicol.de
Milis qui citatur in repertorio.in uerbo con-
ditio male ad hoc allegaret Antonium,qui de
hoc non loquitur. Reſpondeo etiam hanc nō
eſſe conditionem poteſtatiuam.quoniam cō-
ditio poteſtatiūa dicitur eſſe illa quę in uolun
tate adimplentis conſiſtit ut per Henric.Boic.
in c. ſicut ex literis num. 3.de ſponſ. At in po-
teſtate iudicis nun conſiſtit definire rē quo-
modo uelit quia debet procedere ſecundum
acta & probata.l.illicitas.§.ueritas.ff.de offic.
præſid. ergo &c.

Nec quicquam obeſſe uidentur ea quæ copio
ſe adducebat excellens Dom. aduocatus ad-
uerſarij concludens propter lapſum temporis
non poſſe iudicem delegatum Pontificis mā-
datum explere. l.cum non ea die. C. quando
prouocare non eſt neceſſe. Quia reſpondetur
nihil noſtra referre utrum delegati iudicis iu-
riſdictiō expirauerit,uel nō, quia dicimus qua
tenus opus ſit mandatum Summi Pontificis
demittendo in poſſeſſionem nunc quoque
impleri poſſe, ac debere non quidem per Re
uerendiſſ.Dominum Vicarium uti delegatū,
ſed per eum uti per ordinarium ad quem ſpe-
4 ctat † miſſio in poſſeſſionem facienda per ſe,
uel per alium. c.ſi quando.de offic.deleg.c.2.
de eo qui mittitur in poſſeſſionem. c.2. de ſe-
queſtra.poſſeſſ.c.ex parte.de conceſſ.pręben-
dę.Rebuff.tract.de Miſſ.in poſſ.nu.11.Et ideo
hęc inſpectio idem delegati poſito,ut in ſe ue
ra ſit, quod modo non diſcuſſio,quia uidetur
mihi non oportere, nihil certè nobis obeſſe
poteſt.Non ob.non eſſe pręſentis ſpeculatio-
nis materiam petitorij cum principaliter quę
ratur,an d.Dom. Duccius ſit in poſſeſsione.
Itemq; in literis eſſe clauſulam dummodo da
ta pręſentium nulli ius competat, ſed compe-
tere dicitur ex aduerſo cum nulla facta fuerit
mentio iuris patronatus,ergo &c. Reſpōdeo
enim quod imò uidetur eſſe pręſentis ſpecu-
lationis petitorium, non propter petitorium
ipſum, ſed quia propter defectum petitorij,
ſeu collationis poſſeſsio eſt inualida, quia col
latio nulla non prodeſt poſſeſſori autoritati-
bus prius citatis. Rurſus in literis non eſt ex-
preſſa clauſula dummodo data &c. & quam-
uis dicta clauſula ſubintelligeretur, tamen ni-
hil obſtaret, quia non tractatur modo de peti
torio, ſeu collatione, ſed de poſſeſſiune quæ
nihil commune habent. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff.de acq.poſſ.

Non obſt.quod dicit Dom.Ioan.Bapt.non
dicat ſe poſſidere, ſed poſſeſſionem ſibi eſſe
adiudicandam. Nam reſpondetur quod licet
Dom.Ioan.Bap.in ſua comparitione facta die
21. Iunij petat ſibi permitti conſequi poſſeſſio
nem tamen prius pedem in vtraque ſtapide
figens petit,& dicit aduerſarium condemna-
ri ad dimittendum dictum Dominum Io.Bap.
pacificè poſſidere, vnde qui vult conſequens
uult neceſſariū antecedens.l.2.ff.de iuriſ.om.
iud.Non ob.quod dicit Dom. Duccius appel
lare debebat nunc autem cum minime poſſi-
deat,vt dicunt auctore prętore, ſiue ordina-
rio,ſua non dicitur poſſeſſio,ſed intruſio. Re-
ſpondetur imò appellauit, vt patet ex actis, &
de hoc diſputatur an ſit intruſus vnde non de
bet præſupponi pro firmo contra Reuer.Do.
Duccium id de quo diſputatur.

Non obſt. quod non videatur conſtare de
poſſeſſione Dom.Duccij. Reſpondetur enim
quod imò conſtat per inſtr. rogatum a ſer Be
nedict. de Gryphomb. die prima Iunij, licet

Z 2 aduer-

aduerſarius hanc appellet intruſionem po-
nens pro firmo in ſui fauorem id de quo con
tra eum diſputatur.

Non obſt. quòd licentia Do. auditoris fue-
rit conditionalis præterea delegatio in illum
per ordinarium facta nondum fuerat facta vn
de non ens non poteſt retrotrahi, quia reſpō-
detur ꝙ imò, ut ſup. dixi non videtur contra-
dictio, quia reſpicit tempus pręſens non euen
tum futurum, & retrotrahitur mandatum, &
poſſeſſio quæ extabat, ad licentiam priorem,
quæ erat ineſſe deducta, non autem erat non
ens. Et hæc ſaluo.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitas rei per eius affectum probatur.*
2 *Collationis liberæ ſtatus vltimus attendi debet omnino.*
3 *Clauſula vt aſſeris, omnem approbationem excludit, indicatque referenti minime conſtare.*
4 *Beneficia in dubio præſumuntur libera.*

C O N S I L I V M CLL

Diuino nomine repetito.

PRima ratione uiderentur dicendū
presbyterum Michaelem Spado-
num, & incolas Oppidi Suniani
rectè docuiſſe de iure patronat.
1 Quia rei † qualitas optimè per illius effectū
probatur. l. un. §. ſed & ſiquis homini. C. de la-
tin. libertate tollen. & in auth. de nup. §. quod-
cis. Rip. reſpon. 13. nu. 17. ſup. dig. uet. de iure
gentium, &c. At dictus Presbyter Michael, &
uniuerſitas Stiniani rectè uidentur docuiſſe
de præſentatione quæ eſt effectus iuris patro
natus. Anton. de Butr. c. nobis. numero 15. &
17. de iure patron. Rocchus de Curte eodem
tract. in uerbo ius. numero 16. in 4. quæſtio. &
Lambertin. eodem tract. de iure patron. libro
ſecundo. parte prima. 2. art. primæ quæſtionis
principalis. numero ſecundo. & Auguſt. Be-
ro. capitul. primo, numero decimotertio. ſexa
geſimoprimo, & ſeptuageſimoſexto. de iure
patron. Igitur dictus presbyter Michael, & vni
uerſitas Stiniani rectè uidentur fidem feciſſe
de iure patronatus cum docuerint de præſen
tatione quæ pertinet ad patronum. Goffred.
in ſumma de iure patron. in principio. Panor-
mit. in cap. nobis. de iure patron. Dec. in rubr.
de elect. nu. 5.

Probatum uero fuiſſe de præſentatione in
de colligi poſſe uidetur, quòd per epiſcopi
narrationem factam in literis collationis, uel
prouiſionis, præſentatio rectè probatur. cle-
men. un. de probation. capitu. poſt ceſſionem.
eodem,

Quamobrem cum exhibuerint aduerſarij
collationem factam anno milleſimo trecen-
teſimo octnageſimoſecundo, ab epiſcopo Lu
cenſi in qua dicitur per Parrochianos præſen
tatum fuiſſe rectorem conſequens eſſe uide-
tur, ut ſatis de præſentatione docuerint.

Qua tamen ratione minimè refragante ar
bitror potiorem eſſe cauſam Reuerendi Do-
mini Ioann. Baptiſtæ Aldobrandi ueriſſimè aſ
ſerentis eius aduerſarios ea quæ probare de-
buerant non probaſſe. ideoque dictum Par-
rochialem Eccleſiam Sancti Andreæ liberæ
collationis eſſe cenſeri ex libera collatio-
ne per Reuerendiſſimum Dominum propoſi
tum, & Canonicos Piſcienſes factam, ad ſe
ſpectantem.

Id quod oſtenditur, quia ſtatus ultimus li-
2 beræ † collationis, ſeu quaſi poſſeſſionis tam
in præſentatione quàm in collatione debet at
tendi etiam ex unica collatione, uel præſenta-
tione, uel electione, ut dicit tex. in cap. cum ec
cleſia Sutrin. de cauſa poſſeſſ. & propriet. &
Oldrad. in conſilio trecenteſimo ſecundo. in-
cipien. thema quæſtionis, ad finem. & Calde-
rin. in conſilio decimotertio. de præbend. &
conſilio ultimo. de iure patron. Et Federic. de
Senis conſilio ducenteſimo trigeſimoquar-
to. incipien. ſuper primo. columna ſecunda.
Rot. in antiquis. deciſione decimaquarta in-
cipiente. Vtrum ſicut præſentatus in titul. de
iure patron. & in nouis deciſione quadrageſi
manona incipiente quidam impetrauit in ti-
tul. de reſcrip. Panormitanus in capitul. con-
ſultationib. de iure patronat. Rocch. de Curt.
in tract. de iure patrona. in uerbo, competens
quæſtione decimaſexta. numero trigeſimo-
quinto. & Lambertin. eodem tract. de iure pa
tron. in prima parte ſecundi libri. uigeſimo-
primo articul. tertia quæſtione principalis. nu
mero primo, & ſequen. ubi dicunt ſi Titius
præſentauit pluribus uicibus rectorem ad ec
cleſiam, & ultimo loco præſentauit Sempro-
nius, & quæratur quiſnam eorum ſit in quaſi
poſſeſſione & potior, tandem ſtatuendum eſ-
ſe firmant obtinere debere illum qui ultimo
loco præſentauit. Quem ſanè ultimum ec-
cleſię ſtatum, etiam ex unico actu attendi de-
bere, tradit Decius conſilio centeſimo qua-
drageſimonono. numero tertio incipiente. in
cauſa iuris patron. & in conſilio centeſimo tri
geſimoquarto incipiente. Viſo puncto. nume
ro primo. & Ripa reſpon. primo. libro ſecun-
do. ſub titul. decret. de cauſ. poſſeſſ. & proprie
tatis, & poſt alios Ioan. Baptiſta Ferret. in con-
ſil. 132. num. 10. uſque ad finem. Quapropter
cum Summus Pontifex ultimo loco contule-
rit dictam eccleſiam Domino Carolo pro-
culdubio dicendum eſt, eandem eccleſiam
S. Andreæ præſenti tempore reperiri in ſtatu
liberæ collationis, abſque ulla patronorum

prę-

preſentatione,& iuridicè,dicto Reueren.Do.
Io.Baptiſtæ Aldobrando collatum fuiſſe.Quo
ſic ſtabilito non obſtat dum dicebatur aduer-
ſarios per effectum iuris patronatus, ſeu per
præſentationem, cauſam, ſeu ius patronatus
probaſſe ex literis collationis epiſcopi Lucen
ſis. Quoniam reſpondetur cum dictus epiſco
pus in illis literis, clauſula, ut aſſeris vſus fue-
rit, apertè conſtare eum non approbare effe-
ctum iuris patronatus,neque fateri præſenta-
3 tionem interueniſſe,quia † clauſula, vt aſſeris
excludit omnem approbationem,indicatque
de eo quod refertur,referenti minimè conſta
re.c.cum veniſſet.de eo qui mitt. in poſſeſſ.&
in extranag.ad reprimendum.verſicul. vt aſſe
rit. & Antonius de Butrio in cap. ad hæc ſu-
mus.numero ſecundo. de reſcrip. Andr. Bar-
batia in cap.iurauit.columna ſecunda,nume-
ro tertio.verſicul.nota ibi iurauit. de probat.
Dec. in d.c. ad hęc ſumus.numero primo. de
reſcrip.& in dicto cap.iurauit.in prin.de pro-
ba.& in cap.adhęc.de appel.& Petr. Rebuff.in
concordatis.in rub.de forma mand.Apoſt.in
gloſſ. omnia, & ſingula, in verſi. nota tamen,
vbi dicit quando huiuſmodi clauſula eſt appo
ſita probare oportere aſſerta in bulla, & niſi
ita fiat,gratia ſubreptitia reputatur. Itaque cũ
probatum hactenus non fuerit de iure patro-
natus,reliquum eſt, vt dicamus non poſſe ad-
uerſarios cauſam obtinere,quia etiam ſi in du
bio verſaremur nihilominus fateri debere-
4 mus † beneficia præſumi libera non autem pa
tronata.Archid.c.decernimus. 16.quæſt.7. &
Ripa reſponſ.1,num.3.lib.2.ſup. decret. de cã
poſſ. & propriet.

Atque hæc pauca illa ſunt quæ præ tempo-
ris anguſtia deducere potui ad comproban-
dam opinionem quam Clariſſimus Aduoca-
tus Dom.Ioan.Baptiſt.Honeſtus vti frater ho
norandus multis validis rationibus ſuperius
illuſtrauit. Idcirco ſententię illius,vt ſubſcribe
rem requiſitus,libenter ſubſcribo,quia ita iu-
ris eſſe cenſeo meliore iudicio ſemper ſaluo
ad laudem Dei.

Antonius Cioſius Iuriſconſ.Floren.in Piſa
no gymnaſio ord.ius ciuile Veſperi docens,
& ut huius rei fidem facerem ſubſcripſi manu
mea, & ſubſignaui.

S V M M A R I V M.

1 *Liquida dicuntur ſuper quibus iudex pronuncia uit.*
2 *Arbitri non poſſunt decidere ultra illud quod eſt eis in compromiſſo conceſſum.*
3 *Arbitrorum autoritas ſumitur a compromiſſo.*
4 *Laudum poteſt fieri de conſenſu partium contra primum, quod etiam in rem iudicatam tranſeat.*

CONSILIVM CLII.

In Dei nomine.

PRopoſitę quæſtioni vbi quæritur
quæ ſint capita liquida,& quæ ſint
illiquida, cum diligenter inſpexe-
rim compromiſſa, & lauda, & alia
ad me tranſmiſſa. Reſpondeo, quod attinet
ad primum laudum, inter controuerſias quæ
deciduntur in dicto primo laudo lato die 20.
Martij 1567.per Auguſtinum Borniam,& Si-
nodorum a Spicciano,illas ſolummodo vide-
1 ri † liquidas, & claras,quarum mentio fit, in il
lis Paſquini, ac Petri petitionibus ſuper qui-
bus Dominus iudex Magnifici Dom.Capita-
nei Fiuizani die 21.Februarij 1567.pronuntia
uit cõpromiſſum fieri debere, quæ ſanè ſunt
illę,quarum expreſſio nominatim fit in primo
compromiſſo facto per dictum Paſquinum, &
Petrum in prædictum Auguſtinum, & Sino-
dorum die 24. Februarij 1567. Quoad illas
enim liquido conſtat, quid quantumque cu-
iuſque ſit,vt per Bar.l.proinde 2. §.ultimo. ff.
ad legem Aquiliam.Angelus.§. curare. nume
ro ſexto.inſt.de action.Bald.in l. ſi cauſam. C.
de execut.rei iud. Corne. conſilio ducenteſi-
mo trigeſimonono.numero tertio. libro ter-
tio. Alia verò, quæ in dicto primo laudo de-
ciſa fuerunt, dummodo non ſint ex illis quæ
deciduntur in ſecundo laudo mihi liquida
non videntur. Quoniam licet arbitri ſuper
illis pronunciauerint tamen, hoc de iure face
2 re non potuerunt, quia † arbitri nihil poſſunt
decidere, vltrà illud quod eſt eis in compro-
miſſo conceſſum. l.non diſtinguemus.§.de of
ficio.l.arbiter intra l.arbiter ex compromiſſo
ff. de recep. arb. c.cum dilectus. eodem titul.
Corne.conſil.245.libro ſecundo. Roma.con-
ſil.141. Alexand. auth.ſi quis in aliquo. C. de
edendo. Signorol.conſil.88. num.1.Felyn. c.
ſicut. numero trigeſimotertio. de re iud. De
cius conſil.424. numero ſeptimo. Cur.iunio.
conſilio 79. numero ſecundo. parte ſecunda.
Boer.deciſio.283.numero 16.Soc.iunio.con-
ſil.66.numero octauo.partè prima. Alcia.reg.
tertia.præſump.12.numer. quinto.Ioan.Bap.
Peruſ.in tract. de arbit. lib.6. cap.15. numero
nono.verſicul.quæſitum eſt nunquid.Quam-
obrem cum ea omnia quę deciſa ſunt in dicto
primo compromiſſo, ut ex eius lectura con-
ſtat per quem modum negatiua probari ſolet
ut per Bar.l.hi qui ad ciuilia. numero quarto.
C.de appellation. & in lege final. Codice. de
reb.cred.conſequens eſt, vt perinde ſit, ac ſi
ſi de illis, non iudicarent, quod adeo verum
eſt,ut nec a partibus potuerit ratificari,vt per
Bero.conſilio trigeſimo. numero decimoſe-
xto.uolum. 3.

Quod uero pertinet ad ſecundum laudum arbitror liquida eſſe omnia quę deciſa ſunt in dicto ſecundo laudo lato inter eaſdem partes die uigeſimooctauo Auguſti per Io. Matthiam,& Ioſephum Auguſtini Filateriam auctoritate ſecundi compromiſſi in eoſdem facti a dicto Paſquino,& Petro die 21. Iunij 1567.cuius uerba ſunt adeo generalia,ut per illa,iure dici poſſit, conceſſam fuiſſe dictis arbitris poteſtatem,iudicandi de omnibus quæ per ipſos,in dicto laudo deciſa ſunt, quando-
3 quidem † arbitrorum auctoritas ſumitur a cō promiſſo.Albe.in Litem ſi unus. §.item ſi plures.numero octauo.ff.de recep.arb. Bero.capit.quoniam contra.num.29. uerſic.ſiquis tamen uellet.de prob.

Nec obſtat ſi diceretur,unum laudum alteri contradicere,& propterea neutrum ualere
4 quia de conſenſu partium poteſt fieri † laudum contra primum quod etiam in rem iudicatam tranſeat,dummodo arbitri ex nouo cō promiſſo,ut hic audit non autem authoritate ueteris compromiſſi iudicent, ut per Bal.in l. 1.col. 2.ubi Alex.in addit.C.quando prouocare non eſt neceſſe.Bero.conſ.147.nu.5.uol.2. Reliquum igitur eſt ſecundum ea quæ proponuntur,ut dicti arbitri ultimo loco electi iudicent ſuper illis petitionibus quæ aliæ,& diuerſæ ſunt ab illis quæ in dictis duobus compromiſſis comprehenſę,atque in dictis duob. laudis hactenus inde latis ſecundum ea quę ſupra dixi deciſæ ſunt,ſolum enim id conſtat mihi ex his quæ ad me tranſmiſſa fuere, & propterea ita iuris eſſe arbitror meliore ſententia ſententia ſemper ſalua ad Dei gloriam.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor an liberetur inſtantia perempta.
2 Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis & quomodo procedat.
3 Fideiuſſor liberatur liberato principali,& durat perdurante principali obligatione.
4 Fideiuſſor ſimplex de iudicio ſiſti liberatur lata ſententia.
5 Clauſula de ſtando iuri, ſignificat ſiſtere in iudicio.
6 Executio poteſt fieri contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, abſque nouo proceſſu lata ſententia contra principalem.

CONSILIVM CLIII.

In Dei nomine.

1 QVæſtioni propoſitæ ubi quęritur an † fideiuſſor de quo hic agitur, perempta inſtantia liberetur ſtrictim breuiterque reſpondens, arbitror de iure ſtatuendum eſſe, fideiuſſorem in caſu propoſito non liberari.

Quoniam obligatio fideiuſſoris eſt acceſſoria principalis obligationis.l.1.ff.de fideiuſſo. Anch.in c.acceſſorium.nu.10.col.11. uerſi.in contrarium.de reg.iur.in 6.Alb.Brun.in trac. de dimi.columna decima, numero quinquageſimoſexto.

2 Atqui † acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.l.cum principalis.ff.de reg.iur.l.2. ff.de pecul.legat.l.fi.C.de conſtitu.pecu. c.acceſſorium.de reg.iur.in 6 Zaberel.in clemen. per tuas.numero primo.de præbend.gloſ. in l.ſi patronus. ff.ſi quid in fraud. Bald. in l. abſentis.C.ſi cer.pet.Romanus conſilio 330.columna quarta. Hyppol. de Marſil.in rub. ff.de fideiuſſ.numero 418.Soc.iun.conſil.68.num. 25.uolu.3. Quæ quidem regula locum habet ſiue loquamur de principali inducendo, ſiue tollendo, ſiue confirmando, ſiue conſeruando, ut per Cagnol.in d.l.cum principalis. nu. 2.& Anchar. in d.c.acceſſorium. columna ſecunda. uerſ.Tertio de ipſo principali perimendo,&c.de reg.iur.in 6.Ergo obligatio fideiuſſoris in hoc etiam imitabitur naturam principalis,ut eatenus fideiuſſoris obligatio acceſſoria duret,& tamdiu conſeruetur, quatenus perdurat, & quamdiu conſeruatur obligatio
3 principalis. Quo fit,ut ſicuti † fideiuſſor liberatur liberato principali. l.& hæredi. §.in his, cum l.ſeq.& in l.quod dictum.ff.de pact. Iaſo. in l. ſi poſt moram. numero ſecundo. columna ſexta. verſicul. modo ego habeo.ff.de eo quod certo loco. Petrus Duenn.in regula centeſima ſeptuageſimaoctaua. in uerbo, debitum, uel onus in quarta limitatio. ita etiam principali obligatione perdurante, conſiſtat, & perdurat fideiuſſoria, quæ non tollitur niſi illis modis quibus tollitur obligatio principalis,videlicet per ſolutionem,& alios modos agitur toto tit. inſt.quib.mod.tol.oblig. iuxta cuius principalis obligationis normam, acceſſoria obligatio contracta cenſetur, ut per Bartol.in l.triticum.vbi Iaſ.num.6.& num.8. ff.de uerborum obligatione. & Alexand. conſilio trigeſimoquarto.viſo inſtrumento.num.quinto. vol.ſecundo.

Quamobrem cum principalis promiſſio a Petro Veneto Magnifico Nauis facta die 16. Maij 1569. in iudicio Dominorum Conſulū Maris & Doanæ Piſarum adhuc quoque perduret nec ullo ex illis modis ſublata ſit quib. obligatio tolli conſueuit dicto tit.Inſtit.quib. mod.toll. oblig. conſequens eſt, vt perduret etiam obligatio d. Vincentij Recaluli fideiuſſoris inibi contracta.& cōſequenter ipſe Vincentius fideiuſſor non ſit liberatus.

4 Hoc ita ſtante non ob. ſi obijciatur ſimplex † fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur lata ſentē tia Bar.l.ſi quis reū.ff.de cuſtod.reorū. Bal.in l.2.§.in

l.2.§.in fideiuſſorem. num. 3. ff. qui ſatiſd.cogan. Paul. Caſtren. l. grecè. §.& poſt. ff. de fideiuſſ. Roland. a Val. conſ. 21. nu. 6. par. 2. & propterea lata ſententia contra principalem non fit executio contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti. Iacob. Belui. in prax. iud. rub. de crim. remiſſ. numero 19.

Atqui hic agitur de fideiuſſore qui promiſit de iudicio ſiſti. Nam ut in actis dicitur. pro
5 miſſum fuit de ſtando iuri † quæ clauſula ſignificat ſiſtere in iudicio, ut per Bero. conſ. 14. n. 3. uol. 3. Carauia in comm. rituum mag. cur. rub. 243. nu. 4. itemque in propoſita ſpecie lata fuit ſententia contra dictum Petrum principalem magiſtrũ nauis, ut patet ex actis quo Vincentij fideiuſſor liberatus uidetur.

Reſpondetur fideiuſſorem ſimpliciter promiſiſſe ſe in iudicio ſiſtere principalem, quidẽ ſentẽtia liberari quod attinet ad promiſſionẽ de ſe pſeudo per quam obligatus erat ad faciendum, ut principalis perſeueraret, & ſtaret in iudicio uſque ad finem. ut per Paul. Caſtr. d.c.& poſt. Nam principalis, & fideiuſſor promittit principalem ſtare in iudicio, tunc fideiuſſor intelligitur promiſiſſe facturũ ſe, atque curatuum, ut ſtaret. l. quoties. ff. de uerb. obligatione. Bar. l. 2. §. in fideiuſſorem. numero ſecundo. ubi etiam Rom. num. 1. in 2. not. ff. qui ſatiſd. cog. & Paul. Caſtrenſ. d. l. 2. §. ex his. nume. 4. & 5. ff. eod. Sed in caſu propoſito non adeſt ſimplex promiſſio de iudicio ſiſti, ſed præterea etiam interceſſit iudicialis promiſſio de ſoluendis centum ſcutatis, ut patet ex actis. Non obſtat quod quando aliquis pro alio fideiubet de iudicato ſoluendo, ſententia contra reum principalem lata non poteſt cõtra fideiuſſores abſque nouo proceſſu executioni mandari, ſed requiritur quod cõtra eos de nouo agatur actione ex ſtipulatu producendo libellum principaliter cõtra eos, ut per Spec. in tit. de ſententia. col. 6. uerſ. item contra fideiuſſore, & propterea etiam in caſu propoſito, ubi ſententia lata fuit ſupra principalem, & non contra fideiuſſores uideatur requiri nouus libellus.

Reſpondetur uerius eſſe contra fideiuſſo-
6 rem de iudicato ſoluendo † executionem fieri poſſe, abſque nouo proceſſu ita tenet Bar. in l. 1. numero primo. ff. iudic. ſolui, ut commune inquit Cagnolus in l. nemo alienæ. in fine. ff. de reg. iur. & Iul. Clar. in prac. crim. §. ult. q. 95. ad ſi. princ.

Neque huic ſententiæ aduerſatur Speculator in allegato titul. de ſentent. columna ſexta. uerſicul. item contra, quia reſpondetur illud locum ſibi uendicare in caſibus, de quibus ibi loquitur Speculator, uidelicet quando aliquis fideiubet pro alio in inſtrumento, uel contractu de iudicato ſoluendo, tunc enim ſententia lata contra principalem non poteſt executioni mandari contra fideiuſſorem qui dictæ executioni non ſubijcitur, abſque nouo proceſſu, ſed oportet ut contra eos de nouo agatur, ut communẽ affirmet Imola in cap. peruenit. columna tertia. de fideiuſſor. Turzan. opinio. centeſimaquadrageſima. Suarez in theſau. in uerbo, fideiuſſor. numero centeſimo uigeſimoquinto. & ita procedit opin. Speculatoris. Sed quando fideiuſſor fideiuſſit non in inſtrumento, nec in contractu, ſed apud acta notarij, ſeu in ipſis actis eo caſu ſententia lata contra principalem poteſt executioni mandari contra fideiuſſorẽ, abſque nouo proceſſu, ut in ſpecie dicit Bero. conſil. ducenteſimo ſexto. numero trigeſimo. uolumine tertio.

SVMMARIVM.

1 Egrediens monaſterium recuperat omnia bona ſua.

2 Pecunia poſita a patre ſuper altare pro filia loco eleemoſinæ, remanet monaſterio

3 Donatio facta eccleſiæ ob ingreſſum habet tacitã conditionem donec ibi perſeueret.

CONSILIVM CLIIII.

In Dei nomine.

PAterfamilias qui filiam deſignauerat monacham ex ſodalitio cuiuſdam monaſterij, uictus, dotis, ut uulgò dicitur, & eleemoſynæ nomine, dum filia dictum monaſterium ingrederetur altari quandam pecuniæ ſummam impoſuit. Deinde intra annum probationis, antequam profeſſionem feciſſet è dicto monaſterio egreſſa, ad aliud monaſterium conuolauit. Quæritur an dicta filia poſſit a primo monaſt. prędictam pecuniæ ſummã recuperare.

Et breuiter perſtringendo rem, arbitror poſſe: ut apertè demonſtrant complures doctorum autoritates. Et ante omnia Hoſtienſis in c. ſtatuimus. colum. 2. in uerbo priorem de regular. & tranſ. ad relig. & ibidem Ioann. Andr. colum. 1. in uerbo priorem ſtatum ubi
1 dicunt † egredientes monaſterium recuperare omnia bona ſua. Idem Io. And. in ca. quod a te. colum. fi. uerſ. cum quętitur de cler. coniugat. Et Ant. de Butr. in d.c. quod a te num. 9. uer. quarta ſolutio de cleric. coniug. ubi dicit monachum donantẽ bona eccleſiæ tempore ingreſſus, ſi intra annũ è monaſt. exierit bona omnia recuperare. Et Pan. d.c. quod a te. col. 3. uerſic. aut non fecit profeſſionem qui dicit quando is qui ingreditur religionẽ bona ſua expreſsè donauit eccleſiæ, tunc cenſetur illud feciſſe ratione perſonæ, idcirco ſi profeſſionem non fecit, ſed antea, inde receſſit, utique donata reuocat. Et Ancharanus.

ibi. col. fin. n um. 9. uerſ. 2. caſu, quando loqui-
mur. & numero octauo. dum dicit ſi clericus
regularis ingreditur religionem, & infra an-
num exeat recuperat omnia, & hoc idem fir-
mat ibi Henr. Boic. n. 2. & Guid. Pap. ſing. 652.
inc. inter mercatores. §. ille qui id quod et ſe-
quitur Imo. in d. c. quod a te. col. 4. uerſ. ex pre
dictis reaſſumendo. iun. uerſ. 2. caſu. col. 3. ubi
concludit ingredietem monaſterium tempo-
re ingreſſus bona ſua contemplatione dicti in
greſſus contulerit, & non fecerit ibi profeſſio
nem, ſed infra annum receſſerit, omnia bona
recuperare. Et Card. Zaberel. d. c. quod a te.
col. 2. verſ. quarto opp. de cler. coniug. qui di-
cit ingredientem bona recuperare ſi contulit
ea ſpecie proferendi. & Cald. in conſ 9. inc. de
dit pater. & conſ. 27. inc. donat ingrediens in
rub. de reg. vbi in caſu propoſito firmat dona
tionem, uel reuocari ſi cauſa profeſſionis ex-
preſſa fuerit, vel eſſe nullam ſi non ſit expreſ-
ſa. Et Bal. Nouel. in trac. de dot. par. 1. in prin.
n. 19. ubi dicit ſi filia tranſit ad aliud monaſte-
rium de licentia Abbatiſſæ. uel per alium mo-
dum permiſſum debet cum ea tranſire ipſa
dos. l. ſi is qui. ff. de iure dot. Qua opi. ita firma
ra non ob. doctrina Petri de Vbal. in trac. de
duob. fratr. & alijs ſocijs. par. 11. q. 4. nu. 5. vbi
2 dicit † pecuniam poſitam ſup. altare per patrē
loco eleemoſynæ remanere debere apud mo
naſterium quamuis filia trāſferat ſe ad aliud.
Quoniam reſpondetur Petrum ibi loqui in
caſu longe diuerſo, quandoquidem præſup-
ponit filiam de qua ibi, in primo monaſterio
feciſſe profeſſionem per quam profeſſionem
ſua bona a ſe abdicauit eaque monaſterio ac-
quiſiuit, ideo nihil ei reſtituitur ſi ad aliud mo
naſterium tranſeat, vt expreſſe declarat Petr.
d. n. 5. At in caſu noſtro ſecus eſt, quia filia iſta
non fecit profeſſionem, ſed receſſit infra an-
num, quo fit vt dicto monaſterio nihil fuerit
irreuocabiter acquiſitum cum infra annum
profeſſionis quis non dicatur religioſus. Iaſo.
in auth. ſi qua mulier. col. fi. nu. 59. verſ. ego te
neo. C. de ſacroſ. eccleſ.

Nec ob. etiam id quod ſcriptum reliquit
Ant. de Butr. in conſ. 75. inc. monialis vbi di-
cit, nihil repeti poſſe ex his quæ data ſunt pri-
mo monaſterio Et Petr. de Peruſ. in tract. de
mutat. ſtat. eccleſ. c. 1. uerſ. 5. principaliter. n. 5.
ubi tradit pecuniam poſitam per patrem ſu-
per altare pro dote filiæ monachæ quę infra
annum probationis redijt ad ſeculum, vel quę
in primo monaſterio profeſſa eſt, & poſtea le
gitime tranſijt ad aliud per eā filiam non poſ-
ſe repeti, cuius rei rationem affert, quia dona
tio fuit pura, & ſimplex, & non habuit condi-
tionem, & propterea tanquam perfecta non
reuocatur, neque dici poteſt eam pecuniā da
tam fuiſſe ob certam cauſam, videlicet ut reci
peretur inter ſodales dicti ſodalitij qua cā ceſ
ſante ceſſet diſpoſitio id quod inquit ſymo-
niam redolere uideretur. Nam ad hæc reſpon
deo prӕterquam quod dicta opinio Petri de
Peru. in multis reprobatur, vt colligitur ex his
quę tradit Imol. d. c. quod a te. col. 2. uerſ. 2. ca
ſu, dici etiam poteſt Petrum loqui, vel quan-
do filia ad ſeculum redijt quo caſu non graua
ret aliud monaſterium Petr. eod. c. 2. nu. 1. ver
ſic. 3. quæritur, & per cōſequens loquitur quā
do non ingreditur aliud monaſterium quod
hic ſecus euenit, vel quando in primo mona-
ſterio fecit profeſſionem, vt apertiſſimè indi-
cant verba d. Petri Peruſ. d. uerſ. 5. principali-
ter, a qua ſpecie, caſus noſter longiſſimè di-
ſtat ideo de vno ad aliud non infertur. l. Papi-
nianus exuli. ff. de min. l. naturaliter. §. nihil cō
mune. ff. de acq. poſſ.

Præterea dum Petr. dicit pecuniam illam
non fuiſſe datam ob cauſam, neque ſub condi
tione contrarium certe præſupponit. Inno. d.
c. quod a te. vbi dicit ſicut in dote, uel dona-
tione propter nuptias, intelligitur conditio,
ſcilicet ut duret durante matrimonio, ſic, &
quando ingreſſu ſuo aliquis donet eccleſiæ.
& Ant. de Butr. d. c. quod a te. nu. 9. ubi dicit
3 talem † donationem habere tacitam condi-
tionem donec ibi perſeueret. & ibi etiam An
char, nu. 8. uerſ. licet ſequens, ubi uult ingreſ-
ſum habere tacitam conditionem ſicut & do
tis promiſſio, & ibi. Panor. col. 3. uerſ. aut non
fecit dicit in dubio videri donatum ratione
perſonæ. & Zaberel. ibi. col. 2. uerſ. 4. opi. dicit
videri eam ſe contuliſſe ſpe profitendi. Neq;
redolet ſymoniam, quia dicta pecunia datur
monaſterio: ne Monacha ſit ei oneroſa argu.
eorum quę dicit Anto. de Butr. d. conſi. 75. &
Pet. Peruſ. tract. de muta. ſtat. eccleſ. cap. 2. nu.
1. uer. 3. quæritur. & Ioan. Andr. d. c. quod a te
culum. fi. uerſic. cum quęritur. Vbi Imo. col. 2.
verſ. 2. caſu & ibi Anchar. colum. fi. in fi. de cle
ri. coniug. Rurſus retenta quoad hoc declara
tione Petri Peru. dicentis talem donationem
eſſe puram & ſimplicem non autem ſub con-
ditione, adhuc reſpondetur poſſe dictam pe-
cuniam repeti, neque obeſſe ſymonię ſuſpitio
nem, quia cum pater dictam pecuniam expreſ
ſe pro dote, & eleemoſyna dederit utique per
ſolum ingreſſum pecunia ipſo iure acquiritur
monaſterio purè, & ſimpliciter, ſed tamen po-
ſtea dicta pura obligatio monaſterio quæſita,
reſoluitur ſub condictione ſi ſodalitium infra
annum non placuerit, ut dicit Anch. in conſ.
69. inc. contra donationem. col. fin. & Dec. in
auth. ingreſſi. nu. 4. C. de ſacroſan. eccl. certum
eſt etiam quando in contractu apponitur cō-
ditio reſolutiua, ut hic cenſetur appoſita cum
expreſsè donauerit nomine eleemoſynæ, &
dotis, actum non ſuſpendi, ſed contractum cē
ſeri purum, ideoque ex eo ſtatim agi poſſe, ſed
tamen poſtea reſolui ſub conditione. ut per
gloſ.

gloſ. in l. obligationum ferè. §. condictio. ff. de act. & obl. & glo. in l. 2. ff. de in diem adiect. Socy. conſ. 62. col. 2. nu. 4. uol. 4. Abb. Panorm. in c. uerum. in prin. de cond. apposi. Pariſ. conſil. 4. num. 12. par. 4. Quamobrem cum prędictus purus contractus reſolutus dicatur in euentũ conditiones dicti diſceſſus firmum remanet filiam poſſe dictam pecuniam recuperare, & cum egreſſa fuerit ante profeſſionem non debere expenſas reficere dicto monaſt. ut tradit Dominic. Sangeminianem. in c. beneficiũ. colum. fi. num. 7. de regular. & tranſeunt ad relig. li. 6. Filippus, Fran. in diſputatione petitorii in 3. dubio num. 10. uerſic. decimo pro hac. Et ita iuris eſſe arbitror meliore iudicio ſemper ſaluo.

Et ita ut ſupra arbitror eſſe de iure reſpondendum ego Antonius Cioſius Iuriſc. Flor. idcirco huius rei fideifaciendæ gratia ſubſcripſi manu propria ſaluo. &c.

SVMMARIVM.

1 Conducens prædium in tempus certum, eo tempore tranſacto ſi perſeuerauerit ſtare in prædio præſumitur reconduxiſſe.

2 Præſumptio conſenſus & uoluntatis conducendi, tolli poteſt per præſumptionem mutati conſenſus, ſeu contrariæ uoluntatis.

3 Mutatio uoluntatis regulariter non præſumitur: cum limitatione.

4 Locatio redintegrata taciturnitate quando cenſeatur poſt primum tempus.

5 Conductor finita locatione poteſt in re inſiſtere donec ſibi melioramenta ſoluantur.

6 Renouatio contractus locationis allegari non poteſt ab eo qui non implenit contractum ex parte ſua.

7 Renunciatio refertur ad beneficia, etiam non expreſſa, in contractu locationis facta.

8 Qualitates prioris contractus quãdo non cenſentur repetitæ in contractu tacitè redintegrato.

9 Contrahentes quo pacto inuicem ſe decipere poſſint.

10 Schedula priuata propria manu conſcripta facit fidem contra ſcribentem.

11 Aequitas plusquam ſubtilitas in contractibus bonæ fidei ualere debet.

CONSILIVM CLV.

Diuino nomine im-

etiam 200. ſcutatos aureos locatori mutuo dedit, ea legè ut in fine prædicti quinquennij eadem pecunia reſtitueretur, & è, dicto prædio nullo modo conductor expelleretur, niſi prius & pecuniæ mutuo datæ, & aliæ quædam impenſæ in prædio factæ reſtitutæ eſſent Expleto uero quinquennio cum mutuum nõ reſtitueretur, conductor nulla facta denuntiatione, tacenteque locatore perſeuerauit aliquot annos dictum prædium tenere. Nunc autem prętendit ac perſuadet ſibi locator dictum prædium ruſticum tacite relocatum uideri eadem penſione quam ſoluere promiſit conductor, qui credidit tot tantoſque fore fructus prædii quot quantoſque præfinierat ipſe locator cum tamen deinde reperti fuerint pauciores. Hęc cum ita ſint quęritur an cẽſeatur renouata locatio eadem penſione eademque mutui conceſſione etiam an potuerit pręfinire locator tanto ampliores prouentus quam reuera eſſent in pręiudicium conductoris. Ac primo quidem intuitu uideretur dicendum locationem renouatã cenſeri Pri-
1 mò quia is qui conduxit prędium in tempus certum eo tempore tranſacto ſi perſeueret ſtare in prędio, ut accidit in caſu propoſito, prę ſumitur in annum reconduxiſſe ſiquidem agatur de prędio ruſtico, ſi uero de urbano agitur, intelligendum eſt factam eſſe renouationem toto eo tempore quo illic habitauit l. itẽ quæritur, §. qui impetu. l. qui ad certum. ff. locati. l. legem C. locati.

Secundo quia ex huiuſmodi perſeuerantia cenſetur facta relocatio cum repetitione omnium qualitatum quę erant in priori locatione ut per Bart. & alios in l. ſi mihi & titio. ff. de verborum obligation. & Bal. in d. l. legem. C. locati. igitur cum eadem penſione, & mutui conceſſione relocatio facta uidebitur.

Tertio uidetur dicendum ideo potuiſſe locatorem ampliores prouentus pręfinire quia contrahentib. licitum eſt & inuicem ſe decipere. l. in cauſę. §. idem Pomponius. ff. de minor. & l. item ſi pręcio. §. quemadmodum. ff. locati. ſed his minime obſtantibus qui rem diligentius conſiderabit comperiet, dictum conductorem neque prędium de quo agitur reconducere, neq; conditiones prioris quinquennii redintregrare, neque uanis pollicitationibus uel præfinitionibus locatoris acquieſcere uoluiſſe. Id quod in primis hac ratione demonſtrari poteſt nam cum locatio celebretur conſenſu inſtitit de obligat. ex con-

mutati conſenſus ſeu contrariæ uolũtatis,ut
ꝑ Alciat.in tracta.ꝑſumpt.regulariter 2. prę-
ſumpt.nu.1.& nu.7.neq; id mirũ eſt cũ una ꝑ
ſumptio aliã tollere conſueuerit. l.diuus.ff. de
in integr. reſtit. l. ſciẽdũ ubi doct.ff.de uerb.
oblig.At in caſu noſtro ꝑſumitur mutata uo-
lũtas dicti conductoris.quia licet regulariter
3 non pręſumatur † mutatio uoluntatis. l. eum
qui voluntatem.ff. de probat.cum conſociis
tamen illa regula limitatur non habere locũ,
quando prima uoluntas proceſſit ex errore,
tunc.n.pręſumitur eſſe mutata uoluntas.l.fin.
§.item quęſitũ ubi Bart. ff. de condi. indeb. &
in ſpecie Alcia.d.tract.præſumpt.Reg.2. prę-
ſumptione 16.nu.6.uerſic.fallit obid.& pro-
pterea cum in caſu noſtro dictus conductor
per ſuggeſtionẽ locatoris qui magnus pro-
uentus fore in prædio locato pollicebatur, er
rauerit in contrahendo, ut mox oſtendam,
proculdubio dici poteſt uoluntatẽ fuiſſe mu-
tatam quam mutationem ipſe quoque loca-
tor approbauiſſe uidetur qui poſt peractum
quinquennium pecunia cum uehemẽter ege
ret, a conductore petiit contentioſe literis of
ficioſe conſcriptis ut quatuor ſcutatos aureos
ſibi mutuo dare non recuſaret id quod certè
non feciſſet ſi ex redintegrata locatione pe-
cuniam ſibi debitam fuiſſe exiſtimaſſet,cũ fru
ſtra pręcibus imploretur quod iure communi
conceſſum eſt,l.Imperatores de priuileg. cre-
dit.l.un.C.de theſaur.lib. 10.Quo ſane &c.

Quo ſanè fit ut deficiente pręſumpta uolũ
tate conductoris, ex qua conficitur condu-
ctio & accedente locatoris aprobatione iure
dicere non poſſimus eum in fine quinquẽnii
dictum prædium reconduxiſſe. Hoc ita ſtabili
to & fixo reſpondendum eſt non obſtare ea
quę ſuperius pro contraria parte deducebã-
4 tur.Nanque nihil officit, ex † taciturnitate ui
deri poſt primum quinquennium locationẽ
redintegratam.d.l.item quęritur.§.qui imple
to &.d.l.qui ad certum.ff.loca.quoniã reſpon
detur. Primo diſpoſitio dicti.§. qui impleto li
mitatur non habere locum quando cõductor
habet aliam iuſtam cauſam retinendi quàm
ex cauſa conductionis ueluti propter impen-
ſas factas in re conducta tunc.n.non uidetur
recõduxiſſe ſed iure pignoris & hypothecę te
nuiſſe pro ſuo intereſſe Bartol. in l. qui fun-
dum nu.1.ff.loca. Alberic.d.§.qui impleto nu
me.10.uer. item intellige ſi remanſit & ibi Ful
goſ. num.2.uerſ.in tex.ibi.tunc enim condu-
ctor habet retentionem prædii pro expenſis
in eo factis Bal.in conſ.175.incip.Papa ſiue ec
cleſia Rom.nu.3.parte 2.& Soci.conſ. 17.in-
cip.proſequendo ordinem nu.1.uol.3. ubi di
cit conductorem ex hoc potiſſimum capite ꝑ
ſeuerare poſſe in ſua conductione uidelicet ſi
de impenſis & melioramentis ei non fuerit
5 ſatisfactum.Nam certò † conductor habens ge
neralem hypothecam in prædio conducto pó
teſt finita etiam locatione in eo ſtare do-
nec ſibi reipſa, & effectu ſoluatur æſtimatio
melioramentorum & intereſſe præſertim cũ
appoſitum ſit iuramentum ut dicit Gozad. in
conſ. 104.num. 17. & ſeqq. Et Ruy. in conſi.
180.nu.18. 1.uolu. & Antonius Negoſant.in
tractatu de pignoribus & hypoth.in 1. mem-
bro primæ partis prin. num.6. ubi dicit hanc
eſſe communem op.quam ſequitur etiam M.
Antonius Natta in conſ.426.num.2.parte 2.
Ex quibus omnibus colligitur, cum ex aliqua
legitima cauſa conductor rem ſibi locatam re
tinere poteſt, non eſſe temere pręſumendum
eum rei locatę inſiſtere propter tacitã redin-
tegratam conductionem.Ideo enim lex præ-
mit ex taciturnitate contractam eſſe locatio
nem, ne alioqui dicere cogamur eum illicitè,
& iniuſtè rem detinuiſſe quod lex non præſu
mit.l.merito.ff.pro ſoc. quòd ſi alia iuſta cau-
ſa quàm præſumptæ locationis reperiatur,uti
que non oportet legem præſumere renoua-
tam eſſe locationem ut per Alex. conſ. 1. nu.
2.uol.2.& Aciat.d.tract. præſumpt. reg.2.prę
ſumpt. 17.num.4.At in propoſita ſpecie di-
ctus conductor qui poſt expletum quinquen
nium permanſit in prædio,potuit illud retine
re uirtute pacti expreſſe appoſiti in inſtrumẽ
to locationis dum in eo dicitur,priuſquam cõ
ductor inde diſcedat reſtituendos illi eſſe di-
ctos ſcutatos. 200. mutuo datos & alias im-
penſas poſtea factas.Ergo in caſu de quo agi
tur non oportet præſumere redintegratã fuiſ
ſe locationem, ſed dicendum eſt conductorẽ
iure pignoris prædium tenuiſſe & propterea
non eſſe locum diſpoſitioni dicti.§.qui imple
to & aliorum ſimilium.

Secundo rurſus ad §.qui impleto reſpon-
deri poteſt eius diſpoſitionem minimè nobis
6 obſtare quia † renouatio contractus locatio-
nis allegari non poteſt ab eo qui non imple-
uit contractum ex parte ſua.l.quæro. §. inter
locatorem.ff.locati Alex.in conſ. 76.incip. ui-
ſis dubitationibus num. 6. uol. quinto. Cor-
neus conſ. 347. incip. non-parum dubia, nu-
6.uerſic. & ſi dicatur uol. 1. Ruyn. conſ. 114.
num.6. 1.uol. Crauett. conſ.87.num.3.& ſeq.
1. uol. Gozadin. in l.2, num. 166.C. de pactis
inter empt. & uend.& ibi Cagnol. quęſtione
58. num. 188.uerſic.nec obſtat.§.qui impleto
Quibus quidem omnibus locis doctores limi
tando, & declarando dictum.§.qui impleto,
omnes ad unum dicunt illum textum non
habere locum quando is qui renouatione lo
cationis uititur non impleuerit contractum
ex parte ſua. At uerò locator in caſu noſtro
non ſeruauit promiſſionem nimirum quia nõ
reſtituit in fine quinquennii dictos 200.ſcuta
tos aureos quemadmodum in contractu loca
tis expreſſe promiſerat,igitur pluſquam mani

feſtum

feſtum eſt, locatorem tueri ſe non poſſe ea quam ſibi fingit renouationem quippe qui neglexit omnia quæ promiſerat ſe facturum id quod admittere non debuerat quia locatio eſt contractus bonæ fidei & pacta in eo appo ſita ad vnguem ſeruanda ſunt. l. ſi merces. §. conductor. ff. loca. & §. conductor. inſtit. eo Imola conſ. 36. num. 2. Pariſi. conſ. 98. num. 12. & 13. uol. 4.

Tertio dicendum eſt non obſtare d. §. qui impleto quoniam quando contrahentes in contractu locationis & conductionis omni iuris auxilio & legum beneficio renuntiarunt,
7 profectò cum † renuntiatio referatur ad omnia auxilia & beneficia quæ etiam expreſſa nõ ſunt tunc quidem peracto tempore primę locationis quamuis conductor in prædio commoretur non ob id tamen intelligitur facta relocatio ut tenet Gozadin. in d. l. 2. nu. 167. & num. 169. C. de pactis inter empt. & uend. cuius opinionem, ſequitur quoque Cagnolus ibidem in quæſtione 58. numero. 188. ad finem. Quamobrem cum in caſu noſtro adiecta ſit huiuſmodi renuntiatio, ut ex inſpectione inſtrumẽti locationis cognoſci poteſt conſequens eſt ut dicamus, locationem non cenſeri redintegratam.

Secundo principaliter non obſtat in tacita recõductione uideri repetitas omnes illas qualitates penſionis & mutui quæ fuerant appoſitæ in primo quinquennio. Nam præterquam quod ſecundum prædicta hic non eſt renouatus contractus locationis reſpõdetur
8 etiam ſpecialius, uidelicet † qualitates prioris alicuius contractus non cenſeri repetitas in contractu tacitè redintegrato ubi uertitur aliquod præiudicium cõtrahentium hoc firmat Bal. in d. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati & Alex. conſ. 76. num. 4. uol. 5. Ruy. conſi. 114. num. 4. uol. 1. & conſ. 78. num. 6. in fi. eodem 1. volum. quo in loco ipſe dicit, cum agitur de pręiudicio re conductionem factam videri ſine repetitione pręcedentium qualitatũ & pactionum. Et hoc idem probat etiam Gozad. in d. l. 2. num. 172. C. de pactis inter emp. & uend. ubi dicit §. qui impleto limitari, ut nõ habeat locum quando agitur de non modico præiudicio. Quod ipſum ſequitur etiam Cagnol. in d. l. 2. C. de pact. inter emp. in q. 58. nu. 188. ver. partem negatiuam. Et Alcia. d. tract. præſum. in 2. reg. pręſump. 17. num. 3. uer. & iſta præſumptio. Quapropter cum in caſu noſtro ex aſſerta redintegratione maximum præ

priores non cenſeri repetitas præſertim cum quod attinet ad mutui conceſſionem, mutuum ſtricti iuris ſit, Iaſon. in lege ſecunda. nume. 5. ubi Butigel. num. 1. ff. ſi cert. pet. & §. actionem cum ibi not. inſt. de actionib. certique iuris ſit mutuum partium conſenſum requirere neque poſſe contrahi abſque animo mutuandi Butigel. in l. cum quid nũm. 17. ff. ſi cer. pet. & in l. 1. num. 1. & Rimin. l. ſi me & Titium. ff. eodem.

Tertio principaliter non obſtat licere contrahentibus ſe inuicem circumuenire quoniã
9 1. reſpondetur, tunc ſe poſſe † contrahentes decipere quando lęſio non excedit dimidiã iuſtę penſionis ut per Henricum Boic. in c. cũ dilecti num. 9. de empt. & uendition. & per Veronen. in tract. de ſimulat. contr. in princ. in 1. caſu nu. 7. in fi. & nu. 8. Quare cũ in dicto contractu conductor læditur ultra dimidiam tum propter ingentem penſionem quæ ſolui deberet tum etiam propter incommodum & damnum quod conductor acciperet ex datione mutui, ut eſt notorium, conſequens eſt ut dicta deceptio in caſu noſtro tollerari de iure non debeat. Quinimo condutori aut locatori decepto ultra dimidiam cõpetit remediũ reſcindendi ut per Bal. in repet. l. 2. nume. 20. uerſic. in contrarium uidetur. C. de reſcin. uend. & ibidem Panthal. Cremenſis num. 32. & Cagnol. nu. 58. & Matth. de Afflict. in uſib. feud. tit. qualiter uaſallus iura fidel. nume. 29. Secundo reſpondetur regulam iuris quæ dicit circumuentionem inter contrahentes nõ eſſe prohibitã, tunc locum ſibi vendicare quã do dolus abeſt. Tolerãt enim leges deceptionem quæ re ipſa præter animi intentionem emergit, & quæ non ex propoſito doloſi animi interuenit, ut per Panorm. & Bero. in c. 1. de conſt. vbi etiam iſtud copioſe proſequitur Andr. ab Exea in 3. concl. nu. 312. & ne quis in negotio circumueniat fratrem vetat Paul. 1. ad Theſſa. c. 4. At locator de quo verba faci mus non videtur prorſus dolo caruiſſe dum fructus trientibus duobus maiores quàm re vera colligerentur colligi ex prædio profeſſus
10 fuerit. Sicut conſtat ex † ſchedula quadam priuata ſua ipſius propria manu conſcripta, atq; in iudicio recognita quæ fidem facit contra ſcribentem. l. publia. §. ſi. ff. depoſiti. l. cum de indeb. §. ſi. ff. de prob. Bal. conſ. 466. incip. ad primum reſpondetur in 2. dub. uol. 2. Crauet. in tract. de antiq. temp. in ſectione inc. viſo de verbis nu. ...

q,prin.uerſ.4.nu.18. & nu.20. Veriſimile qui-
dem non eſt illũ ignoranter tam grandes pro
uẽtus præfiniuiſſe. Proptereaq; hæc deceptio
non eſt huiuſmodi ut eã leges ferre ſolitę ſint.
Patet igitur ex prædictis hanc locatoris calidi
tatem, eidem nullo modo patrocinari debere.
l. ueturn. §. tempus. ff. pro ſoc. capi. 2. de dolo &
contuma. bero. q. 61. num. 2. Neq; conducto-
ri præiudicium inferre poſſe cum in contra-
11 ctibus bonæ fidei plus valere debeat † æquitas,
quàm ſubtilitas, vt per Bal. in conſi. 434. primo
volumine. Conſentaneumq; rationi ſit, cum
ipſis conductoribus rem ita agi, ut tametſi
penſio ſoluatur in recompenſationem fru-
ctuum, nihilominus eo pacto ratio ineatur eo
que modo eorundem fructuum æſtimatio fiat,
ut cõductores aliquid lucrari debere ſemper
intelligantur Gratus in conſi. 161, nume. 7, 2,
volumine.

Ex quib. in ſumma concludo, dictum con-
ductorem tam bonam fouere cauſam ut iux-
ta prædicta ſecundum ſe debeat ſententiam
obtinere & ita iuris eſſe arbitror ſaniore iu-
dicio ſemper ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expenſarum tria requirit, ſcilicet iudi-
cis taxationem, victoris iuramentum, & decla
rationem iudicis.*
2 *Iuramenti conſideratio duplex in cauſa taxatio-
nis expenſarum.*
3 *Appellare quando oporteat a iuramento deci-
ſorio.*

CONSILIVM CLVI.

Dei nomine implorato.

COntra Saluatorẽ Bullam ſubtiliter
excitatur huiuſmodi dubiũ licuiſ-
ſe ſcilicet Andreæ eius aduerſario
appellare in ſententia ſecũdi decre
ti a relatione æſtimatorũ a partib. authoritate
iudicis electorũ sũpta argumẽtatione aſſimi-
li de taxatione expẽſarũ ad ęſtimationẽ. Vide-
licet quia ſicut is qui lęditur in taxatione expẽ
ſarum licet ab ea non appellet intra ſtatutum
tempus; non propterea tamen prohibetur de
inde appellare a dicta taxatione in ſententia
diffinitiua poſtea ferenda, vt per Innocen. in
cap. fina. ad finem num. 4. verſic. taxatione ex-
tra de his quæ ui metuſue cauſa facta ſunt &
Iaſ. in l. ſi quando, nume. 55. C. vnde vi. Ita etiã
videretur dicendum ut ei qui læſus eſt in æſti-
matione quàmquàm tunc ab ea non appella-
uit non denegetur poſtea in ſententia ſecun-
di decreti appellatio a prædicta æſtimatione
quandoquidem inter ea nõ uidetur poſſe da
ri ratio differentiæ arg. l. illud. ff. ad l. aquil.

Sed ad hoc reſpondetur concluſionẽ quæ
habet læſo in taxatione expenſarum quamuis
intra tempus non appellauerit reſeruari ap-
pellationem ſuper diffinitiua poſtea ferenda
procedere quando poſt iudicis taxationẽ, ipſi
læſo delatum fuit iuramentum & iurauit ad
probandas expenſas factas. Sed tamen limita-
tur dicta concluſio nõ procedere quando iu-
ramentum interpoſitum eſt ad decidendum
quia tunc oportet intra tempus ſtatutum ap-
pellari a dicta taxatione, nec ſufficit reſeruare
appellationem ſuper diffinitiua poſtea feren-
1 da. Nã de iure in † taxatione expenſarũ tria de
bent concurrere primo iudex debet taxare
expenſas, ſecundo uictor debet iurare ſe il-
las feciſſe tertio iudex debet ferre declarato-
riam ſuper dictis expenſis auth. poſt iuſiuran
dum ubi Bal. C. de iudic. Lanfranc. ab Adriano
in tract. de expenſ. §. ex quibus infertur num.
10. & Feder. Schench. tract. de expenſis nu.
21. Marantha in tract. ord. iud. parte. 6. in no-
no actu iudicii de iuramento & eius diff nu.
22. & facit id quod ait Boerius deciſ. 55. nu-
me. 3. parte prima.
2 Itaque ſupradictis ita poſitis circa hoc † iu-
ramentum diſtinguitur namque aut iuramen
tum hoc interponitur & ſuccedit loco proba
tionis ueluti quia lęſus probare iudici uolens
ſe tot expendiſſe uel rẽ tanti ualere, iurat, & in
terponit iuramentum ut probet taxationem
per d. iudicem factam eſſe ueram quo deinde
dictus iudex poſſit ferre declaratoriam ſuper
expenſis & tunc ſufficit appellare a ſententia
quæ deinde ſequitur & ita procedunt adiecta
in dubitatione excitata contra ſaluatorem.
Aut uerò iuramentum interponitur ad deci-
dendum, & eſt iuramentum deciſiuum quod
fertur a parte parti iudice cohortante, & nul
lam prętere a requirit iudicis declaratoriam,
& tunc intra tempus ſtatutum oportet ap
pellare a taxatione neq; ſufficit appellationẽ
reſeruare ſuper diffinitiua poſtea ferenda, ut
diſtinguit idem Innoc. d. c. fi. numer. 4. de his
quæ ui met. ue cauſa facta ſunt. & ita in ſpecie
iiſdem fermè uerbis declarat Io. ab Imo. d. c.
fi. col. pen. num. 9. & num. 10. uerſic. uidetur
tamen. Et eãdem limitationem & declaratio
nẽ ſequitur & Antonius de Butrio d. c. fi. nu.
21. & num. 22. ubi pertranſit cum Innocen-
tio dicens quando iuramentum eſt litis deci
3 ſorium tunc ab ipſo uel taxatione † appella-
re oportere nec ſufficit reſeruare appellatio-
nem in ſententia poſtea ferenda. Quod etiam
ſequitur ibidem Ancharanus col. fi. nume. 5.
Et Cardinal. Zaber. eodem. c. fi. col. fi. nume.
3. uerſic. decimoquarto ubi dicit quando iu-
ramentum eſt deciſorium & comparatur ſen
tentiæ tunc oportet ſtatim appellare quando
uerò iuramentum comparatur tantum pro-
bationi

Bartioni tunc procedit alia opinio, & ſufficit appellare in diffinitiua. At ſecundum huius ciuitatis ſtylum qui ſeruari debet l. labeo. ff. de ſtatulib. c. quam graui de crimine falſi Pariſius conſ. 43. uol. 1. & conſ. 107. nume. 87. vol. 3. iuramentum quod in taxatione defertur non fit ad finẽ probationis neque aliam iudicis declaratoriam exigit ultra meram taxationem ut Piſis notorium eſt, & conſequenter ẽ iuramentum deciſiuum, ergo ſecundum prædictam diſtinctionem, in caſu propoſito oportuerat appellare intra tempus ab ipſa æſtimatione, ſicut ab ipſa taxatione expenſarum. quo ſit ut retorta in contrarium argumentatione ſumpta a ſimili, concludendum ſit non licuiſſe dicto Andreæ in caſu propoſito ab ęſtimatione facta poſtea appellare quia tranſiit in rẽ iudicatam argumento eorum quę de æſtimatione iudicis dicit Decius in conſil. 449. uiſis col. 3. num. 15. & Plotus in l. ſi quando. C. unde ui num. 526. & ita de iure reſpondi ſaluo ſemper &c.

SVMMARIVM.

1 *Filij adoptiui ſeu adrogati an geſtare poſſint inſignia patris adrogantis.*

2 *Inſignia gentilitia familiæ competunt agnatis & ad ſucceſſores domus tranſeunt.*

3 *Verbum familia, ſignificat cognatitiam cognationem.*

4 *Adoptatus filius accipit pranomina neceſſaria & ſacra patris adrogatoris, & ſic auget non minuit dignitatem ſuam.*

CONSILIVM CLVII.

QVoniam ex me quæris ornatiſs. Frãc.
1 an † filii adoptiui uel adrogati qui in poteſtatem adoptantis tranſierunt, habeant ius & facultatem ferendi ac geſtandi inſignia patris adoptantis, reſpondeo, nunc ſe ſe mihi pauca hæc offerre quæ ſuadent, dictos filios adoptiuos poſſe ac debere geſtare inſignia gentilitia patris ado-
2 ptantis. Primo. n. uti † inſignibus gentilitiis alicuius familiæ competit ſolum agnatis argumento gloſ. ultimæ in l. ius familiarium. C. de religioſ. & ſumpt. fun. & Ioannes Saiſon. in cõſuetud. turonenſ. tit. des droictz de Caſtellenie cap. 1. uerſic. 3. concl. ubi dicit inſignia tranſire ad ſucceſſores domus & agnationis, & Caſſenen. in Catalogo gloriæ mundi parte prima. conſ. 38. concluſione 27. & concluſ.tis. Secundo imagines ſtemmata & honores agnationum tranſeunt ad agnatos Caſſenen. dicto Catal. glor. mun. par. 1. concluſione 40. ubi plures citat. At geſtare inſignia honor eſt arg. eorum quæ dicunt doct. in c. ut apoſtolicę de priuil. lib. 6. & in c. 1. 41. diſtinct. & cap. pen. de uita & hon. cler. ubi dicit ex ornamẽtorum maieſtate honores augeri. Caſſenen. d. conſideratione 38. in prin. & conditione 12.

Tertiò qui non connumerantur in familia una aliqua non habent ius geſtandi inſignia eius familię cuiuſmodi ſunt cognati & affines Caſſenen. d. parte 1. concluſione 26. ergo a contr. ſenſu quod argumentum urgentiſſimũ eſt. l. 1. §. huius rei. ff. de off. iud. illi qui tranſeunt in familiam poterũt ferre inſignia illius familiæ. At certè adoptiui tranſeunt in familiam adoptantis. l. cum in adoptiuis in princ. & in fi. C. de adopt. & § ſed hodie inſtit. de ado-
3 pt. id quod comprobatur quia † familiæ uerbum ſignificat cognatitiam cognationem ut ait gloſ. in uerbo familiam in l. qui in adoptionem. ff. de adoptione. & l. pronũtiatio. §. familię ff. de uerb. ſignif. ergò adoptiui qui in familia ſunt poterunt geſtare inſignia adoptantis.

Quartò, diſpoſitio generaliter loquens, debet generaliter intelligi. l. 1. §. et generaliter ff. de legat. præſt. ſed de iure diſpoſitum ẽ, ut filii ſequantur familiam patris & eiuſdem nationem, & honores inſt. de legit. agnat. tut. Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius in princ. de teſtam. Caſſen. in d. Catal. conſider. 38. parte 1. ergo ea diſpoſitio debet intelligi generaliter ut ſcilicet tã in legitimis & naturalib. quã legitimis tantum .i. de adoptiuis locũ habeat
4 & propterea legimus eum qui † adoptatur accipere nomina & prænomina adrogatoris & ſacra eiusdem. ut per Tullium in Orati. pro domo ſua. & ſacra ſuæ familię ipſe adoptatus amittebat ibidem, & ideo c. Octauius, cũ adoptaretur a C. Iulio Cęſare dictus eſt. C. Iulius Cæſar Octauianus, immutabat enim ſuam familiam Antonius Auguſt. emendationũ lib. 3. cap. 8. pag. 198. Et amittebat ſuum nomen obſcurius ſi in familiam nobiliorem ueniebat Cicero 2. de legib. de li. . flumine, & quaſi in familiam patriciam uenerit amittit nomẽ obſcurius .

Per adoptionem tamen non minuitur dignitas ſed augetur l. per adoptionem 35. ff. de adoption. & ideo Cicero in orat. pro domo dicit Clodium Patricium hominem a Publio Fõteio plebeio homine adrogatumvt exiret e Patriciis, & creari poſſet tribunus

penitus derelinquit veluti caſus Iulius, alias de familia Octauia graue enim eſt amittere familiæ ſuæ honeſtum nomen & inſignia. d. nu. 49. amplius.

Tuæ humanitati deditiſs. Antonius Cioſius Iuriſc. Flor.

SVMMARIVM.

1 *Doctoris profitentis filius an debeat gratis doctorari.*
2 *Intellectus l. iubemus. C. de aduocatis diuerſorum iudicum.*
4 *Conſuetudo inducitur ex duobus actibus, nec oportet eam obtinuiſſe in contradictorio iudicio.*
5 *Alternatiua pars, aliam partem declarat.*

CONSILIVM CLVIII.

Allegationes pro filio doctoris profitentis gratis doctorando.

1 Filius † doctoris profitentis debet gratis doctorari glo. in l. iubemus in uer. ſumptibus per illum text. C. de aduocatis diuer. iudicum & ibi Bal. & Salyc. in rub. extra de magis columna 2. Ioannes de Anania col. 2. num. 11. Idem Felyn. in rub. de maior. & obed. colum. 4. nu. 9. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. circa princip. C. de dignit. lib. 12. Franc. Aret. in l. cum quid nu. 6. ff. ſi cert. pet. Petrus Lenaud. in tractatu de doctor. & eorum priuileg. parte 2. §. 12. Martin. Lauden. in tractatu de digni. cond. 17. poſt medium Bald. in l. gallus. §. quidam recte col. fin. circa finem. ff. de liber. & poſthu. remiſſiuè ad glo. in d. l. iubemus.

Sententia quam d. Antonius Cioſius ea de re rogatus in collegio dixit.

Sententia mea hęc eſt, authoritates ſup. cita. non oſtendere omnino, filios doct. profitētis gratis eſſe docturę dignitate donandos.

Primo quia illa op. neque per generalem, neque per particularem huius collegij conſuetudinem obſeruatur cōſtat hoc ex his quę dicit Corn. d. l. iubemus. C. de aduocatis diuerſ. iudicum. ubi dicit Gloſſa vult filios doctorum non teneri ad aliquid ſoluendum pro gradu doctoratus, ſed non ſeruatur ſecundū dominum meum ideo non confidas in hoc. Opinor autem Cornea dum in hanc rem citauit. dominum & pręceptorem ſuum ſignificari uel Ioannem de Monteſperello, uel Benedictum Capram, quorum Corn. auditor fuerat, ut per eundem Corn. conſ. 91. vol. 2.

Præterea eam gloſſæ opinionem ex conſuetudine non ſeruari tenet Cagnolus in l. cum quid num. 51. ff. ſi certum pet. dicens filii doctorum gratis debent dignitate doctoratus condonari quamuis non ſeruetur de conſuetudine. Particularis uero conſuetudo huius collegii eſt plus quam certa. Notorium enim eſt alios qui in hoc gymnaſio iura olim profitebantur conſuetos ſumptus feciſſe cum in collegio noſtro filios ad docturę gradum promouerunt. Secundo poſito & nō dato ut prędicta firma non ſint quamquam, ut arbitror ſunt firmiſſima. Rurſus uidēdum puto diligētius ne prædicta opinio non magnopere lędat utilitates, & emolumenta huius collegii quæ res inſpici debet arg. l. 1. C. noua uectig. inſtitui non poſſe. Nā ſi prædictam op. ſequamur, vix eſt ut nō compellamur deinceps, nō ſolum filios doctorum profitentium adſcribere gratis in albis Iuriſconſultorum ſed prætera quoque filios doctorum quorumcunque aliorum etiam nō profitentium ſaltim illorū qui è numero iſtius collegii ſunt ſicut illa l. iubemus refert ſe ad eos tantū qui ſunt è numero aduocatorum propterea quod authoritates ſupra deductæ non loquuntur particulariter de filiis doctorum profitentium, ſed generaliter de filiis doctorum mentionem faciūt. Id quod patet ex Baldo in d. l. iubemus. ubi dicit nota & tene mente quod quando filii doctorum examinantur & doctorantur non debent aliquid ſoluere pro examine licet alii ſoluant, ex quo patet Bald. loqui ſimpliciter de filio doctoris profitentis. Ad hoc idem tendit Bald. in allegata l. gallus. §. quidam rectè col. vlt. uer. Quæro. ubi dicit filius doctoris habet tria priuilegia. &c.

Eodem modo loquitur Felyn. in rub. extra de magis. col. 2. qui connumerans prærogatiuas doctorum generaliter non autem profitētium inquit filij doctorum debent gratis promoueri. Atq; idem facit ipſe Felyn. in rubr. de maio. & obed. col. 4. n. 9. ubi dicit filios doctoris gratis eſſe doctorandos. & Arety. in l. cum quid. num. 6. ff. ſi cer. pet. ubi dicit filius doctoris de ſpeciali iure in doctoratu ſuo nullā debet ſubire expēſam. Nec alio modo loquitur Petr. Lenauder in trac. de doct. & priu. par. 2. §. 12. dum inquit. Item filius doctoris dēt gratis promoueri, & Io. ab Ana. in rub. de magis nu. ii. dicit filij doctorum quando doctorantur non debent aliquid ſoluere alijs doct. pro examine, & Martinus Lauden in trac. de dign. q. 17. dicit filij doct. gaudent priuilegio, vt debeant examinari ſine expenſis. Alex. itidem in add. ad Bar. in l. 1. in prin. nu. 8. C. de dignitatib. lib. 12. dicit filij doctorum promouentur ſine expenſis. Addo Bolog. in Auth. habita. C. ne filius pro patre. nu. 77. vbi etiam ipſe loquitur de filijs doctorum ſimpliciter. Quib. omnibus in locis oſtenditur interpretes exiſtimaſſe hoc priuilegium competere generaliter, &

ter, & ſimpliciter filijs doctorum non autem doctorum ſolummodo profitentium. Quo fit ut hanc opi. ſi ſequamini in qua vim facit Dominus Calcfatus damnoſam viam huic collegio, ſponte veſtra aperietis.

Quodſi dixeritis coartabimus hanc opin. noſtro decreto ad filios doctoris ſolummodo profitētis, uidetote quæſo ante omnia an
2 hoc decretum iure ſubſiſtat † etenim ego arbitror. d. l. iubemus C. de aduocatis diuerſorũ iudicum nihil ferme ad præſentem quęſtionẽ facere quippe quæ loquitur de filiis aduocatorum quos uult officio aduocatorum gratis & ſine ſumptibus ſociari. Non autem loquitur nec loqui poteſt ille tex. de impenſis docturę, præſupponit enim ea lex dictos filios iam doctores fuiſſe creatos, & poſtea adſcribi uoluiſſe in numerum aduocatorum, ut bene interpretatur ibi Roman. numero 4. dicēs Nota quòd filii aduocatorum tēpore quo ad ſummuntur ad aduocationis officium nihil debent ſoluere licet alii ſoluere teneantur. Et Bologn. dicta auth. habita nume. 77. dicit filii doctorum non tenentur ſoluere collectã qua ſi mens. d. l. iubemus ſit filiosfamilias doctores qui coaptantur in collegium aduocatorũ in quo coaptati ſunt eorum patres debere dicto collegio ſine ſumptibus ſociari atque, ut uno uerbo explicem tex. ille loquitur de ſumptibus matriculæ ueluti ſi doctor Florentinus cuius pater receptus fuit in collegio proconſulis, uellet ſine expenſis in illud idem collegium coaptari non autem loquit̃ illa lex de ſumptibus doctoratus ideo nõ procedit hoc caſu argumentum a ſimili de aduocatione ad docturam cum ſint diſſimilia l. interſtipulantē §. ſacram. ff. de uerb. obl. ibi diſſimilia hęc mea ſentētia eſt uos amplius tamē conſiderabitis.

Poſt nõnullos dies cum de eadem re Prior ad collegium referret contrariæ opinionis defenſores, reſpondebant ad ſupra dicta, vt mox ſequitur.

His quæ Antonius Ciofius de conſuetudine dixerat reſpondetur, inquiunt, Corneo & Cagnolo atteſtanti de conſuetudine contrarium obſeruari non eſt adhibenda fides,
3 quia † doctori quamtumuis eminentis doctrine de generali conſuetudine atteſtanti non ē credendum ſecundum com. op. de qua plura Iaſ. & alii in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. [illegible]

in iudicio contradictorio gloſ. in §. ex nõ ſcripto inſtit. de iur nat. gen. & ciuili & in rub. C. quæ ſit longa conſuetudo. Quod uero pertinet ad 2. caput ubi dicebatur filios quoque doctorum non profitentium eadem ratione ſine ſumptibus ad docturam promouendos eſſe quod & uniuerſo collegio, & ſingulis de collegio qui maiores fortaſſe ſumptus facere cogerentur damnoſum eſſet. Reſpondebant ſingulorum damnum non eſſe conſiderabile quandoquidem docturæ gradus uti continēs publicam utilitatem pręfertur priuatæ l. un. §. fi. C. de cad. toll. neq; ob id dicendum eſt opinionem. d. glo. in l. iubemus extendi poſſe ad filios doctorum non profitentium quamquã enim interpretes ſimpliciter loquantur de filiis doctorum tamen reſtringi debent eorum traditiones ad filios dòctoris profitentis iuxta gloſ. in uerbo ſumptibus. d. l. iubemus ad quam gloſ. doctores omnes ſe referunt, & ꝓpterea ſecundum illam, eòrum dicta debent intelligi arg. l. non ſolum. §. ſi liberationis ubi Bart. ff. de liber. lega. inde autem conſtat ſecũdum eos gloſ. loqui de filiis doctoris profitētis tantum, quod gloſ. dicit filii doctorum nihil dare debent pro ſumptibus cum legunt, Quæ uerba, cum legunt, ipſi interpretantur. cum legunt. ſ. eorum patres ordinarie, uel ex extraordinarie atque ita putant conuelli omnia quæ a me ſuperius dicta fuerant.

Replicatio Antonij Ciofi.

Hæc patres non uidentur huiuſmodi me, ut deiicere debeant è ſententia quam ſupra firmaui.

Nanque aſſertio doctoris dicentis ita ſeruari de conſuetudine proculdubio præſumptiue probat inducitque præſumptionē quãdam, cui ſtandum eſt donec per partem aduerſam probetur contrarium, ut per Bertrand. conſ. 144. uolum. 3. ubi dicit hanc opinionē eſſe communem & Dec. conſilio. 694. & conſi. 420. & conſ. 540. & conſ. 559. quod ipſum citat etiam Tiber. Decianus conſ. 42. nume. 5. inter conſilia Iacob. Phil. Port. Et Curt. iun. conſ. 60. num. 5. col. 3. qui atteſtatur hanc eſſe communem. Et Cozad. conſ. 59. colu. 4. in prin. & Grat. conſ. 12. num. 58. & 59. uol. 1. ubi dicit hanc eſſe magis communem & Ruyn. conſ. 111. col. fin. 5. volumine & Socin. inn. cõſi. 60. col. pēn. num. 9. & 10. 2. uolumine & Pa-

Valle couſ. 71.num.21.& num.22.& conſ. 87.
num.12.uol.1.ubi dicit doctrinam Bartoli in
l.de quibus.ff.de legib. dicentis credendum
eſſe doctori alleganti conſuetudinem, locũ
ſibi uendicare in probatione præſumptiua, q̃
transfert onus ꝓbandi in aduerſariũ,nõ autẽ
de probatione concludenti atq; ita rẽ hãc de
clarat Ioan.Oraſcius Hyſpanus in l.de quibus
nu.101.uer.non diſplicet tamen Decii cõcor
dia.ff.de legib.Et Franc. Viuius opi. 88. inci-
pit doctori famoſo, & Iacob. Philipp.portius
communi op.lib.1.concluſione 24.uer.Aymo
ubi plura citant quæ ne longior ſim omitto.
Poſtrèmo idem ſequitur etiam Menoch. in
tract.de arb.iud.lib. 2.centur.4.caſu 360.n.94
nec læditur publica cauſa modo ad docturam
etiã per ſumptus proueniat, prout læderetur
ſi a doctura penitus excluderetur, & exactius
ſi libros euoluerint comperiet ex eodem etiã
loco Iac. Phil. Portij quem citant,& pleriſque
alijs numero plures extitiſſe illos qui dixerũt
doctori atteſtanti de conſuetudine credendũ
eſſe ut per Viu.d.op.88.ubi renunciat eam eſ
ſe magis communem ſed in hoc vim non fa-
cio quia ex ſuperioribus primo deductis tol-
litur obiectio. Ex quibus omnibus colligitur
aſſertionem Cornei & Cagnoli dicentium eã
op.non ſeruari de conſuetudine inducere prę
ſumptionem pro me itemq; transferre onus
probandi cõtrarium in contradicentes & ob.
tineant docere deberent Piſis profeſſorum fi
lios ad docturam abſque ſumptibus promo-
ueri conueniſſe.Quod minime facere poſſunt
quia quemadmodum ſupra monui inoleuit
in hoc collegio conſuetudo, ut profiten-
tium filij hoc priuilegio non fruantur. Sicuti
bis factum eſt in alijs. Ex quib. quidem duob.
4 actibus induci † cõſuetudo,ut per Franc.Cur.
iun.conſ.19.nu.4.par.1.Dec.l.certi cond. §. ſi
nummos nu.5.ff.ſi cer.pet.Goz.cõſ.23.Io.de.
Amic. conſ.42.nu.9. cum locis conſoc. quòd
abſq; ulla dubitatione obtinet quando actus
eſſent notorij & qui ſæpius ut accidit in caſu
propoſito non euenerint Fran. Viu. com.opi.
lib.2.opi.75.

Hanc veſtram interpretationem vti falſam
eſſe conuincam,quæro ego a uobis dum glo.
dicit,vel examinantur,patres ne an filios illos
fore putetis quos gl.uult examinari?Reſpon-
debitis audio filios, alioquin longe a veritate
& hac in re aberraretis ſi patres eſſe examinã
dos,& ad docturam promouendos intellige-
retis,qui iam creati ſunt.I.C.& in aduocatorũ
ordinem antea cooptati, itaque ſenſum illius
gloſſæ hunc eſſe probetis nihil dare debent
filii doctorum pro ſumptibus cum patres eo
rum legunt uel cum filii examinantur.

Sed enim hęc ueſtra interpretatiò facile
impugnatur propterea quòd dum ad patres
legẽdi munus refertis examẽ verò ad filios,rẽ
hanc totam diuerſimode determinatis. Con-
tra regulam l. iam hoc iure.ff.de uulg.& pup.
ſubſtii.& Alex.in l.gallus.§.quidam recte col.
3.ff. de liber. & poſthum.& conſ. 185.nu.13.
lib.6. Iaſ. l.4.§.cato.ff.de uerb.oblig. Ruyn.cõ
ſi. 166.num.7.parte 2.cum ſimil.Ergo fatea-
mini neceſſe eſt actum legendi,& onus exami
na ſubeundi ad filios referri debere quaſi, ut
ego rationibus ſupra dictis motus interpræ-
tor gloſ. dixerit cum legunt.ſ. filii, cumq; ipſi
iidem filii examinantũ namque illa pars alter-
natiua uel examinantur quæ pars non poteſt
niſi ad filios referri declarat priorem illã par-
5 tem cum legunt quia una pars † alternatiue
aliam declarat.l.1. in prin. ubi Paul. Caſtren.
ff.de reb.dubiis Et ita conſtare arbitror dictã
gloſſam non loqui de patrib.profeſſorib. ſed
de filiis profitentib.ordinarie, uel extraordi-
narie & conſequitur gloſſam loqui ſimplici-
ter de doctorum filiis ut initio dixeram & ꝓ-
pterea ſubeſſe maximum collegii noſtri dispẽ
dium.Et quoniam uos P. permittitis dominũ
emendicatis,ut mihi uidetur,ſuffragiis contra
l. ſinguli. C. de accuſat.filii cauſam agentem
quorum perſonę in iure ęędem reputantur
l.fin. in fin. C.de impuber.& aliis ſubſtitutio.
dum diſcutitur ipſum negociũ nõ ſolũ pręſen
tem adeſſe ſed etiam ſuffragia redderre con-
tra iura & conſuetudinem huius collegii &c.
per ueſtras de iur patron. ad finem.Ego ue-
ſtro huic decreto, quod ad me attinet non aſ
ſentior ſed ueſtra hæc huiuſmodi acta omnia,
uel nulla uel reſcindẽda palam proteſtor quã
doquidem actus qui uoluntarii ſunt & non in
utilitatem collegii geſti,ut hic euenit,ex cõtra
dictione unius impediri poſſunt Panormit.c.
fin. de maior.& obed.Bolog. auth. habita nu.
144.C.ne fideiuſ. Pro patre ꝓteſtatione hac
exaudita uociferabatur me id aſſerere contra
l.plene.ff.quod cuiuſque uniuerſ.nomine ubi
nedum poteſt pro filiis ſed etiam ipſemet pa
ter pro ſemetipſo ſuffragium reddere. Re-
ſpondeo ego quòd a me dictum fuit & con-
ſuetudini huius collegii & iuribus omnib.eſſe
conſonum. Nec obſtare d.l. plane per eum ad
caſum propoſitum ut puto, perperam allega
tum quia illa lex locum ſibi uendicat quando
palam electioni iam factæ electus accedit,nos
autem uerſamur in ea ſpecie in qua ſecretę &
per ſcrutinium res terminatur quo caſu is
qui eligendus eſt ſuffragium ferre non poteſt
ut late per Panormitanum in c. cum in iure
peritus de elect.

FINIS.